6. Ἀλέξανδρος δέ, « Ταῦτα μέν, ἔφη, ὦ Παρμενίων, γιγνώσκω· αἰσχύνομαι δέ, εἰ τὸν μὲν Ἑλλήσποντον διέβην εὐπετῶς, τοῦτο δέ, σμικρὸν ῥεῦμα (οὕτω τῷ ὀνόματι τὸν Γρανικὸν ἐκφαυλίσας), εἴρξει ἡμᾶς τοῦ μὴ οὐ διαβῆναι ὡς ἔχομεν. (7) Καὶ τοῦτο οὔτε πρὸς Μακεδόνων τῆς δόξης οὔτε πρὸς τῆς ἐμῆς ἐς τοὺς κινδύνους ὀξύτητος ποιοῦμαι· ἀναθαῤῥήσειν δὲ δοκῶ τοὺς Πέρσας ὡς ἀξιομάχους Μακεδόσιν ὄντας, ὅτι οὐδὲν ἄξιον τοῦ σφῶν δέους ἐν τῷ παραυτίκα ἔπαθον. »

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Ταῦτα εἰπὼν Παρμενίωνα μὲν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κέρας πέμπει ἡγησόμενον, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸ δεξιὸν παρῆγεν. Προετάχθησαν δὲ αὐτῷ τοῦ μὲν δεξιοῦ Φιλώτας ὁ Παρμενίωνος, ἔχων τοὺς ἑταίρους τοὺς ἱππέας καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας τοὺς ἀκοντιστάς· Ἀμύντας δὲ ὁ Ἀρραβαίου τούς τε σαρισσοφόρους ἱππέας ἔχων Φιλώτᾳ ἐπετάχθη καὶ τοὺς Παίονας καὶ τὴν ἴλην τὴν Σωκράτους. (2) Ἐχόμενοι δὲ τούτων ἐτάχθησαν οἱ ὑπασπισταὶ τῶν ἑταίρων, ὧν ἡγεῖτο Νικάνωρ ὁ Παρμενίωνος· ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ Περδίκκου τοῦ Ὀρόντου φάλαγξ· ἐπὶ δὲ ἡ

CAP. XIII.

Interea Alexander ad Granicum flumen instructo exercitu processit, duplicem armatorum phalangem ducens. Equites ad cornua collocat, impedimenta extrema subsequi jubet. Speculatoribus qui hostes observent Hegelochum præficit, sarissatos equites illi adjungens, velitesque circiter quingentos. (2) Jam non procul a Granico aberat Alexander, quum statim nonnulli ex speculatoribus incitatis equis advolantes nuntiant, Persas trans Granicum instructa ad prælium acie consistere. Alexander omnem exercitum ad committendum prælium instruit. Tum accedens Parmenio, his verbis Alexandrum compellat :

3. « Consultum mihi videtur, rex, in præsentia ad fluminis ripam, ut sumus, castra locare. Neque enim judicarim tantum animi hostibus fore, ut, quum peditatu longe inferiores sint, prope nos pernoctent, eamque ob causam facilem exercitui nostro cras sub primam lucem fluminis transitum fore. Citius enim transierimus, quam ab illis acies instrui possit. (4) Nunc vero non absque periculo rem hanc aggressuri videmur, fieri siquidem non potest ut exercitum recta fronte per flumen ducamus : quod et profundum vorticosumque est et contraria ripa alta, ut vides, ac nonnullis locis etiam prærupta. (5) Nam inordinate angustaque acie, quod genus infirmissimum est, exeuntibus nobis, equitatus hostium bene instructus phalangi nostræ incumbet. Fuerit porro primum hoc infortunium, quoad præsentem rerum statum, grave, quoad de toto bello judicium periculosum ».

6. Ad hæc Alexander, « Intelligo quidem, o Parmenio, sed dedecori mihi fuerit, si quum ita parvo negotio Hellespontum trajecerim, rivus hic (Granicum eo nomine extenuans) nobis obstiterit, quo minus, ut sumus, transeamus. (7) Id ego neque pro Macedonum gloria neque pro mea in adeundis periculis alacritate facturus sum : animumque sumturos arbitror Persas, quasi Macedonibus pares sint, nisi statim initio aliquid dignum suo ipsorum metu passi fuerint. »

CAP. XIV.

His dictis, Parmenionem, ut sinistro cornu præsit mittit, ipse ad dextrum suas copias ducit. Philotam Parmenionis filium cum equitatu amicorum, cumque sagittariis et Agrianis jaculatoribus, priore loco dextrorsum constituit : cui Amyntam Arrhabæi filium cum sarissatis equitibus et Pæonibus et Socratis turma adjunxit. (2) Proximos his collocat scutatos amicorum, quibus præerat Nicanor, Parmenionis filius, tum Perdiccæ Orontis filii

Κοίνου τοῦ Πολεμοκράτους· ἐπὶ δὲ ἡ Κρατέρου τοῦ Ἀλεξάνδρου· ἐπὶ δὲ ἡ Ἀμύντου τοῦ Ἀνδρομένους· ἐπὶ δὲ ὧν Φίλιππος ὁ Ἀμύντου ἦρχε. (3) Τοῦ δὲ εὐωνύμου πρῶτοι μὲν οἱ Θετταλοὶ ἱππεῖς ἐτάχθησαν, ὧν ἡγεῖτο Κάλας ὁ Ἁρπάλου· ἐπὶ δὲ τούτοις οἱ ξύμμαχοι ἱππεῖς, ὧν ἦρχε Φίλιππος ὁ Μενελάου· ἐπὶ δὲ τούτοις οἱ Θρᾷκες, ὧν ἦρχεν Ἀγάθων· ἐχόμενοι δὲ τούτων πεζοὶ ἥ τε Κρατέρου φάλαγξ καὶ ἡ Μελεάγρου καὶ ἡ Φιλίππου ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῆς ξυμπάσης τάξεως.

4. Περσῶν δὲ ἱππεῖς μὲν ἦσαν ἐς δισμυρίους, ξένοι δὲ πεζοὶ μισθοφόροι ὀλίγον ἀποδέοντες δισμυρίων· ἐτάχθησαν δὲ τὴν μὲν ἵππον παρατείναντες τῷ ποταμῷ κατὰ τὴν ὄχθην ἐπὶ φάλαγγα μακράν, τοὺς δὲ πεζοὺς κατόπιν τῶν ἱππέων· καὶ γὰρ ὑπερδέξια ἦν τὰ ὑπὲρ τὴν ὄχθην χωρία. Ἦ δὲ Ἀλέξανδρον αὐτὸν καθεώρων (ὅῆλος γὰρ ἦν τῶν τε ὅπλων τῇ λαμπρότητι καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν τῇ σὺν ἐκπλήξει θεραπείᾳ) κατὰ τὸ εὐώνυμον σφῶν ἐπέχοντα, ταύτῃ πυκνὰς ἐπέταξαν τῇ ὄχθῃ τὰς ἴλας τῶν ἱππων.

5. Χρόνον μὲν δὴ ἀμφότερα τὰ στρατεύματα ἐπ' ἄκρου τοῦ ποταμοῦ ἐφεστῶτες ὑπὸ τοῦ τὸ μέλλον ὀκνεῖν ἡσυχίαν ἦγον καὶ σιγὴ ἦν πολλὴ ἀφ' ἑκατέρων. Οἱ γὰρ Πέρσαι προσέμενον τοὺς Μακεδόνας, ὁπότε ἐσβήσονται ἐς τὸν πόρον, ὡς ἐπικεισόμενοι ἐκβαίνουσιν· (6) Ἀλέξανδρος δὲ ἀναπηδήσας ἐπὶ τὸν ἵππον καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐγκελευσάμενος ἕπεσθαί τε καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς γίνεσθαι, τοὺς μὲν προδρόμους ἱππέας καὶ μὴν καὶ τοὺς Παίονας προεμβαλεῖν ἐς τὸν ποταμὸν ἔχοντα Ἀμύνταν τὸν Ἀῤῥαβαίου καὶ τῶν πεζῶν μίαν τάξιν, καὶ πρὸ τούτων τὴν Σωκράτους ἴλην Πτολεμαῖον τὸν Φιλίππου ἄγοντα, ἣ δὴ καὶ ἐτύγχανε τὴν ἡγεμονίαν τοῦ ἱππικοῦ παντὸς ἔχουσα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· (7) αὐτὸς δὲ ἄγων τὸ δεξιὸν κέρας ὑπὸ σαλπίγγων τε καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ ἀλαλάζοντας ἐμβαίνει ἐς τὸν πόρον, λοξὴν ἀεὶ παρατείνων τὴν τάξιν ἧ παρεῖλκε τὸ ῥεῦμα, ἵνα δὴ μὴ ἐκβαίνοντι αὐτῷ οἱ Πέρσαι κατὰ κέρας προσπίπτοιεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὡς ἀνυστὸν τῇ φάλαγγι προσμίξῃ αὐτοῖς.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Οἱ δὲ Πέρσαι, ἧ πρῶτοι οἱ ἀμφὶ Ἀμύνταν καὶ Σωκράτην προσέσχον τῇ ὄχθῃ, ταύτῃ καὶ αὐτοὶ ἄνωθεν ἔβαλλον, οἱ μὲν αὐτῶν ἀπὸ τῆς ὄχθης ἐξ ὑπερδεξίου ἐς τὸν ποταμὸν ἐσακοντίζοντες, οἱ δὲ κατὰ τὰ χθαμαλώτερα αὐτῆς ἔστε ἐπὶ τὸ ὕδωρ καταβαίνοντες. (2) Καὶ ἦν τῶν τε ἱππέων ὠθισμός, τῶν μὲν ἐκβαίνειν ἐκ τοῦ ποταμοῦ, τῶν δ' εἴργειν τὴν ἔκβασιν, καὶ παλτῶν ἀπὸ μὲν τῶν Περσῶν πολλὴ ἄφεσις, οἱ Μακεδόνες δὲ ξὺν τοῖς δόρασιν ἐμάχοντο. Ἀλλὰ τῷ τε πλήθει πολὺ ἐλαττούμενοι οἱ Μακεδόνες ἐκακοπάθουν ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ, καὶ αὐτοὶ ἐξ ἀβεβαίου τε καὶ ἅμα κάτωθεν ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀμυνόμενοι, οἱ δὲ Πέρσαι ἐξ

phalangem, post hunc Cœni Polemocratis filii : inde Crateri, Alexandri filii : inde Amyntæ, Andromenis filii : inde copias, quibus Philippus Amyntæ filius præfectus erat. (3) In sinistro cornu primi erant Thessali equites, quorum dux erat Calas Harpali filius. Post hos auxiliariorum equitatus, cui præerat Philippus Menelai filius. Deinde Thraces duce Agathone. Proximi his pedites, Crateri phalanx et Meleagri et Philippi, usque ad medium totius aciei.

4 Persarum equitatus erat viginti fere millium : externorum vero, qui mercede conducti erant, peditatus totidem circiter millium. Equitatum in ripa fluminis in longam phalangem exporrexerant, peditatu pone collocato; erant enim loca supra ripam editiora. At qua parte Alexandrum ipsum sunt conspicati (facile enim dignoscebatur cum ex armorum splendore, tum ex eorum quibus stipatus erat reverentia et cultu) ad sinistrum ipsorum cornu sese conferentem, ex ea densiores equitum turmas ad ripam statuunt.

5. Uterque porro exercitus ad oram fluminis aliquandiu substitit, et eventum reformidans quiete sese summoque silentio tenuit. Persæ enim exspectabant dum Macedones flumen ingrederentur, ut in egredientes impetum facerent. (6) Alexander vero insiliens in equum, iis qui circa erant sequi virosque sese præbere jussis, ante cursores equos in amnem præmittit, cum Pæonibus, et una peditum cohorte, quibus Amyntas Arrhabæi filius præerat, atque ante hos Socratis turmam, et Ptolemæum Philippi filium, cui quidem totius equitatus præfectura eo die contigerat. (7) Ipse dextrum cornu agens, signis canere jussis et faustis clamoribus Marti a milite editis, flumen ingreditur, obliquam semper aciem extendens, qua amnis ferebat, ne videlicet ipsi exeunti hostes in cornu impetum facerent, sed ipse quoque, quoad ejus fieri posset, phalange in hostem inveheretur.

CAP. XV.

Persæ, qua Amyntas et Socrates primi ripæ appropinquabant, ex alto tela mittere : alii ex editiore ripa in flumen jaculantes, alii per decliviora planioraque loca usque ad amnem descendentes. (2) Ibi turbulentus equitum conflictus fuit, his flumen exire, illis exitum prohibere nitentibus. Ac Persæ quidem tragulas confertim mittebant, Macedones hastis confligebant. Sed Macedones, numero longe inferiores, primo statim congressu non parum damni acceperunt : quod ipsi ex lubrico pariter atque humili loco e flumine pugnabant, Persæ vero ex eminentiore ripa di-

ὑπερδεξίου τῆς ὄχθης, ἄλλως τε καὶ τὸ κράτιστον τῆς Περσικῆς ἵππου ταύτῃ ἐπετέτακτο, οἵ τε Μέμνονος παῖδες καὶ αὐτὸς ὁ Μέμνων μετὰ τούτων ἐκινδύνευε. (3) Καὶ οἱ μὲν πρῶτοι τῶν Μακεδόνων ξυμμίξαντες τοῖς Πέρσαις κατεκόπησαν πρὸς αὐτῶν, ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, ὅσοι γε μὴ πρὸς Ἀλέξανδρον πελάζοντα ἀπέκλιναν αὐτῶν. Ἀλέξανδρος γὰρ ἤδη πλησίον ἦν, ἅμα οἵ ἄγων τὸ κέρας τὸ δεξιόν, καὶ ἐμβάλλει ἐς τοὺς Πέρσας πρῶτος ἵνα τὸ πᾶν στίφος τῆς ἵππου καὶ αὐτοὶ οἱ ἡγεμόνες τῶν Περσῶν τεταγμένοι ἦσαν· καὶ περὶ αὐτὸν ξυνειστήκει μάχη καρτερά· (4) καὶ ἐν τούτῳ ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις τῶν τάξεων τοῖς Μακεδόσι διέβαινον οὐ χαλεπῶς ἤδη. Καὶ ἦν μὲν ἀπὸ τῶν ἵππων ἡ μάχη, πεζομαχίᾳ δὲ μᾶλλόν τι ἐῴκει. Ξυνεχόμενοι γὰρ ἵπποι τε ἵπποις καὶ ἄνδρες ἀνδράσιν ἠγωνίζοντο, οἱ μὲν ἐξῶσαι εἰς ἅπαν ἀπὸ τῆς ὄχθης καὶ ἐς τὸ πεδίον βιάσασθαι τοὺς Πέρσας, οἱ Μακεδόνες, (5) οἱ δὲ εἴρξαί τε αὐτῶν τὴν ἔκβασιν, οἱ Πέρσαι, καὶ ἐς τὸν ποταμὸν αὖθις ἀπώσασθαι. Καὶ ἐκ τούτου ἐπλεονέκτουν ἤδη οἱ σὺν Ἀλεξάνδρῳ τῇ τε ἄλλῃ ῥώμῃ καὶ ἐμπειρίᾳ καὶ ὅτι ξυστοῖς κρανείνοις πρὸς παλτὰ ἐμάχοντο.

6. Ἔνθα δὴ καὶ Ἀλεξάνδρῳ ξυντρίβεται τὸ δόρυ ἐν τῇ μάχῃ· ὁ δὲ Ἄρετιν ἥτει δόρυ ἕτερον, ἀναβολέα τῶν βασιλικῶν· τῷ δὲ καὶ αὐτῷ πονουμένῳ συντετριμμένον τὸ δόρυ ἦν, ὁ δὲ τῷ ἡμίσει κεκλασμένου τοῦ δόρατος οὐκ ἀφανῶς ἐμάχετο, καὶ τοῦτο δείξας Ἀλεξάνδρῳ ἄλλον αἰτεῖν ἐκέλευε· Δημάρατος δέ, ἀνὴρ Κορίνθιος, τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἑταίρων, δίδωσιν αὐτῷ τὸ αὐτοῦ δόρυ. (7) Καὶ ὃς ἀναλαβὼν καὶ ἰδὼν Μιθριδάτην τὸν Δαρείου γαμβρὸν πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων προϊππεύοντα καὶ ἐπάγοντα ἅμα οἵ ὥσπερ ἔμβολον τῶν ἱππέων, ἐξελαύνει καὶ αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων· καὶ παίσας ἐς τὸ πρόσωπον τῷ δόρατι καταβάλλει τὸν Μιθριδάτην. Ἐν δὲ τούτῳ Ῥοισάκης μὲν ἐπελαύνει τῷ Ἀλεξάνδρῳ καὶ παίει Ἀλεξάνδρου τὴν κεφαλὴν τῇ κοπίδι· καὶ τοῦ μὲν κράνους τι ἀπέθραυσε, τὴν πληγὴν δὲ ἔσχε τὸ κράνος. (8) Καὶ καταβάλλει καὶ τοῦτον Ἀλέξανδρος παίσας τῷ ξυστῷ διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στέρνον. Σπιθριδάτης δὲ ἀνετέτατο μὲν ἤδη ἐπ' Ἀλέξανδρον ὄπισθεν τὴν κοπίδα, ὑποφθάσας δὲ αὐτὸν Κλεῖτος ὁ Δρωπίδου παίει κατὰ τοῦ ὤμου καὶ ἀποκόπτει τὸν ὦμον τοῦ Σπιθριδάτου ξὺν τῇ κοπίδι· καὶ ἐν τούτῳ ἐπεκβαίνοντες ἀεὶ τῶν ἱππέων ὅσοις προὐχώρει κατὰ τὸν ποταμὸν προσεγίγνοντο τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον.

micabant, quam præterea lectissimo equitatu cinxerant. Ibi Memnonis filii cumque iis Memnon ipse dimicabant. (3) Et primi quique Macedonum cum Persis confligentes strenueque officium suum facientes cæsi sunt, præter eos qui se ad Alexandrum appropinquantem receperunt. Jam enim appropinquabat dextrum cornu ducens, qui quidem ubi maxime confertos equites Persarumque duces videt, primus impetum facit. Acerrimum ibi circa regem prælium excitatur. (4) Interim alii post alios Macedonum ordines facile jam flumen transeunt. Ac tametsi ex equis pugnaretur, pedestre potius prælium videbatur. Ita equi equis, viri viris conserti confligebant, illi quidem penitus a ripa detrudere nitentes Persas et in campum repellere Macedones, Persæ contra Macedonas exitu prohibere, rursumque ad flumen protrudere. (5) Ceterum superiores jam erant qui Alexandrum stipabant. Non solum robore et usu ac peritia rei bellicæ, sed eo etiam quod jaculis corneis adversus tragulas pugnabant.

6. Hic Alexandro hasta conflictu rumpitur, qui ab Arete regiorum equorum stratore aliam petit; cui etiam ipsi strenue rem gerenti sua rupta erat, et reliquo hastæ fragmento non male pugnabat : idque Alexandro ostendens, ab alio hastam petere jubet. Tum Demaratus Corinthius, unus amicorum qui circa eum erant, suam Alexandro hastam porrigit. (7) Qua arrepta, Mithridatem, Darii generum, longe ante alios equo provectum et secum equitum quasi cuneum adducentem conspicatus, ipse etiam alios antevertens equo in eum fertur, atque ora trajectum prosternit. Ibi Rœsaces in Alexandrum invectus, gladio caput ejus ferit, a galea aliquid abrupit, plagamque galea excepit. (8) Hunc etiam Alexander sternit, hasta per thoracem in pectus icta. Jamque Spithridates in Alexandrum alte a tergo gladium sustulerat, quum prior Clitus Dropidis filius gladio ejus in humerum adacto, brachium Spithridatis cum ipso gladio dejecit. Interea dum hæc geruntur, equites, quotquot potuere, flumen transeuntes exercitui sese conjunxerant.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Καὶ οἱ Πέρσαι παιόμενοί τε πανταχόθεν ἤδη ἐς τὰ πρόσωπα αὐτοί τε καὶ οἱ ἵπποι τοῖς ξυστοῖς καὶ πρὸς τῶν ἱππέων ἐξωθούμενοι, πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τῶν ψιλῶν ἀναμεμιγμένων τοῖς ἱππεῦσι βλαπτόμενοι, ἐγκλίνουσι ταύτῃ πρῶτον ᾗ Ἀλέξανδρος προεκινδύνευεν. (2) Ὡς δὲ τὸ μέσον ἐνεδεδώκει αὐτοῖς, παρερρήγνυτο δὴ

CAP. XVI.

At Persæ, quum et ipsi et equi undequaque hastis peterentur et ab equitatu premerentur, multum etiam ab expeditis, qui equitibus intermisti erant, damni acciperent, primum ea parte in fugam vertuntur qua Alexander inter primos dimicabat. Simul ac vero medium agmen cedere cœpit, equitatu in utroque cornu dissipato, ingens fuga

καὶ τὰ ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἵππου, καὶ ἦν δὴ φυγὴ καρτερά. (2) Τῶν μὲν δὴ ἱππέων τῶν Περσῶν ἀπέθανον ἐς χιλίους. Οὐ γὰρ πολλὴ ἡ δίωξις ἐγένετο, ὅτι ἐξετράπη Ἀλέξανδρος ἐπὶ τοὺς ξένους τοὺς μισθοφόρους· ὧν τὸ στῖφος ἦ τὸ πρῶτον ἐτάχθη ἐκπλήξει μᾶλλόν τι τοῦ παραλόγου ἢ λογισμῷ βεβαίῳ ἔμενε. Καὶ τούτοις τήν τε φάλαγγα ἐπαγαγὼν καὶ τοὺς ἱππέας πάντη προσπεσεῖν κελεύσας, ἐν μέσῳ δι' ὀλίγου κατακόπτει αὐτούς, ὥστε διέφυγε μὲν οὐδείς, ὅτι μὴ διέλαθέ τις ἐν τοῖς νεκροῖς, ἐζωγρήθησαν δὲ ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους. (3) Ἔπεσον δὲ καὶ οἱ ἡγεμόνες τῶν Περσῶν Νιφάτης τε καὶ Πετίνης καὶ Σπιθριδάτης ὁ Λυδίας σατράπης, καὶ ὁ τῶν Καππαδόκων ὕπαρχος Μιθροβουζάνης καὶ Μιθριδάτης ὁ τοῦ Δαρείου γαμβρὸς καὶ Ἀρβουπάλης ὁ Δαρείου τοῦ Ἀρταξέρξου παῖς καὶ Φαρνάκης (ἀδελφὸς οὗτος τῆς Δαρείου γυναικός), καὶ ὁ τῶν ξένων ἡγεμὼν Ὠμάρης. Ἀρσίτης δὲ ἐκ μὲν τῆς μάχης φεύγει ἐς Φρυγίαν, ἐκεῖ δὲ ἀποθνήσκει αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ, ὡς ὁ λόγος, ὅτι αἴτιος ἐδόκει Πέρσαις γενέσθαι τοῦ ἐν τῷ τότε πταίσματος.

4. Μακεδόνων δὲ τῶν μὲν ἑταίρων ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι καὶ πέντε ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ ἀπέθανον· καὶ τούτων χαλκαῖ εἰκόνες ἐν Δίῳ ἑστᾶσιν, Ἀλεξάνδρου κελεύσαντος Λύσιππον ποιῆσαι, ὅσπερ καὶ Ἀλέξανδρον μόνος προκριθεὶς ἐποίει· τῶν δὲ ἄλλων ἱππέων ὑπὲρ τοὺς ἑξήκοντα, πεζοὶ δὲ ἐς τοὺς τριάκοντα. (5) Καὶ τούτους τῇ ὑστεραίᾳ ἔθαψεν Ἀλέξανδρος ξὺν τοῖς ὅπλοις τε καὶ ἄλλῳ κόσμῳ· γονεῦσι δὲ αὐτῶν καὶ παισὶ τῶν τε κατὰ τὴν χώραν ἀτέλειαν ἔδωκε καὶ ὅσαι ἄλλαι ἢ τῷ σώματι λειτουργίαι ἢ κατὰ τὰς κτήσεις ἑκάστων εἰσφοραί. Καὶ τῶν τετρωμένων δὲ πολλὴν πρόνοιαν ἔσχεν, ἐπελθών τε αὐτὸς ἑκάστους καὶ τὰ τραύματα ἰδὼν καὶ ὅπως τις ἐτρώθη ἐρόμενος καὶ ὅ τι πράττων εἰπεῖν τε καὶ ἀλαζονεύσασθαι οἱ παρασχών. (6) Ὁ δὲ καὶ τῶν Περσῶν τοὺς ἡγεμόνας ἔθαψεν· ἔθαψε δὲ καὶ τοὺς μισθοφόρους Ἕλληνας, οἳ ξὺν τοῖς πολεμίοις στρατεύοντες ἀπέθανον· ὅσους δὲ αὐτῶν αἰχμαλώτους ἔλαβε, τούτους δήσας ἐν πέδαις ἐς Μακεδονίαν ἀπέπεμψεν ἐργάζεσθαι, ὅτι παρὰ τὰ κοινῇ δόξαντα τοῖς Ἕλλησιν Ἕλληνες ὄντες ἐναντία τῇ Ἑλλάδι ὑπὲρ τῶν βαρβάρων ἐμάχοντο. (7) Ἀποπέμπει δὲ καὶ εἰς Ἀθήνας τριακοσίας πανοπλίας Περσικὰς ἀνάθημα εἶναι τῇ Ἀθηνᾷ ἐν πόλει· καὶ ἐπίγραμμα ἐπιγραφῆναι ἐκέλευσε τόδε· Ἀλέξανδρος Φιλίππου καὶ οἱ Ἕλληνες πλὴν Λακεδαιμονίων ἀπὸ τῶν βαρβάρων τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων.

fuit. (2) Equitum Persarum mille circiter in ea fuga cæsi. Neque enim Alexander acriter illos insequutus est : nam ad exteros mercede conductos se convertit; quorum agmen eodem loci ubi consistere jussum erat, stupore potius inopinati eventus, quam certa aliqua ratione se continebat : immissaque in eos phalange, atque equitatu omni ex parte impetum facere jusso, parvo temporis spatio omnes trucidat : adeo ut nemo evaserit, nisi inter cadavera delitescens. Vivi circiter bis mille in potestatem venerunt. (3) Ex ducibus Persarum cæsi sunt Niphates, Petines, Spithridates Lydiæ satrapa, Mithrobuzanes Cappadocum præses, Mithridates Darii gener, Arbupales Artaxerxis ex Dario nepos, Pharnaces uxoris Darii frater, Omares mercenarii militis dux. Arsites ex ipsa pugna in Phrygiam se recepit, ibique sibi ipse mortem conscisse fertur, quod illius cladis auctor Persis fuisse videretur.

4. Ex Macedonibus vero amicis circiter viginti quinque in primo conflictu ceciderunt : eorum æneæ statuæ in Dio oppido erectæ, quas Lysippus Alexandri jussu finxit, ut et Alexandrum ipsum, qui Lysippum præ reliquis statuariis a quo fingeretur dignum judicavit. Ex reliquo equitatu supra sexaginta desiderati sunt, pedites circiter triginta. (5) Hos Alexander postridie cum armis et reliquo cultu sepeliri jussit : parentibus eorum ac liberis, in sua cuique regione, vectigalium immunitatem concessit, omniaque quæ aut corpore præstantur servitia, aut ex opibus penduntur tributa, remisit. Sauciorum etiam magnam curam habuit obeundo singulos vulneraque inspiciendo et quomodo quisque ea accepisset interrogando, libera cuique gestorum suorum narratione prædicationeque permissa. (6) Persarum etiam duces sepeliit : ad hæc mercenarios Græcos, qui hostibus merentes cæsi fuerant. Quotquot vero mercenariorum vivi in potestatem venerunt, vinctos in Macedoniam ad ergastula misit, quod contra commune Græcorum decretum, Græci quum essent, in Græcos pro barbaris arma gessissent. (7) Athenas porro trecentas armaturas Persicas misit, quæ Minervæ in ea urbe donarii loco suspenderentur : hancque iis inscriptionem addi jussit, ALEXANDER PHILIPPI FILIUS ET GRÆCI, LACEDÆMONIIS EXCEPTIS, HÆC DE BARBARIS ASIAM INCOLENTIBUS SPOLIA.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Καταστήσας δὲ Κάλαν σατραπεύειν ἧς Ἀρσίτης ἦρχε καὶ τοὺς φόρους τοὺς αὐτοὺς ἀποφέρειν τάξας οὕσπερ Δαρείῳ ἔφερον, ὅσοι μὲν τῶν βαρβάρων κατιόντες ἐκ τῶν ὀρῶν ἐνεχείριζον σφᾶς, τούτους μὲν ἀπαλ-

CAP. XVII.

Posthæc Cala ejus provinciæ cui Arsites præfuerat satrapa constituto, iisdemque tributis quæ Dario pendere soliti erant imperatis, barbaros quotquot e montibus descendentes sese dediderunt, ad domos suas reverti jubet. (2)

λάττεσθαι ἐπὶ τὰ αὐτῶν ἑκάστους ἐκέλευε· (2) Ζελείτας δὲ ἀφῆκε τῆς αἰτίας, ὅτι πρὸς βίαν ἔγνω συστρατεῦσαι τοῖς βαρβάροις· Δασκύλιον δὲ παραληψόμενον Παρμενίωνα ἐκπέμπει· καὶ παραλαμβάνει Δασκύλιον Παρμενίων ἐκλιπόντων τῶν φρουρῶν.

3. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Σάρδεων προὐχώρει· καὶ ἀπέχοντος αὐτοῦ ὅσον ἑβδομήκοντα σταδίους Σάρδεων, ἦκον παρ' αὐτὸν Μιθρίνης τε ὁ φρούραρχος τῆς ἀκροπόλεως τῆς ἐν Σάρδεσι καὶ Σαρδιανῶν οἱ δυνατώτατοι, ἐνδιδόντες οἱ μὲν τὴν πόλιν, ὁ δὲ Μιθρίνης τὴν ἄκραν καὶ τὰ χρήματα. (4) Ἀλέξανδρος δὲ αὐτὸς μὲν κατεστρατοπέδευσεν ἐπὶ τῷ Ἕρμῳ ποταμῷ· ἀπέχει δὲ ὁ Ἕρμος ἀπὸ Σάρδεων σταδίους ὅσον εἴκοσιν· Ἀμύνταν δὲ τὸν Ἀνδρομένους τὴν ἄκραν παραληψόμενον ἐκπέμπει ἐς Σάρδεις· καὶ Μιθρίνην μὲν ἐν τιμῇ ἅμα οἷ ἦγε, Σαρδιανοὺς δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Λυδοὺς τοῖς νόμοις τε τοῖς πάλαι Λυδῶν χρῆσθαι ἔδωκε καὶ ἐλευθέρους εἶναι ἀφῆκεν. (5) Ἀνῆλθε δὲ καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἄκραν, ἵνα τὸ φρούριον ἦν τῶν Περσῶν· καὶ ἔδοξεν αὐτῷ ὀχυρὸν τὸ χωρίον· ὑπερύψηλόν τε γὰρ ἦν καὶ ἀπότομον πάντη καὶ τριπλῷ τείχει πεφραγμένον· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ ναόν τε οἰκοδομῆσαι Διὸς Ὀλυμπίου ἐπενόει καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι. (6) Σκοποῦντι δὲ αὐτῷ τῆς ἄκρας ὅπερ ἐπιτηδειότατον χωρίον, ὥρᾳ ἔτους ἐξαίφνης χειμὼν ἐπιγίγνεται καὶ βρονταὶ σκληραί, καὶ ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ πίπτει οὗ τὰ τῶν Λυδῶν βασίλεια· Ἀλεξάνδρῳ δὲ ἔδοξεν ἐκ θεοῦ σημανθῆναι ἵνα χρὴ οἰκοδομεῖσθαι τῷ Διὶ τὸν νεών, καὶ οὕτως ἐκέλευσε. (7) Κατέλιπε δὲ τῆς μὲν ἄκρας τῆς Σάρδεων ἐπιμελητὴν Παυσανίαν τῶν ἑταίρων· τῶν δὲ φόρων τῆς συντάξεώς τε καὶ ἀποφορᾶς Νικίαν· Ἀσανδρον δὲ τὸν Φιλώτα Λυδίας καὶ τῆς ἄλλης τῆς Σπιθριδάτου ἀρχῆς, δοὺς αὐτῷ ἱππέας τε καὶ ψιλοὺς ὅσοι ἱκανοὶ πρὸς τὰ παρόντα ἐδόκουν. (8) Κάλαν δὲ καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Ἀερόπου ἐπὶ τὴν χώραν τὴν Μέμνονος ἐκπέμπει, ἄγοντας τούς τε Πελοποννησίους καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων τοὺς πολλοὺς πλὴν Ἀργείων· οὗτοι δὲ ἐν Σάρδεσι κατελείφθησαν τὴν ἄκραν φυλάττειν.

9. Ἐν τούτῳ δὲ ὡς τὰ ὑπὲρ τῆς ἱππομαχίας ἐξηγγέλθη, οἵ τε τὴν Ἔφεσον φρουροῦντες μισθοφόροι ᾤχοντο φεύγοντες, δύο τριήρεις τῶν Ἐφεσίων λαβόντες, καὶ ξὺν αὐτοῖς Ἀμύντας ὁ Ἀντιόχου, ὃς ἔφυγεν ἐκ Μακεδονίας Ἀλέξανδρον, παθὼν μὲν οὐδὲν πρὸς Ἀλεξάνδρου, δυσνοίᾳ δὲ τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ αὐτὸς ἀπαξιώσας τι παθεῖν παρ' αὐτοῦ ἄχαρι. (10) Τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἐς Ἔφεσον ἀφικόμενος τούς τε φυγάδας ὅσοι δι' αὐτὸν ἐξέπεσον τῆς πόλεως κατήγαγε, καὶ τὴν ὀλιγαρχίαν καταλύσας δημοκρατίαν κατέστησε· τοὺς δὲ φόρους ὅσους τοῖς βαρβάροις ἀπέφερον τῇ Ἀρτέμιδι ξυντελεῖν ἐκέλευσεν. (11) Ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ἐφεσίων, ὡς ἀφῃρέθη αὐτοῖς ὁ ἀπὸ τῶν ὀλίγων φόβος, τούς τε Μέμνονα ἐπαγαγομένους καὶ τοὺς τὸ ἱερὸν συλήσαντας τῆς Ἀρτέμιδος καὶ τοὺς τὴν εἰκόνα τοῦ Φιλίππου τὴν ἐν τῷ ἱερῷ καταβαλόντας καὶ τὸν τάφον ἐκ τῆς ἀγορᾶς

Zelitis quoque culpam remisit, quod coactos illos cum barbaris militasse sciebat. Parmenionem ad recipiendum Dascylium mittit: idque recepit præsidio destitutum.

3. Ipse Sardes versus movit: quumque ab oppido septuaginta ferme stadiis abesset, obvium habuit Mithrinen, præsidii quod in arce erat præfectum, primoribus Sardianorum comitatum: atque hi quidem oppidum, Mithrines arcem et pecuniam dedunt. (4) Alexander ad Hermum flumen castra locat. Distat id a Sardibus stadiis viginti. Amyntam Andromenis filium Sardes mittit, qui arcem recipiat: ac Mithrinem honorifice secum ducit. Sardianis autem reliquisque Lydis ut antiquis Lydorum legibus utantur permittit, liberosque esse sivit. (5) Ipse in arcem conscendit, ubi Persarum præsidium erat. Visusque ipsi est locus bene munitus. Erat enim arx excelso admodum loco sita omnique ex parte prærupta et triplici muro cincta. Ipse in arce templum Jovi Olympio exstruere aramque ponere in animo habebat. (6) Consideranti vero illi quisnam arcis locus maxime eam ad rem commodus esset, æstivo anni tempore confestim tempestas ingentiaque tonitrua excitantur, et vehemens imber e cælo ruit in eam partem ubi Lydorum regia fuerat. Alexandro itaque visum est a deo significari, quo loco templum Jovi exstruendum esset: atque ita fieri imperat. (7) Arcis curam Pausaniæ uni ex amicis committit, tributorum descriptionem et collationem Niciæ. Asandrum autem Philotæ filium Lydiæ ac reliquæ Spithridatis provinciæ præficit: equitesque et expeditos, qui ad præsentem rerum statum sufficere videbantur, ei adjungit. (8) Calan autem et Alexandrum Aeropi filium in Memnonis provinciam mittit, qui Peloponnesios ac reliquorum sociorum plerosque ducebant, exceptis Argivis. Hi enim Sardibus præsidio arcis relicti erant.

9. Interea, dispersa passim equestris illius prælii fama, mercenarii, qui apud Ephesum in præsidio erant, duabus Ephesiorum triremibus captis, profugerunt: unaque cum iis Amyntas Antiochi filius, qui ex Macedonia ab Alexandro se subduxerat, non quod ullam injuriam ab Alexandro accepisset, sed odio quodam illius concepto, veritus ne quo ab Alexandro incommodo afficeretur. (10) Rex quum quarto die Ephesum pervenisset, exules quotquot propter ipsum civitate ejecti fuerant reducit, et abolito paucorum dominatu, popularem statum constituit. Tributa quæ barbaris detulerant, Dianæ pendi jussit. (11) Ephesiorum populus, sublato metu ex paucorum dominatione, eos qui Memnonem in urbem advocarant, quique templum Dianæ spoliaverant et Philippi statuam in eadem æde subverte-

ἀνορύξαντας τὸν Ἡροπύθου τοῦ ἐλευθερώσαντος τὴν πόλιν, ὥρμησαν ἀποκτεῖναι. (12) Καὶ Σύρφακα μὲν καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ Πελάγοντα καὶ τοὺς τῶν ἀδελφῶν τοῦ Σύρφακος παῖδας ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐξαγαγόντες κατέλευσαν· τοὺς δὲ ἄλλους διεκώλυσεν Ἀλέξανδρος προσωτέρω ἐπιζητεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι, γνοὺς ὅτι ὁμοῦ τοῖς αἰτίοις καὶ οὐ ξὺν δίκῃ τινάς, τοὺς μὲν κατ' ἔχθραν, τοὺς δὲ κατὰ ἁρπαγὴν χρημάτων ἀποκτενεῖ, ξυγχωρηθὲν αὐτῷ, ὁ δῆμος. (13) Καὶ εἰ δή τῳ ἄλλῳ, καὶ τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πραχθεῖσιν Ἀλέξανδρος ἐν τῷ τότε εὐδοκίμει.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Ἐν τούτῳ δὲ ἐκ Μαγνησίας τε καὶ Τραλλέων παρ' αὐτὸν ἦκον ἐνδιδόντες τὰς πόλεις· καὶ ὃς πέμπει Παρμενίωνα, δοὺς αὐτῷ δισχιλίους καὶ πεντακοσίους πεζοὺς τῶν ξένων καὶ Μακεδόνας παραπλησίους, ἱππέας δὲ τῶν ἑταίρων ἐς διακοσίους. Ἀλκίμαχον δὲ τὸν Ἀγαθοκλέους ἐπὶ τὰς Αἰολίδας τε πόλεις ξὺν δυνάμει οὐκ ἐλάττονι ἐξέπεμψε καὶ ὅσαι Ἰωνικαὶ ὑπὸ τοῖς βαρβάροις ἔτι ἦσαν. (2) Καὶ τὰς μὲν ὀλιγαρχίας παντάχοῦ καταλύειν ἐκέλευσε, δημοκρατίας δέ τε ἐγκαθιστάναι καὶ τοὺς νόμους τοὺς σφῶν ἑκάστοις ἀποδοῦναι, καὶ τοὺς φόρους ἀνεῖναι ὅσους τοῖς βαρβάροις ἀπέφερον. Αὐτὸς δὲ ὑπομείνας ἐν Ἐφέσῳ θυσίαν τε ἔθυσε τῇ Ἀρτέμιδι καὶ πομπὴν ἔπεμψε ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ ὡπλισμένῃ τε καὶ ὡς ἐς μάχην ξυντεταγμένῃ.

3. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀναλαβὼν τῶν τε πεζῶν τοὺς λοιποὺς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς Θρᾷκας ἱππέας καὶ τῶν ἑταίρων τήν τε βασιλικὴν ἴλην καὶ πρὸς ταύτῃ τρεῖς ἄλλας ἐπὶ Μιλήτου ἐστέλλετο· καὶ τὴν μὲν ἔξω καλουμένην πόλιν ἐξ ἐφόδου ἔλαβεν ἐκλιπούσης τῆς φυλακῆς· ἐνταῦθα δὲ καταστρατοπεδεύσας ἔγνω ἀποτειχίζειν τὴν εἴσω πόλιν. (4) Ἡγησίστρατος γάρ, ὅτῳ ἡ φρουρὰ ἡ Μιλησίων ἐκ βασιλέως ἐπετέτραπτο, πρόσθεν γράμματα παρ' Ἀλέξανδρον ἔπεμπεν ἐνδιδοὺς τὴν Μίλητον· τότε δὲ ἀναθαῤῥήσας ἐπὶ τῷ Περσῶν στρατῷ οὐ μακρὰν ὄντι, διασώζειν τοῖς Πέρσαις ἐπενόει τὴν πόλιν. Νικάνωρ δὲ τὸ Ἑλληνικὸν ναυτικὸν ἄγων ὑποφθάνει τοὺς Πέρσας τρισὶν ἡμέραις πρότερος καταπλεύσας ἢ τοὺς Πέρσας Μιλήτῳ προσσχεῖν, καὶ ὁρμίζεται ναυσὶν ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐν τῇ νήσῳ τῇ Λάδῃ· κεῖται δὲ αὕτη ἐπὶ τῇ Μιλήτῳ. (5) Αἱ δὲ τῶν Περσῶν νῆες ὑστερήσασαι, ἐπειδὴ ἔμαθον οἱ ναύαρχοι τῶν ἀμφὶ Νικάνορα τὴν ἐν τῇ Λάδῃ προκαταγωγήν, πρὸς τῇ Μυκάλῃ τῷ ὄρει ὡρμίσθησαν. Τὴν γὰρ Λάδην τὴν νῆσον προκατειλήφει Ἀλέξανδρος, οὐ τῶν νεῶν μόνον τῇ ἐγκαθορμίσει, ἀλλὰ καὶ τοὺς Θρᾷκας καὶ τῶν ἄλλων ξένων ἐς τετρακισχιλίους διαβιβάσας ἐς αὐτήν. Ἦσαν δὲ τῶν βαρβάρων αἱ νῆες ἀμφὶ τὰς τετρακοσίας.

6. Παρμενίων μὲν δὴ καὶ ὡς παρῄνει Ἀλεξάνδρῳ ναυμαχεῖν, τά τε ἄλλα κρατήσειν τῷ ναυτικῷ τοὺς Ἕλ-

rant, quique Heropythi sepulcrum, a quo civitas in libertatem reducta fuerat, in foro eruerant, ad necem poscunt. (12) Syrphacem ejusque filium Pelagontem et fratrum Syrphacis liberos e templo protractos lapidibus obruunt. In alios Alexander ulterius inquiri aut de iis supplicium sumi vetuit: intelligens nimirum, populum potestate sibi facta non tantum in sontes, sed in nonnullos etiam eorum qui extra culpam essent, partim odio partim spe prædæ sæviturum. (13) Et certe, si quibus unquam, his etiam rebus in Epheso tunc gestis Alexander sibi laudem comparavit.

CAP. XVIII.

Dum hæc geruntur, legati ex Magnesia et Trallibus veniunt, qui urbes Alexandro dedant. Ipse Parmenionem mittit cum duobus millibus quingentis peditibus exteris et Macedonibus totidem: equitibus ex amicis ducentis. Alcimachum autem Agathoclis filium ad Æolicas urbes et Ionicas, quæ adhuc in barbarorum potestate erant, cum paribus fere copiis emittit. (2) Paucorum dominatum ubique aboleri et popularem statum introduci patriasque leges cunctis restitui jubet, tributa etiam, quæ barbaris detulerant, rescindi. Ipse Ephesi commoratus Dianæ sacrificavit, eique cum universo exercitu armato ac veluti ad pugnam instructo pompam duxit.

3. Postridie vero cum reliquo peditatu, sagittariis et Agrianis Thracum equitatu et amicorum turma regia aliisque insuper tribus, Miletum profectus est, et exteriorem quidem, quam dicunt, urbem primo adventu, quod præsidio vacua erat, cepit: ibique castra metatus, interiorem urbem muro intercludere statuit. (4) Hegesistratus enim, cui Milesiorum præsidium a rege commissum erat, antea literas ad Alexandrum de Mileti deditione miserat: sed tum, quod Persarum exercitum non procul abesse sciebat, recepto animo, urbem Persis conservare statuerat. Cæterum Nicanor navales Græcorum copias ducens, Persas antevertens, triduo ante appulerat quam illi Miletum venirent, et centum sexaginta navibus ad Laden insulam, quæ Mileto proxima est, stationem ceperat. (5) Persarum vero naves quum serius appulissent, et earum ductores Laden a Nicanore præoccupatam esse cognoscerent, sub Mycalem montem se cum classe receperunt. Neque enim solum insulam illam navibus in portum ductis Alexander occuparat; verum etiam Thraces aliorumque militum peregrinorum quatuor millia in ipsam transmiserat. Barbarorum classis erat navium circiter quadringentarum.

6. Parmenio nihilo minus ad navale prælium Alexandrum instigat; cum aliis de causis superiores navali pugna Græcos

ληνας ἐλπίζων καί τι καὶ θεῖον ἀνέπειθεν αὐτόν, ὅτι ἀετὸς ὤφθη καθήμενος ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ κατὰ πρύμναν τῶν Ἀλεξάνδρου νεῶν. Καὶ γὰρ δὴ νικήσαντας μὲν μεγάλα ὠφεληθήσεσθαι ἐς τὰ ὅλα, νικηθεῖσι δὲ οὐ παρὰ μέγα ἔσεσθαι τὸ πταῖσμα· καὶ ὡς γὰρ θαλαττοκρατεῖν τοὺς Πέρσας. Καὶ αὐτὸς δὲ ἔφη ἐπιβῆναι ἐθέλειν τῶν νεῶν καὶ τοῦ κινδύνου μετέχειν. (7) Ἀλέξανδρος δὲ τῇ τε γνώμῃ ἁμαρτάνειν ἔφη Παρμενίωνα καὶ τοῦ σημείου τῇ οὐ κατὰ τὸ εἰκὸς ξυμβλήσει· ὀλίγαις τε γὰρ ναυσὶ πρὸς πολλῷ πλείους ξὺν οὐδενὶ λογισμῷ ναυμαχήσειν καὶ οὐ μεμελετηκότι τῷ σφῶν ναυτικῷ πρὸς ἠσκημένον τὸ τῶν Κυπρίων τε καὶ Φοινίκων· (8) τήν τε ἐμπειρίαν τῶν Μακεδόνων καὶ τὴν τόλμαν ἐν ἀβεβαίῳ χωρίῳ οὐκ ἐθέλειν παραδοῦναι τοῖς βαρβάροις· καὶ ἥττηθεῖσι τῇ ναυμαχίᾳ οὐ μικρὰν τὴν βλάβην ἔσεσθαι ἐς τοῦ πολέμου τὴν πρώτην δόξαν, τά τε ἄλλα καὶ τοὺς Ἕλληνας νεωτεριεῖν πρὸς τοῦ ναυτικοῦ πταίσματος τὴν ἐξαγγελίαν ἐπαρθέντας. (9) Ταῦτα μὲν τῷ λογισμῷ ξυντιθεὶς οὐκ ἐν καιρῷ ἀπέφαινε ναυμαχεῖν· τὸ θεῖον δὲ αὐτὸς ἄλλῃ ἐξηγεῖσθαι· εἶναι μὲν γὰρ πρὸς αὐτοῦ τὸν ἀετόν, ἀλλ' ὅτι ἐπὶ γῆς καθήμενος ἐφαίνετο, δοκεῖν οἱ μᾶλλόν τι σημαίνειν ὅτι ἐκ γῆς κρατήσει τοῦ Περσῶν ναυτικοῦ.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Καὶ ἐν τούτῳ Γλαύκιππος, ἀνὴρ τῶν δοκίμων ἐν Μιλήτῳ, ἐκπεμφθεὶς παρὰ Ἀλέξανδρον παρὰ τοῦ δήμου τε καὶ τῶν ξένων τῶν μισθοφόρων, οἷς μᾶλλόν τι ἐπετέτραπτο ἡ πόλις, τά τε τείχη ἔφη ἐθέλειν τοὺς Μιλησίους καὶ τοὺς λιμένας παρέχειν κοινοὺς Ἀλεξάνδρῳ καὶ Πέρσαις· καὶ τὴν πολιορκίαν ἐπὶ τούτοις λύειν ἤξίου. (2) Ἀλέξανδρος δὲ Γλαυκίππῳ μὲν προστάσσει ἀπαλλάττεσθαι κατὰ τάχος ἐς τὴν πόλιν καὶ Μιλησίοις ἐπαγγέλλειν παρασκευάζεσθαι ὡς μαχουμένους ἕωθεν. Αὐτὸς δ' ἐπιστήσας τῷ τείχει μηχανάς, καὶ τὰ μὲν καταβαλὼν δι' ὀλίγου τῶν τειχῶν, τὰ δὲ κατασείσας ἐπὶ πολὺ προσῆγε τὴν στρατιὰν ὡς ἐπιβησομένους ἢ κατερήριπτο ἢ ἐσεσάλευτο τὸ τεῖχος, ἐφομαρτούντων καὶ μόνον οὐ θεωμένων τῶν Περσῶν ἀπὸ τῆς Μυκάλης πολιορκουμένους τοὺς φίλους σφῶν καὶ ξυμμάχους.

3. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ ἀμφὶ Νικάνορα ἀπὸ τῆς Λάδης τὴν ὁρμὴν τῶν ξὺν Ἀλεξάνδρῳ κατιδόντες ἐς τὸν λιμένα ἐπέπλεον τῶν Μιλησίων, παρὰ γῆν τὴν εἰρεσίαν ποιούμενοι, καὶ κατὰ τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἧπερ τὸ στενώτατον ἦν ἀντιπρῴρους βύζην τὰς τριήρεις ὁρμίσαντες ἀποκεκλείκεσαν τῷ μὲν Περσικῷ ναυτικῷ τὸν λιμένα, τοῖς Μιλησίοις δὲ τὴν ἐκ τῶν Περσῶν ὠφέλειαν. (4) Ἔνθα οἱ Μιλήσιοί τε καὶ οἱ μισθοφόροι, πανταχόθεν ἤδη προσκειμένων σφίσι τῶν Μακεδόνων, οἱ μὲν αὐτῶν ῥιπτοῦντες σφᾶς ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ὑπτίων ἐς νησίδά τινα ἀνώνυμον, τῇ πόλει ἐπικειμένην, διενήχοντο, οἱ δὲ ἐς κελήτια ἐμβαίνοντες καὶ ἐπειγόμενοι

fore spem faciens, tum augurio etiam persuasus, quod aquila a puppi classis Alexandri in littore subsistens visa esset : quodque, si vincerent, magnum inde ad summam belli adjumentum, si vincerentur, non magnum detrimentum percepturus videretur. Namque, ut maxime a prælio abstineretur, maris imperium penes Persas esse : se libenter naves conscensurum, et periculi partem subiturum. (7) Alexander vero Parmenionem opinione sua falli respondit, neque recte augurium interpretari; parum enim prudenter facturum se, si cum tam paucis navibus adversus multo plures pugnet : cumque parum exercitato in re navali milite adversus exercitatissimos Cyprios ac Phœnices eat. (8) Neque velle se ut barbari Macedonum peritiam atque virtutem loco instabili experiantur : et, si navali prælio succumbant, non exiguum damnum inde secuturum ad primam de bello opinionem. Præterea Græcos navalis cladis nuntio excitatos novas res molituros. (9) Quibus rebus cum animo suo perpensis, navalem pugnam parum eo tempore consultam fore judicavit. Augurium vero se aliter exponere : atque aquilam quidem ad se pertinere, at quod humi subsidisset, id potius sibi portendi videri, se ex terra Persarum classem victurum.

CAP. XIX.

Inter hæc Glaucippus, unus ex Milesiorum primoribus, ad Alexandrum a populo et mercenariis, quibus potissimum urbs commissa erat, missus, exponit velle Milesios muros ac portus Alexandro et Persis communes præbere, utque obsidio ea conditione solvatur petit. (2) Alexander Glaucippo, ut confestim se in urbem recipiat, jubet, Milesiisque renuntiet uti se in proximam lucem ad pugnam parent. Ipse, machinis ad mœnia admotis, et muro brevi tempore partim dejecto, partim multum labefactato, exercitum propius adduxit, ut qua aut demolitus aut labefactatus murus erat, irrumperet, Persis præsentibus ac tantum non ex Mycale amicos suos ac socios obsessos spectantibus.

3. Interea Nicanor ex Lade insula Alexandri motum prospiciens, juxta littus remigans in Milesiorum portum navigat, atque in ipsis portus faucibus, ubi quam minimum spatii erat, confertos triremium ordines proris (Persarum classi sunt obversis collocans, Persicæ classi portus aditum Milesiis Persarum subsidium præcludit. (4) Tum Milesii et mercenarii, irruentibus jam in eos undequaque Macedonibus, alii sese in mare projicientes, scutis supinis incumbentes in parvam quandam insulam urbi proximam (nomen insulæ obscurum est) trajecerunt : alii inscensis lembis

ὑποφθάσαι τὰς τριήρεις τῶν Μακεδόνων ἐγκατελήφθησαν ἐν τῷ στόματι τοῦ λιμένος πρὸς τῶν τριηρῶν· οἱ δὲ πολλοὶ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἀπώλλυντο.

5. Ἀλέξανδρος δέ, ἐχομένης ἤδη τῆς πόλεως, ἐπὶ τοὺς ἐς τὴν νῆσον καταπεφευγότας ἐπέπλει αὐτός, κλίμακας φέρειν ἐπὶ τὰς πρῴρας τῶν τριηρῶν κελεύσας, ὡς κατὰ τὰ ἀπότομα τῆς νήσου, καθάπερ πρὸς τεῖχος, ἐκ τῶν νεῶν τὴν ἀπόβασιν ποιησόμενος. (6) Ὡς δὲ διακινδυνεύειν ἐθέλοντας τοὺς ἐν τῇ νήσῳ ἑώρα, οἶκτος λαμβάνει αὐτὸν τῶν ἀνδρῶν, ὅτι γενναῖοί τε καὶ πιστοὶ αὐτῷ ἐφαίνοντο, καὶ σπένδεται πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ τῷδε ὡς αὐτῷ ξυστρατεύειν· ἦσαν δὲ οὗτοι μισθοφόροι Ἕλληνες ἐς τριακοσίους· αὐτοὺς δὲ Μιλησίους, ὅσοι μὴ ἐν τῇ καταλήψει τῆς πόλεως ἔπεσον, ἀφῆκε καὶ ἐλευθέρους εἶναι ἔδωκεν.

7. Οἱ δὲ βάρβαροι ἀπὸ τῆς Μυκάλης ὁρμώμενοι ταῖς μὲν ἡμέραις ἐπέπλεον τῷ Ἑλληνικῷ ναυτικῷ, προκαλέσασθαι ἐς ναυμαχίαν ἐλπίζοντες, τὰς δὲ νύκτας πρὸς τῇ Μυκάλῃ οὐκ ἐν καλῷ ὡρμίζοντο, ὅτι ὑδρεύεσθαι ἀπὸ τοῦ Μαιάνδρου ποταμοῦ τῶν ἐκβολῶν διὰ μακροῦ ἠναγκάζοντο. (8) Ἀλέξανδρος δὲ ταῖς μὲν ναυσὶ τὸν λιμένα ἐφύλαττε τῶν Μιλησίων, ὡς μὴ βιάσαιντο οἱ βάρβαροι τὸν ἔσπλουν. Ἐκπέμπει δ' ἐς τὴν Μυκάλην Φιλώταν, ἄγοντα τούς τε ἱππέας καὶ τῶν πεζῶν τάξεις τρεῖς, παραγγείλας εἴργειν τῆς ἀποβάσεως τοὺς ἀπὸ τῶν νεῶν. Οἱ δέ, ὕδατός τε σπάνει καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ πολιορκούμενοι ἐν ταῖς ναυσίν, ἐς Σάμον ἀπέπλευσαν· ἐκεῖθεν δὲ ἐπισιτισάμενοι αὖθις ἐπέπλεον τῇ Μιλήτῳ. (9) Καὶ τὰς μὲν πολλὰς τῶν νεῶν πρὸ τοῦ λιμένος ἐν μετεώρῳ παρέταξαν, εἴ πη ἐκκαλέσαιντο ἐς τὸ πέλαγος τοὺς Μακεδόνας· πέντε δὲ αὐτῶν εἰσέπλευσαν εἰς τὸν μεταξὺ τῆς τε Λάδης νήσου καὶ τοῦ στρατοπέδου λιμένα, ἐλπίσαντες κενὰς καταλήψεσθαι τὰς Ἀλεξάνδρου ναῦς, ὅτι τοὺς ναύτας ἀποσκεδάννυσθαι τὸ πολὺ ἀπὸ τῶν νεῶν τοὺς μὲν ἐπὶ φρυγανισμῷ, τοὺς δὲ ἐπὶ ξυγκομιδῇ τῶν ἐπιτηδείων, τοὺς δὲ καὶ ἐς προνομὰς ταττομένους, πεπυσμένοι ἦσαν. (10) Ἀλλὰ μέρος μέν τι ἀπῆν τῶν ναυτῶν, ἐκ δὲ τῶν παρόντων ξυμπληρώσας Ἀλέξανδρος δέκα ναῦς, ὡς προσπλεούσας τὰς πέντε τῶν Περσῶν κατεῖδε, πέμπει ἐπ' αὐτὰς κατὰ σπουδήν, ἐμβάλλειν ἀντιπρῴρους κελεύσας. Οἱ δὲ ἐν ταῖς πέντε ναυσὶ τῶν Περσῶν, ὡς παρ' ἐλπίδα ἀναγομένους τοὺς Μακεδόνας ἐπὶ σφᾶς εἶδον, ὑποστρέψαντες ἐκ πολλοῦ ἔφευγον πρὸς τὸ ἄλλο ναυτικόν. (11) Καὶ ἡ μὲν Ἰασσέων ναῦς ἁλίσκεται αὐτοῖς ἀνδράσιν ἐν τῇ φυγῇ, οὐ ταχυναυτοῦσα, αἱ δὲ τέσσαρες ἔφθασαν καταφυγεῖν εἰς τὰς οἰκείας τριήρεις. Οὕτω μὲν δὴ ἀπέπλευσαν ἄπρακτοι ἐκ Μιλήτου οἱ Πέρσαι.

quum Macedonum triremes effugere conarentur, ad fauces portus capti fuerunt : plerique autem in ipsa urbe interfecti.

5. Alexander, urbe jam potitus, eos qui in insulam profugerant classe petit, scalis in proras triremium portari jussis, utpote in abrupta insulæ veluti in murum ex navibus conscensurus. (6) Ut vero eos qui in insula erant extrema tentare velle vidit, commiseratione illorum hominum captus est, quod et generosi et fidi esse videbantur. Ea itaque conditione cum iis pactus est, ut secum militarent. Erant autem ii mercenarii Græci circa trecentos. Milesiis, quotquot in expugnatione urbis cæsi non fuerant, vitam et libertatem dedit.

7. At barbari a Mycale moventes interdiu quidem in Græcanicæ classis conspectum adnavigabant, sperantes illos ad navalem pugnam provocari posse : noctu ad stationem suam, parum commodam, sese recipiebant, quum a Mæandri fluminis ostiis, procul inde, aquari eos oporteret. (8) Alexander, Mileti portu navibus insesso, ne barbari vi facta in eum irrumpere possent, Philotam ad Mycalem mittit cum equitatu et peditum tribus agminibus, ut barbaros descensione in terram prohibeat jubens. Barbari, aquæ ceterarumque rerum necessariarum inopia, tantum non in navibus obsessi, in Samum navigarunt : sumptoque inde commeatu, Miletum redeunt, (9) plurimasque naves ante portum in alto constituunt, ut Macedonas in æquor provocent : quinque autem earum in portum quendam qui inter Laden insulam et exercitum medius erat, sese injecerunt, ea spe ut vacuas Alexandri naves caperent : quum nautas procul a navibus dispersos esse scirent, alios lignatum, alios ad importanda necessaria, alios prædatum egressos. (10) Et pars quidem navalium sociorum aberat : Alexander, ex iis qui præsto erant, decem naves instruens, ut quinque Persarum naves adnavigantes vidit, confestim obviam iis mittit, utque adversis proris in eas ferantur jubet. Persæ Macedones præter omnem exspectationem in se ferri conspicati, e longinquo conversi ad reliquam classem confugiunt. (11) Ac Iassensium quidem navis remigio tardior in fuga capta est : reliquæ quatuor fuga elapsæ ad suas triremes pervenerunt. Atque ita quidem Persæ re infecta Mileto cum classe discesserunt.

ΚΕΦ. Κ'.

Ἀλέξανδρος δὲ καταλῦσαι ἔγνω τὸ ναυτικὸν χρημάτων τε ἐν τῷ τότε ἀπορίᾳ καὶ ἅμα οὐκ ἀξιόμαχον ὁρῶν τὸ αὑτοῦ ναυτικὸν τῷ Περσικῷ, οὔκουν οὐδ' ἐθέλων μέρει τινὶ τῆς στρατιᾶς κινδυνεύειν. Ἄλλως τε ἐπενόει, κατέχων ἤδη τῷ πεζῷ τὴν Ἀσίαν, ὅτι οὔτε ναυτικοῦ ἔτι δέοιτο, τάς τε παραλίους πόλεις λαβὼν καταλύσει τὸ Περσῶν ναυτικόν, οὔτε ὁπόθεν τὰς ὑπηρεσίας συμπληρώσουσιν οὔτε ὅπῃ τῆς Ἀσίας προσέξουσιν ἔχοντας. Καὶ τὸν ἀετὸν ταύτῃ συνέβαλλεν ὅτι ἐσήμηνεν αὐτῷ ἐκ τῆς γῆς κρατήσειν τῶν νεῶν.

2. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος ἐπὶ Καρίας ἐστέλλετο, ὅτι ἐν Ἁλικαρνασσῷ συνεστηκέναι οὐ φαύλην δύναμιν τῶν τε βαρβάρων καὶ ξένων ἐξηγγέλλετο. Ὅσαι δὲ ἐν μέσῳ πόλεις Μιλήτου τε καὶ Ἁλικαρνασσοῦ, ταύτας ἐξ ἐφόδου λαβὼν καταστρατοπεδεύει πρὸς Ἁλικαρνασσῷ, ἀπέχων τῆς πόλεως ἐς πέντε μάλιστα σταδίους, ὡς ἐπὶ χρονίῳ πολιορκίᾳ. (3) Ἥ τε γὰρ φύσις τοῦ χωρίου ὀχυρὸν ἐποίει αὐτὸ καὶ ὅπῃ τι ἐνδεῖν ὡς πρὸς ἀσφάλειαν ἐφαίνετο, ξύμπαντα ταῦτα Μέμνων τε αὐτὸς παρών, ἤδη ἀποδεδειγμένος πρὸς Δαρείου τῆς τε κάτω Ἀσίας καὶ τοῦ ναυτικοῦ παντὸς ἡγεμών, ἐκ πολλοῦ παρεσκευάκει, καὶ στρατιῶται πολλοὶ μὲν ξένοι μισθοφόροι ἐν τῇ πόλει ἐγκατελείφθησαν, πολλοὶ δὲ καὶ Περσῶν αὐτῶν· αἵ τε τριήρεις ἐφώρμουν τῷ λιμένι, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν ναυτῶν πολλὴν ὠφέλειαν γίγνεσθαι ἐς τὰ ἔργα.

4. Τῇ μὲν δὴ πρώτῃ ἡμέρᾳ προσάγοντος Ἀλεξάνδρου τῷ τείχει κατὰ τὰς ἐπὶ Μύλασα φερούσας πύλας, ἐκδρομή τε γίγνεται τῶν ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἀκροβολισμός· καὶ τούτους οὐ χαλεπῶς ἀνέστειλάν τε οἱ παρ' Ἀλεξάνδρου ἀντεκδραμόντες καὶ ἐς τὴν πόλιν κατέκλεισαν.

5. Οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τὴν τῶν ἑταίρων ἵππον καὶ τὴν Ἀμύντου τε καὶ Περδίκκου καὶ Μελεάγρου τάξιν τὴν πεζικήν, καὶ πρὸς τούτοις τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, περιῆλθε τῆς πόλεως τὸ πρὸς Μύνδον μέρος, τό τε τεῖχος κατοψόμενος, εἰ ταύτῃ ἐπιμαχώτερον τυγχάνει ὂν ἐς τὴν προσβολὴν καὶ ἅμα εἰ τὴν Μύνδον ἐξ ἐπιδρομῆς δύναιτο λαθὼν κατασχεῖν· ἔσεσθαι γὰρ οὐ σμικρὰν τὴν ὠφέλειαν ἐς τὴν τῆς Ἁλικαρνασσοῦ πολιορκίαν τὴν Μύνδον οἰκείαν γενομένην· καί τι καὶ ἐνεδίδοτο αὐτῷ ἐκ τῶν Μυνδίων, εἰ λάθοι νυκτὸς προσελθών. (6) Αὐτὸς μὲν δὴ κατὰ τὰ ξυγκείμενα ἀμφὶ μέσας νύκτας προσῆλθε τῷ τείχει· ὡς δὲ οὐδὲν ἐνεδίδοτο ἀπὸ τῶν ἔνδον, αἵ τε μηχαναὶ καὶ αἱ κλίμακες αὐτῷ οὐ παρῆσαν, οἷα δὴ οὐκ ἐπὶ πολιορκίαν σταλέντι, ἀλλ' ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ ἐνδιδομένης τῆς πόλεως, προσήγαγε καὶ ὡς τῶν Μακεδόνων τὴν φάλαγγα, ὑπορύττειν κελεύσας τὸ τεῖχος. (7) Καὶ ἕνα γε πύργον κατέβαλον οἱ Μακεδόνες· οὐ μέντοι ἐγύμνωσέ γε τὸ τεῖχος πεσών· καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἅμα εὐρώστως ἀμυνόμενοι καὶ ἐκ τῆς Ἁλικαρνασσοῦ κατὰ θάλασσαν πολλοὶ ἤδη παραβοηθηκότες ἄπορον ἐποίησαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ τὴν αὐτοσχέδιόν τε καὶ ἐξ ἐπιδρομῆς κατάληψιν τῆς Μύνδου. Οὕτω μὲν δὴ ἐπανέρχεται Ἀλέξανδρος οὐδὲν πράξας ὧν ἕνεκα ὡρμήθη, καὶ τῇ πολιορκίᾳ τῆς Ἁλικαρνασσοῦ αὖθις προσεῖχε.

8. Καὶ τὰ πρῶτα μὲν τὴν τάφρον, ἣ πρὸ τῆς πόλεως ὀρώρυκτο αὐτοῖς, πλάτος μὲν τριάκοντα μάλιστα πήχεων, βάθος δὲ ἐς πεντεκαίδεκα, ἐχώννυε, τοῦ ῥᾳδίαν εἶναι τὴν προσαγωγὴν τῶν τε πύργων, ἀφ' ὧν ἔμελλε τοὺς ἀκροβολισμοὺς ἐς τοὺς προμαχομένους τοῦ τείχους ποιεῖσθαι, καὶ τῶν ἄλλων μηχανῶν, αἷς κατασείειν ἐπενόει τὸ τεῖχος. Καὶ ἥ τε τάφρος αὐτῷ ἐχώσθη οὐ χαλεπῶς καὶ οἱ πύργοι προσήγοντο ἤδη. (9) Οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἁλικαρνασσοῦ νυκτὸς ἐκδραμόντες, ὡς ἐμπρῆσαι τούς τε πύργους καὶ ὅσαι ἄλλαι μηχαναὶ προσηγμέναι ἦ οὐ πόρρω τοῦ προσάγεσθαι ἦσαν, ὑπὸ τῶν φυλακῶν τε τῶν Μακεδόνων καὶ ὅσοι ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ ἐξεγερθέντες παρεβοήθησαν οὐ χαλεπῶς κατεκλείσθησαν ἐς τὰ τείχη αὖθις. (10) Καὶ ἀπέθανον αὐτῶν ἄλλοι τε ἐς ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν καὶ Νεοπτόλεμος ὁ Ἀρράβαίου, τοῦ Ἀμύντου ἀδελφός, τῶν παρὰ Δαρεῖον αὐτομολησάντων. Τῶν δ' Ἀλεξάνδρου στρατιωτῶν ἀπέθανον μὲν ἐς ἑκκαίδεκα, τραυματίαι δὲ ἐγένοντο ἐς τριακοσίους, ὅτι ἐν νυκτὶ γενομένης τῆς ἐκδρομῆς ἀφυλακτότεροι ἐς τὸ τιτρώσκεσθαι ἦσαν.

CAP. XX.

Alexander classem dissolvere statuit, partim quod pecuniæ inopia tum temporis premebatur, partim quod Persicæ classi impar erat : neque cum exercitus sui parte aliqua periclitari volebat. Animadvertebat præterea, quum jam Asiam terrestribus copiis teneret, se classe non egere, maritimisque oppidis captis, facile ut Persæ classem dimitterent esse effecturum. Neque enim unde remiges in supplementum acciperent, neque quo se in Asia reciperent, habere. Aquilam etiam ita interpretatus est, quod significaret ipsum e continente naves victurum.

2. His rebus ita peractis, in Cariam movit, quod apud Halicarnassum non exiguæ tum barbarorum tum exterorum copiæ esse nuntiabantur. Omnibus porro quæ inter Miletum et Halicarnassum sita sunt oppidis primo adventu captis, quinque fere ab urbe stadiis castra locat : quod diuturna obsidio futura videbatur. (3) Nam urbs et natura loci munita erat, et ubi aliquid ad munitionem deesse visum fuerat, hoc omne Memnon, præsens, jam inferioris Asiæ totiusque classis præfectus a Dario declaratus, multo antea procurarat. Et quidem milites mercenarii non pauci urbis præsidio impositi erant, multi etiam Persæ. Triremes etiam in portum duxerat, quum et nautarum opera magno usui esse posset.

4. Igitur primo statim die Alexandro exercitum ad muros adducente, ad portas quæ Myiasa ferunt, magna continuo ex urbe excursio fit, et velitaris pugna excitatur. At Macedones contra in eos excurrentes, parvo negotio represserunt atque in urbem repulerunt.

5. Paucis post diebus Alexander, sumptis scutatis et amicorum equitatu et Amyntæ Perdiccæque et Meleagri pedestribus copiis, ac præter hos sagittariis et Agrianis, transiit ad eam urbis partem qua Myndum spectat, murum exploraturus an ea parte commodius oppugnari, et an Myndo pariter subita atque improvisa excursione potiri posset. Myndi enim accessionem magno sibi adjumento ad Halicarnassi obsidionem fore censebat. Et quidem nonnulli Myndenses deditionem Alexandro polliciti erant, si clam per noctem accessisset. (6) Nocte igitur intempesta, uti convenerat, ad muros venit : quumque oppidanos nihil de deditione agitare videret, neque machinæ ac scalæ ad manum essent, quod non oppugnaturus, sed proditione urbem recepturus venerat, nihilominus tamen Macedonum phalange propius admota murum suffodi jubet : (7) qui statim unam turrim subvertunt : cujus tamen ruina murum non nudavit. Oppidani summa vi resistentes et multi Halicarnassenses jam mari suppetias ferentes, Alexandri de capienda facile primo impetu Myndo spem irritam fecerunt. Ita Alexander rebus, quarum causa venerat, infectis revertitur, et ad Halicarnassi obsidionem rursus se confert.

8. Primum omnium fossam quam oppidani ante urbem duxerant, triginta summum cubitorum latitudine, altitudine quindecim, repleri jubet, quo facilius turres e quibus in propugnatores jacularentur adduci, aliæque machinæ, quibus murum quatere statuerat, admoveri possent. Fossa haud difficulter repleta, turres jam adduci cœperant, (9) quum Halicarnassii noctu excurrentes, animo incendendi et turres et reliquas machinas quæ jam admotæ erant aut parum aberat quin admoverentur, a Macedonibus, quibus custodia machinarum erat commissa, aliisque qui tumultu excitati accurrerunt, parvo negotio intra mœnia repulsi sunt. (10) Cæsi sunt in hoc conflictu ex Halicarnassiis CLXX, in quibus Neoptolemus Arrhabæi filius, Amyntæ frater, unus eorum qui ad Darium transfugerant. Ex Alexandri autem militibus XVI desiderati : vulnerati circiter CCC, quod, quum noctu excursio illa facta esset, minus caveri et evitari telorum jactus poterant.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Οὐ πολλαῖς δὲ ἡμέραις ὕστερον δύο τῶν Μακεδόνων ὁπλῖται ἐκ τῆς Περδίκκου τάξεως, ξυσκηνοῦντές τε καὶ ἅμα ξυμπίνοντες, αὐτόν τε καὶ τὰ αὐτοῦ ἑκάτερος ἐπὶ μέγα τῷ λόγῳ ἦγεν. Ἔνθα δὴ φιλοτιμία τε ἐσπίπτει αὐτοῖς, καί τι καὶ ὁ οἶνος ὑπεθέρμαινεν, ὥστε ὁπλισάμενοι αὐτοὶ ἐπὶ σφῶν προσβάλλουσι τῷ τείχει κατὰ τὴν ἄκραν τὴν πρὸς Μύλασα μάλιστα τετραμμένην, ὡς ἐπίδειξιν τῆς σφῶν ῥώμης μᾶλλόν τι ἢ πρὸς πολεμίους μετὰ κινδύνου τὸν ἀγῶνα ποιησόμενοι. (2) Καὶ τούτους κατιδόντες τινὲς τῶν ἐκ τῆς πόλεως δύο τε ὄντας καὶ οὐ ξὺν λογισμῷ προσφερομένους τῷ τείχει ἐπεκθέουσιν. Οἱ δὲ τοὺς μὲν ἐγγὺς πελάσαντας ἀπέκτειναν, πρὸς δὲ τοὺς ἀφεστηκότας ἠκροβολίζοντο, πλεονεκτούμενοι τῷ τε πλήθει καὶ τοῦ χωρίου τῇ χαλεπότητι, ὅτι ἐξ ὑπερδεξίου τοῖς πολεμίοις ἡ ἐπιδρομή τε καὶ ὁ ἀκροβολισμὸς ἐγίνετο. (3) Καὶ ἐν τούτῳ ἀντεκθέουσί τινες καὶ ἄλλοι τῶν τοῦ Περδίκκου στρατιωτῶν, καὶ ἀπὸ τῆς Ἁλικαρνασσοῦ ἄλλοι· καὶ ξυμπίπτει μάχη καρτερὰ πρὸς τῷ τείχει. Καὶ κατακλείονται αὖθις πρὸς τῶν Μακεδόνων εἴσω τῶν πυλῶν οἱ ἐπεκδραμόντες. Παρ' ὀλίγον δὲ ἦλθε καὶ ἁλῶναι ἡ πόλις. (4) Τά τε γὰρ τείχη ἐν τῷ τότε οὐκ ἐν ἀκριβεῖ φυλακῇ ἦν καὶ δύο πύργοι καὶ μεσοπύργιον ἐς ἔδαφος καταπεπτωκότα οὐ χαλεπὴν ἂν τῷ στρατεύματι, εἰ ἅπαντες προσήψαντο τοῦ ἔργου, τὴν ἐς τὸ τεῖχος πάροδον παρέσχε. Καὶ ὁ τρίτος πύργος κατασεσεισμένος οὐδὲ

CAP. XXI.

Paucis post diebus duo armigeri conturbernales ex Perdiccæ agmine, quum inter pocula suas quisque virtutes et facta magnificis verbis extolleret, contentione de honore inter sese orta animisque vino excandescentibus, privato consilio arma capientes, ad muros juxta arcem quæ potissimum Mylasa versus spectat se conferunt, ostentatione potius roboris, quam animo periculosi cum hostibus conflictus adeundi. (2) Hos oppidani quidam conspicati duos modo esse et temere murum petere, excurrunt. Illi incurrentes propius interficiunt, remotiores telis petunt, superati et multitudine et loci difficultate, quum ex editiore loco hostes et impetum facerent et tela mitterent. (3) Multi interea ex Perdiccæ militibus, multi ex Halicarnasso occurrebant. Acris inde pugna ad muros fit, et oppidani qui excurrerant, denuo a Macedonibus in urbem aguntur, parumque abfuit quin urbs caperetur. (4) Nam et in muris parum diligens tum temporis custodia habebatur, et duæ turres una cum muro inter illas medio in solum prostratæ facilem in murum ingressum exercitui, si universus eum adortus fuisset, præbebant. Tertia quoque turris quum quassata esset, ne ipsa quidem difficulter suffossa everti potuisset. At oppidani pro muro

οὗτος χαλεπῶς ἂν ἠρείφθη ὑπορυσσόμενος· ἀλλὰ ἔφθησαν γὰρ ἀντὶ τοῦ πεπτωκότος τείχους ἔσωθεν πλίνθινον μηνοειδὲς ἀντοικοδομησάμενοι οὐ χαλεπῶς, ὑπὸ πολυχειρίας.

5. Καὶ τούτῳ ἐπῆγε τῇ ὑστεραίᾳ τὰς μηχανὰς Ἀλέξανδρος· καὶ ἐκδρομὴ αὖθις γίνεται τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ τῷ ἐμπρῆσαι τὰς μηχανάς. Καὶ μέρος μέν τι τῶν πλησίον τοῦ τείχους γέρρων καὶ ἑνὸς τῶν πύργων τῶν ξυλίνων κατεκαύθη, τὰ δὲ ἄλλα διεφύλαξαν οἱ περὶ Φιλώταν τε καὶ Ἑλλάνικον, οἷς ἡ φυλακὴ αὐτῶν ἐπετέτραπτο· ὡς δὲ καὶ Ἀλέξανδρος ἐπεφάνη ἐν τῇ ἐκδρομῇ, τάς τε δᾷδας ὅσας ἔχοντες ἐκβεβοηθήκεσαν ἀφέντες καὶ τὰ ὅπλα οἱ πολλοὶ αὐτῶν ῥίψαντες εἴσω τοῦ τείχους ἔφευγον. (6) Καίτοι τά γε πρῶτα τῇ φύσει τε τοῦ χωρίου, ὑπερδεξίου ὄντος, ἐπεκράτουν καὶ οὐ κατὰ μέτωπον μόνον ἠκροβολίζοντο ἐς τοὺς προμαχομένους τῶν μηχανῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν πύργων, οἳ δὴ ἑκατέρωθεν τοῦ ἐρηριμμένου τείχους αὐτοὶ ὑπολελειμμένοι ἐκ πλαγίου τε καὶ μόνον οὐ κατὰ νώτου παρεῖχον ἀκροβολίζεσθαι ἐς τοὺς τῷ ἀντῳκοδομημένῳ τείχει προσάγοντας.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις ἐπάγοντος αὖθις Ἀλεξάνδρου τὰς μηχανὰς τῷ πλινθίνῳ τῷ ἐντὸς τείχει καὶ αὐτῷ ἐφηστηκότων τῷ ἔργῳ, ἐκδρομὴ γίνεται πανδημεὶ ἐκ τῆς πόλεως τῶν μὲν κατὰ τὸ ἐρηριμμένον τεῖχος, ᾗ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐπετέταχτο, τῶν δὲ κατὰ τὸ Τρίπυλον, ᾗ οὐδὲ πάνυ τι προσδεχομένοις τοῖς Μακεδόσιν ἦν. (2) Καὶ οἱ μὲν δᾷδάς τε ταῖς μηχαναῖς ἐνέβαλλον καὶ ὅσα ἄλλα ἐς τὸ ἐξάψαι τε φλόγα καὶ ἐπὶ μέγα προκαλέσασθαι· τῶν δὲ ἀμφ' Ἀλέξανδρον αὐτῶν τε ἐμβαλλόντων ἐς αὐτοὺς ἐῤῥωμένως καὶ ταῖς μηχαναῖς ἀπὸ τῶν πύργων λίθων τε μεγάλων ἀφιεμένων καὶ βελῶν ἐξακοντιζομένων, οὐ χαλεπῶς ἀπεστράφησάν τε καὶ ἔφυγον ἐς τὴν πόλιν. (3) Καὶ φόνος ταύτῃ οὐκ ὀλίγος ἐγένετο, ὅσῳ πλείονές τε καὶ ξὺν μείζονι τῇ τόλμῃ ἐξέδραμον. Οἱ μὲν γὰρ εἰς χεῖρας ἐλθόντες τοῖς Μακεδόσιν ἀπέθανον, οἱ δὲ ἀμφὶ τῷ τείχει τῷ καταπεπτωκότι, στενωτέρας τε ἢ κατὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν τῆς παρόδου οὔσης καὶ τῶν κατερηριμμένων τοῦ τείχους χαλεπὴν τὴν ὑπέρβασιν αὐτοῖς παρεχόντων.

4. Τοῖς δὲ κατὰ τὸ Τρίπυλον ἐκδραμοῦσιν ἀπήντα Πτολεμαῖος ὁ σωματοφύλαξ ὁ βασιλικός, τήν τε Ἀδδαίου καὶ Τιμάνδρου ἅμα οἳ τάξιν ἄγων καὶ ἔστιν οὓς τῶν ψιλῶν· καὶ οὗτοι οὐδὲ αὐτοὶ χαλεπῶς ἐτρέψαντο τοὺς ἐκ τῆς πόλεως. (5) Ξυνέβη δὲ καὶ τούτοις ἐν τῇ ἀποχωρήσει κατὰ στενὴν γέφυραν τὴν ἐπὶ τῆς τάφρου πεποιημένην φεύγουσι τήν τε γέφυραν αὐτὴν ὑπὸ πλήθους ξυντρῖψαι καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἐς τὴν τάφρον ἐμπεσόντας τοὺς μὲν ὑπὸ σφῶν καταπατηθέντας διαφθαρῆναι, τοὺς δὲ καὶ ἄνωθεν ὑπὸ τῶν Μακεδόνων βαλλομένους. (6) Ὁ πλεῖστος δὲ φόνος περὶ ταῖς πύλαις αὐταῖς ξυνέβη, ὅτι ἡ ξύγκλεισις τῶν πυλῶν φοβερά τε καὶ πρὸ τοῦ καιροῦ γενομένη, δεισάντων μὴ συνεισπέσοιεν τοῖς φεύγουσιν ἐχόμενοι αὐτῶν οἱ Μακεδόνες, πολλοὺς καὶ τῶν φιλίων τῆς εἰσόδου ἀπέκλεισεν, οὓς πρὸς αὐτοῖς τοῖς τείχεσιν οἱ Μακεδόνες διέφθειραν. (7) Καὶ παρ' ὀλίγον ἦκεν ἁλῶναι ἡ πόλις, εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἀνεκαλέσατο τὸ στράτευμα, ἔτι διασῶσαι ἐθέλων τὴν Ἁλικαρνασσόν, εἴ τι φίλιον ἐνδοθείη ἐκ τῶν Ἁλικαρνασσέων. Ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐς χιλίους, τῶν δὲ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ἀμφὶ τοὺς τεσσαράκοντα, καὶ ἐν τούτοις Πτολεμαῖός τε ὁ σωματοφύλαξ καὶ Κλέαρχος ὁ τοξάρχης καὶ Ἀδδαῖος χιλιάρχης, οὗτοι καὶ ἄλλοι τῶν οὐκ ἠμελημένων Μακεδόνων.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Ἔνθα δὴ ξυνελθόντες οἱ ἡγεμόνες τῶν Περσῶν, Ὀροντοβάτης τε καὶ Μέμνων, καὶ ἐκ τῶν παρόντων γνόντες σφᾶς τε οὐ δυναμένους ἐπὶ πολὺ ἀντέχειν τῇ πολιορκίᾳ καὶ τοῦ τείχους τὸ μέν τι καταπεπτωκὸς ἤδη ὁρῶντες, τὸ δὲ κατασεσεισμένον, πολλοὺς δὲ τῶν στρατιωτῶν ἐν ταῖς ἐκδρομαῖς τοὺς μὲν διεφθαρμένους, τοὺς δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ τετρῶσθαι ἀπομάχους ὄντας, (2) ταῦτα ἐν νῷ λαβόντες ἀμφὶ δευτέραν φυλακὴν τῆς νυκτὸς τόν τε ξύλινον πύργον ὃν αὐτοὶ ἀντῳκοδόμησαν ταῖς μηχαναῖς τῶν πολεμίων ἐμπιπρᾶσι καὶ τὰς στοὰς ἐν αἷς τὰ βέλη αὐτοῖς ἀπέκειτο. (3) Ἐνέβαλον δὲ καὶ ταῖς οἰκίαις πῦρ ταῖς πλησίον τοῦ τείχους· τῶν δὲ καὶ προσήψατο ἡ φλὸξ ἀπό τε τῶν στοῶν καὶ τοῦ πύργου πολλὴ ἐπενεχθεῖσα καί τι καὶ τοῦ ἀνέμου ταύτῃ ἐπιφέροντος· αὐτῶν δὲ οἱ μὲν ἐς τὴν Ἀρκόννησον ἀπεχώρησαν, οἱ δὲ ἐς τὴν Σαλμακίδα ἄκραν οὕτω καλουμένην. (4) Ἀλεξάνδρῳ δὲ ὡς ἀπηγγέλθη ταῦτα ἐκ τινῶν αὐτομολησάντων ἐκ τοῦ ἔργου, καὶ τὸ πῦρ πολὺ καθεώρα αὐτός, καίτοι ἀμφὶ μέσας που νύκτας ἦν τὸ γιγνόμενον, ὁ δὲ καὶ ὡς ἐξαγαγὼν τοὺς Μακεδόνας τοὺς μὲν ἔτι ἐμπιπράντας τὴν πόλιν ἔκτεινεν, ὅσοι δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις καταλαμβάνοιντο τῶν Ἁλικαρνασσέων, τούτους δὲ σώζειν παρήγγειλεν.

5. Ἤδη τε ἕως ὑπέφαινε καὶ κατιδὼν τὰς ἄκρας ἃς οἵ τε Πέρσαι καὶ οἱ μισθοφόροι κατειλήφεσαν, ταύτας μὲν ἀπέγνω πολιορκεῖν, τριβήν τε ἐπινοῶν οὐκ ὀλίγην ἔσεσθαί οἱ ἀμφ' αὐτὰς τῇ φύσει τῶν χωρίων καὶ οὐ παρὰ μέγα εἶναι ἐξελόντι οἱ τὴν πόλιν ἤδη πᾶσαν. (6) Θάψας δὲ τοὺς ἀποθανόντας ἐν τῇ νυκτί, τὰς μὲν μηχανὰς ἐς Τράλλεις ἀπαγαγεῖν ἐκέλευσε τοὺς ἐπ' αὐταῖς τεταγμένους· αὐτὸς δὲ τὴν πόλιν εἰς ἔδαφος κατασκάψας, αὐτῆς τε ταύτης καὶ τῆς ἄλλης Καρίας φυλακὴν ἐγκαταλιπὼν ξένους μὲν πεζοὺς τρισχιλίους, ἱππέας δὲ ἐς διακοσίους καὶ Πτολεμαῖον ἡγεμόνα αὐτῶν, ἐπὶ Φρυγίας ἐστέλλετο. (7) Τῆς δὲ Καρίας ξυμπάσης σατραπεύειν ἔταξεν Ἄδαν, θυγατέρα μὲν Ἑκατόμνω, γυναῖκα δὲ Ἰδριέως, ὃς καὶ ἀδελφὸς αὐτῇ ὢν κατὰ νόμον τῶν Καρῶν ξυνῴκει. Καὶ ὁ μὲν Ἰδριεὺς τελευτῶν ταύτῃ ἐπέτρεψε τὰ πράγματα,

qui corruerat alium lateritium instar nascentis lunæ sinuatum intrinsecus construxerant, neque id difficulter, ob eorum qui operam suam conferebant multitudinem.

5. Huic muro quum postridie Alexander machinas admovisset, oppidani rursus excurrunt, machinis ignem immissuri, ac nonnulla quidem tabernacula muro proxima et pars unius turris ligneæ exusta sunt : cætera a Philota et Hellanico, quibus machinarum custodia commissa erat, defensa sunt. Simulac vero Alexandrum ipsum in excursione illa conspexere, facibus quibus ad vim arcendam excurrerant omissis, multi etiam armis abjectis, intra muros confugerunt. (6) Ac primo quidem, quod locus sua natura commodus atque eminens erat, superiores erant, neque solum ex adverso in machinarum propugnatores tela jaciebant, verum etiam ex turribus, quæ ex utraque muri diruti parte reliquæ erant, eos qui in murum recens exstructum impetum faciebant, ex obliquo et tantum non a tergo feriebant.

CAP. XXII.

Ceterum non multis postea diebus quum Alexander iterum interiori muro lateritio machinas admoveret atque ipsimet operi instaret, universa civitas portis erumpit, alii qua parte murus demolitus erat et Alexander ipse premebat : alii Tripylum versus, qua Macedones eruptionem minime exspectabant. (2) Nonnulli faces machinis immittunt aliaque fomenta quæ incendium augere atque amplificare possint : Macedonibus contra acriter proruentibus atque ex turribus ingentia saxa et tela in eos torquentibus, facile in fugam acti et in urbem repulsi sunt : (3) tantoque major ibi strages edita est, quanto plures majoreque audacia excurrerant. Nam qui manus cum Macedonibus conseruerant, cæsi sunt : alii juxta muri ruinam, quum et transitus angustior esset quam ut tantæ multitudini sufficeret, et strages ipsius muri difficilem ascensum faceret.

4. Iis vero qui Tripylum versus excurrerant obviam ivit Ptolemæus regius corporis custos, Addæi et Timandri simul agmen secum ducens et nonnullos expeditos, qui etiam ipsi facile oppidanos represserunt. (5) Quibus hoc præterea in recessu infortunii accidit, ut iis per angustum pontem, quem supra fossam duxerant, fugientibus, ponte præ multitudine incumbentium rupto, alii in fossam prolapsi, alii a suis proculcati, alii a Macedonibus ex alto telis icti perierint. (6) Plurima autem cædes ad portas ipsas edita est, quum præ nimio metu præpropere ac parum tempestive claderentur. Veriti enim ne fugientibus impliciti Macedones una in urbem irruerent, multos ex suis excluserunt, qui a Macedonibus ad ipsa mœnia cæsi sunt. (7) Parumque aberat quin urbs ipsa caperetur, nisi Alexander exercitum revocasset, conservandæ adhuc urbis cupidus, si quam Halicarnassii compositionis ansam præbuissent. Ex oppidanis circiter mille cæsi : ex Macedonibus fere quadraginta : atque in his Ptolemæus, corporis custos, et Clearchus, sagittariorum dux, et Addæus chiliarcha, aliique non obscuri nominis Macedones.

CAP. XXIII.

Posthæc congressi Orontobates et Memnon Persarum duces, e re præsenti satis intelligentes se non posse multo tempore obsidionem sustinere, et muros partim jam dirutos partim labefactatos cernentes, plerosque etiam militum in excursionibus aut cæsos aut vulneribus inutiles ad pugnam factos : (2) re accuratius perpensa, sub secundam noctis vigiliam turrim ligneam, quam adversus hostium machinas construxerant, et porticus, in quibus tela eorum reposita erant, incendunt : (3) ædibus etiam muro proximis ignem injiciunt. Quasdam vero etiam comprehendit flamma et ex turri plurima illata, vento etiam nonnihil huc ferente. Oppidanorum vero alii in Arconnesum, alii in Salmacidem arcem quæ vocatur sese receperunt. (4) Quæ quum Alexander ex transfugis qui ex ea clade venerant cognovisset, ipseque magnos ignes cerneret, tametsi jam intempesta nox esset quum id fieret, nihilominus tamen immissis Macedonibus, eos qui urbem etiamnum incenderent trucidari jubet : iis vero Halicarnassensium qui intra domesticos parietes inventi essent parci.

5. Illucescente demum aurora, contemplatus arces, quas Persæ pariter et mercenarii occuparant, eas nequaquam obsidendas esse statuit : tum quod multum temporis ob locorum naturam sibi periturum esset, quodque non magni momenti essent, postquam ipse totam urbem evertisset. (6) Mortuis itaque noctu sepultis, machinarum præfectis ut eas in Tralles avehant jubet. Ipse urbem solo adæquavit : eique et reliquæ Cariæ præsidio imposito, exterorum peditum trium millium, equitum ducentorum, ac Ptolemæo iis præfecto, in Phrygiam movit. (7) Satrapatum totius Cariæ Adæ tribuit. Hecatomni filia hæc erat, Hidriei uxor : qui quum frater ejus esset, Carum tamen lege ean-

νενομισμένον ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔτι ἀπὸ Σεμιράμεως καὶ γυναῖκας ἄρχειν ἀνδρῶν. Ἰτξώδαρος δὲ τὴν μὲν ἐκβάλλει τῆς ἀρχῆς, αὐτὸς δὲ κατεῖχε τὰ πράγματα. (8) Τελευτήσαντος δὲ Ἰτξωδάρου, Ὀροντοβάτης τὴν Καρῶν ἀρχὴν ἐκ βασιλέως πεμφθεὶς εἶχε, γαμβρὸς ὢν Ἰτξωδάρου. Ἄδα δὲ Ἀλινδα μόνον κατεῖχε, χωρίον τῆς Καρίας ἐν τοῖς ὀχυρώτατον, καὶ ἐσβαλόντι Ἀλεξάνδρῳ ἐς Καρίαν ἀπήντα, τά τε Ἀλινδα ἐνδιδοῦσα καὶ παῖδά οἱ τιθεμένη Ἀλέξανδρον. Καὶ Ἀλέξανδρος τά τε Ἀλινδα αὐτῇ ἐπέτρεψε καὶ τὸ ὄνομα τοῦ παιδὸς οὐκ ἀπηξίωσε, καὶ ἐπειδὴ Ἁλικαρνασσόν τε ἐξεῖλε καὶ τῆς ἄλλης Καρίας ἐπεκράτησεν, αὐτῇ ἄρχειν ἁπάσης ἔδωκε.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Τῶν Μακεδόνων δὲ ἔστιν οἳ συνεστρατευμένοι Ἀλεξάνδρῳ ἦσαν νεωστὶ πρὸ τῆς στρατείας γεγαμηκότες· καὶ τούτων ἔγνω οὐκ ἀμελητέα εἶναί οἱ Ἀλέξανδρος, ἀλλ' ἐκπέμπει γὰρ αὐτοὺς ἐκ Καρίας διαχειμάσοντας ἐν Μακεδονίᾳ ἅμα ταῖς γυναιξίν, ἐπιτάξας αὐτοῖς Πτολεμαῖόν τε τὸν Σελεύκου, ἕνα τῶν σωματοφυλάκων τῶν βασιλικῶν, καὶ τῶν στρατηγῶν Κοῖνόν τε τὸν Πολεμοκράτους καὶ Μελέαγρον τὸν Νεοπτολέμου, ὅτι καὶ αὐτοὶ τῶν νεογάμων ἦσαν, (2) προστάξας, ἐπειδὰν αὐτοί τε ἐπανίωσι καὶ τοὺς μετὰ σφῶν ἐκπεμφθέντας ἐπαναγάγωσι, καταλέξαι ἱππέας τε καὶ πεζοὺς ἐκ τῆς χώρας ὅσους πλείστους. Καὶ τῷ ἔργῳ τῷδε, εἴπερ τινὶ ἄλλῳ, εὐδοκίμησε παρὰ Μακεδόσιν Ἀλέξανδρος. Ἔπεμψε δὲ καὶ Κλέανδρον τὸν Πολεμοκράτους ἐπὶ ξυλλογῇ στρατιωτῶν εἰς Πελοπόννησον.

3. Παρμενίωνα δὲ πέμπει ἐπὶ Σάρδεων, δοὺς αὐτῷ τῶν τε ἑταίρων ἱππαρχίαν καὶ τοὺς Θετταλοὺς ἱππέας καὶ τοὺς ἄλλους ξυμμάχους καὶ τὰς ἁμάξας ἄγειν· καὶ κελεύει προϊέναι ἀπὸ Σάρδεων ἐπὶ Φρυγίαν. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Λυκίας τε καὶ Παμφυλίας ᾖει, ὡς τῆς παραλίου κρατήσας ἀχρεῖον καταστῆσαι τοῖς πολεμίοις τὸ ναυτικόν. (4) Καὶ πρῶτον μὲν ἐν παρόδῳ Ὕπαρνα, χωρίον ὀχυρόν, φυλακὴν ἔχον ξένους μισθοφόρους, ἐξ ἐφόδου ἑλαβεν· οἱ δ' ἐκ τῆς ἄκρας ξένοι ὑπόσπονδοι ἐξῆλθον. Ἔπειτα εἰσβαλὼν ἐς Λυκίαν Τελμισσέας μὲν ὁμολογίᾳ προσηγάγετο· περάσας δὲ τὸν Ξάνθον ποταμὸν Πίναρα καὶ Ξάνθον τὴν πόλιν καὶ Πάταρα ἐνδοθέντα ἑλαβε καὶ ἄλλα ἑλάττω πολίσματα ἐς τριάκοντα.

5. Ταῦτα καταπράξας ἐν ἀκμῇ ἤδη τοῦ χειμῶνος ἐς τὴν Μιλυάδα καλουμένην χώραν εἰσβάλλει, ἣ ἔστι μὲν τῆς μεγάλης Φρυγίας, ξυνετέλει δὲ ἐς τὴν Λυκίαν τότε, οὕτως ἐκ βασιλέως μεγάλου τεταγμένον. Καὶ ἐνταῦθα Φασηλιτῶν πρέσβεις ἦκον περὶ φιλίας τε καὶ χρυσῷ στεφάνῳ στεφανῶσαι Ἀλέξανδρον· καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐπικηρυκευόμενοι ἐπρέσβευον Λυκίων τῶν κάτω οἱ πολλοί. (6) Ἀλέξανδρος δὲ Φασηλίτας τε καὶ Λυκίους παραδοῦναι τὰς πόλεις τοῖς ἐπὶ τούτῳ στελλομένοις ἐκέλευσε· καὶ παρεδόθησαν ξύμπασαι. Αὐτὸς δὲ ὀλίγον

dem et uxorem habuerat. Moriens vero Hidrieus regni administrationem ei reliquerat. Usitatum enim est in Asia jam inde a Semiramide, ut etiam feminæ imperent viris. Adan vero Pixodarus regno ejecerat, summam rerum potestatem usurpans. (8) Defuncto Pixodaro Orontobates Carum regnum a rege missus tenebat, utpote Pixodari gener. Ada vero unicam in Caria eamque munitissimam urbem, Alinda nomine, tenebat. Hæc Alexandro Cariam cum exercitu ingresso obviam profecta, Alinda ei tradit eumque sibi filium adoptat. Alexander Alinda ei custodienda relinquit et filii nomen non aspernatur. Porro deleta Halicarnasso, quum tota Caria potitus esset, totius provinciæ imperium illi detulit.

CAP. XXIV.

Posthæc quum ex Macedonibus qui secum militabant nonnulli paulo ante expeditionem uxores duxissent, etiam horum res Alexander minime negligendas existimavit. Itaque iis ex Caria dimissis, hibernandi in Macedonia cum uxoribus potestatem facit, Ptolemæo Seleuci filio uno ex regiis corporis custodibus, iis præfecto, ex ducibus vero copiarum, Cœno, Polemocratis filio, et Meleagro, Neoptolemi filio, (quod etiam hi recens uxores duxerant) adjunctis. (2) Imperatque ut, quum ipsi reverterentur et eos qui una dimissi erant reducerent, equitatum ac peditatum, quam maximum possent, ex ea regione conscriberent. Quo quidem facto, si quo unquam, magnam sibi Alexander apud Macedones laudem comparavit. Cleandrum autem Polemocratis filium ad militem conscribendum in Peloponnesum misit.

3. Parmenionem vero Sardes mittit, data huic amicorum equitum præfectura : utque Thessalos equites aliosque auxiliarios, et plaustra ducat atque Sardibus in Phrygiam procedat, jubet. Ipse in Lyciam et Pamphyliam tendit, ut oris maritimis in potestatem redactis, classem hostium inutilem ipsis efficiat. (4) Ac primo quidem ex itinere Hyparna, oppidum munitum quodque exterum militem mercenarium præsidio habebat, primo accessu cepit. Mercenarii qui arcem tenebant fide data exiere. Deinde Lyciam cum exercitu ingressus Telmissenses pactis sibi conciliavit. Transmisso inde Xantho flumine Pinara et Xanthum urbem et Patara deditione accepit; aliaque minora oppida circiter triginta.

5. His rebus gestis media hieme in Milyada regionem ita vocatam movet, quæ quidem majoris Phrygiæ pars, sed magno rege ita jubente, tunc Lyciæ contributaria erat. Eo loci Phaselitarum legati venerunt, amicitiam petentes, aureaque corona Alexandrum coronaturi : et plerique ex inferiori Lycia legatos, qui de iisdem rebus tractarent, miserunt. (6) Alexander Phaselitis et Lyciis, ut urbes iis qui ad hoc missi essent tradant, imperat; quæ quidem omnes traditæ sunt. Ipse paulo post in Phaselitas profectus,

ὕστερον ἐς τὴν Φασηλίδα παραγενόμενος συνεξαιρεῖ αὐτοῖς φρούριον ὀχυρόν, ἐπιτετειχισμένον τῇ χώρᾳ πρὸς Πισιδῶν, ὅθεν ὁρμώμενοι οἱ βάρβαροι πολλὰ ἔβλαπτον τῶν Φασηλιτῶν τοὺς τὴν γῆν ἐργαζομένους.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Ἔτι δὲ αὐτῷ περὶ τὴν Φασηλίδα ὄντι ἐξαγγέλλεται Ἀλέξανδρον τὸν Ἀερόπου ἐπιβουλεύειν, τά τε ἄλλα τῶν ἑταίρων ὄντα καὶ ἐν τῷ τότε Θεσσαλῶν τῆς ἵππου ἄρχοντα. Ἦν μὲν δὴ ὁ Ἀλέξανδρος οὗτος ἀδελφὸς Ἡρομένους τε καὶ Ἀρραβαίου τῶν ξυνεπιλαβόντων τῆς σφαγῆς τῆς Φιλίππου· (2) καὶ τότε αἰτίαν σχόντα αὐτὸν Ἀλέξανδρος ἀφῆκεν, ὅτι ἐν πρώτοις τε ἀφίκετο τῶν φίλων παρ' αὐτόν, ἐπειδὴ Φίλιππος ἐτελεύτησε, καὶ τὸν θώρακα συνενδὺς συνηκολούθησεν αὐτῷ εἰς τὰ βασίλεια· ὕστερον δὲ καὶ ἐν τιμῇ ἅμφ' αὐτὸν εἶχε, στρατηγόν τε ἐπὶ Θρᾴκης στεῖλας, καὶ ἐπειδὴ Κάλας ὁ τῶν Θετταλῶν ἵππαρχος ἐπὶ σατραπείᾳ ἐξεπέμφθη, αὐτὸν ἀπέδειξεν ἄρχειν τῆς Θεσσαλικῆς ἵππου. Τὰ δὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἐξηγγέλθη ὧδε.

3. Δαρεῖος, ἐπειδὴ Ἀμύντας αὐτομολήσας παρ' αὐτὸν λόγους τέ τινας καὶ γράμματα παρὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου τούτου ἐκόμισε, καταπέμπει ἐπὶ θάλασσαν Σισίνην, ἄνδρα Πέρσην τῶν ἅμφ' αὐτὸν πιστόν, πρόφασιν μὲν παρὰ Ἀτιζύην, τὸν Φρυγίας σατράπην, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τούτῳ συνεσόμενον καὶ πίστεις δώσοντα, εἰ ἀποκτείνει βασιλέα Ἀλέξανδρον, αὐτὸν βασιλέα καταστήσειν τῆς Μακεδονίας καὶ χρυσίου τάλαντα πρὸς τῇ βασιλείᾳ ἐπιδώσειν χίλια. (4) Ὁ δὲ Σισίνης ἅλους πρὸς Παρμενίωνα λέγει πρὸς Παρμενίωνα ὢν ἕνεκα ἀπεστάλη· καὶ τοῦτον [αὐτίκα] ἐν φυλακῇ πέμπει Παρμενίων παρ' Ἀλέξανδρον, καὶ πυνθάνεται ταῦτὰ παρ' αὐτοῦ Ἀλέξανδρος. Συναγαγὼν δὲ τοὺς φίλους βουλὴν προὐτίθη ὅτι χρὴ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου γνῶναι. (5) Καὶ ἐδόκει τοῖς ἑταίροις μήτε πάλαι εὖ βεβουλεῦσθαι τὸ κράτιστον τοῦ ἱππικοῦ ἀνδρὶ οὐ πιστῷ ἐπιτρέψας, νῦν τε χρῆναι αὐτὸν κατὰ τάχος ἐκποδὼν ποιεῖσθαι, πρὶν καὶ ἐπιτηδειότερον γενόμενον τοῖς Θετταλοῖς ξὺν αὐτοῖς τι νεωτερῖσαι. (6) Καί τι καὶ θεῖον ἐφόβει αὐτούς. Ἔτι γὰρ πολιορκοῦντος αὐτοῦ (Ἀλεξάνδρου) Ἁλικαρνασσὸν ἀναπαύεσθαι μὲν ἐν μεσημβρίᾳ, χελιδόνα δὲ περιπέτεσθαι ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τρύζουσαν μεγάλα καὶ τῆς εὐνῆς ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ καθίζειν, θορυβωδέστερον ἢ κατὰ τὸ εἰωθὸς ᾄδουσαν. (7) Τὸν δὲ ὑπὸ καμάτου ἐγερθῆναι μὲν ἀδυνάτως ἔχειν ἐκ τοῦ ὕπνου, ἐνοχλούμενον δὲ πρὸς τῆς φωνῆς τῇ χειρὶ οὐ βαρέως ἀποσοβῆσαι τὴν χελιδόνα· τὴν δὲ τοσούτου ἄρα δεῖσαι ἀποφυγεῖν πληγεῖσαν, ὥστε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου καθημένην μὴ πρόσθεν ἀνεῖναι, πρὶν παντελῶς ἐξεγερθῆναι Ἀλέξανδρον. (8) Καὶ Ἀλέξανδρος οὐ φαῦλον ποιησάμενος τὸ τῆς χελιδόνος ἀνεκοίνωσεν Ἀριστάνδρῳ τῷ Τελμισσεῖ, μάντει· Ἀρίστανδρον δὲ ἐπιβουλὴν μὲν

una cum ipsis castellum quoddam munitum, quod Pisidæ in eorum regione exstruxerant, expugnat, unde barbari excurrentes Phaselitas agrum colentes multis damnis afficiebant.

CAP. XXV.

Interea dum apud Phaselitas est Alexander certior fit, Alexandrum Aeropi filium ejus vitæ insidiari, quum aliquo ex amicis esset, et tum temporis Thessalico equitatui præesset. Erat hic Alexander Heromenis et Arrhabæi frater, qui necis Philippi adjutores fuerant. (2) Et tum quidem in culpa quum esset, Alexander eum dimiserat, quod inter primos amicorum post Philippi obitum ad se venisset et thorace indutus eum in regiam comitatus esset. Postea vero multis honoribus affectum sibi adjunxerat, ducemque copiarum in Thraciam miserat, et Cala Thessalici equitatus præfecto ad satrapatum misso, hunc Thessalis ducem dederat. Insidiarum vero ratio ita denuntiata est.

3. Darius, acceptis per Amyntam transfugam ab hoc Alexandro mandatis et literis, Sisinem hominem Persam, cui plurimum fidebat, ad maritimam oram mittit, prætextu quidem legationis ad Atizyem, Phrygiæ satrapam : re vera autem, ut Alexandrum hunc adiret fidemque faceret, si regem Alexandrum interficeret, Macedoniæ regnum et mille insuper auri talenta se illi daturum. (4) Sed Sisines a Parmenione comprehensus, causam suæ legationis ei explicavit. Parmenio statim illum cum custodia ad Alexandrum mittit, qui eadem ex illo cognoscit. Convocatis autem amicis, quid de Alexandro statuendum sit, consultat. (5) Amicis visum est, parum consulte initio factum fuisse, quod præstantissimum equitatum homini non fido commisisset : nunc vero celeriter illum de medio tollendum, priusquam conciliatis Thessalorum animis res novas una cum iis moliretur. (6) Prodigium etiam quoddam timorem ipsis adjecit. Alexandro enim adhuc Halicarnassum obsidente et sub meridiem quiescente, ferunt hirundinem dormientis caput circumvolitasse, magnos garritus edentem, et modo in hoc modo in illud lectuli latus insedisse, turbulentius quam illius avis consuetudo fert canentem. (7) Ipsum præ defatigatione e sommo excitari non potuisse : sed quum strepitu suo molesta esset, leviter manu hirundinem repulisse : illam tantum abfuisse ut repulsa avolarit, ut ipsius capiti insidens non prius cantare desiterit, quam Alexander penitus expergefactus fuerit. (8) Is prodigium illud non levis momenti esse ratus, Aristandrum Telmissensem vatem consulit : qui insidias Alexandro

ἔχ του τῶν φίλων σημαίνεσθαι αὐτῷ εἰπεῖν, σημαίνεσθαι δὲ καὶ ὅτι καταφανὴς ἔσται· τὴν γὰρ χελιδόνα σύντροφόν τε εἶναι ὄρνιθα καὶ εὔνουν ἀνθρώποις καὶ λαλον μᾶλλον ἢ ἄλλην ὄρνιθα.

9. Ταῦτά τε οὖν καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Πέρσου ξυνθεὶς πέμπει ὡς Παρμενίωνα Ἀμφοτερὸν τὸν Ἀλεξάνδρου μὲν παῖδα, ἀδελφὸν δὲ Κρατέρου· καὶ ξυμπέμπει αὐτῷ τῶν Περγαίων τινὰς τὴν ὁδὸν ἡγησομένους. Καὶ ὁ Ἀμφοτερὸς στολὴν ἐνδὺς ἐπιχώριον, ὡς μὴ γνώριμος εἶναι κατὰ τὴν ὁδόν, λανθάνει ἀφικόμενος παρὰ Παρμενίωνα· (10) καὶ γράμματα μὲν οὐ κομίζει παρ' Ἀλεξάνδρου· οὐ γὰρ ἔδοξε γράφειν ὑπὲρ οὐδενὸς τοιούτου ἐς τὸ ἐμφανές· τὰ δὲ ἀπὸ γλώσσης οἱ ἐντεταλμένα ἐξήγγειλε. Καὶ οὕτω ξυλλαμβάνεται ὁ Ἀλέξανδρος οὗτος καὶ ἐν φυλακῇ ἦν.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Ἀλέξανδρος δὲ ἅρας ἐκ Φασηλίδος, μέρος μέν τι τῆς στρατιᾶς διὰ τῶν ὀρῶν πέμπει ἐπὶ Πέργης, ἧ ὡδοπεποιήκεσαν αὐτῷ οἱ Θρᾷκες χαλεπὴν ἄλλως καὶ μακρὰν οὖσαν τὴν πάροδον· αὐτὸς δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν διὰ τοῦ αἰγιαλοῦ ἦγε τοὺς ἀμφ' αὐτόν. Ἔστι δὲ ταύτῃ ἡ ὁδὸς οὐκ ἄλλως ὅτι μὴ τῶν ἀπ' ἄρκτου ἀνέμων πνεόντων· εἰ δὲ νότοι κατέχοιεν, ἀπόρως ἔχει διὰ τοῦ αἰγιαλοῦ ὁδοιπορεῖν. (2) Τότε δ' ἐκ νότων σκληρῶν βορέαι ἐπιπνεύσαντες, οὐκ ἄνευ τοῦ θείου, ὡς αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἐξηγοῦντο, εὐμαρῆ καὶ ταχεῖαν τὴν πάροδον παρέσχον. Ἐκ Πέργης δὲ ὡς προῆει, ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν πρέσβεις Ἀσπενδίων αὐτοκράτορες, τὴν μὲν πόλιν ἐνδιδόντες, φρουρὰν δὲ μὴ εἰσάγειν δεόμενοι. (3) Καὶ περὶ μὲν τῆς φρουρᾶς πράξαντες ἀπῆλθον ὅσα ἠξίουν, πεντήκοντα δὲ τάλαντα κελεύει τῇ στρατιᾷ δοῦναι αὐτοῖς ἐς μισθὸν καὶ τοὺς ἵππους οὓς δασμὸν βασιλεῖ ἔτρεφον. Οἱ δὲ ὑπέρ τε τοῦ ἀργυρίου καὶ τοὺς ἵππους παραδώσειν ξυνθέμενοι ἀπῆλθον.

4. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ Σίδης ἦει. Εἰσὶ δὲ οἱ Σιδῆται Κυμαῖοι ἐκ Κύμης τῆς Αἰολίδος· καὶ οὗτοι λέγουσιν ὑπὲρ σφῶν τόνδε τὸν λόγον, ὅτι ὡς κατῆράν τε ἐς τὴν γῆν ἐκείνην οἱ πρῶτοι ἐκ Κύμης σταλέντες καὶ ἐπὶ οἰκισμῷ ἐξέβησαν, αὐτίκα τὴν μὲν Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐξελάθοντο, εὐθὺς δὲ βάρβαρον φωνὴν ἵεσαν, οὐδὲ τῶν προσχώρων βαρβάρων, ἀλλὰ ἰδίαν σφῶν οὔπω πρόσθεν οὖσαν τὴν φωνήν· καὶ ἐκτότε οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους προσχώρους Σιδῆται ἐβαρβάριζον. (5) Καταλιπὼν δὲ φρουρὰν ἐν [τῇ] Σίδῃ, προῆει ἐπὶ Σύλλιον, χωρίον ὀχυρὸν καὶ φρουρὰν ἔχον ξένων μισθοφόρων καὶ αὐτῶν τῶν ἐπιχωρίων βαρβάρων. Ἀλλ' οὔτε τὸ Σύλλιον ἐξ ἐφόδου αὐτοσχεδίου ἠδυνήθη λαβεῖν, ἐπεί τε ἠγγέλθη αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν τοὺς Ἀσπενδίους ὅτι οὐδὲν τῶν ξυγκειμένων πρᾶξαι ἐθέλοιεν, οὔτε τοὺς ἵππους παραδοῦναι τοῖς πεμφθεῖσιν οὔτε ἀπαριθμῆσαι τὰ χρήματα, καὶ

ab amico quodam strui, portendi respondit, fore tamen ut insidiæ proderentur. Hirundinem enim coalumnam atque amicam hominibus esse ac præ cæteris avibus garrulam.

9. Vatis itaque responsum cum Persæ dictis conferens, Amphoterum Alexandri quidem filium, Crateri autem fratrem, ad Parmenionem mittit, Pergensibus aliquot, qui itineris duces essent, adjunctis. Amphoterus, habitu illius regionis assumpto, ne in itinere agnosceretur, clam ad Parmenionem pervenit : (10) ac nihil quidem ab Alexandro literarum adfert, (nihil enim hac de re aperte literis committendum judicarat) sed verbis mandata exponit. Atque ita Alexander hic capitur, et custodiæ traditur.

CAP. XXVI.

Alexander ex Phaselide movens, aliquam exercitus partem per montana Pergas mittit, qua Thraces viam patefecerant, arduam alias et longam; ipse secus mare per littus suos ducit. Via autem hæc aliter confici non potest, nisi ventis a septentrione flantibus : austro autem invalescente, ægre per littus iter fit. (2) Tum vero pro vehementibus austris boreales venti exorti, non absque divino quodam numine (ut ipse Alexander, et qui cum eo erant, interpretabantur) facilem ac celerem transitum præbuerunt. Ex Pergis progressus, obvios habuit legatos Aspendiorum liberis mandatis instructos, oppidum dedentes quidem illi, at ne præsidia imponeret deprecantes. (3) Ac de præsidio quidem postulata impetrarunt : quinquaginta vero talenta in exercitus stipendia iis imperat et equos, quos tributi nomine Dario nutriebant. Equos itaque et argenti summam daturos se polliciti, discedunt.

4. Alexander inde in Siden movit : sunt autem Sidetæ Cumæi, ex Cumis Æoliis oriundi; qui quidem de hujusmodi quippiam narrant. Nimirum majores qui e Cumis profecti eo appulerunt atque in eam regionem habitandam descenderunt, repente Græcanicæ linguæ oblitos fuisse, statimque barbaros sonos emisisse : nec tamen illos cum barbaris vicinis communes, sed ipsis proprios ac peculiares, quique antea in usu non fuissent : atque ex eo tempore Sidetes a vicinis barbaris lingua distinctos esse. (5) Alexander, relicto apud Sidem præsidio, Syllium profectus est, oppidum munitum, atque tam externi mercenariique militis quam incolentium barbarorum præsidio firmatum. Neque vero Syllium repentino impetu capi poterat, quod in itinere nunciatum est, Aspendios nihil eorum quæ pacta essent præstare, neque equos tradere iis qui ad eos recipiendos missi erant, neque pecuniam numerare

τὰ ἐκ τῆς χώρας ὅτι ἀνασκευασάμενοι ἐς τὴν πόλιν τάς τε πύλας ἀποκεκλείκασι τοῖς παρ' Ἀλεξάνδρου, καὶ τὰ τείχη ὅπη πεπονηκότα ἦν ἐπισκευάζουσι, ταῦτα πυθόμενος ἐπὶ Ἀσπένδου ἀνεζεύγνυεν.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Ὥκισται δὲ τῆς Ἀσπένδου τὰ μὲν πολλὰ ἐπὶ ἄκρᾳ ὀχυρᾷ καὶ ἀποτόμῳ, καὶ παρ' αὐτὴν τὴν ἄκραν ὁ Εὐρυμέδων ποταμὸς ῥεῖ· ἦσαν δὲ αὐτοῖς καὶ περὶ τῇ ἄκρᾳ ἐν τῷ χθαμαλῷ οὐκ ὀλίγαι οἰκήσεις καὶ τεῖχος περιεβέβλητο αὐταῖς οὐ μέγα. (2) Τὸ μὲν δὴ τεῖχος εὐθύς, ὡς προσάγοντα Ἀλέξανδρον ἔγνωσαν, ἐκλείπουσιν ὅσοι ἐπῴκουν καὶ τὰς οἰκίας ὅσας ἐν τῷ χθαμαλῷ ᾠκισμένας οὐκ ἐδόκουν διαφυλάξαι ἂν δύνασθαι· αὐτοὶ δὲ ἐς τὴν ἄκραν ξυμφεύγουσιν. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἀφίκετο ξὺν τῇ δυνάμει, εἴσω τοῦ ἐρήμου τείχους παρελθὼν κατεστρατοπέδευσεν ἐν ταῖς οἰκίαις ταῖς καταλελειμμέναις πρὸς τῶν Ἀσπενδίων. (3) Οἱ δὲ Ἀσπένδιοι ὡς εἶδον αὐτόν τε Ἀλέξανδρον παρ' ἐλπίδα ἥκοντα καὶ τὸ στρατόπεδον ἐν κύκλῳ σφῶν πάντη, πέμψαντες πρέσβεις ἐδέοντο ἐφ' οἷσπερ τὸ πρότερον ξυμβῆναι. Καὶ Ἀλέξανδρος τό τε χωρίον ὀχυρὸν ἰδὼν καὶ αὐτὸς[ὡς] οὐκ ἐπὶ χρόνιον πολιορκίαν παρεσκευασμένος, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς μὲν οὐδὲ ὡς ξυνέβη πρὸς αὐτούς· (4) δμήρους δὲ δοῦναι σφῶν τοὺς δυνατωτάτους ἐκέλευσε καὶ τοὺς ἵππους οὓς πρόσθεν ὡμολόγησαν καὶ ἑκατὸν τάλαντα ἀντὶ τῶν πεντήκοντα, καὶ πείθεσθαι τῷ σατράπῃ τῷ ὑπ' Ἀλεξάνδρου ταχθέντι καὶ φόρους ἀποφέρειν ὅσα ἔτη Μακεδόσι, καὶ ὑπὲρ τῆς χώρας διακριθῆναι, ἣν τῶν προσχώρων οὖσαν βίᾳ κατέχειν ἐν αἰτίᾳ ἦσαν.

5. Ὡς δὲ πάντα οἱ ἐπεχώρησαν, ἀνέζευξεν ἐς Πέργην, κἀκεῖθεν ἐς Φρυγίαν ὥρμητο· ἦν δὲ αὐτῷ ἡ πορεία παρὰ Τελμισσὸν πόλιν. Οἱ δὲ ἄνθρωποι οὗτοι τὸ μὲν γένος Πισίδαι εἰσὶ βάρβαροι, χωρίον δὲ οἰκοῦσιν ὑπερύψηλον καὶ πάντη ἀπότομον· καὶ ἡ ὁδὸς παρὰ τὴν πόλιν χαλεπή. (6) Καθήκει γὰρ ἐκ τῆς πόλεως ὄρος ἔστε ἐπὶ τὴν ὁδόν, καὶ τοῦτο μὲν αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ ἀποπαύεται· ἀντίπορον δὲ αὐτῷ ὄρος ἄλλο ἐστὶν οὐ μεῖον ἀπότομον. Καὶ ταῦτα τὰ ὄρη ὥσπερ πύλας ποιεῖ ἐπὶ τῇ ὁδῷ, καὶ ἔστιν ὀλίγῃ φυλακῇ κατέχοντας τὰ ὄρη ταῦτα ἄπορον ποιεῖν τὴν πάροδον. Καὶ τότε οἱ Τελμισσεῖς πανδημεὶ ἐκβεβοηθηκότες ἀμφότερα τὰ ὄρη κατεῖχον. (7) Ταῦτα δὴ ἰδὼν Ἀλέξανδρος στρατοπεδεύεσθαι αὐτοῦ ὅπως εἶχον ἐκέλευε τοὺς Μακεδόνας, γνοὺς ὅτι οὐ μενοῦσι πανδημεὶ οἱ Τελμισσεῖς αὐλιζομένους σφᾶς ἰδόντες, ἀλλ' ἀποχωρήσουσιν ἐς τὴν πόλιν, πλησίον οὖσαν, οἱ πολλοὶ αὐτῶν, ὅσον φυλακὴν καταλιπόντες ἐπὶ τοῖς ὄρεσι. Καὶ ξυνέβη ὅπως εἴκαζεν· οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ αὐτῶν ἀπῆλθον, αἱ φυλακαὶ δὲ ἐγκατέμειναν. (8) Καὶ ἐπὶ τούτους εὐθὺς ἀναλαβὼν τούς τε τοξότας καὶ τὰς τῶν ἀκοντιστῶν τάξεις καὶ τῶν ὁπλι-

velle, sed rebus suis ex agro in urbem vectis, portas iis qui ab Alexandro venerant præclusisse, et muros sicubi affecti videbantur, instaurasse. Quibus rebus cognitis, Aspendum versus castra movit.

CAP. XXVII.

Sita est ea urbs magna ex parte in aspera præruptaque rupe, quam Eurymedon fluvius alluit. Erant autem iis circum rupem declivioribus ac planioribus in locis ædificia non pauca, modico muro circumjecto. (2) Simulac vero Alexandrum mœnibus appropinquantem viderunt, muro ædificiisque, quæ humilioribus in locis inhabitabant, desertis, quod ea tueri se posse diffidebant, in arcem confugiunt. Alexander, ut primum eo cum exercitu pervenit, vacuum murum transgressus, in ædificiis quæ Aspendii deseruerant, castra locat. (3) Qui quum ipsum Alexandrum præter exspectationem advenientem ac sese undique ab exercitu circumsessos viderunt, missis legatis orarunt ut prioribus conditionibus pactio fieret. Alexander, quum loci munitionem animadverteret, quumque ipse ad longam obsidionem imparatus esset, nihilominus tamen non iisdem conditionibus cum eis convenit : (4) sed ut principes urbis obsides dent, et equos quos antea promiserant tradant, et talentorum summam duplicent, imperat : utque satrapæ, quem Alexander statuisset, pareant, et tributa annua Macedonibus pendant : ac de agro, cujus possessionem finitimis vi eripuisse accusabantur, judicio contendant.

5. Omnibus iis conditionibus acceptis Pergen profectus, inde in Phrygiam castra movit. Erat autem illi iter faciendum juxta Telmissum urbem. Homines hi sunt barbari, a Pisidis oriundi : locum autem inhabitant vehementer excelsum omnique ex parte præruptum : viaque ipsa quæ juxta urbem ducit, ardua est ac difficilis. (6) Siquidem mons ab urbe in viam protenditur, cujus radices in ipsam viam desinunt. Huic alter ex adverso mons objectus est, æque abruptus : ita ut portas in via facere videantur, facileque aditus omnis exiguo præsidio montibus illis imposito impediri possit. Utrumque montem Telmissenses omni manu accurrentes insederant. (7) Id conspicatus Alexander, Macedones ibi, ut possent, locare castra jubet : ita secum reputans, Telmissenses non ita cum omni manu eo loci moram facturos, quum Macedonas castra fixisse cernerent, sed maximam eorum partem in urbem, quæ proxima erat, sese recepturam, præsidio aliquo in montibus relicto. Et quidem perinde ac cogitarat evenit; plerique enim eorum recesserunt, præsidium solum remansit. (8) Alexander, protinus sumptis sagittariis et jaculatorum ordinibus, et ex armigeris qui expeditiores erant, præsidium invadit.

τῶν ὅσοι κουφότεροι, ἐπήγαγεν. Οἱ δὲ οὐκ ἔμειναν βαλλόμενοι, ἀλλὰ ἔλιπον τὸ χωρίον· καὶ Ἀλέξανδρος ὑπερβαλὼν τὰ στενὰ πρὸς τῇ πόλει κατεστρατοπέδευσε.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Καὶ ἐνταῦθα ἀφικνοῦνται παρ' αὐτὸν Σελγέων πρέσβεις. Οἱ δέ εἰσι καὶ αὐτοὶ Πισίδαι βάρβαροι καὶ πόλιν μεγάλην οἰκοῦσι καὶ μάχιμοί εἰσιν· ὅτι δὲ πολέμιοι τοῖς Τελμισσεῦσιν ἐκ παλαιοῦ ἐτύγχανον, ὑπὲρ φιλίας πρὸς Ἀλέξανδρον πεπρεσβευμένοι ἦσαν. Καὶ πρὸς τούτους σπένδεται Ἀλέξανδρος, καὶ ἐκ τούτου πιστοῖς ἐς ἅπαντα ἐχρήσατο. (2) Τὴν Τελμισσὸν δὲ ἀπέγνω ἑλεῖν ἂν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἀλλ' ἐπὶ Σαγαλασσοῦ ἐστέλλετο. Ἦν δὲ καὶ αὕτη οὐ μικρὰ πόλις· Πισίδαι καὶ ταύτην ᾤκουν, καὶ ἐδόκουν πάντων Πισιδῶν μαχίμων ὄντων αὐτοὶ εἶναι οἱ μαχιμώτατοι· καὶ τότε τὸν λόφον τὸν πρὸ τῆς πόλεως, ὅτι καὶ οὗτος οὐ μεῖον τοῦ τείχους ὀχυρὸς ἐς τὸ ἀπομάχεσθαι ἦν, κατειληφότες προσέμενον. (3) Ἀλέξανδρος δὲ τὴν μὲν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων τάττει ὧδε. Ἐπὶ μὲν τοῦ δεξιοῦ κέρως, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐπετέτακτο, τοὺς ὑπασπιστὰς εἶχεν, ἐχομένους δὲ τούτων τοὺς πεζεταίρους ἕστε ἐπὶ τὸ εὐώνυμον παρατείνας, ὡς ἑκάστοις τῶν στρατηγῶν ἡ ἡγεμονία τῆς τάξεως ἐν τῇ τότε ἡμέρᾳ ἦν. (4) Ἐπὶ δὲ τῷ εὐωνύμῳ ἐπέταξεν ἡγεμόνα Ἀμύνταν τὸν Ἀρραβαίου. Προετάχθησαν δὲ αὐτῷ τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρως οἵ τε τοξόται καὶ οἱ Ἀγριᾶνες, τοῦ δὲ εὐωνύμου οἱ ἀκοντισταὶ οἱ Θρᾷκες, ὧν ἡγεῖτο Σιτάλκης· οἱ γὰρ ἱππεῖς αὐτῷ οὐκ ὠφέλιμοι ἐν τῇ δυσχωρίᾳ ἦσαν. Τοῖς Πισίδαις δὲ καὶ Τελμισσεῖς προσβεβοηθηκότες συνετάξαντο.

5. Ἤδη δὲ οἱ ἀμφ' Ἀλέξανδρον προσβεβληκότες τῷ ὄρει ὅπερ κατεῖχον οἱ Πισίδαι κατ' αὐτὸ τὸ ἀποτομώτατον τῆς ἀνόδου ἦσαν, καὶ ἐν τούτῳ ἐπιτίθενται αὐτοῖς οἱ βάρβαροι λόχοις κατὰ κέρας ἑκάτερον, ᾗ σφίσι μὲν εὐπροσοδώτατον ἦν, τοῖς πολεμίοις δὲ χαλεπωτάτη ἡ πρόσβασις. Καὶ τοὺς μὲν τοξότας, οἷα δὴ οὔτε ἀκριβῶς ὡπλισμένους καὶ πρώτους πελάσαντας, ἐτρέψαντο, οἱ δὲ Ἀγριᾶνες ἔμειναν. (6) Ἐγγὺς γὰρ ἤδη καὶ ἡ φάλαγξ τῶν Μακεδόνων προσῆγε καὶ πρὸ αὐτῆς Ἀλέξανδρος ἐφαίνετο. Ὡς δὲ ἐν χερσὶν ἡ μάχη ἐγένετο, γυμνοί τε οἱ βάρβαροι ὄντες ὁπλίταις προσεφέροντο καὶ πάντη κατατιτρωσκόμενοι ἔπιπτον, ἐνταῦθα δὴ ἐγκλίνουσι. (7) Καὶ ἀπέθανον μὲν αὐτῶν ἐς πεντακοσίους· κοῦφοι γὰρ ὄντες καὶ ἔμπειροι τῶν χωρίων οὐ χαλεπῶς ἀπεχώρουν· καὶ οἱ Μακεδόνες διὰ βαρύτητα τῶν ὅπλων καὶ ἀπειρίαν τῶν ὁδῶν οὐ θαῤῥαλέοι ἐς τὸ διώκειν ἦσαν. (8) Ἀλέξανδρος δὲ ἐχόμενος τῶν φευγόντων τὴν πόλιν αὐτῶν αἱρεῖ κατὰ κράτος. Τῶν δὲ ξὺν αὐτῷ Κλέανδρός τε ὁ στρατηγὸς τῶν τοξοτῶν ἀποθνήσκει καὶ τῶν ἄλλων ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ τοὺς ἄλλους Πισίδας ἦγε· καὶ τὰ μέν τινα τῶν φρουρίων βίᾳ ἑξεῖλε, τὰ δὲ ὁμολογίᾳ προσηγάγετο.

Telmissenses, quum telorum jactus sustinere non possent, locum deserunt. Alexander, superatis angustiis, ad urbem castra locat.

CAP. XXVIII.

Eo loci legati a Selgensibus ad eum veniunt. Sunt autem et hi Pisidæ barbari, magnamque urbem incolunt, bellicosi etiam ipsi. Hi quod veteres Telmissensium hostes erant, legatos ad Alexandrum amicitiam petentes miserant. Fœdere itaque cum iis pacto, deinceps illis ad omnia fidis Alexander est usus. (2) Dehinc, quum Telmissi expugnatio non exiguum tempus requirere videretur, Sagalassum petit. Erat porro etiam hæc non parva urbs, a Pisidis habitata: quumque omnes Pisidæ bellicosi existimarentur, hi tamen ceteris bellica laude superiores habiti sunt: ac tum temporis collem, qui urbi imminebat, quum non minus quam muros urbis munitum illum ad propulsandum judicarent, occupantes hostem opperiebantur. (3) Alexander Macedonum phalangem ita instruit. A dextro cornu, cui ipse præerat, scutatos locat: proximos his pedites amicos usque ad sinistrum cornu explicat, prout singulis ducibus eo die ordines ducendi contigerant. (4) A sinistro quidem cornu ducem statuit Amyntam Arrhabæi filium. A dextro quidem latere sagittarios et Agrianos prætendit, a sinistro jaculatores Thraces, quos ducebat Sitalces; equites enim in illa locorum difficultate nulli usui esse poterant. Porro Pisidis Telmissenses etiam auxilio venerant unaque in acie stabant.

5. Jamque Alexandri acies montem subiens quem Pisidæ tenebant, ad maxime prærupta ascensus loca pervenerat, quum barbari in utrumque cornu ex insidiis proruunt, qua parte ipsis expeditior via, hostibus vero difficillimus accessus esset: et sagittarios quidem, utpote leviter armatos, quique primi pedem contulerant, in fugam vertunt: Agriani vero subsistunt. (6) Nam et propinqua jam erat Macedonum phalanx, et Alexander ipsam ducens conspiciebatur. Postquam autem cominus manu res geri cœpit, barbari nudi cum armatis confligentes omnique ex parte vulnerati cadunt ac terga vertunt. (7) Cæsi sunt ex iis circiter quingenti. Multi enim, quod leves expeditique erant et locorum gnari, facile evaserunt: Macedones ob gravitatem armorum imperitiamque viarum minus audacter fugientes insequuti sunt. (8) Alexander vero fugientium tergis acriter instans, urbem illorum vi capit, Cleandro, uno ex copiarum ducibus, desiderato, aliisque militibus circiter viginti. Inde in alios Pisidas movit, et nonnulla eorum castella vi cepit, nonnulla pactionibus ad deditionem adduxit.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Ἐντεῦθεν δὲ ἦλθεν ἐπὶ Φρυγίας παρὰ τὴν λίμνην ἣ ὄνομα Ἀσκανία, ἐν ᾗ ἅλες πήγνυνται αὐτόματοι, καὶ τούτοις χρῶνται οἱ ἐπιχώριοι, οὐδὲ θαλάσσης τι ἐπὶ τούτῳ δέονται· καὶ ἀφικνεῖται ἐς Κελαινὰς πεμπταῖος. Ἐν δὲ ταῖς Κελαιναῖς ἄκρα ἦν πάντη ἀπότομος, καὶ ταύτην φυλακὴ κατεῖχεν ἐκ τοῦ σατράπου τῆς Φρυγίας, Κᾶρες μὲν χίλιοι, Ἕλληνες δὲ μισθοφόροι ἑκατόν. (2) Καὶ οὗτοι πρεσβεύονται παρ' Ἀλέξανδρον, ἐπαγγελλόμενοι, εἰ μὴ ἀφίκοιτό σφισι βοήθεια ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ξυνέκειτο, φράσαντες τὴν ἡμέραν, ὅτι παραδώσουσι τὸ χωρίον. Καὶ ἔδοξε ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ ὠφελιμώτερα ἢ πολιορκεῖν ἄπορον πάντη προσφέρεσθαι τὴν ἄκραν. (3) Πρὸς μὲν δὴ ταῖς Κελαιναῖς φυλακὴν καταλείπει στρατιώτας ἐς χιλίους καὶ πεντακοσίους. Μείνας δὲ αὐτοῦ ἡμέρας δέκα καὶ σατράπην ἀποδείξας Φρυγίας Ἀντίγονον τὸν Φιλίππου, ἐπὶ δὲ τοὺς ξυμμάχους ἀντ' ἐκείνου στρατηγὸν Βάλακρον τὸν Ἀμύντου ἐπιτάξας, αὐτὸς ἐπὶ Γορδίου ἐστέλλετο. Καὶ Παρμενίωνι ἐπέστειλεν, ἅγοντα ἅμα οἷ τὴν δύναμιν ἐκεῖσε ἁπάντᾶν· καὶ ἀπήντα ξὺν τῇ δυνάμει Παρμενίων. (4) Καὶ οἱ νεόγαμοι δὲ οἱ ἐπὶ Μακεδονίας σταλέντες εἰς Γόρδιον ἦκον καὶ ξὺν αὐτοῖς ἄλλη στρατιὰ καταλεχθεῖσα, ἣν ἦγε Πτολεμαῖός τε ὁ Σελεύκου καὶ Κοῖνος ὁ Πολεμοκράτους καὶ Μελέαγρος ὁ Νεοπτολέμου, πεζοὶ μὲν Μακεδόνες τρισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ ἐς τριακοσίους καὶ Θεσσαλῶν ἱππεῖς διακόσιοι, Ἠλείων δὲ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, ὧν ἡγεῖτο Ἀλκίας ὁ Ἠλεῖος.

5. Τὸ δὲ Γόρδιον ἔστι μὲν τῆς Φρυγίας τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντου, κεῖται δὲ ἐπὶ τῷ Σαγγαρίῳ ποταμῷ· τοῦ δὲ Σαγγαρίου αἱ μὲν πηγαὶ ἐκ Φρυγίας εἰσίν· αὐτὸς δὲ διὰ τῆς Θρᾳκῶν τῶν Βιθυνῶν χώρας ἐξίησιν εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον. Ἐνταῦθα καὶ Ἀθηναίων πρεσβεία παρ' Ἀλέξανδρον ἀφίκετο, δεόμενοι Ἀλεξάνδρου ἀφεῖναί σφισι τοὺς αἰχμαλώτους, οἳ ἐπὶ Γρανικῷ ποταμῷ ἑλήφθησαν Ἀθηναίων ξυστρατευόμενοι τοῖς Πέρσαις καὶ τότε ἐν Μακεδονίᾳ ξὺν τοῖς δισχιλίοις δεδεμένοι ἦσαν· καὶ ὅπερ αὐτῶν ἄπρακτοι ἐν τῷ τότε ἀπῆλθον. (6) Οὐ γὰρ ἐδόκει ἀσφαλὲς εἶναι Ἀλεξάνδρῳ, ἔτι συνεστῶτος τοῦ πρὸς τὸν Πέρσην πολέμου, ἀνεῖναί τι τοῦ φόβου τοῖς Ἕλλησιν ὅσοι ἐναντία τῇ Ἑλλάδι στρατεύεσθαι ὑπὲρ τῶν βαρβάρων οὐκ ἀπηξίωσαν· ἀλλ' ἀποκρίνεται, ἐπειδὰν τὰ παρόντα καλῶς γένηται, τότε ἥξειν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν πρεσβευομένους.

CAP. XXIX.

Posthæc Phrygiam versus proficiscebatur juxta paludem cui Ascania nomen est: in qua sal suapte sponte concrescit, quo incolæ utuntur, neque mari eam ad rem indigent. Quintis castris Celænas pervenit. Erat in ea urbe arx omni ex parte prærupta ac præceps, in qua Phrygiæ satrapa collocarat præsidio Carum mille, Græcorum mercenariorum centum. (2) Hi legatos ad Alexandrum mittunt, nisi subsidium ipsis intra statum diem, quem nominabant, adferretur, deditionem pollicentes. Quam quidem conditionem Alexander rebus suis convenientiorem quam obsidionem esse statuit, quum difficillima omni ex parte arcis oppugnatio videretur. (3) In ea urbe mille fere et quingentos milites præsidio relinquit, et dies decem ibi commoratus, Antigonum Philippi filium Phrygiæ satrapam declarat, et Balacrum Amyntæ filium ejus loco auxiliaribus copiis præficit. Ipse Gordium profectus est, literis ad Parmenionem missis, uti illuc sibi cum exercitu obviam veniat. Parmenio imperata facit. (4) Porro Macedones qui uxores recens nuptas visum ierant, Gordium veniunt; et cum iis exercitus recens conscriptus; quem Ptolemæus Seleuci et Cœnus Polemocratis atque Meleager Neoptolemi filius ducebant. Erat is exercitus peditum Macedonum mille, equitum trecentorum, Thessalorum equitum ducentorum, Eleorum centum quinquaginta quibus præerat Alcias Eleus.

5. Est vero Gordium in Phrygia Hellesponto proxima, ad Sangarium amnem sita, cujus fluminis fontes in Phrygia oriuntur. Ipse per Thracas Bithynos fluens in Euxinum pontum fertur. Eo loci Atheniensium etiam legati ad Alexandrum veniunt, oratum uti cives suos, qui una cum Persis militantes, ad Granicum amnem capti fuerant, ac tum in Macedonia cum aliis bis mille vincti tenebantur, dimittat. Hi re infecta tum domum redeunt. (6) Neque enim consultum Alexandro videbatur, vigente adhuc Persico bello, Græcorum metum imminuere, qui adversus Græciam pro barbaris militare veriti non fuissent. Hoc tantum responsi dedit, ut bello Persico ex animi sui sententia confecto, legatos de iisdem rebus mittant.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΚΕΦ. Α'.

Ἐκ δὲ τούτου Μέμνων τοῦ τε ναυτικοῦ παντὸς ἡγεμὼν ἐκ βασιλέως Δαρείου καθεστηκὼς καὶ τῆς παραλίου ξυμπάσης, ὡς ἐς Μακεδονίαν τε καὶ τὴν Ἑλλάδα ἀποστρέψων τὸν πόλεμον, Χίον μὲν λαμβάνει προδοσίᾳ ἐνδοθεῖσαν· ἔνθεν δὲ ἐπὶ Λέσβου πλεύσας, ὡς οὐ προσεῖχον αὐτῷ οἱ Μιτυληναῖοι, τὰς ἄλλας πόλεις τῆς Λέσβου προσηγάγετο. (2) Ταύτας δὲ παραστησάμενος καὶ προσχὼν τῇ Μιτυλήνῃ, τὴν μὲν πόλιν χάρακι διπλῷ ἐκ θαλάσσης εἰς θάλασσαν ἀπετείχισε, στρατόπεδα δὲ πέντε ἐποικοδομησάμενος τῆς γῆς ἐκράτει οὐ χαλεπῶς. Καὶ μέρος μέν τι τῶν νεῶν τὸν λιμένα αὐτῶν ἐφύλασσε, τὰς δὲ ἐπὶ τὴν ἄκραν τῆς Λέσβου τὸ Σίγριον, ἵνα ἡ προσβολὴ μάλιστά ἐστι ταῖς ἀπό τε Χίου καὶ Γεραιστοῦ καὶ Μαλέας ὁλκάσιν, ἀποστείλας τὸν παράπλουν ἐν φυλακῇ εἶχεν, ὡς μή τινα ὠφέλειαν κατὰ θάλασσαν γίγνεσθαι τοῖς Μιτυληναίοις. (3) Καὶ ἐν τούτῳ αὐτὸς μὲν νόσῳ τελευτᾷ, καὶ εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τοῦτο ἐν τῷ τότε ἔβλαψε τὰ βασιλέως πράγματα. Αὐτοφραδάτης δὲ καὶ Φαρνάβαζος ὁ Ἀρταβάζου, ὅτῳ καὶ ἐπέτρεψε τελευτῶν ὁ Μέμνων τὴν αὐτοῦ ἀρχὴν ἔστε Δαρεῖόν τι ὑπὲρ αὐτῆς γνῶναι, ἀδελφιδῷ αὐτοῦ ὄντι, οὔτοι τῇ πολιορκίᾳ οὐκ ἀῤῥώστως προσέκειντο. (4) Καὶ οἱ Μιτυληναῖοι τῆς τε γῆς εἰργόμενοι καὶ ἀπὸ θαλάσσης πολλαῖς ναυσὶν ἐφορμούσαις φρουρούμενοι, πέμψαντες παρὰ τὸν Φαρνάβαζον ὁμολογίας ἐποιήσαντο, τοὺς μὲν ξένους τοὺς παρ' Ἀλεξάνδρου σφίσι κατὰ συμμαχίαν ἥκοντας ἀπελθεῖν, Μιτυληναίους δὲ καθελεῖν μὲν τὰς πρὸς Ἀλέξανδρόν σφισι γενομένας στήλας, ξυμμάχους δὲ εἶναι Δαρείου κατὰ τὴν εἰρήνην τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένην πρὸς βασιλέα Δαρεῖον, τοὺς φυγάδας δὲ αὐτῶν κατιέναι ἐπὶ τοῖς ἡμίσεσι τῶν τότε ὄντων ὅτε ἔφυγον. (5) Ἐπὶ τούτοις μὲν δὴ ἡ ξύμβασις τοῖς Μιτυληναίοις πρὸς τοὺς Πέρσας ξυνέβη. Φαρνάβαζος δὲ καὶ Αὐτοφραδάτης, ὡς παρῆλθον ἅπαξ εἴσω τῆς πόλεως, φρουράν τε ἐς αὐτὴν εἰσήγαγον καὶ φρούραρχον ἐπ' αὐτῇ Λυκομήδην Ῥόδιον, καὶ τύραννον ἐγκατέστησαν τῇ πόλει Διογένην, ἕνα τῶν φυγάδων· χρήματά τε εἰσέπραξαν τοὺς Μιτυληναίους τὰ μὲν βίᾳ ἀφελόμενοι τοὺς ἔχοντας, τὰ δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐπιβαλόντες.

ΚΕΦ. Β'.

Ταῦτα δὲ διαπραξάμενοι Φαρνάβαζος μὲν ἔπλει ἐπὶ Λυκίας ἄγων τοὺς ξένους τοὺς μισθοφόρους, Αὐτοφραδάτης δὲ ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους. Καὶ ἐν τούτῳ καταπέμπει Δαρεῖος Θυμώνδαν τὸν Μέντορος, αὐτὸν μὲν τοὺς ξένους παρὰ Φαρναβάζου παραληψόμενον καὶ ἀνάξοντα παρὰ βασιλέα, Φαρναβάζῳ δὲ ἐροῦντα ἄρχειν ὅσων Μέμνων ἦρχε. (2) Καὶ παραδοὺς τούτῳ τοὺς ξένους Φαρνάβαζος ἔπλει παρ' Αὐτοφραδάτην ἐπὶ τὰς ναῦς. Ὡς δὲ ὁμοῦ ἐγένοντο, δέκα μὲν ναῦς στέλλουσιν ἐπὶ τὰς Κυκλάδας νήσους Δατάμην ἄνδρα Πέρσην ἄγοντα, αὐτοὶ δὲ ναυσὶν ἑκατὸν ἐπὶ Τενέδου ἔπλευσαν· κατακομισθέντες δὲ τῆς Τενέδου ἐς τὸν Βόρειον καλούμενον λιμένα πέμπουσι παρὰ τοὺς Τενεδίους καὶ κελεύουσι τὰς στήλας τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ τοὺς Ἕλληνας γενομένας σφίσι, ταύτας μὲν καθελεῖν, πρὸς Δαρεῖον δὲ ἄγειν τὴν εἰρήνην ἣν ἐπὶ Ἀνταλκίδου Δαρείῳ συνέθεντο. (3) Τενεδίοις δὲ τὰ μὲν τῆς εὐνοίας ἐς Ἀλέξανδρόν τε καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐποίει μᾶλλον· ἐν δὲ τῷ παρόντι ἄπορον ἄλλως ἐδόκει ὅτι μὴ προσχωρήσαντας τοῖς Πέρσαις σώζεσθαι· ἐπεὶ οὐδὲ Ἡγελόχῳ, ὅτῳ προσετέτακτο ὑπ' Ἀλεξάνδρου αὖθις ξυναγαγεῖν δύναμιν ναυτικήν, τοσαύτη ξυνηγμένη ἦν ὡς δι' ὀλίγου προσδοκᾶν ἔσεσθαι ἂν σφισι παρ' αὐτοῦ τινὰ ὠφέλειαν. Οὕτω μὲν δὴ οἱ ἀμφὶ Φαρνάβαζον τοὺς Τενεδίους φόβῳ μᾶλλον ἢ ἐθέλοντας παρεστήσαντο.

4. Ἐν δὲ τούτῳ Πρωτέας ὁ Ἀνδρονίκου ἐτύγχανε μὲν ξυναγαγὼν ἐξ Εὐβοίας τε καὶ Πελοποννήσου ναῦς μακράς, ὑπὸ Ἀντιπάτρου τεταγμένος, ὡς εἶναί τινα ταῖς τε νήσοις φυλακὴν καὶ αὐτῇ τῇ Ἑλλάδι, εἰ, καθάπερ ἐξηγγέλλετο, ἐπιπλέοιεν οἱ βάρβαροι· πυθόμενος δὲ Δατάμην περὶ Σίφνον ὁρμεῖν δέκα ναυσίν, αὐτὸς ἔχων πεντεκαίδεκα νυκτὸς ἀνάγεται ἐπὶ Χαλκίδος τῆς ἐπὶ τῷ Εὐρίπῳ· (5) καὶ προσσχὼν ἕωθεν Κύθνῳ τῇ νήσῳ τὴν μὲν ἡμέραν αὐτοῦ αὐλίζεται, ὡς σαφέστερόν τε διαπυθέσθαι τὰ περὶ τῶν δέκα νεῶν καὶ ἅμα ἐν νυκτὶ φοβερώτερον προσπεσεῖν τοῖς Φοινίζιν· ὡς δὲ ἔμαθε σαφῶς τὸν Δατάμην ξὺν ταῖς ναυσὶν ἐν Σίφνῳ ὁρμοῦντα, ἐπιπλεύσας ἔτι νυκτὸς ὑπ' αὐτὴν τὴν ἕω καὶ ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσὼν ὀκτὼ μὲν ναῦς αὐτοῖς ἀνδράσιν ἔλαβε· Δατάμης δὲ μετὰ δυοῖν τριηροῖν ἐν τῇ πρώτῃ προσμίξει τῶν ἅμα Πρωτέᾳ νεῶν ὑπεκφυγὼν ἀπεσώθη πρὸς τὸ ἄλλο ναυτικόν.

ΚΕΦ. Γ'.

Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἐς Γόρδιον παρῆλθε, πόθος λαμβάνει αὐτὸν ἀνελθόντα ἐς τὴν ἄκραν, ἵνα καὶ τὰ βασίλεια ἦν τὰ Γορδίου καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Μίδου, τὴν ἅμαξαν ἰδεῖν τοῦ Γορδίου καὶ τοῦ ζυγοῦ τῆς ἁμάξης τὸν δεσμόν. (2) Λόγος δὲ περὶ τῆς ἁμάξης ἐκείνης παρὰ τοῖς προσχώροις πολὺς κατεῖχε, Γόρδιον εἶναι τῶν πάλαι Φρυγῶν ἄνδρα πένητα καὶ ὀλίγην εἶναι αὐτῷ γῆν ἐργάζεσθαι καὶ ζεύγη βοῶν δύο· καὶ τῷ μὲν ἀροτριᾶν, τῷ δὲ ἁμαξεύειν τὸν Γόρδιον. (3) Καί ποτε ἀροῦντος αὐτοῦ ἐπιπτῆναι ἐπὶ τὸν ζυγὸν ἀετὸν καὶ ἐπιμεῖναι ἔστε ἐπὶ βουλυτὸν καθήμενον· τὸν δὲ ἐκπλαγέντα τῇ ὄψει ἰέναι κοινώσοντα ὑπὲρ τοῦ θείου παρὰ τοὺς Τελμισσέας τοὺς μάντεις· εἶναι γὰρ τοὺς Τελμισσέας σοφοὺς τὰ θεῖα

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Hæc dum geruntur, Memnon, quem Darius rex universæ classi oræque maritimæ præfecerat, de bello in Macedoniam Græciamque transferendo cogitans, proditione Chium insulam capit. Inde ad Lesbum navigans, Mitylenæis, qui ejus partes sequuti non sunt, exceptis, reliquas Lesbi urbes in suam potestatem redegit. (2) His itaque deditione acceptis, Mitylenen conversus, urbem ipsam a mari ad mare duplici vallo interclusit, et quinque castellis exstructis, a terra facile superior erat. Præterea parte navium portum ipsorum tenebat, partem ad Sigrium, Lesbi promontorium, ubi appellere solent naves onerariæ ex Chio, Geræsto et Malea venientes, misit, ibique ut adnavigantes arcerent in custodiis habuit, nequid nimirum subsidii Mitylenæis mari advenire posset. (3) Interea ipse morbo obiit: quod quidem, si quid aliud, Darii rebus obfuit. Autophradates autem et Pharnabazus Artabazi filius, cui Memnon moriens præfecturam suam commendarat, tantisper dum Darius aliquid de ea statuisset (erat enim sororis suæ filius) obsidionem acriter urgebant. (4) Mitylenæi et terra interclusi et mari ingenti classe obsessi, legatis ad Pharnabazum missis, pactiones ineunt: ut exteri milites qui ab Alexandro auxilio missi erant discedant; ut Mitylenæi columnas, quas Alexandro cum fœderis inscriptione erexerant, subvertant; ut ex præscripto pacis per Antalcidam factæ Dario confœderati sint: ut exules ipsorum redirent iisque restitueretur dimidia pars bonorum quæ tunc erant, quum fugerent. (5) Hisce conditionibus Mitylenæi cum Persis pacti sunt. Pharnabazus et Autophradates quum semel urbem ingressi essent, præsidium introducunt, eique Lycomeden Rhodium præficiunt, ac Diogenem, unum de numero exulum, tyrannum urbi imponunt: Mitylenæis pecuniam imperant, eamque partim ditioribus eripiunt, partim multitudini injungunt.

CAP. II.

His peractis, Pharnabazus in Lyciam navigat, exteros mercenarios ducens: Autophradates reliquas insulas petit. Inter hæc Darius Thymondam Mentoris filium mittit, qui ipse quidem mercenarios a Pharnabazo accipiat et adducat ad regem Pharnabazum autem præesse jubeat quibus

Memnon præfuerit. (2) Pharnabazus igitur externo milite Thymondæ tradito, ad Autophradaten, qui apud classem erat, navigat. Hi, quum una essent, Datamen Persam in Cycladas cum navibus decem mittunt. Ipsi centum navium classe Tenedum petunt: ad quam insulam delati, quum in portum qui Borealis dicitur, sese recepissent, ad Tenedios mittunt, imperantes ut columnas quas Alexandro et Græcis posuerant, tollant, et pacem quam cum Dario per Antalcidam inierant, colant. (3) Tenediorum animi magis quidem erga Alexandrum et Græcos erant propensi; sed quo tum in statu res ipsorum erant, de salute sua, nisi se ad Persarum voluntatem aggregarent, desperabant; siquidem Hegelochus, cui Alexander ut navales copias denuo compararet imperarat, nondum tantas coegerat, ut sperarent illas brevi tempore adjumento ipsis esse posse. Ita Pharnabazus Tenedios metu potius quam voluntate ad se pertraxit.

4. Dum hæc aguntur, Proteas Andronici filius naves longas ex Eubœa et Peloponneso Antipatri jussu coliegerat, quæ et insulis ipsique adeo Græciæ præsidio alicui essent, si, uti nuntiabatur, barbari classe infestarent. Is quum audisset Datamen cum decem navibus ad Siphnum in statione agere, ipse cum quindecim navibus Chalcidem, ad Euripum sitam, defertur: (5) quumque prima luce ad Cythnum insulam appulisset, totum ibi diem substitit, ut certius exploratiusque aliquid de decem illarum navium statu cognosceret: simul ut impetus per noctem factus plus horroris Phœnicibus incuteret. Postquam vero certior factus est, Datamen cum navibus ad Siphnum in statione esse, luce nondum orta inde movens, et sub ipsam auroram hostes nihil tale exspectantes adortus, octo ex eis naves milite instructas capit. Datames cum duabus triremibus in primo cum Proteæ navibus conflictu clam effugiens, ad reliquam classem se recepit.

CAP. III.

Alexander vero, ut Gordium pervenit, conscensa arce, ubi et Gordii et filii ejus Midæ regia erat, cepit illum cupiditas videndi currum Gordii, et nodum qui in illius currus jugo esse ferebatur. (2) Multus enim erat apud finitimos eo de curru sermo. Gordium fuisse quendam ex veteribus Phrygibus, hominem tenuis fortunæ, exiguum agrum possidentem et juga boum duo, quorum altero ad arationem, altero ad vecturam uteretur. (3) Eo aliquando arante, aquilam in jugo consedisse, ibique in id tempus usque quo bobus juga demuntur constitisse. Gordium spectaculo attonitum, Telmissenses vates communicandæ rei causa adiisse: esse enim Telmissenses peritissimos prodigiorum interpretes, et vaticinandi scientiam ipsis pariter atque uxoribus et li-

ἐξηγεῖσθαι, καί σφισιν ἀπὸ γένους δεδόσθαι αὐτοῖς καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ τὴν μαντείαν. (1) Προσάγοντα δὲ κώμῃ τινὶ τῶν Τελμισσέων ἐντυχεῖν παρθένῳ ὑδρευομένῃ, καὶ πρὸς ταύτην εἰπεῖν ὅπως οἱ τὸ τοῦ ἀετοῦ ἔσχε· τὴν δέ (εἶναι γὰρ καὶ αὐτὴν τοῦ μαντικοῦ γένους) θύειν κελεῦσαι τῷ Διὶ τῷ βασιλεῖ, ἐπανελθόντα εἰς τὸν τόπον αὐτόν. Καὶ δεηθῆναι γὰρ αὐτῆς Γόρδιον, τὴν θυσίαν ξυνεπισπομένην οἱ αὐτὴν ἐξηγήσασθαι, θῦσαί τε ὅπως ἐκείνη ὑπετίθετο τὸν Γόρδιον καὶ ξυγγενέσθαι ἐπὶ γάμῳ τῇ παιδὶ καὶ γενέσθαι αὐτοῖν παῖδα Μίδαν ὄνομα. (5) Ἤδη τε ἄνδρα εἶναι τὸν Μίδαν καλὸν καὶ γενναῖον, καὶ ἐν τούτῳ στάσει πιέζεσθαι ἐν σφίσι τοὺς Φρύγας, καὶ γενέσθαι αὐτοῖς χρησμὸν ὅτι ἅμαξα ἄξει αὐτοῖς βασιλέα καὶ ὅτι οὗτος αὐτοῖς καταπαύσει τὴν στάσιν. Ἔτι δὲ περὶ αὐτῶν τούτων βουλευομένοις ἐλθεῖν τὸν Μίδαν ὁμοῦ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ καὶ ἐπιστῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτῇ ἁμάξῃ. (6) Τοὺς δὲ ξυμβαλόντας τὸ μαντεῖον τοῦτον ἐκεῖνον γνῶναι ὄντα ὄντινα ὁ θεὸς αὐτοῖς ἔφραζεν ὅτι ἄξει ἡ ἅμαξα· καὶ καταστῆσαι μὲν αὐτοὺς βασιλέα τὸν Μίδαν, Μίδαν δὲ αὐτοῖς τὴν στάσιν καταπαῦσαι, καὶ τὴν ἅμαξαν τοῦ πατρὸς ἐν τῇ ἄκρᾳ ἀναθεῖναι χαριστήρια τῷ Διὶ τῷ βασιλεῖ ἐπὶ τῇ τοῦ ἀετοῦ πομπῇ. Πρὸς δὲ δὴ τούτοις καὶ τόδε περὶ τῆς ἁμάξης ἐμυθεύετο, ὅστις λύσειε τοῦ ζυγοῦ τῆς ἁμάξης τὸν δεσμόν, τοῦτον χρῆναι ἄρξαι τῆς Ἀσίας. (7) Ἦν δὲ ὁ δεσμὸς ἐκ φλοιοῦ κρανέας, καὶ τούτου οὔτε τέλος οὔτε ἀρχὴ ἐφαίνετο. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἀπόρως μὲν εἶχεν ἐξευρεῖν λύσιν τοῦ δεσμοῦ, ἄλυτον δὲ περιιδεῖν οὐκ ἤθελε, μή τινα καὶ τοῦτο ἐς τοὺς πολλοὺς κίνησιν ἐργάσηται, οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι παίσας τῷ ξίφει διέκοψε τὸν δεσμὸν καὶ λελύσθαι ἔφη· Ἀριστόβουλος δὲ λέγει ἐξελόντα τὸν ἔστορα τοῦ ρυμοῦ, ὃς ἦν τύλος διαβεβλημένος διὰ τοῦ ρυμοῦ διαμπάξ, συνέχων τὸν δεσμόν, ἐξελκύσαι ἔξω τοῦ ρυμοῦ τὸν ζυγόν. (8) Ὅπως μὲν δὴ ἐπράχθη τὰ ἀμφὶ τῷ δεσμῷ τούτῳ Ἀλεξάνδρῳ, οὐκ ἔχω ἰσχυρίσασθαι. Ἀπηλλάγη δ' οὖν ἀπὸ τῆς ἁμάξης αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ὡς τοῦ λογίου τοῦ ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ δεσμοῦ συμβεβηκότος. Καὶ γὰρ καὶ τῆς νυκτὸς ἐκείνης βρονταί τε καὶ σέλας ἐξ οὐρανοῦ ἐπεσήμηναν· καὶ ἐπὶ τούτοις ἔθυε τῇ ὑστεραίᾳ Ἀλέξανδρος τοῖς φήνασι θεοῖς τά τε σημεῖα καὶ τοῦ δεσμοῦ τὴν λύσιν.

ΚΕΦ. Δ'.

Αὐτὸς δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπ' Ἀγκύρας τῆς Γαλατικῆς ἐστέλλετο· κἀκεῖ αὐτῷ πρεσβεία ἀφικνεῖται Παφλαγόνων, τό τε ἔθνος ἐνδιδόντων καὶ ἐς ὁμολογίαν ξυμβαινόντων· ἐς δὲ τὴν χώραν σὺν τῇ δυνάμει μὴ ἐσβαλεῖν ἐδέοντο. (2) Τούτοις μὲν δὴ προστάσσει Ἀλέξανδρος ὑπακούειν Κάλᾳ τῷ σατράπῃ τῆς Φρυγίας. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῆς Καππαδοκίας ἐλάσας ξύμπασαν τὴν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ προσηγάγετο καὶ ἔτι ὑπὲρ τὸν Ἅλυν πολλήν. (3) Καταστήσας δὲ Καππαδόκων Σαβίκταν σατράπην, αὐτὸς

beris ab ortu insitam esse. (4) Quumque ad eorum vicum quendam venisset, virgini cuipiam ad fontem eunti obviam venisse, eique, quid sibi evenisset, narrasse. Hanc vero, quum et ipsa ex vatum progenie esset, ut locum istum repetens Jovi regi sacrificaret jussisse. Gordium contra ut ipsum comitaretur et sacrificii modum rationemque doceret, eam rogasse. Illum sacrificasse a puella edoctum, eamque conjugem sibi cepisse, puerumque ex iis procreatum, Midam nomine. (5) Qui quum jam vir forma virtuteque præstans evasisset, Phrygas interea gravi inter se seditione laborasse, eosque oraculo monitos esse, currum iis regem allaturum qui seditionem tolleret. His vero adhuc hisce de rebus inter se consultantibus, venisse Midam una cum patre ac matre, ipsumque currui insidentem concilium adiisse. (6) Illos vaticinium interpretatos, hunc nimirum esse illum quem deus monuerat curru advehendum esse, extemplo Midam regem creasse. Hunc itaque seditionem sedasse, paternumque currum Jovi regi, pro aquila missa, gratiarum loco in arce suspensum consecrasse. Adhæc illud etiam de curru ferebatur: quicumque jugi nodum quod in curru erat nexum solvisset, illum Asiæ imperio potiturum. (7) Erat autem is nexus ex corni arboris libro, qui unde inciperet, quove se conderet, percipi non poterat. Alexander quum nullam plane solvendi nexus rationem inveniret, insolutum tamen prætermittere nollet, ne id motum aliquem in multitudinis animis excitaret, sunt qui dicant illum ensis ictu vinculum discidisse, et solutum esse dixisse. Aristobulus vero auctor est, Alexandrum exemto paxillo temonis (erat is clavus ligneus per medium temonem trajectus, cui vinculum adstrictum erat) jugum temoni detraxisse. (8) Equidem, quomodo nodus ille ab Alexandro solutus fuerit, affirmare non ausim. Ipse certe et qui cum eo erant ita a curru discesserunt, perinde ac si vaticinium de solutione nexus impletum esset. Quod quidem et tonitrua et fulgura ea nocte excitata satis declararunt: eaque de causa postero die diis sacrificavit, tum ob prodigia edita, tum ob rationem solvendi nodi ostensam.

CAP. IV.

Alexander postridie Ancyram Galatiæ urbem profectus est. Eo loci Paphlagonum legati ad eum venerunt, qui provinciam dedant et fœdus ineant: unum hoc orantes ne exercitus fines suos intret. (2) His Alexander, ut Calæ Phrygiorum satrapæ pareant, jubet. Inde in Cappadociam movens, omnem quæ cis Halyn fluvium est regionem et partem aliquam multam ejus quæ trans Halyn est, subegit. Sabictam Cappadociæ satrapam statuit, ipse ad angustias aditus qui

προῆγεν ἐπὶ τὰς πύλας τὰς Κιλικίας. (3) Καὶ ἀφικόμενος ἐπὶ τὸ Κύρου τοῦ ξὺν Ξενοφῶντι στρατόπεδον, ὡς κατεχομένας τὰς πύλας φυλακαῖς ἰσχυραῖς εἶδε, Παρμενίωνα μὲν αὐτοῦ καταλείπει σὺν ταῖς τάξεσι τῶν πεζῶν ὅσοι βαρύτερον ὡπλισμένοι ἦσαν· αὐτὸς δὲ ἅμα πρώτην φυλακὴν ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, προῆγε τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὰς πύλας, ὡς οὐ προσδεχομένοις τοῖς φύλαξιν ἐπιπεσεῖν. (4) Καὶ προσάγων μὲν οὐκ ἔλαθεν, ἐς ἴσον δὲ αὐτῷ κατέστη ἡ τόλμα. Οἱ γὰρ φύλακες αἰσθόμενοι Ἀλέξανδρον αὐτὸν προσάγοντα, λιπόντες τὴν φυλακὴν ᾗχοντο φεύγοντες. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἕῳ ξὺν τῇ δυνάμει πάσῃ ὑπερβαλὼν τὰς πύλας κατέβαινεν ἐς τὴν Κιλικίαν. (5) Καὶ ἐνταῦθα ἀγγέλλεται αὐτῷ Ἀρσάμης ὅτι πρόσθεν μὲν ἐπενόει διασώζειν Πέρσαις τὴν Ταρσόν, ὡς δὲ ὑπερβεβληκότα ἤδη τὰς πύλας ἐπύθετο Ἀλέξανδρον, ἐκλιπεῖν ἐν νῷ εἶχε τὴν πόλιν· δεδιέναι οὖν τοὺς Ταρσέας μὴ ἐφ' ἁρπαγὴν τραπεὶς οὕτω τὴν ἀπόλειψιν τῆς Ταρσοῦ ποιήσηται. (6) Ταῦτα ἀκούσας δρόμῳ ἦγεν ἐπὶ τὴν Ταρσὸν τούς τε ἱππέας καὶ τῶν ψιλῶν ὅσοι κουφότατοι, ὥστε ὁ Ἀρσάμης μαθὼν αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν σπουδῇ φεύγει ἐκ τῆς Ταρσοῦ παρὰ βασιλέα Δαρεῖον, οὐδὲν βλάψας τὴν πόλιν.

7. Ἀλέξανδρος δέ, ὡς μὲν Ἀριστοβούλῳ λέλεκται, ὑπὸ καμάτου ἐνόσησεν· οἱ δὲ εἰς τὸν Κύδνον ποταμὸν λέγουσι ῥίψαντα νήξασθαι, ἐπιθυμήσαντα τοῦ ὕδατος, ἱδρῶντα καὶ καύματι ἐχόμενον. Ὁ δὲ Κύδνος ῥεῖ διὰ μέσης τῆς πόλεως· οἷα δὲ ἐκ τοῦ Ταύρου ὄρους τῶν πηγῶν οἱ ἀνισχουσῶν καὶ διὰ χώρου καθαροῦ ῥέων, ψυχρός τέ ἐστι καὶ τὸ ὕδωρ καθαρός. (8) Σπασμῷ τε οὖν ἔχεσθαι Ἀλέξανδρον καὶ θέρμαις ἰσχυραῖς καὶ ἀγρυπνίᾳ ξυνεχεῖ. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἰατροὺς οὐκ οἴεσθαι εἶναι βιώσιμον, Φίλιππον δὲ Ἀκαρνᾶνα, ἰατρόν, ξυνόντα Ἀλεξάνδρῳ καὶ τά τε ἀμφὶ ἰατρικὴν ἐς τὰ μάλιστα πιστευόμενον καὶ τὰ ἄλλα οὐκ ἀδόκιμον ἐν τῷ στρατῷ ὄντα, καθῆραι ἐθέλειν Ἀλέξανδρον φαρμάκῳ· καὶ τὸν κελεύειν καθῆραι. (9) Τὸν μὲν δὴ παρασκευάζειν τὴν κύλικα· ἐν τούτῳ δὲ Ἀλεξάνδρῳ δοθῆναι ἐπιστολὴν παρὰ Παρμενίωνος φυλάξασθαι Φίλιππον· ἀκούειν γὰρ διεφθάρθαι ὑπὸ Δαρείου χρήμασιν, ὥστε φαρμάκῳ ἀποκτεῖναι Ἀλέξανδρον. Τὸν δέ, ἀναγνόντα τὴν ἐπιστολὴν καὶ ἔτι μετὰ χεῖρας ἔχοντα, αὐτὸν μὲν λαβεῖν τὴν κύλικα ἐν ᾗ ἦν τὸ φάρμακον· τὴν ἐπιστολὴν δὲ τῷ Φιλίππῳ δοῦναι ἀναγνῶναι. (10) Καὶ ὁμοῦ τόν τε Ἀλέξανδρον πίνειν καὶ τὸν Φίλιππον ἀναγινώσκειν τὰ παρὰ τοῦ Παρμενίωνος. Φίλιππον δὲ εὐθὺς ἔνδηλον γενέσθαι ὅτι καλῶς οἱ ἔχει τὰ τοῦ φαρμάκου· οὐ γὰρ ἐκπλαγῆναι πρὸς τὴν ἐπιστολήν, ἀλλὰ τοσόνδε μόνον παρακαλέσαι Ἀλέξανδρον, καὶ ἐς τὰ ἄλλα οἱ πείθεσθαι ὅσα ἐπαγγέλλοιτο· σωθήσεσθαι γὰρ πειθόμενον. (11) Καὶ τὸν μὲν καθαρθῆναί τε καὶ ῥαῖσαι αὐτῷ τὸ νόσημα, Φιλίππῳ δὲ ἐπιδεῖξαι ὅτι πιστός ἐστιν αὐτῷ φίλος, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὅτι αὐτοῖς τε τοῖς φίλοις βέβαιος εἰς τὸ ἀνύποπτον τυγχάνει ὢν καὶ πρὸς τὸ ἀποθανεῖν ἐῤῥωμένος.

Ciliciam aperit contendit. (3) Quumque ad castra Cyri, qui cum Xenophonte erat, venisset, ut Portas valido præsidio insessas vidit, Parmenionem ibi cum cohortibus peditum, qui gravioris armaturæ erant, reliquit. Ipse sub primam noctis vigiliam sumptis secum scutatis et sagittariis atque Agrianis, noctu ad Portas movit, ut ex improviso præsidium invadat. (4) Neque tamen ita clam ac putabat, hostes adoriri potuit: sed æque feliciter ipsi cessit audacia. Præsidiarii enim cognito Alexandri adventu, deserto præsidio in fugam se conjecerunt. Postero die sub auroram Portas cum universo exercitu transgressus, in Ciliciam descendit. (5) Hic ei nuntiatum est, Arsamen qui initio Tarsum in Persarum potestate conservare statuerat, postquam audisset Alexandrum jam Portas transgressum esse, de urbe deserenda cogitare; Tarsenses autem vereri, ne direpta urbe demum Tarsum desereret. (6) Quo cognito, Alexander summa festinatione Tarsum petit, equites et levis expeditæque armaturæ pedites secum ducens. De cujus adventu Arsames certior factus confestim ex Tarso ad Darium regem fugit, nullo damno urbi illato.

7. Alexander, ut Aristobulus refert, præ nimio labore in morbum incidit. Alii tradunt illum, sudantem ac æstuantem, aquæ cupidum natandi caussa sese in Cydnum flumen, quod mediam urbem secat, conjecisse. Ejus fontes quum ex Tauro monte oriantur et puro solo excipiantur, fit ut unda ejus incorruptissima simulque frigidissima sit: (8) atque hinc Alexandrum spasmo acutaque febri et insomnia correptum fuisse. Ac ceteros quidem medicos de vita ejus desperasse, Philippum vero Acarnanem medicum, Alexandri comitem, cui in re medica potissimum fidebat, quique in exercitu etiam alioquin magno in honore habebatur, medicata potione purgare eum voluisse. (9) Atque interea dum hic adhiberi potionem juberet, ille poculum pararet, literas Alexandro a Parmenione allatas, quibus denuntiabat ut sibi a Philippo caveret. Audisse enim se, Philippum a Dario pecunia corruptum ut regem pharmaco interficeret. Alexandrum, perlectis literis, quum adhuc eas manu teneret, poculum in quo erat potio accepisse; epistolam vero Philippo legendam dedisse: (10) unoque tempore Alexandrum potionem hausisse, et Philippum Parmenionis literas legisse. Philippum vero vultu statim declarasse, bene se sibi de pharmaco conscium esse. Neque enim lectione epistolæ ullam animi perturbationem præ se tulisse: hortatum solummodo fuisse Alexandrum, ut in reliquis quoque quæ præscriberet, suo consilio aequiesceret. Salutem enim, si pareret, recuperaturum. (11) Atque Alexandrum quidem purgatum et vi morbi levatum esse et Philippo declarasse, quam fidum amicum illum haberet: ceteris etiam qui ipsi aderant, testatum fuisse quam constantem de ipsorum amicitia opinionem, omni suspicione remota, concepisset, simulque quam fortiter mortem ferret.

ΚΕΦ. Ε'.

Ἐκ δὲ τούτου Παρμενίωνα μὲν πέμπει ἐπὶ τὰς ἄλλας πύλας, αἳ δὴ ὁρίζουσι τὴν Κιλίκων τε καὶ Ἀσσυρίων χώραν, προκαταλαβεῖν καὶ φυλάσσειν τὴν πάροδον, δοὺς αὐτῷ τῶν τε ξυμμάχων τοὺς πεζοὺς καὶ τοὺς Ἕλληνας τοὺς μισθοφόρους καὶ τοὺς Θρᾷκας, ὧν Σιτάλκης ἦγεῖτο, καὶ τοὺς ἱππέας δὲ τοὺς Θεσσαλούς. (2) Αὐτὸς δὲ ὕστερος ἄρας ἐκ Ταρσοῦ τῇ μὲν πρώτῃ ἐς Ἀγχίαλον πόλιν ἀφικνεῖται. Ταύτην δὲ Σαρδανάπαλον κτίσαι τὸν Ἀσσύριον λόγος· καὶ τῷ περιβόλῳ δὲ καὶ τοῖς θεμελίοις τῶν τειχῶν δήλη ἐστὶ μεγάλη τε πόλις κτισθεῖσα καὶ ἐπὶ μέγα ἐλθοῦσα δυνάμεως. (3) Καὶ τὸ μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλου ἐγγὺς ἦν τῶν τειχῶν τῆς Ἀγχιάλου· καὶ αὐτὸς ἐφειστήκει ἐπ' αὐτῷ Σαρδανάπαλος συμβεβληκὼς τὰς χεῖρας ἀλλήλαις ὡς μάλιστα ἐς κρότον συμβάλλονται, καὶ ἐπίγραμμα ἐπεγέγραπτο αὐτῷ Ἀσσύρια γράμματα· οἱ μὲν Ἀσσύριοι καὶ μέτρον ἔφασκον ἐπεῖναι τῷ ἐπιγράμματι, (4) ὁ δὲ νοῦς ἦν αὐτῷ ὃν ἔφραζε τὰ ἔπη, ὅτι Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξου παῖς Ἀγχίαλον καὶ Ταρσὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἐδείματο. Σὺ δέ, ὦ ξένε, ἔσθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε, ὡς τἆλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια· τὸν ψόφον αἰνισσόμενος ὅπερ αἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιοῦσι· καὶ τὸ παῖζε ῥᾳδιουργότερον ἐγγεγράφθαι ἔφασαν τῷ Ἀσσυρίῳ ὀνόματι.

5. Ἐκ δὲ τῆς Ἀγχιάλου ἐς Σόλους ἀφίκετο· καὶ φρουρὰν ἐπήγαγεν ἐς Σόλους καὶ ἐπέβαλεν αὐτοῖς τάλαντα διακόσια ἀργυρίου ζημίαν, ὅτι πρὸς τοὺς Πέρσας μᾶλλόν τι τὸν νοῦν εἶχον. (6) Ἔνθεν δὲ ἀναλαβὼν τῶν μὲν πεζῶν τῶν Μακεδόνων τρεῖς τάξεις, τοὺς τοξότας δὲ πάντας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας ἐξελαύνει ἐπὶ τοὺς τὰ ὄρη κατέχοντας Κίλικας. Καὶ ἐν ἑπτὰ ταῖς πάσαις ἡμέραις τοὺς μὲν βίᾳ ἐξελών, τοὺς δὲ ὁμολογίᾳ παραστησάμενος, ἐπανῆκεν ἐς τοὺς Σόλους. (7) Καὶ ἐνταῦθα μανθάνει Πτολεμαῖον καὶ Ἄσανδρον ὅτι ἐκράτησαν Ὀροντοβάτου τοῦ Πέρσου, ὃς τήν τε ἄκραν τῆς Ἁλικαρνασσοῦ ἐφύλασσε καὶ Μύνδον καὶ Καῦνον καὶ Θήραν καὶ Καλλίπολιν κατεῖχε· προσῆκτο δὲ καὶ Κῶ καὶ Τριόπιον. Τοῦτον ἡττῆσθαι ἔγραφον μάχῃ μεγάλῃ· καὶ ἀποθανεῖν μὲν τῶν ἀμφ' αὐτὸν πεζοὺς ἐς ἑπτακοσίους καὶ ἱππέας ἐς πεντήκοντα, ἁλῶναι δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων. (8) Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Σόλοις θύσας τε τῷ Ἀσκληπιῷ καὶ πομπεύσας αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ πᾶσα, καὶ λαμπάδα ἐπιτελέσας καὶ ἀγῶνα διαθεὶς γυμνικὸν καὶ μουσικὸν Σολεῦσι μὲν δημοκρατεῖσθαι ἔδωκεν· αὐτὸς δὲ ἀναζεύξας ἐς Ταρσὸν τοὺς μὲν ἱππέας ἀπέστειλε Φιλώτᾳ δοὺς ἄγειν διὰ τοῦ Ἀλητίου πεδίου ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Πύραμον, (9) αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς πεζοῖς καὶ τῇ ἴλῃ τῇ βασιλικῇ ἐς Μαγαρσὸν ἦκε καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Μαγαρσίδι ἔθυσεν. Ἔνθεν δὲ ἐς Μαλλὸν ἀφίκετο καὶ Ἀμφιλόχῳ ὅσα ἥρωι ἐνήγισε· καὶ στασιάζοντας καταλαβὼν τὴν στάσιν αὐτοῖς κατέπαυσε· καὶ τοὺς φόρους οὓς βασιλεῖ Δαρείῳ ἀπέφερον ἀνῆκεν, ὅτι Ἀργείων μὲν Μαλλωταὶ ἄποικοι ἦσαν, αὐτὸς δὲ ἀπ' Ἄργους τῶν Ἡρακλειδῶν εἶναι ἠξίου.

CAP. V.

Post hæc Parmenionem ad præoccupandas alias angustias mittit, quæ Ciliciam ab Assyria dividunt, ut transitum tueatur, peditibus auxiliariis ei adjunctis Græcisque mercenariis ac Thracibus, quibus Sitalces præerat, atque equitibus Thessalis. (2) Ipse postea ex Tarso movens, primo die ad Anchialum oppidum pervenit. Hoc ferunt Sardanapalum Assyriorum regem condidisse; ac sane circuitus ipse et murorum fundamenta argumento sunt magnam urbem conditam, et ad summam potentiam pervenisse. (3) Sardanapali sepulcrum ad ipsa Anchiali mœnia exstabat, cui innitebatur Sardanapalus manus (*digitos*) collidens, ut crepitum edituri facere solent. Inscriptio statuæ addita erat Assyriis literis, cui metrum subesse Assyrii dicebant. (4) Versuum sententia hæc erat, SARDANAPALUS ANACYNDARAXÆ F. ANCHIALUM ET TARSUM UNO DIE CONDIDIT. TU VERO HOSPES EDE, BIBE, LUDE, QUUM CETERÆ RES HUMANÆ TANTI NON SINT; crepitum significans quem manus faciunt. Illud vero Lude molliore quodam lasciviore que Assyrio vocabulo expressum aiebant.

5. Ex Anchialo ad Solos pervenit, præsidioque urbi imposito, ducenta argenti talenta nomine mulctæ iis imperat, quod propensiore erga Persas animo fuissent. (6) Inde cum tribus Macedonum agminibus, sagittariis omnibus atque Agrianis Cilices qui montes occupaverant adortus, iisque intra septem in universum dies partim vi partim pactionibus in potestatem suam redactis, Solos rediit. (7) Hic Orontobatem Persam qui Halicarnassi arcem et Myndum et Caunum ac Theram et Callipolim tenebat, a Ptolemæo et Asandro victum cognovit. Accesserat ad victoriam et Cos et Triopium. Hunc magno prælio victum perscribebant, cæsis peditum circiter septingentis, equitum quinquaginta, vivis non infra mille captis. (8) Alexander quum apud Solos Æsculapio sacrificasset, ipseque pariter ac totus exercitus pompam facibus circumgestatis peregisset, ludis etiam gymnicis ac musicis editis, Solensibus democratiam concessit. Ipse Tarsum versus movens, negotio Philotæ dato ut equitatum per Aleium campum ad Pyramum flumen ducat, (9) cum peditatu et turma regia Magarsum venit, et Minervæ Magarsidi sacrificavit. Inde Mallum profectus: Amphilocho ut heroi parentavit, quumque cives seditione laborantes offendisset, ea sedata, tributa quæ Dario regi pendere soliti erant, iis remisit, quum Malli Argivorum coloni essent, ipseque ab Heraclidis Argivis oriundum se perhiberet.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ἔτι δὲ ἐν Μαλλῷ ὄντι αὐτῷ ἀγγέλλεται Δαρεῖον ἐν Σώχοις ξὺν τῇ πάσῃ δυνάμει στρατοπεδεύειν. Ὁ δὲ χῶρος οὗτος ἔστι μὲν τῆς Ἀσσυρίας γῆς, ἀπέχει δὲ τῶν πυλῶν τῶν Ἀσσυρίων ἐς δύο μάλιστα σταθμούς. Ἔνθα δὴ ξυναγαγὼν τοὺς ἑταίρους φράζει αὐτοῖς τὰ ἐξηγγελμένα ὑπὲρ Δαρείου τε καὶ τῆς στρατιᾶς τῆς Δαρείου. Οἱ δὲ αὐτόθεν ὡς εἶχον ἄγειν ἐκέλευον. (2) Ὁ δὲ τότε μὲν ἐπαινέσας αὐτοὺς διέλυσε τὸν ξύλλογον, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ προῆγεν ὡς ἐπὶ Δαρεῖόν τε καὶ τοὺς Πέρσας. Δευτεραῖος δὲ ὑπερβαλὼν τὰς πύλας ἐστρατοπέδευσε πρὸς Μυριάνδρῳ πόλει· καὶ τῆς νυκτὸς χειμὼν ἐπιγίγνεται σκληρὸς καὶ ὕδωρ τε ἐξ οὐρανοῦ καὶ πνεῦμα βίαιον· τοῦτο κατέσχεν ἐν τῷ στρατοπέδῳ Ἀλέξανδρον.

3. Δαρεῖος δὲ τέως μὲν ξὺν τῇ στρατιᾷ διέτριβεν, ἐπιλεξάμενος τῆς Ἀσσυρίας γῆς πεδίον πάντη ἀναπεπταμένον καὶ τῷ τε πλήθει τῆς στρατιᾶς ἐπιτήδειον καὶ ἐνιππάσασθαι τῇ ἵππῳ ξύμφορον. Καὶ τοῦτο τὸ χωρίον ξυνεβούλευσεν αὐτῷ μὴ ἀπολιπεῖν Ἀμύντας ὁ τοῦ Ἀντιόχου, ὁ παρ' Ἀλεξάνδρου αὐτόμολος· εἶναι γὰρ τὴν εὐρυχωρίαν πρὸς τοῦ πλήθους τε καὶ τῆς σκευῆς τῶν Περσῶν. Καὶ ἔμενε Δαρεῖος. (4) Ὡς δὲ Ἀλεξάνδρῳ πολλὴ μὲν ἐν Ταρσῷ τριβὴ ἐπὶ τῇ νόσῳ ἐγίγνετο, οὐκ ὀλίγη δὲ ἐν Σόλοις, ἵνα ἔθυέ τε καὶ ἐπόμπευε, καὶ ἐπὶ τοὺς ὀρεινοὺς Κίλικας διέτριψεν ἐξελάσας, τοῦτο ἔσφηλε Δαρεῖον τῆς γνώμης· καὶ αὐτός τε ὅ τιπερ ἥδιστον ἦν δοξασθέν, ἐς τοῦτο οὐκ ἀκουσίως ὑπήχθη, καὶ ὑπὸ τῶν καθ' ἡδονὴν ξυνόντων τε καὶ ξυνεσομένων ἐπὶ κακῷ τοῖς ἀεὶ βασιλεύουσιν ἐπαιρόμενος ἔγνω μηκέτι Ἀλέξανδρον ἐθέλειν προϊέναι τοῦ πρόσω· (6) ἀλλ' ὀκνεῖν γὰρ πυνθανόμενον ὅτι αὐτὸς προσάγοι· καταπατήσειν τε τῇ ἵππῳ τῶν Μακεδόνων τὴν στρατιὰν ἄλλος ἄλλοθεν αὐτῷ ἐπαίροντες ἐπέλεγον· καίτοι γε Ἀμύντας ἥξειν τε Ἀλέξανδρον ἰσχυρίζετο ὅπου ἂν πύθηται Δαρεῖον ὄντα, καὶ αὐτοῦ προσμένειν ἐκέλευεν. (6) Ἀλλὰ τὰ χείρω μᾶλλον, ὅτι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα ἡδίω ἀκοῦσαι ἦν, ἔπειθε· καί τι καὶ δαιμόνιον τυχὸν ἦγεν αὐτὸν εἰς ἐκεῖνον τὸν χῶρον, οὗ μήτε ἐκ τῆς ἵππου πολλὴ ὠφέλεια αὐτῷ ἐγένετο, μήτε ἐκ τοῦ πλήθους αὐτοῦ τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀκοντίων τε καὶ τοξευμάτων, μηδὲ τὴν λαμπρότητα αὐτὴν τῆς στρατιᾶς ἐπιδεῖξαι ἠδυνήθη, ἀλλὰ Ἀλεξάνδρῳ τε καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν εὐμαρῶς τὴν νίκην παρέδωκεν. (7) Ἐχρῆν γὰρ ἤδη καὶ Πέρσας πρὸς Μακεδόνων ἀφαιρεθῆναι τῆς Ἀσίας τὴν ἀρχήν, καθάπερ οὖν Μῆδοι μὲν πρὸς Περσῶν ἀνηρέθησαν, πρὸς Μήδων δὲ ἔτι ἔμπροσθεν Ἀσσύριοι.

CAP. VI.

Quum adhuc apud Mallos esset Alexander, nuntii ad eum veniunt, Darium cum universo exercitu ad Sochos castra fixisse. Est is Assyriæ locus ab angustiis quæ Assyriam aperiunt bidui fere itinere dissitus. Convocatis itaque amicis, quæ sibi de Dario ejusque exercitu nuntiata erant exponit: qui quidem confestim in eos duci postulabant. (2) Alexander, collaudata eorum virtute, tum quidem concilium dimisit: postero vero die exercitum in Darium et Persas duxit: quumque secundis castris Pylarum angustias superasset, ad Myriandrum urbem castra posuit: eaque nocte ingens orta tempestas magnaque imbrium ac ventorum vis cælo effusa Alexandrum in castris continuit.

3. Darius interea cum exercitu morabatur et castris locum delegerat Assyriæ campum planum omnique ex parte apertum, qui et magnitudini exercitus maxime commodus esset, et ad ducendum equitatum peropportunus visus fuerat. A quo quidem loco ne recederet, Amyntas Antiochi filius, ab Alexandro transfuga, suaserat. Loci enim amplitudinem et multitudini Persarum et impedimentis percommodam esse. Et mansit quidem eo loci Darius. (4) Cæterum quum Alexander longiorem moram Tarsi ob ægritudinem faceret, neque minorem Solis, ubi et sacrificarat et pompam duxerat: multum etiam temporis in expeditione adversus Cilices montanos posuisset: Darium a sententia sua abduxit, neque invitus ad id quod jucundissimum erat credendum pertractus est. Siquidem ab iis qui ad voluptatem tantum loquentes aderant, semperque aderunt regibus eorum damno, impulsus, Alexandrum ulterius progredi nolle sibi persuaserat, nuntio sui adventus perculsum. (5) Hoc etiam modo ejus animum commoverant, quod Darii equitatum facile universas Macedonum copias proculcaturum dicebant: quantumvis Amyntas Alexandrum, ubicunque is Darium esse audiret, venturum affirmasset, ibique eum opperiri suasisset. (6) Cæterum deterior sententia, quum primo accessu gratior auribus accideret, vicit. Ac fortasse deus illum eo loci adduxit, ubi nec equitatus magno usui esse posset, ut nec infinita hominum pariter et jaculorum ac telorum multitudo, sed ne ipsam quidem exercitus magnificentiam ostendere poterat: Alexandro vero facilem omnino victoriam præbebat. (7) Oportebat enim Asiæ imperium Persis a Macedonibus adimi, quemadmodum Persæ Medis ac prius Medi Assyriis ademerant.

ΚΕΦ. Ζ'.

Ὑπερβαλὼν δὴ τὸ ὄρος Δαρεῖος τὸ κατὰ τὰς πύλας τὰς Ἀμανικὰς καλουμένας ὡς ἐπὶ Ἰσσὸν προῆγε· καὶ ἐγένετο κατόπιν Ἀλεξάνδρου λαθών. Τὴν δὲ Ἰσσὸν καταςχών, ὅσους διὰ νόσον ὑπολελειμμένους αὐτοῦ τῶν Μακεδόνων κατέλαβε, τούτους χαλεπῶς αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν προὐχώρει ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Πίναρον. (2) Καὶ Ἀλέξανδρος ὡς ἤκουσεν ἐν τῷ ὄπισθεν αὐτοῦ ὄντα [τὸν] Δαρεῖον, ἐπεὶ οὐ πιστὸς αὐτῷ ὁ λόγος ἐφαίνετο, ἀναβιβάσας ἐς τριακόντορον τῶν ἑταίρων τινὰς ἀποπέμπει ὀπίσω ἐπὶ Ἰσσόν, κατασκεψομένους εἰ τὰ ὄντα ἐξαγγέλλεται. Οἱ δέ, ἀναπλεύσαντες τῇ τριακοντόρῳ, ὅτι κολπώδης ἦν ἡ ταύτῃ θάλασσα, μᾶλλόν τι εὐπετῶς κατέμαθον αὐτοῦ στρατοπεδεύοντας τοὺς Πέρσας· καὶ ἀπαγγέλλουσιν Ἀλεξάνδρῳ ἐν χερσὶν εἶναι Δαρεῖον.

3. Ὁ δὲ συγκαλέσας στρατηγούς τε καὶ ἰλάρχας καὶ τῶν ξυμμάχων τοὺς ἡγεμόνας παρεκάλει θαρρεῖν μὲν ἐκ τῶν ἤδη σφίσι καλῶς κεκινδυνευμένων καὶ ὅτι πρὸς νενικημένους ὁ ἀγὼν νενικηκόσιν αὐτοῖς ἔσται καὶ ὅτι ὁ θεὸς ὑπὲρ σφῶν στρατηγεῖ ἄμεινον, ἐπὶ νοῦν Δαρείῳ ἀγαγὼν καθεῖρξαι τὴν δύναμιν ἐκ τῆς εὐρυχωρίας ἐς τὰ στενόπορα, ἵνα σφίσι μὲν ξύμμετρον τὸ χωρίον ἀναπτύξαι τὴν φάλαγγα, τοῖς δὲ ἀχρεῖον τὸ πλῆθος ὅτι ἔσται τῇ μάχῃ, οὔτε τὰ σώματα οὔτε τὰς γνώμας παραπλησίους. (4) Μακεδόνας τε γὰρ Πέρσαις καὶ Μήδοις, ἐκ πάνυ πολλοῦ τρυφῶσιν, αὐτοὺς ἐν τοῖς πόνοις τοῖς πολεμικοῖς πάλαι ἤδη μετὰ κινδύνων ἀσκουμένους, ἄλλως τε καὶ δούλοις ἀνθρώποις ἐλευθέρους, ἐς χεῖρας ἥξειν· ὅσοι τε Ἕλληνες Ἕλληνσιν, οὐχ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν μαχεῖσθαι, ἀλλὰ τοὺς μὲν ξὺν Δαρείῳ ἐπὶ μισθῷ καὶ οὐδὲ τούτῳ πολλῷ κινδυνεύοντας, τοὺς δὲ ξὺν σφίσιν, ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἑκόντας ἀμυνομένους. (5) Βαρβάρων τε αὖ Θρᾷκας καὶ Παίονας καὶ Ἰλλυριοὺς καὶ Ἀγριᾶνας τοὺς εὐρωστοτάτους τε τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην καὶ μαχιμωτάτους πρὸς τὰ ἀπονώτατά τε καὶ μαλακώτατα τῆς Ἀσίας γένη ἀντιτάξασθαι· ἐπὶ δὲ Ἀλέξανδρον ἀντιστρατηγεῖν Δαρείῳ. (6) Ταῦτα μὲν οὖν ἐς πλεονεξίαν τοῦ ἀγῶνος ἐπεξῄει· τὰ δὲ ἆθλα ὅτι μεγάλα ἔσται σφίσι τοῦ κινδύνου ἐπεδείκνυεν. Οὐ γὰρ τοὺς σατράπας τοὺς Δαρείου ἐν τῷ τότε κρατήσειν, οὐδὲ τὴν ἵππον τὴν ἐπὶ Γρανικῷ ταχθεῖσαν, οὐδὲ τοὺς δισμυρίους ξένους τοὺς μισθοφόρους, ἀλλὰ Περσῶν τε ὅ τιπερ ὄφελος καὶ Μήδων καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη Πέρσαις καὶ Μήδοις ὑπήκοα ἐποιεῖτο τὴν Ἀσίαν καὶ αὐτὸν μέγαν βασιλέα παρόντα, καὶ ὡς οὐδὲν ὑπολειφθήσεταί σφισιν ἐπὶ τῷδε τῷ ἀγῶνι ὅτι μὴ κρατεῖν τῆς Ἀσίας ξυμπάσης καὶ πέρας τοῖς πολλοῖς πόνοις ἐπιθεῖναι. (7) Ἐπὶ τούτοις δὲ τῶν τε ἐς τὸ κοινὸν ξὺν λαμπρότητι ἤδη πεπραγμένων ὑπεμίμνησκε καὶ εἴ δή τῳ ἰδίᾳ τι διαπρεπὲς ἐς κάλλος τετολμημένον, ὀνομαστὶ ἕκαστον ἐπὶ τῷ ἔργῳ ἀνακαλῶν. Καὶ τὸ αὐτοῦ οὐκ ἀκίνδυνον ἐν ταῖς μάχαις ὡς ἀνεπαχθέστατα ἐπεξῄει. (8) Λέγεται δὲ καὶ Ξενοφῶντος καὶ τῶν ἅμα Ξενοφῶντι μυρίων ἐς μνήμην ἐλθεῖν, ὡς οὐδέν τι οὔτε κατὰ τὸ πλῆθος οὔτε κατὰ τὴν ἄλλην ἀξίωσιν σφίσιν ἐπεοικότες, οὐδὲ ἱππέων αὐτοῖς παρόντων Θεσσαλῶν, οὐδὲ Βοιωτῶν ἢ Πελοποννησίων, οὐδὲ Μακεδόνων ἢ Θρᾳκῶν, οὐδ' ὅση ἄλλη σφίσιν ἵππος ξυντέτακται, οὐδὲ τοξοτῶν ἢ σφενδονητῶν, ὅτι μὴ Κρητῶν ἢ Ῥοδίων ὀλίγων, καὶ τούτων ἐν τῷ κινδύνῳ ὑπὸ Ξενοφῶντος αὐτοσχεδιασθέντων, (9) οἱ δὲ βασιλέα τε ξὺν πάσῃ τῇ δυνάμει πρὸς Βαβυλῶνι αὐτῇ ἐτρέψαντο καὶ ἔθνη ὅσα ἄλλα κατιόντων εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον καθ' ὁδὸν σφισιν ἐπεγένετο νικῶντες ἐπῆλθον· ὅσα τε ἄλλα ἐν τῷ τοιῷδε πρὸ τῶν κινδύνων ἐς παράκλησιν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἐξ ἀγαθοῦ ἡγεμόνος παραινεῖσθαι εἰκός. Οἱ δὲ ἄλλος ἄλλοθεν δεξιούμενοί τε τὸν βασιλέα καὶ τῷ λόγῳ ἐπαίροντες ἄγειν ἤδη ἐκέλευον.

ΚΕΦ. Η'.

Ὁ δὲ τότε μὲν δειπνοποιεῖσθαι παραγγέλλει· προπέμπει δὲ ὡς ἐπὶ τὰς πύλας τῶν τε ἱππέων ὀλίγους καὶ τῶν τοξοτῶν προκατασκεψομένους τὴν ὁδὸν τὴν ὀπίσω· καὶ αὐτὸς τῆς νυκτὸς ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν πᾶσαν ἦει, ὡς κατασχεῖν αὖθις τὰς πύλας. (2) Ὡς δὲ ἀμφὶ μέσας νύκτας ἐκράτησεν αὖθις τῶν παρόδων, ἀνέπαυε τὴν στρατιὰν τὸ λοιπὸν τῆς νυκτὸς αὐτοῦ ἐπὶ τῶν πετρῶν, προφυλακὰς ἀκριβεῖς καταστησάμενος. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω κατῄει ἀπὸ τῶν πυλῶν κατὰ τὴν ὁδόν· καὶ ἕως μὲν πάντη στενόπορα ἦν τὰ χωρία, ἐπὶ κέρως ἦγεν· ὡς δὲ διεχώρει ἐς πλάτος, ἀνέπτυσσεν ἀεὶ τὸ κέρας ἐς φάλαγγα, ἄλλην καὶ ἄλλην τῶν ὁπλιτῶν τάξιν παράγων, τῇ μὲν ὡς ἐπὶ τὸ ὄρος, ἐν ἀριστερᾷ δὲ ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν. (3) Οἱ δὲ ἱππεῖς αὐτῷ τέως μὲν κατόπιν τῶν πεζῶν τεταγμένοι ἦσαν. Ὡς δὲ ἐς τὴν εὐρυχωρίαν προήεσαν, συνέτασσεν ἤδη τὴν στρατιὰν ὡς ἐς μάχην, πρώτους μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως πρὸς τῷ ὄρει τῶν πεζῶν τό τε ἄγημα καὶ τοὺς ὑπασπιστάς, ὧν ἡγεῖτο Νικάνωρ ὁ Παρμενίωνος, ἐχομένην δὲ τούτων τὴν Κοίνου τάξιν, ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν Περδίκκου. Οὗτοι μὲν ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῶν ὁπλιτῶν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἀρξαμένῳ τεταγμένοι ἦσαν. (4) Ἐπὶ δὲ τοῦ εὐωνύμου πρώτη μὲν ἡ Ἀμύντου τάξις ἦν, ἐπὶ δὲ ἡ Πτολεμαίου, ἐχομένη δὲ ταύτης ἡ Μελεάγρου. Τοῦ δὲ εὐωνύμου τοῖς πεζοῖς μὲν Κράτερος ἐπετέτακτο ἄρχειν, τοῦ δὲ ξύμπαντος εὐωνύμου Παρμενίων ἡγεῖτο· καὶ παρήγγελτο αὐτῷ μὴ ἀπολείπειν τὴν θάλασσαν, ὡς μὴ κυκλωθεῖεν ἐκ τῶν βαρβάρων, ὅτι πάντη ὑπερφαλαγγήσειν αὐτῶν διὰ πλῆθος ἤμελλον.

5. Δαρεῖος δέ, ἐπειδὴ ἐξηγγέλθη αὐτῷ προσάγων ἤδη Ἀλέξανδρος ὡς ἐς μάχην, τῶν μὲν ἱππέων διαβιβάζει πέραν τοῦ ποταμοῦ τοῦ Πινάρου ἐς τρισμυρίους μάλιστα τὸν ἀριθμόν, καὶ μετὰ τούτων τῶν ψιλῶν ἐς δισμυρίους, ὅπως τὴν λοιπὴν δύναμιν καθ' ἡσυχίαν

CAP. VII.

Darius, superato monte qui prope Portas Amanicas est, Issum versus movit, Alexandrum imprudens a tergo relinquens. Capta Isso, quotquot Macedones ibi propter invaletudinem relictos comprehendit, crudeliter excruciatos interficit. Postero die ad Pinarum amnem processit. (2) Alexander, simulac audivit Darium a tergo relictum, quoniam illi parum certum hoc nuntium videbatur, quosdam ex amicis navi quæ XXX remis agitur impositos, Issum remittit, exploraturos an quæ nuntiabantur vera essent. Qui triacontoro conscensa, quum mare illud sinuosum sit, facile cognoverunt Persas ibi castra posuisse : atque Alexandro renuntiant, Darium in manibus esse.

3. Ipse, convocatis cohortium turmarumque ductoribus et auxiliariorum præfectis, hortatur bono ut animo sint ob ea quæ præclare antea fortiterque gessissent, et quod victoribus ipsis contra victos pugna immineret. Deum pro ipsis potius pugnare, qui Darium impulerit ut exercitum ex spatiosissimo campo in illas angustias adduceret, ut Macedonibus commodus ad explicandam phalangem locus esset : hostibus vero tanta multitudo ad pugnandum inutilis. Adhæc neque corporum neque animorum viribus pares esse. (4) Macedones enim cum Persis et Medis, qui multo jam tempore otio ac deliciis enervati essent, congressuros : ipsos bellicis laboribus jamdudum ad pericula subeunda exercitatos : præterea liberos homines cum servis conflicturos. Græcos qui in utraque acie essent, non iisdem conditionibus pugnaturos. Qui enim a Darii partibus essent, mercede eaque exigua conductos pugnare : eos qui a Macedonibus essent, pro Græcia sponte sua adductos dimicare. (5) Ex barbaris autem Thraces, Pæones, Illyrios et Agrianos, fortissimos totius Europæ et bellicosissimos, adversus molles effœminatasque Asiæ gentes in aciem ire. Denique Alexandrum adversus Darium exercitum ducere. (6) Atque hæc quidem ad prælii prærogativam significandam commemoravit. Adhæc præmiorum quæ huic prælio proposita essent magnitudinem exponit. Neque enim eos satrapas Darii illo prælio victuros, neque equitatum qualis ad Granicum amnem constiterat, neque viginti millia exterorum mercenariorum, sed summam imperii Persici ac Medici, et quotquot usquam nationes Persis ac Medis parentes Asiam inhabitant, ipsumque adeo magnum regem debellaturos, nihilque ex eo prælio reliquum futurum, quam ut universæ Asiæ imperent, ut optatum laboribus suis finem imponant. (7) Adhæc quæ splendide ab iis collatis viribus gesta essent recensebat. Si quis vero audax aliquod et laudabile facinus privatim edidisset, nominatim singulos evocabat. Suum quoque periculorum in prœliis contentum, quamminima poterat cum invidia memorabat. (8) Fertur autem etiam Xenophontis et decem millium qui cum eo fuerant meminisse, quippe quod ipsis neque numero, neque ulla alia æstimatione comparandi fuerint : quod neque Thessalos equites, neque Bœotios aut Peloponnesios, neque Macedones aut Thraces, neque alium ullum equitatum qui ipsis accensus erat, habuissent, neque sagittarios aut funditores, præter Cretenses et Rhodios nonnullos, quos Xenophon in ipso discrimine festinanter conscripserat : (9) hos tamen regem cum universo exercitu ante Babylonem in fugam vertisse, gentesque omnes, quotquot iis Euxinum pontum petentibus in itinere restiterunt, domuisse. Alia præterea adjecit, quibus bonos imperatores ante prœlia ad bonos ac strenuos milites exhortandos uti par est. Illi certatim regem complexi et verbis efferentes e vestigio in aciem duci postulant.

CAP. VIII.

Tum Alexander corpora curare jubet, equitesque nonnullos et sagittarios ad Portas præmittit, qui viam, quam jam transierat, explorent. Ipseque noctu cum universo exercitu movit, ut angustias illas denuo occupare posset. (2) Ut vero sub medium noctis rursus Portas insedit, reliquum noctis exercitui ad quietem ibi in rupibus dedit, excubiis summa diligentia dispositis, sub auroram ex Portis in viam descendit. Et quamdiu magna erat viarum angustia, angustam etiam aciem ducebat : ubi vero laxare se sinus montium cœperunt, explicuit subinde cornu, alium atque alium ordinem armatorum in phalangem adducens, dextra quidem montem versus, læva autem ad mare. (3) Equites porro interea peditibus a tergo constituti erant. At postquam in aperta loca ventum est, exercitum statim ad prœlium committendum instruit. In dextro cornu montem versus peditum agema locat et scutatos, quibus præerat Nicanor Parmenionis filius : proximum his, Cœni; mox Perdiccæ agmen. Hi quidem usque ad medios gravis armaturæ ordines, si quis a dextro aciei latere numerare incipiat, constituti erant. (4) A sinistro vero primæ erant Amyntæ copiæ, inde Ptolemæi : proximæ huic Meleagri. Et quidem ad lævam Craterus peditibus præfectus erat : totum autem sinistrum cornu Parmenio ducebat. Huic imperatum erat ne a mari recederet, ne videlicet a barbaris circumveniretur. Nam alioqui Persæ facile multitudine copiarum phalangem Macedonum omni ex parte cinxissent.

5. Darius, postquam ei nuntiatum est Alexandrum instructa acie adventare, triginta millia equitum, expeditorum viginti millia Pinarum flumen transire jubet, ut reliquum exercitum securius instruat. (6) Ac primos quidem ex ar-

συντάξειε. (6) Καὶ πρώτους μὲν τοῦ ὁπλιτικοῦ τοὺς Ἕλληνας τοὺς μισθοφόρους ἔταξεν ἐς τρισμυρίους κατὰ τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων· ἐπὶ δὲ τούτοις τῶν Καρδάκων καλουμένων ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐς ἑξακισμυρίους· ὁπλῖται δὲ ἦσαν καὶ οὗτοι. Τοσούτους γὰρ ἐπὶ φάλαγγος ἁπλῆς ἐδέχετο τὸ χωρίον ἵνα ἐτάσσοντο. (7) Ἐπέταξε δὲ καὶ τῷ ὄρει τῷ ἐν ἀριστερᾷ σφῶν κατὰ τὸ Ἀλεξάνδρου δεξιὸν ἐς δισμυρίους· καὶ τούτων ἔστιν οἳ κατὰ νώτου ἐγένοντο τῆς Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς. Τὸ γὰρ ὄρος ἵνα ἐπετάχθησαν πῇ μὲν διεχώρει ἐς βάθος καὶ κολπῶδές τι αὐτοῦ ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ ἐγίγνετο· ἔπειτα ἐς ἐπικαμπὴν προϊὸν τοὺς ἐπὶ ταῖς ὑπωρείαις τεταγμένους κατόπιν τοῦ δεξιοῦ κέρως τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐποίει. (8) Τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος αὐτοῦ ψιλῶν τε καὶ ὁπλιτῶν, κατὰ ἔθνη συντεταγμένον ἐς βάθος οὐκ ὠφέλιμον, ὄπισθεν ἦν τῶν Ἑλλήνων τῶν μισθοφόρων καὶ τοῦ ἐπὶ φάλαγγος τεταγμένου βαρβαρικοῦ. Ἐλέγετο γὰρ ἡ πᾶσα ἡ ξὺν Δαρείῳ στρατιὰ μάλιστα ἐς ἑξήκοντα μυριάδας μαχίμους εἶναι.

9. Ἀλέξανδρος δέ, ὡς αὐτῷ πρόσω ἰόντι τὸ χωρίον διέσχεν ὀλίγον ἐς πλάτος, παρήγαγε τοὺς ἱππέας, τούς τε ἑταίρους καλουμένους καὶ τοὺς Θεσσαλοὺς καὶ τοὺς Μακεδόνας. Καὶ τούτους μὲν ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρᾳ ἅμα οἷ ἔταξε· τοὺς δὲ ἐκ Πελοποννήσου καὶ τὸ ἄλλο τὸ συμμαχικὸν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον πέμπει ὡς Παρμενίωνα.

10. Δαρεῖος δέ, ὡς συντεταγμένη ἤδη ἦν αὐτῷ ἡ φάλαγξ, τοὺς ἱππέας οὕστινας πρὸ τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ τῷδε προτετάχει ὅπως ἀσφαλῶς αὐτῷ ἡ ἔκταξις τῆς στρατιᾶς γένοιτο, ἀνεκάλεσεν ἀπὸ ξυνθήματος. Καὶ τούτων τοὺς μὲν πολλοὺς ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρατι πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατὰ Παρμενίωνα ἔταξεν, ὅτι ταύτῃ μᾶλλόν τι ἱππάσιμα ἦν· μέρος δέ τι αὐτῶν καὶ ἐπὶ τὸ εὐώνυμον πρὸς τὰ ὄρη παρήγαγεν. (11) Ὡς δὲ ἀχρεῖοι ἐνταῦθα διὰ στενότητα τῶν χωρίων ἐφαίνοντο, καὶ τούτων τοὺς πολλοὺς παριππεῦσαι ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας σφῶν ἐκέλευσεν. Αὐτὸς δὲ Δαρεῖος τὸ μέσον τῆς πάσης τάξεως ἐπεῖχε, καθάπερ νόμος τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι τετάχθαι· καὶ τὸν νοῦν τῆς τάξεως ταύτης Ξενοφῶν ὁ τοῦ Γρύλλου ἀναγέγραφεν.

ΚΕΦ. Θ'.

Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλέξανδρος κατιδὼν ὀλίγου πᾶσαν τὴν τῶν Περσῶν ἵππον μετακεχωρηκυῖαν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον τὸ ἑαυτοῦ ὡς πρὸς τὴν θάλασσαν, αὐτῷ δὲ τοὺς Πελοποννησίους μόνους καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ξυμμάχων ἱππέας ταύτῃ τεταγμένους, πέμπει κατὰ τάχος τοὺς Θεσσαλοὺς ἱππέας ἐπὶ τὸ εὐώνυμον, κελεύσας μὴ πρὸ τοῦ μετώπου τῆς πάσης τάξεως παριππεῦσαι, τοῦ μὴ καταφανεῖς τοῖς πολεμίοις γενέσθαι μεταχωροῦντας, ἀλλὰ κατόπιν τῆς φάλαγγος ἀφανῶς διελθεῖν. (2) Προέταξε δὲ τῶν μὲν ἱππέων κατὰ τὸ δεξιὸν τοὺς προδρόμους, ὧν ἡγεῖτο Πρωτόμαχος, καὶ τοὺς Παίονας, ὧν

migeris Græcos mercede conductos numero triginta millium adversus Macedonum phalangem constituit. Ab utroque horum latere Cardacas, qui et ipsi armigeri erant, ad sexaginta millia collocat. Neque enim plures in simplici phalange constitui, locus in quo exercitus instruebatur, patiebatur. (7) Porro ad montem, qui ipsis ad sinistram erat, adversus Alexandri dextrum cornu viginti millia statuit. Atque horum quidem nonnulli a tergo Alexandri exercitus oppositi erant. Mons enim, in quo acies instructa erat, aliqua ex parte introrsum recedens, sinum quemdam veluti in mari faciebat : deinde in anfractum porrectus efficiebat ut qui ad radicem montis constituti erant, dextrum Alexandri cornu aversum cernerent. (8) Reliqua vero expeditorum atque armigerorum multitudo pro gentium varietate in confertos inutilesque ordines redacta post Græcos mercenarios et barbaros in phalangem compositos stabat. Sexcenta enim bellatorum millia in Darii exercitu esse ferebantur.

9. Alexander vero, postquam progredienti sibi majus spatium aperiri cœperat, equitatum amicorum Thessalosque et Macedonas adducit. Atque hos quidem in dextro cornu juxta se locat. Peloponnesios reliquosque socios ad lævum cornu Parmenioni mittit.

10. Darius postquam aciem instruxit, equites quos ad flumen eam ob causam locarat ut tuto exercitum ordinare posset, dato signo revocat. Horum plerosque ad dextrum cornu mare versus adversus Parmenionem statuit, quod ab ea parte major equorum esset usus : reliquam partem in sinistrum cornu ad montem traducit. (11) Quum vero propter angustiam locorum inutiles eo in loco sibi viderentur, plerosque ut in dextrum ipsorum cornu sese recipiant jubet. Ipse Darius medium aciei tenebat, Persarum regum in exercitus ordinatione veteri more observato; cujus quidem rei rationem Xenophon Grylli filius conscripsit.

CAP. IX.

Inter hæc Alexander animadvertens universum ferme Persarum equitatum contra lævum suum cornu mare versus traductum, solosque Peloponnesios cum reliquo sociorum equitatu eam ad partem collocatos esse, Thessalos etiam equites confestim eo mittit ; imperans ne ex adverso totius aciei equitent, ne ab hostibus eo se transferentes cernantur, sed a tergo phalangis non conspecti ab hoste transeant. (2) Præstituit autem equitibus ad dextrum cornu antecursores, quibus præfectus erat Protomachus, et Pæo-

ἡγεῖτο Ἀρίστων· τῶν δὲ πεζῶν τοὺς τοξότας, ὧν ἦρχεν Ἀντίοχος· τοὺς δὲ Ἀγριᾶνας, ὧν ἦρχεν Ἄτταλος, καὶ τῶν ἱππέων τινὰς καὶ τῶν τοξοτῶν ἐς ἐπικαμπὴν πρὸς τὸ ὄρος τὸ κατὰ νώτου ἔταξεν, ὥστε κατὰ τὸ δεξιὸν αὐτῷ τὴν φάλαγγα ἐς δύο κέρατα διέχουσαν τετάχθαι, τὸ μὲν ὡς πρὸς Δαρεῖόν τε καὶ τοὺς πέραν τοῦ ποταμοῦ τοὺς πάντας Πέρσας, τὸ δὲ ὡς πρὸς τοὺς ἐπὶ τῷ ὄρει κατὰ νώτου σφῶν τεταγμένους. (3) Τοῦ δὲ εὐωνύμου προετάχθησαν τῶν μὲν πεζῶν οἵ τε Κρῆτες τοξόται καὶ οἱ Θρᾷκες, ὧν ἡγεῖτο Σιτάλκης· πρὸ τούτων δὲ ἡ ἵππος ἡ κατὰ τὸ εὐώνυμον. Οἱ δὲ μισθοφόροι ξένοι πᾶσιν ἐπετάχθησαν. Ἐπεὶ δὲ οὔτε πυκνὴ αὐτῷ ἡ φάλαγξ κατὰ τὸ δεξιὸν τὸ ἑαυτοῦ ἐφαίνετο, πολύ τε ταύτῃ ὑπερφαλαγγήσειν οἱ Πέρσαι ἐδόκουν, ἐκ τοῦ μέσου ἐκέλευσε δύο ἴλας τῶν ἑταίρων, τήν τε Ἀνθεμουσίαν, ἧς ἴλάρχης ἦν Περοίδας ὁ Μενεσθέως, καὶ τὴν Λευγαίαν καλουμένην, ἧς ἡγεῖτο Παντόρδανος ὁ Κλεάνδρου, ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἀφανῶς παρελθεῖν. (4) Καὶ τοὺς τοξότας δὲ καὶ μέρος τῶν Ἀγριάνων καὶ τῶν Ἑλλήνων μισθοφόρων ἔστιν οὓς κατὰ τὸ δεξιὸν τὸ αὐτοῦ ἐπὶ μετώπου παραγαγὼν ἐξέτεινεν ὑπὲρ τὸ τῶν Περσῶν κέρας τὴν φάλαγγα. Ἐπεὶ γὰρ οἱ ὑπὲρ τοῦ ὄρους τεταγμένοι οὔτε κατῆεσαν, ἐκδρομῆς τε ἐπ' αὐτοὺς τῶν Ἀγριάνων καὶ τῶν τοξοτῶν ὀλίγων κατὰ πρόσταξιν Ἀλεξάνδρου γενομένης ῥᾳδίως ἀπὸ τῆς ὑπωρείας ἀναστηλέντες ἐς τὸ ἄκρον ἀνέφυγον, ἔγνω καὶ τοῖς κατ' αὐτοὺς τεταγμένοις δυνατὸς ὢν χρήσασθαι ἐς ἀναπλήρωσιν τῆς φάλαγγος, ἐκείνους δὲ ἱππέας τριακοσίους ἐπιτάξαι ἐξῆρκεσεν.

ΚΕΦ. Ι'.

Οὕτω δὴ τεταγμένους χρόνον μέν τινα προῆγεν ἀναπαύων, ὥστε καὶ πάνυ ἔδοξε σχολαία γενέσθαι αὐτῷ ἡ πρόσοδος. Τοὺς γὰρ βαρβάρους, ὅπως τὰ πρῶτα ἐτάχθησαν, οὐκέτι ἀντεπῆγε Δαρεῖος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ταῖς ὄχθαις, πολλαχῇ μὲν ἀποκρήμνοις οὔσαις, ἔστι δὲ ὅπου καὶ χάρακα παρατείνας αὐταῖς, ἵνα εὐεφοδώτερα ἐφαίνετο, οὕτως ἔμενεν. Καὶ ταύτῃ εὐθὺς δῆλος ἐγένετο τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον τῇ γνώμῃ δεδουλωμένος. (2) Ὡς δὲ ὁμοῦ ἤδη ἦν τὰ στρατόπεδα, ἐνταῦθα παριππεύων πάντη Ἀλέξανδρος παρεκάλει ἄνδρας ἀγαθοὺς γίγνεσθαι, οὐ τῶν ἡγεμόνων μόνον τὰ ὀνόματα ξὺν τῷ πρέποντι κόσμῳ ἀνακαλῶν, ἀλλὰ καὶ ἰλάρχας καὶ λοχαγοὺς ὀνομαστὶ καὶ τῶν ξένων τῶν μισθοφόρων ὅσοι κατ' ἀξίωσιν ἤ τινα ἀρετὴν γνωριμώτεροι ἦσαν· καὶ αὐτῷ πανταχόθεν βοὴ ἐγίνετο μὴ διατρίβειν, ἀλλὰ ἐσβάλλειν ἐς τοὺς πολεμίους. (3) Ὁ δὲ ἦγεν ἐν τάξει ἔτι, τὰ μὲν πρῶτα, καίπερ ἐν ἀπόπτῳ ἤδη ἔχων τὴν Δαρείου δύναμιν, βάδην, τοῦ μὴ διασπασθῆναί τι ἐν τῇ ξυντονωτέρᾳ πορείᾳ κυμῆναν τῆς φάλαγγος· ὡς δὲ ἐντὸς βέλους ἐγίγνοντο, πρῶτοι δὴ οἱ κατ' Ἀλέξανδρον καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ τεταγμένος ὁρόμῳ ἐς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλον, ὡς

nes, quibus præerat Ariston; peditibus vero sagittarios, quos Antiochus ducebat. Agrianos autem, quorum dux erat Attalus, et nonnullos equitum ac sagittariorum in obliquum ad montem a tergo locat : ita ut ad eam partem quæ ipsi dextra erat, phalanx in duo cornua divisa cerneretur, alterum quidem adversus Darium, eosque qui trans flumen stabant, Persas omnes : alterum adversus eos qui ad montem a tergo imminebant. (3) Ante sinistrum latus ex peditibus Cretenses sagittarios et Thraces, quos ducebat Sitalces, ponit : ante hos equitatum, qui ad sinistrum cornu pertinebat. Exteri vero mercenarii omnibus præstituti erant. Ceterum quum eorum phalanx in dextro cornu non satis conferta videretur, atque ex ea parte potissimum Persas phalangem circumvenire posse judicaret, ex medio agmine duas amicorum turmas, Anthemusiam, cui Perœdas Menesthei filius, et Leugæam, cui Pantordanus Cleandri filius præerant, ut ad dextrum latus clam hostibus se recipiant jubet. (4) Sagittariis etiam ac parte Agrianorum et Græcorum mercede conductorum nonnullis ad dextrum suum cornu ad frontem traductis, phalangem ultra Persarum cornu extendit. Quum enim ii qui in monte dispositi erant non descenderent, excursione Agrianorum ac nonnullorum sagittariorum Alexandri jussu in ipsos facta, facile a radice montis propulsi ad cacumen confugerunt. Visum etiam ipsi est, eos quos illis ea ex parte opposuerat, ad corroborandam phalangem usui esse posse, satisque esse si trecenti equites illis opponerentur.

CAP. X.

Hoc modo dispositis militibus, Alexander aliquamdiu tarde aciem promovebat, ut omnino tardus eorum congressus fore videretur. Neque enim Darius barbaros ut primum eos constituerat jam in adversum ducebat, sed in ripis fluminis, quæ magna ex parte præruptæ erant, et qua facilior in illas conscensus visus fuerat, vallo ducto munitæ, sese continebat. Quod quidem statim Macedonibus argumento fuit, Darium jam servitutem animo concepisse. (2) Postquam vero acies conjunctæ sunt, Alexander in omnem exercitus partem obequitans, ut strenuos fortesque viros sese præbeant, hortatur, neque præcipuos solum copiarum duces suis nominibus, addita ut par erat laude, verum etiam tribunos et manipulares nominatim compellabat, et ex mercenariis qui aut titulo aut rerum gestarum gloria illustriores essent. Hic clamor undique sublatus est, abrumpendam moram, in hostes ruendum. (3) Alexander tametsi jam Darii exercitum in conspectu haberet, sensim tamen initio acies suas duxit, ne nimia contentione festinationeque incessus fluctuans phalanx dissiparetur. Posteaquam vero ad teli jactum ventum est, primi qui circa Alexandrum erant, ipseque Alexander in dextro cornu subsistens, cursu in flumen feruntur : ut et ipsa im-

τῇ τε ὀξύτητι τῆς ἐφόδου ἐκπλῆξαι τοὺς Πέρσας καὶ τοῦ θάσσον ἐς χεῖρας ἐλθόντας ὀλίγα πρὸς τῶν τοξοτῶν βλάπτεσθαι. (4) Καὶ ξυνέβη ὅπως εἴκασεν Ἀλέξανδρος· εὐθὺς γὰρ ὡς ἐν χερσὶν ἡ μάχη ἐγένετο, τρέπονται τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος οἱ τῷ ἀριστερῷ κέρᾳ ἐπιτεταγμένοι· καὶ ταύτῃ μὲν λαμπρῶς ἐνίκα Ἀλέξανδρός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτόν· οἱ δὲ Ἕλληνες οἱ μισθοφόροι οἱ ξὺν Δαρείῳ, ἧ διέσχε τῶν Μακεδόνων ἡ φάλαγξ ὡς ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας παραῤῥαγεῖσα, (5) ὅτι Ἀλέξανδρος μὲν σπουδῇ ἐς τὸν ποταμὸν ἐμβαλὼν καὶ ἐν χερσὶ τὴν μάχην ποιήσας ἐξώθει ἤδη τοὺς ταύτῃ τεταγμένους τῶν Περσῶν, οἱ δὲ κατὰ μέσον τῶν Μακεδόνων οὔτε τῇ ἴσῃ σπουδῇ ἤψαντο τοῦ ἔργου καὶ πολλαχῇ κρημνώδεσι ταῖς ὄχθαις ἐντυγχάνοντες τὸ μέτωπον τῆς φάλαγγος οὐ δυνατοὶ ἐγένοντο ἐν τῇ αὐτῇ τάξει διασώσασθαι, ταύτῃ ἐμβάλλουσιν οἱ Ἕλληνες τοῖς Μακεδόσιν ἧ μάλιστα διεσπασμένην αὐτοῖς τὴν φάλαγγα κατεῖδον. (6) Καὶ τὸ ἔργον ἐνταῦθα καρτερὸν ἦν, τῶν μὲν ἐς τὸν ποταμὸν ἀπώσασθαι τοὺς Μακεδόνας καὶ τὴν νίκην τοῖς ἤδη φεύγουσι σῳῶν ἀνασώσασθαι· τῶν Μακεδόνων δὲ τῆς τε Ἀλεξάνδρου ἤδη φαινομένης εὐπραγίας μὴ λειφθῆναι καὶ τὴν δόξαν τῆς φάλαγγος, ὡς ἀμάχου δὴ ἐς τὸ τότε διαβεβοημένης, μὴ ἀφανίσαι. (7) Καί τι καὶ τοῖς γένεσι τῷ τε Ἑλληνικῷ καὶ τῷ Μακεδονικῷ φιλοτιμίας ἐνέπεσεν ἐς ἀλλήλους. Καὶ ἐνταῦθα πίπτει Πτολεμαῖός τε ὁ Σελεύκου, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος, καὶ ἄλλοι ἐς εἴκοσι μάλιστα καὶ ἑκατὸν τῶν οὐκ ἠμελημένων Μακεδόνων.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ἐν τούτῳ δὲ αἱ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρως τάξεις, τραμμένους ἤδη τοὺς κατὰ σφᾶς τῶν Περσῶν ὁρῶντες, ἐπὶ τοὺς ξένους τε τοὺς μισθοφόρους τοὺς Δαρείου καὶ τὸ πονούμενον σφῶν ἐπικάμψαντες, ἀπό τε τοῦ ποταμοῦ ἀπώσαντο αὐτούς, καὶ κατὰ τὸ παρερῥωγὸς τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος ὑπερφαλαγγήσαντες ἐς τὰ πλάγια ἐμβεβληκότες ἤδη ἔκοπτον τοὺς ξένους· (2) καὶ οἱ ἱππεῖς δὲ οἱ τῶν Περσῶν κατὰ τοὺς Θεσσαλοὺς τεταγμένοι οὐκ ἔμειναν ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, ἀλλ' ἐπιδιαβάντες εὐρώστως ἐνέβαλλον εἰς τὰς ἴλας τῶν Θεσσαλῶν· καὶ ταύτῃ ξυνέστη ἱππομαχία καρτερά· οὐδὲ πρόσθεν ἐνέκλιναν οἱ Πέρσαι, πρὶν Δαρεῖόν τε πεφευγότα ἤσθοντο καὶ πρὶν ἀπορῥαγῆναι σφῶν τοὺς μισθοφόρους συγκοπέντας ὑπὸ τῆς φάλαγγος. (3) Τότε δὲ ἤδη λαμπρά τε καὶ ἐκ πάντων ἡ φυγὴ ἐγίγνετο· καὶ οἵ τε τῶν Περσῶν ἵπποι ἐν τῇ ἀναχωρήσει ἐκακοπάθουν, βαρέως ὡπλισμένους τοὺς ἀμβάτας σφῶν φέροντες, καὶ αὐτοὶ οἱ ἱππεῖς, κατὰ στενὰς ὁδοὺς πλήθει τε πολλοὶ καὶ πεφοβημένως σὺν ἀταξίᾳ ἀποχωροῦντες, οὐ μεῖον ἀπ' ἀλλήλων καταπατούμενοι ἢ πρὸς τῆς διώξεως τῶν πολεμίων ἐβλάπτοντο. Καὶ οἱ Θεσσαλοὶ εὐρώστως αὐτοῖς ἐπέκειντο, ὥστε οὐ μεῖον ἢ ὡς πεζῶν φόνος ἐν τῇ φυγῇ τῶν ἱππέων ἐγίγνετο.

petus celeritate Persas percellerent, et celerius ad manus venientes minus damni a sagittariis acciperent. (4) Quod quidem ita ut Alexander cogitarat evenit. Statim enim atque ad manus ventum est, Persæ qui ad sinistrum cornu collocati erant, terga vertunt. In eo conflictu Alexander cum suo comitatu illustrem minimeque dubiam victoriam est consecutus. Græci vero mercenarii, qui a Darii partibus erant, qua Macedonum phalanx divisa erat, utpote in dextrum cornu flexa (5) (Alexander enim celeriter amnem ingressus et cominus cum hoste congressus facile Persas ex ea parte positos propulsarat; Macedones vero in medio positi non pari diligentia erant usi, sed editis ac præruptis passim ripis impediti, aciei frontem eodem ordine servare non potuerant), ea parte qua maxime convulsam phalangem sunt conspicati, impetum in Macedones faciunt. (6) Acris ibi pugna miscetur, illis quidem Macedones in flumen repellere et victoriam fugientibus jam suis recuperare nitentibus: Macedonibus contra, ne manifestæ Alexandri victoriæ deessent, aut phalangis gloriam, quæ ut invicta tum temporis omnium ore celebrabatur, imminuerent. (7) Adhæc æmulatio quædam contentioque de honore Græcanicæ nationi cum Macedonibus intercedebat. In eo conflictu Ptolemæus Seleuci filius re fortiter gesta, aliique non obscuri nominis Macedones centum fere et viginti numero ceciderunt.

CAP. XI.

Dum hæc geruntur, cohortes, quæ ad dextrum cornu erant, quum jam Persas sibi oppositos in fugam versos viderent, in exteros Darii mercede conductos et invalidos maleque affectos conversi, eos a flumine propellunt. Atque eam Persici exercitus partem quæ divulsa erat phalange circumvenientes, e transverso in eos feruntur stragemque exterorum edunt. (2) Porro equites Persæ qui Thessalis oppositi erant, nequaquam se in hoc conflictu citra flumen continebant, sed eo fortiter transmisso, in Thessalicas turmas invehuntur. Atrox ibi equestre prælium commissum est. Neque prius Persæ terga verterunt, quam Darium fugisse cognoscerent, aut antequam mercenarios suos a phalange dissipatos cæsosque esse intelligerent. (3) Tum vero manifesta, et quidem totius exercitus fuga fit. Persarum equi, quum sessores graviter armatos ferrent, in receptu multum incommodi acceperunt: ipsique equites, quum per angusta viarum confertim, metu exagitati, nullo ordine ruerent, non minore damno protriti a suis quam ab hostibus insequentibus sunt affecti. Thessali enim acriter a tergo premebant, adeo ut haud minor equitum quam peditum strages in fuga edita sit.

4. Δαρεῖος δέ, ὡς αὐτῷ τὸ πρῶτον ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐφοβήθη τὸ κέρας τὸ εὐώνυμον καὶ ταύτῃ ἀπορῥηγνύμενον κατεῖδε τοῦ ἄλλου στρατοπέδου, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἐπὶ τοῦ ἅρματος ξὺν τοῖς πρώτοις ἔφευγε. (5) Καὶ ἔστε μὲν ὁμαλοῖς χωρίοις ἐν τῇ φυγῇ ἐπετύγχανεν, ἐπὶ τοῦ ἅρματος διεσώζετο· ὡς δὲ φάραγξί τε καὶ ἄλλαις δυσχωρίαις ἐνέκυρσε, τὸ μὲν ἅρμα ἀπολείπει αὐτοῦ καὶ τὴν ἀσπίδα καὶ τὸν κάνδυν ἐκδύς· ὁ δὲ καὶ τὸ τόξον ἀπολείπει ἐπὶ τοῦ ἅρματος· αὐτὸς δὲ ἵππου ἐπιβὰς ἔφευγε· καὶ ἡ νὺξ οὐ διὰ μακροῦ ἐπιγενομένη ἀφείλετο αὐτὸν τὸ πρὸς Ἀλεξάνδρου ἁλῶναι. (6) Ἀλέξανδρος γὰρ ἔστε μὲν φάος ἦν ἀνὰ κράτος ἐδίωκεν· ὡς δὲ συνεσκόταζέ τε ἤδη καὶ τὰ πρὸ ποδῶν ἀφανῆ ἦν, ἐς τὸ ἔμπαλιν ἀπετράπετο ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, τὸ μέντοι ἅρμα τὸ Δαρείου ἔλαβε καὶ τὴν ἀσπίδα ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸν κάνδυν καὶ τὸ τόξον. (7) Καὶ γὰρ καὶ ἡ δίωξις βραδυτέρα αὐτῷ ἐγεγόνει, ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ παραῤῥήξει τῆς φάλαγγος ἐπιστρέψας καὶ αὐτὸς οὐ πρόσθεν ἐς τὸ διώκειν ἐτράπετο, πρὶν τούς τε μισθοφόρους τοὺς ξένους καὶ τὸ τῶν Περσῶν ἱππικὸν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀπωσθέντας κατεῖδε.

8. Τῶν δὲ Περσῶν ἀπέθανον Ἀρσάμης μὲν καὶ Ῥεομίθρης καὶ Ἀτιζύης τῶν ἐπὶ Γρανικῷ ἡγησαμένων τοῦ ἱππικοῦ· ἀποθνήσκει δὲ καὶ Σαβάκης ὁ Αἰγύπτου σατράπης καὶ Βουβάκης τῶν ἐντίμων Περσῶν· τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος εἰς δέκα μάλιστα μυριάδας καὶ ἐν τούτοις ἱππεῖς ὑπὲρ τοὺς μυρίους, ὥστε λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ξυνεπισπόμενος τότε Ἀλεξάνδρῳ, τοὺς μετὰ σφῶν διώκοντας Δαρεῖον, ὡς ἐπὶ φάραγγί τινι ἐν τῇ διώξει ἐγένοντο, ἐπὶ τῶν νεκρῶν διαβῆναι τὴν φάραγγα. (9) Τό τε στρατόπεδον τὸ Δαρείου εὐθὺς ἐξ ἐφόδου ἑάλω καὶ ἡ μήτηρ καὶ ἡ γυνή, αὐτὴ δὲ καὶ ἀδελφὴ Δαρείου, καὶ υἱὸς Δαρείου νήπιος· καὶ θυγατέρες δύο ἑάλωσαν καὶ ἄλλαι ἀμφ' αὐτὰς Περσῶν τῶν ὁμοτίμων γυναῖκες οὐ πολλαί. Οἱ γὰρ ἄλλοι Πέρσαι τὰς γυναῖκας σφῶν ξὺν τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ ἐς Δαμασκὸν ἔτυχον ἐσταλκότες· (10) ἐπεὶ καὶ Δαρεῖος τῶν τε χρημάτων τὰ πολλὰ καὶ ὅσα ἄλλα μεγάλῳ βασιλεῖ ἐς πολυτελῆ δίαιταν καὶ στρατευομένῳ ὅμως συνέπεται πεπόμφει ἐς Δαμασκόν, ὥστε ἐν τῷ στρατεύματι οὐ πλείονα ἢ τρισχίλια τάλαντα ἑάλω. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν Δαμασκῷ χρήματα ὀλίγον ὕστερον ἑάλω ὑπὸ Παρμενίωνος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο σταλέντος. Τοῦτο τὸ τέλος τῇ μάχῃ ἐκείνῃ ἐγένετο ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθηναίοις Νικοκράτους μηνὸς Μαιμακτηριῶνος.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, καίπερ τετρωμένος τὸν μηρὸν Ἀλέξανδρος ξίφει, ὁ δὲ τοὺς τραυματίας ἐπῆλθε, καὶ τοὺς νεκροὺς ξυναγαγὼν ἔθαψε μεγαλοπρεπῶς ξὺν τῇ δυνάμει πάσῃ ἐκτεταγμένῃ λαμπρότατα ὡς ἐς πόλεμον· καὶ λόγῳ τε ἐπεκόσμησεν ὅσοι τι διαπρεπὲς ἔργον ἐν

4. Darius vero, ubi primum ab Alexandro sinistrum ejus cornu fugatum est atque dissipatum ea parte exercitum vidit, confestim inscenso ut potuit curru, cum primariis fugit. (5) Et quamdiu planis atque apertis locis in fuga uti licuit, curru sibi salutem quæsivit. Ubi autem in prærupta loca aliasque viarum difficultates incidit, deserto curru et scuto exutoque amiculo, arcu etiam in curru relicto, conscenso equo fugit. Nox non multo post superveniens obstitit, quominus ab Alexandro caperetur. (6) Alexander enim dum adhuc lux esset, acriter persequutus est Darium, quum vero tenebris obortis etiam proxima cerni nequirent, ad exercitum reversus est, currum tamen Darii ejusque scutum et amiculum atque arcum cepit. (7) Paulo enim tardius eum insequi cœperat, quod in prima illa phalangis dissipatione ipse etiam subsistens non prius ad insequendum se convertit, quam exteros mercenarios Persicumque equitatum a flumine repulsos conspexit.

8. E Persis cecidere Arsames, Rheomithres et Atizyes, ex iis qui apud Granicum equitatum duxerant; Sabaces etiam Ægypti satrapa, et Bubaces, magni inter Persas nominis; præter hos reliqua multitudo ad centum millia, atque in his equitum decem millia: adeo ut Ptolemæus Lagi filius, qui tum temporis Alexandrum cum suis Darium insequentem comitatus erat, auctor sit, quum in persequendo ad hiatum quendam venissent, super strata hostium cadavera sese hiatum istum transiisse. (9) Post hæc castra Darii primo impetu capta sunt, atque in iis mater Darii, et uxor eademque soror, ac filius adhuc infans; duæ præterea ejus filiæ captæ, et circum eas aliæ principum virorum uxores non multæ. Plurimi enim Persæ uxores suas cum impedimentis Damascum miserant; (10) siquidem et Darius majorem pecuniarum partem, et quæcunque ad splendidum magnificumque apparatum pertinentia reges Persarum etiam militantes comitari solent, Damascum miserat, adeo ut in exercitu ultra tria millia talentorum inventa non fuerint. Ceterum omnis ea pecunia paulo post Damasci capta est a Parmenione, eam ad rem ab Alexandro misso. Hic prælii exitus fuit, archonte Athenis Nicocrate, mense Mæmacterione.

CAP. XII

Postero die Alexander, quamvis æger adhuc e vulnere quod in femore exceperat, saucios tamen obivit, et cæsorum corporibus conquisitis, magnifice ea sepelivit, universo exercitu in acie stante, et bellicas uniuscujusque laudes, quem vel ipse præclarum aliquod facinus in pugna

τῇ μάχῃ ἢ αὐτὸς ξυνέγνω εἰργασμένον ἢ ἀκοῇ συμφωνούμενον ἔμαθε· καὶ χρημάτων ἐπιδόσει ὡς ἑκάστους ξὺν τῇ ἀξίᾳ ἐτίμησε. (2) Καὶ Κιλικίας μὲν ἀποδεικνύει σατράπην Βάλακρον τὸν Νικάνορος, ἕνα τῶν σωματοφυλάκων τῶν βασιλικῶν· ἀντὶ δὲ τούτου ἐς τοὺς σωματοφύλακας κατέλεξε Μένητα τὸν Διονυσίου· ἀντὶ δὲ Πτολεμαίου τοῦ Σελεύκου τοῦ ἀποθανόντος ἐν τῇ μάχῃ Πολυσπέρχοντα τὸν Σιμμίου ἄρχειν ἀπέδειξε τῆς ἐκείνου τάξεως. Καὶ Σολεῦσι τά τε πεντήκοντα τάλαντα ἃ ἔτι ἐνδεᾶ ἦν ἐκ τῶν ἐπιβληθέντων σφίσι χρημάτων ἀνῆκε καὶ τοὺς ὁμήρους ἀπέδωκεν.

3. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἤσθετο τὸν ἔκπλουν τῶν Τυρίων τριηρῶν, τὰς μὲν πολλὰς τῶν ξὺν αὐτῷ νεῶν, ὅπως ἑκάστη πληρωθείη, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος ἀνακωχεύειν ἔταξεν, ὡς μὴ καὶ ἄλλαι ἐκπλεύσειαν τῶν Τυρίων νῆες· αὐτὸς δὲ πεντήρεις τε τὰς ξὺν αὐτῷ ἀναλαβὼν καὶ τῶν τριηρῶν ἐς πέντε μάλιστα, ὅσαι ἔφθησαν αὐτῷ κατὰ τάχος πληρωθεῖσαι, περιέπλει τὴν πόλιν ὡς ἐπὶ τοὺς ἐκπεπλευκότας τῶν Τυρίων. (4) Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τείχους, τόν τε ἐπίπλουν τῶν πολεμίων κατιδόντες καὶ Ἀλέξανδρον αὐτὸν ἐπὶ τῶν νεῶν, βοῇ τε ἐπανάγειν ἐνεκελεύοντο τοῖς ἐκ τῶν σφετέρων νεῶν καὶ ὡς οὐκ ἐξακουστὸν ἦν ὑπὸ θορύβου ξυνεχομένων ἐν τῷ ἔργῳ, σημείοις ἄλλοις καὶ ἄλλοις ἐπεκάλουν ἐς τὴν ἀναχώρησιν. Οἱ δὲ ὑφ' ὅτε αἰσθόμενοι τὸν ἐπίπλουν τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ὑποστρέψαντες ἐς τὸν λιμένα ἔφευγον. (5) Καὶ ὀλίγαι μὲν τῶν νεῶν φθάνουσιν ὑπεκφυγοῦσαι, ταῖς δὲ πλείοσιν ἐμβαλοῦσαι αἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ τὰς μὲν αὐτῶν ἄπλους ἐποίησαν, πεντήρης δέ τις καὶ τετρήρης αὐτῶν ἐπ' αὐτῷ τῷ στόματι τοῦ λιμένος ἐλήφθησαν. Φόνος δὲ τῶν ἐπιβατῶν οὐ πολὺς ἐγένετο. Ὡς γὰρ ἤσθοντο ἐχομένας τὰς ναῦς, ἀπενήξαντο οὐ χαλεπῶς ἐς τὸν λιμένα.

6. Ὡς δὲ οὐδεμία ἔτι τοῖς Τυρίοις ἐκ τῶν νεῶν ὠφέλεια ἦν, ἐπῆγον ἤδη οἱ Μακεδόνες τὰς μηχανὰς τῷ τείχει αὐτῶν. Κατὰ μὲν δὴ τὸ χῶμα προσαγόμεναι διὰ ἰσχὺν τοῦ τείχους οὐδὲν ἤνυον ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον· οἱ δὲ κατὰ τὸ πρὸς Σιδῶνα τετραμμένον τῆς πόλεως τῶν νεῶν τινας τῶν μηχανοφόρων προσῆγον. (7) Ὡς δὲ οὐδὲ ταύτῃ ἤνυεν, ἐς τὸ πρὸς νότον αὖ ἄνεμον καὶ πρὸς Αἴγυπτον ἀνέχον τεῖχος μετῄει, πάντη ἀποπειρώμενος τοῦ ἔργου. Καὶ ἐνταῦθα πρῶτον κατεσείσθη τε τὸ τεῖχος ἐπὶ μέγα καί τι καὶ κατηρείφθη αὐτοῦ παραῤῥαγέν. Τότε μὲν ὅσον ἐπιβαλὼν γεφύρας ἦ ἐρήριπτο τοῦ τείχους, ἀπεπειράθη ἐς ὀλίγον τῆς προσβολῆς· καὶ οἱ Τύριοι οὐ χαλεπῶς ἀπεκρούσαντο τοὺς Μακεδόνας.

qui ad pugnam ex tabulatis navium conserendam optime armati, et ad navalia certamina adeunda plus animi haberent : primo quidem singulæ lento remigio nulloque celeusmate edito prolabuntur. Postquam vero eo usque provecti sunt, ut jam a Cypriis cerni possent, tum ingenti clamore sublato, mutuoque celeusmate sese incitantes, concitato remigio in eorum naves feruntur.

CAP. XXII.

Accidit porro eo die ut Alexander qui in tabernaculum concesserat, minorem solito ibi moram faceret, cito ad naves reversus. (2) Tyrii, naves in statione agentes ex improviso adorti, quum aliæ prorsus vacuæ essent, aliæ in ipso clamore atque impetu non bene instructæ, Pnytagoræ regis quinqueremem et Androclis Amathusii et Pasicratis Thurieinsis primo statim insultu demergunt, reliquas in littus propulsas confregerunt.

3. Alexander cognita Tyriarum triremium excursione, confestim naves plurimas quæ sibi aderant, prout quæque instructa erat, ad fauces portus stare jubet, ut reliquis Tyriorum navibus prodeundi potestatem præcluderent. Ipse cum quinqueremibus quas habebat, et triremibus summum quinque celeriter instructis, urbem circum navigans, ad Tyrios portu egressos contendit. (4) Oppidani id ex muro conspicati, ipsumque Alexandrum in navibus præsentem esse, clamore redire suos hortabantur, quum clamor ob tumultum eorum qui in illo conflictu versabantur exaudiri non posset, aliis atque aliis indiciis ut sese reciperent significabant. Illi Alexandri incursu serius intellecto, velis versis portum petunt. (5) Paucæ tamen naves fuga evaserunt; nam Alexandri naves in earum plerasque invectæ, nonnullas ad navigandum inutiles reddidere : quinqueremem vero unam et quadriremem ad ipsa portus ostia ceperunt. Propugnatorum cædes haud magna fuit, quoniam simulac captas naves senserant, facile in portum nando evaserunt.

6. Macedones, quum jam nullus Tyriis navium usus superesset, tormenta muris admovere. Quæ quidem ab aggeris parte admota ob muri firmitatem parum damni inferebant. Alii vero, ea parte urbis quæ Sidonem spectat, nonnullas naves machinas portantes admoverunt. (7) Sed quum ne hîc quidem proficeretur, ad murum qui meridiem versus est atque Ægyptum spectat, se contulit, omni

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Τρίτῃ δὲ ἀπὸ ταύτης ἡμέρᾳ νηνεμίαν τε φυλάξας καὶ παρακαλέσας τοὺς ἡγεμόνας τῶν τάξεων ἐς τὸ ἔργον, ἐπῆγε τῇ πόλει ἐπὶ τῶν νεῶν τὰς μηχανάς. Καὶ πρῶτα μὲν κατέσεισε τοῦ τείχους ἐπὶ μέγα. Ὡς δὲ ἀποχρῶν εἰς πλάτος ἐφάνη τὸ παρερῥηγμένον, τὰς μὲν μηχανοφόρους ναῦς ἐπανάγειν ἐκέλευσεν· (2) ὁ δὲ δύο ἄλλας ἐπῆγεν, αἳ τὰς γεφύρας αὐτῷ ἔφερον, ἃς δὴ ἐπιβάλλειν ἐπενόει τῷ κατερῥηγμένῳ τοῦ τείχους. Καὶ τὴν μὲν μίαν τῶν νεῶν οἱ ὑπασπισταὶ ἕλαβον, ἦ ἐπετέτακτο Ἀδμητος, τὴν ἑτέραν δὲ ἡ Κοίνου τάξις οἱ πεζέταιροι καλούμενοι· καὶ αὐτὸς ξὺν τοῖς ὑπασπισταῖς ἐπιβήσεσθαι τοῦ τείχους ἦ παρείκοι ἔμελλε. (3) Τὰς τριήρεις δὲ τὰς μὲν ἐπιπλεῖν κατὰ τοὺς λιμένας ἀμφοτέρους ἐκέλευσεν, εἴ πως πρὸς σφᾶς τετραμμένων τῶν Τυρίων βιάσαιντο τὸν ἔσπλουν· ὅσαι δὲ αὐτῶν βέλη ἀπὸ μηχανῶν βαλλόμενα εἶχον ἢ ὅσαι τοξόται ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων ἔφερον, ταύτας δὲ ἐκέλευσεν ἐν κύκλῳ περιπλεούσας τὸ τεῖχος ἐποχέλλειν τε ὅπῃ παρείκοι καὶ ἀνακωχεύειν ἐντὸς βέλους, ἔστε τὸ ἐποχεῖλαι ἄπορον γίγνοιτο, ὡς πανταχόθεν βαλλομένους τοὺς Τυρίους ἐν τῷ δεινῷ ἀμφιβόλους γίγνεσθαι.

4. Ὡς δὲ αἵ τε νῆες αἱ σὺν Ἀλεξάνδρῳ προσέσχον τῇ πόλει καὶ αἱ γέφυραι ἐπεβλήθησαν τῷ τείχει ἀπ' αὐτῶν, ἐνταῦθα οἱ ὑπασπισταὶ εὐρώστως κατὰ ταύτας ἀνέβαινον ἐπὶ τὸ τεῖχος· ὅ τε γὰρ Ἄδμητος ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τῷ τότε ἐγένετο, καὶ ἅμα Ἀλέξανδρος εἵπετο αὐτοῖς, τοῦ τε ἔργου αὐτοῦ καρτερῶς ἁπτόμενος καὶ θεατὴς τῶν ἄλλων, ὅτῳ τι λαμπρὸν κατ' ἀρετὴν ἐν τῷ κινδύνῳ ἐτολμᾶτο. (5) Καὶ ταύτῃ πρῶτον ἦ ἐπετέτακτο Ἀλέξανδρος ἑλήφθη τὸ τεῖχος, οὐ χαλεπῶς ἀποκρουσθέντων ἀπ' αὐτοῦ τῶν Τυρίων, ἐπειδὴ πρῶτον βεβαίῳ τε καὶ ἅμα οὐ πάντη ἀποτόμῳ τῇ προσβάσει ἐχρήσαντο οἱ Μακεδόνες. Καὶ Ἄδμητος μέν, πρῶτος ἐπιβὰς τοῦ τείχους καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐγκελευόμενος ἐπιβαίνειν, βληθεὶς λόγχῃ ἀποθνήσκει αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ αὐτῷ Ἀλέξανδρος ἔσχε τὸ τεῖχος ξὺν τοῖς ἑταίροις. (6) Ὡς δὲ εἴχοντο αὐτῷ πύργοι τε ἔστιν οἳ καὶ μεταπύργια, αὐτὸς μὲν παρῄει διὰ τῶν ἐπάλξεων ὡς ἐπὶ τὰ βασίλεια, ὅτι ταύτῃ εὐπορωτέρα ἐφαίνετο ἐς τὴν πόλιν ἡ κάθοδος.

ex parte oppugnationem tentans. Atque hac primum et late quassatus est murus, et aliqua pars etiam perfracta dirutaque est. Tum injectis pontibus ea parte qua murum demolitus erat urbem oppugnare tantisper tentavit; sed Tyrii non magno negotio Macedones repulerunt.

CAP. XXIII.

Tertio ab hoc die, malacia ac tranquillitate exspectata, copiarum duces ad pugnam cohortatus, tormenta navibus imposita urbi admovit; ac primo quidem impetu magnam muri partem labefactat : quumque jam satis amplo spatio murus dirutus videretur, naves quibus tormenta vehebantur retrahi jubet, (2) aliasque duas cum pontibus adduci, quibus murorum strages transcendere statuerat. Atque alteram quidem navium scutati occupant, Admeto duce : alteram Cœni cohors e militibus qui pedites amici dicuntur constans : ipse etiam cum scutatis, quacunque facultas detur, murum conscensurus erat. (3) Triremium vero partem contra utrumque portum adnavigare jubet, si forte conversis in eos Tyriis vi irrumpere possint. Quotquot vero naves tela quæ ex machinis jaciuntur habebant, aut quæ sagittarios in tabulatis dispositos vehebant, jubet ut muros circumnavigantes, quacunque via licuerit applicent, utque intra teli jactum sese sistant, si omnino applicare non possint; eo consilio, ut Tyrii omni ex parte pressi, in tantis difficultatibus quo se verterent nescirent.

4. Ceterum navibus jam cum Alexandro ad urbem appulsis et pontibus muro injectis, scutati strenue per eos murum conscendunt. Admetus enim per id temporis fortiter rem gerebat, subsequebatur et Alexander ipse, qui et periculum fortiter subibat, et alios, prout quisque præclarum aliquod in pugna facinus edidisset, spectabat. (5) Atque ea parte primum qua premebat Alexander, murus captus est, Tyriis ex eo parvo negotio depulsis, quod Macedones firmo et simul non omnino arduo ingressu utebantur. Admetus qui primus murum conscenderat, dum eos qui circa eum erant ut idem faciant cohortatur, lancea trajectus interiit. (6) Post eum Alexander cum amicis murum occupavit. Occupatis itaque turribus nonnullis et interturriis, ipse per summa propugnacula murorum ad regiam contendit, quod facilior illa via ad urbem descensus videretur.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Οἱ δὲ ἐπὶ τῶν νεῶν οἵ τε Φοίνικες κατὰ τὸν λιμένα τὸν πρὸς Αἰγύπτου, καθ' ὅπερ καὶ ἐφορμοῦντες ἐτύγχανον, βιασάμενοι καὶ τὰ κλεῖθρα διασπάσαντες ἔκοπτον τὰς ναῦς ἐν τῷ λιμένι, ταῖς μὲν μετεώροις ἐμβάλλοντες, τὰς δὲ ἐς τὴν γῆν ἐξωθοῦντες, καὶ οἱ Κύπριοι κατὰ τὸν ἄλλον λιμένα τὸν ἐκ Σιδῶνος φέροντα, οὐδὲ κλεῖθρον τοῦτόν γε ἔχοντα, εἰσπλεύσαντες εἷλον εὐθὺς ταύτῃ τὴν πόλιν. (2) Τὸ δὲ πλῆθος τῶν Τυρίων τὸ μὲν τεῖχος, ὡς ἐχόμενον εἶδον, ἐκλείπουσιν· ἀθροισθέντες δὲ κατὰ τὸ Ἀγηνόριον καλούμενον ἐπέστρεψαν ταύτῃ ἐπὶ τοὺς Μακεδόνας. Καὶ Ἀλέξανδρος ξὺν τοῖς ὑπασπισταῖς ἐπὶ τούτους χωρήσας τοὺς μὲν αὐτοῦ μαχομένους διέφθειρεν αὐτῶν, τοῖς δὲ φεύγουσιν ἐφείπετο. (3) Καὶ φόνος ἦν πολύς, τῶν τε ἀπὸ τοῦ λιμένος ἐχόντων ἤδη τὴν πόλιν καὶ τῆς Κοίνου τάξεως παρεληλυθυίας ἐς αὐτήν. Ὀργῇ γὰρ ἐχώρουν ἐπὶ πᾶν οἱ Μακεδόνες, τῆς τε πολιορκίας τῇ τριβῇ ἀχθόμενοι καὶ ὅτι λαβόντες τινὰς αὐτῶν οἱ Τύριοι πλέοντας ἐκ Σιδῶνος ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβιβάσαντες, ὅπως ἄποπτον εἴη ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, σφάξαντες ἔῤῥιψαν ἐς τὴν θάλασσαν. (4) Ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν Τυρίων ἐς ὀκτακισχιλίους, τῶν Μακεδόνων δὲ ἐν τῇ τότε προσβολῇ Ἄδμητός τε, ὁ πρῶτος ἑλὼν τὸ τεῖχος, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος, καὶ ξὺν αὐτῷ εἴκοσι τῶν ὑπασπιστῶν, ἐν δὲ τῇ πάσῃ πολιορκίᾳ μάλιστα ἐς τετρακοσίους.

5. Τοῖς δὲ ἐς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἡρακλέους καταφυγοῦσιν (ἦσαν δὲ αὐτῶν τε τῶν Τυρίων οἱ μάλιστα ἐν τέλει καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀζέμιλκος καὶ Καρχηδονίων τινὲς θεωροὶ ἐς τιμὴν τοῦ Ἡρακλέους κατὰ δή τινα νόμον παλαιὸν εἰς τὴν μητρόπολιν ἀφικόμενοι) τούτοις ξύμπασιν ἄδειαν δίδωσιν Ἀλέξανδρος· τοὺς δὲ ἄλλους ἠνδραπόδισε, καὶ ἐπράθησαν Τυρίων τε καὶ τῶν ξένων ὅσοι ἐγκατελήφθησαν, μάλιστα εἰς τρισμυρίους. (6) Ἀλέξανδρος δὲ τῷ Ἡρακλεῖ ἔθυσέ τε καὶ πομπὴν ἔστειλε σὺν τῇ δυνάμει ὡπλισμένῃ· καὶ αἱ νῆες ξυνεπόμπευσαν τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ λαμπάδα ἐποίησε· καὶ τὴν μηχανὴν ᾗ τὸ τεῖχος κατεσείσθη ἀνέθηκεν ἐς τὸν νεών· καὶ τὴν ναῦν τὴν Τυρίαν τὴν ἱερὰν τοῦ Ἡρακλέους, ἥντινα ἐν τῷ ἐπίπλῳ ἔλαβε, καὶ ταύτην τῷ Ἡρακλεῖ ἀνέθηκε καὶ ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῇ, ἢ αὐτὸς ποιήσας ἢ ὅτου δὴ ἄλλου ποιήσαντος, οὐκ ἄξιον μνήμης τὸ ἐπίγραμμα· διὰ τοῦτο καὶ ἐγὼ αὐτὸ ἀναγράψαι ἀπηξίωσα. Τύρος μὲν δὴ οὕτως ἑάλω ἐπὶ ἄρχοντος Ἀνικήτου Ἀθήνησι μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Ἔτι δὲ ἐν τῇ πολιορκίᾳ τῆς Τύρου ξυνεχομένου Ἀλεξάνδρου ἀφίκοντο παρὰ Δαρείου πρέσβεις ὡς αὐτόν, ἀπαγγέλλοντες μύρια μὲν τάλαντα ὑπὲρ τῆς μητρός τε

CAP. XXIV.

At qui in navibus erant Phœnices in portum qui Ægyptum spectat et quem obsederant, impetu facto, claustrisque revulsis, naves in portu confregerunt, in alias remotiores a terra magna vi delati, alias ad ipsam terram collidentes. Cyprii in alterum portum qui Sidonem respicit, ne claustro quidem septum, irrumpentes, statim ea parte urbem capiunt. (2) Oppidani simulac murum captum conspexerunt, eo deserto, ad Agenorium quod appellant conglobati, inde in Macedones sese convertunt. Alexander cum scutatis in eos progressus, alios pugnantes occidit, alios fugientes insequitur. (3) Magna hic cædes facta est, quum et a portu urbs capta esset, et Cœni copiæ in eam irruissent. Macedones enim ira perciti in Tyrios grassabantur, tum quod obsidionis diuturnitatem molestissime ferebant, tum etiam quod Tyrii quum nonnullos suorum ex Sidone navigantes cepissent, in murum sublatos, ut ab exercitu cerni possent, cæsos in mare præcipitarant. (4) Tyriorum circiter octo millia interfecta : ex Macedonibus in illo quidem impetu Admetus, qui primus re fortiter gesta murum ceperat, et cum eo scutati viginti; in universa vero obsidione circiter quadringenti.

5. Qui vero in templum Herculis confugerant (erant autem hi præcipui quique Tyriorum principes et rex Azemilcus et nonnulli Carthaginienses de sacris legati, qui ex veteri consuetudine in honorem Herculis ad metropolin venerant), iis omnibus Alexander veniam concessit, reliquos in servitutem redegit. Tyriorum atque exterorum, qui capti sunt, xxx fere millia sub hastam missa. (6) Post hæc Alexander Herculi sacrificium fecit, et pompam cum exercitu armato misit; naves etiam Herculi pompam peregerunt; ludos quoque gymnicos in æde Herculi sacra et certamina, quibus lampades gestantes cursu certant edidit. Tormentum, quo murum demolitus fuerat, in templo posuit. Navem etiam Tyriam sacram Herculi, quam navali incursione ceperat, Herculi dicat, cum inscriptione, quam sive ipse sive alius quispiam fecerit, quod nihil habeat memoria dignum, commemorandam minime putavi. Atque ita quidem Tyrus capta est, archonte Athenis Aniceto, mense Hecatombæone.

CAP. XXV.

Quum adhuc in obsidione Tyri versaretur Alexander, legati ad eum a Dario venerunt, nuntiantes Darium decem millia talentûm daturum, si matrem, uxorem ac

καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παίδων δοῦναι ἐθέλειν Ἀλεξάνδρῳ Δαρεῖον· τὴν δὲ χώραν πᾶσαν τὴν ἐντὸς Εὐφράτου ποταμοῦ ἔστε ἐπὶ θάλασσαν τὴν Ἑλληνικὴν Ἀλεξάνδρου εἶναι· γήμαντα δὲ τὴν Δαρείου παῖδα Ἀλέξανδρον φίλον τε εἶναι Δαρείῳ καὶ ξύμμαχον. (2) Καὶ τούτων ἐν τῷ ξυλλόγῳ τῶν ἑταίρων ἀπαγγελθέντων, Παρμενίωνα μὲν λέγουσιν Ἀλεξάνδρῳ εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸς ἂν Ἀλέξανδρος ὢν ἐπὶ τούτοις ἠγάπησε καταλύσας τὸν πόλεμον μηκέτι πρόσω κινδυνεύειν· Ἀλέξανδρον δὲ Παρμενίωνι ἀποκρίνασθαι, ὅτι καὶ αὐτὸς ἄν, εἴπερ Παρμενίων ἦν, οὕτως ἔπραξεν, ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρός ἐστιν, ἀποκρινεῖσθαι Δαρείῳ ἅπερ δὴ καὶ ἀπεκρίνατο. (3) Ἔφη γὰρ οὔτε χρημάτων δεῖσθαι παρὰ Δαρείου οὔτε τῆς χώρας λαβεῖν ἀντὶ τῆς πάσης τὸ μέρος· εἶναι γὰρ τά τε χρήματα καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ πᾶσαν· γῆμαί τε ἂν ἐθέλῃ τὴν Δαρείου παῖδα, γῆμαι ἂν καὶ οὐ διδόντος Δαρείου· ἐκέλευέ τε αὐτὸν ἥκειν, εἴ τι εὑρέσθαι ἐθέλοι φιλάνθρωπον παρ' αὐτοῦ. Ταῦτα ὡς ἤκουσε Δαρεῖος, τὰς μὲν ξυμβάσεις ἀπέγνω τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον, ἐν παρασκευῇ δὲ τοῦ πολέμου αὖθις ἦν.

4. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπ' Αἰγύπτου ἔγνω ποιεῖσθαι τὸν στόλον. Καὶ ἦν αὐτῷ τὰ μὲν ἄλλα τῆς Παλαιστίνης καλουμένης Συρίας προσκεχωρηκότα ἤδη· εὐνοῦχος δέ τις, ᾧ ὄνομα ἦν Βάτις, κρατῶν τῆς Γαζαίων πόλεως, οὐ προσεῖχεν Ἀλεξάνδρῳ, ἀλλὰ Ἀραβάς τε μισθωτοὺς ἐπαγόμενος καὶ σῖτον ἐκ πολλοῦ παρεσκευακὼς διαρκῆ ἐς χρόνιον πολιορκίαν καὶ τῷ χωρίῳ πιστεύων, μήποτε ἂν βίᾳ ἁλῶναι, ἔγνω μὴ δέχεσθαι τῇ πόλει Ἀλέξανδρον.

ΚΕΦ. ΚΣ'.

Ἀπέχει δὲ ἡ Γάζα τῆς μὲν θαλάσσης εἴκοσι μάλιστα σταδίους, καὶ ἔστι ψαμμώδης καὶ βαθεῖα ἐς αὐτὴν ἡ ἄνοδος καὶ ἡ θάλασσα ἡ κατὰ τὴν πόλιν τεναγώδης πᾶσα. Μεγάλη δὲ πόλις ἡ Γάζα ἦν καὶ ἐπὶ χώματος ὑψηλοῦ ὤκιστο καὶ τεῖχος περιεβέβλητο αὐτῇ ὀχυρόν. Ἐσχάτη δὲ ὠκεῖτο ὡς ἐπ' Αἴγυπτον ἐκ Φοινίκης ἰόντι ἐπὶ τῇ ἀρχῇ τῆς ἐρήμου.

2. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἀφίκετο πρὸς τὴν πόλιν, τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατοπέδευσεν ᾗ μάλιστα ἐπίμαχον αὐτῷ ἐφαίνετο τὸ τεῖχος, καὶ μηχανὰς συμπηγνύναι ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ μηχανοποιοὶ γνώμην ἀπεδείκνυντο ἄπορον εἶναι βίᾳ ἑλεῖν τὸ τεῖχος διὰ ὕψος τοῦ χώματος. (3) Ἀλλὰ Ἀλεξάνδρῳ ἐδόκει αἱρετέον εἶναι ὅσῳ ἀπορώτερον· ἐκπλήξειν γὰρ τοὺς πολεμίους τὸ ἔργον τῷ παραλόγῳ ἐπὶ μέγα, καὶ τὸ μὴ ἑλεῖν αἰσχρὸν εἶναί οἱ λεγόμενον ἐς τε τοὺς Ἕλληνας καὶ ἐς Δαρεῖον. Ἐδόκει δὴ χῶμα ἐν κύκλῳ τῆς πόλεως χωννύναι, ὡς ἐξ ἴσου ἀπὸ τοῦ χωσθέντος ἐπάγεσθαι τὰς μηχανὰς τοῖς τείχεσι. Καὶ ἐχώννυτο κατὰ τὸ νότιον μάλιστα τῆς πόλεως τεῖχος, ἵνα ἐπιμαχώτερα ἐφαίνετο. (4) Ὡς δὲ ἐδόκει

liberos dimitteret; quicquid præterea terrarum inter Euphratem et mare Græcanicum situm esset Alexandro concedere; adhæc, si Darii filiam Alexander conjugem acciperet, amicum ac socium fore. (2) Qua legatione in amicorum conventu explicata, Parmenionem Alexandro dixisse ferunt, se quidem, si Alexander esset, accepturum conditionem, neque se, bello composito, ulterius dimicaturum; Alexandrum contra respondisse, et se quidem, si Parmenio esset, ita facturum : quoniam vero Alexander esset, responsum daturum id quod etiam dedit. (3) Respondit enim, se neque Darii pecuniis egere, neque partem ditionis loco totius accipere velle; omnem enim et pecuniam et regionem suam esse; Darii filiam si uxorem ducere vellet, ducturum vel contra voluntatem Darii; si Alexandri humanitatem experiri vellet, ad se veniret. Hoc responso cognito, Darius de compositione desperans, rursus ad bellum se parat.

4. Alexander expeditionem in Ægyptum facere instituit. Et cetera quidem Syriæ, quæ Palæstina vocatur, oppida in suam potestatem jam adduxerat. Eunuchus vero quidam, nomine Batis, qui Gazæ urbi præerat, solus Alexandro restitit. Mercenariis enim Arabibus conductis, multoque antea frumento collecto, quod diuturnæ obsidioni ferendæ sufficeret, fretus etiam munitione oppidi, quippe quod vi capi non posset, Alexandrum urbe nequaquam recipere statuerat.

CAP. XXVI.

Distat Gaza a mari stadiis summum viginti, accessu quidem propter arenæ altitudinem difficillimo : adhæc mare urbi propinquum limosum est. Urbs ipsa ampla et in alto colle sita validoque muro cincta est. Novissima porro incolitur in Ægyptum ex Phœnicia euntibus ad initium solitudinis posita.

2. Alexander statim atque ad urbem pervenit, primo die castra eo loci posuit, quo maxime commodus ad oppugnationem murus videbatur, atque ibi tormenta constitui jubet. Machinarum artifices, murum præ altitudine molis difficulter admodum vi capi posse judicabant. (3) Alexander contra, quo difficilior esset oppugnatio, eo magis suscipiendam censebat; inopinatum enim rei eventum magno terrori hostibus futurum; si vero urbem capere non posset, turpe id sibi, quum ad Græcos et ad Darium perferretur, fore. Molem itaque circum urbem struere instituit tantæ altitudinis, ut machinæ in ea positæ murorum fastigium æquarent. Quam quidem molem ex ea præcipue parte mœnium quæ Austrum versus sunt, exstruxit, quoniam inde faciliora ad expugnandum videbantur. (4) Quumque jam ad justam

ΚΕΦ. Β'.

Λέγεται δέ τις καὶ τοιόσδε λόγος, οὐκ ἄπιστος ἔμοιγε· ἐθέλειν μὲν Ἀλέξανδρον καταλιπεῖν αὐτὸν τὰ σημεῖα τοῦ τειχισμοῦ τοῖς τέκτοσιν, οὐκ εἶναι δὲ ὅτῳ τὴν γῆν ἐπιγράψουσι· τῶν δὴ τεκτόνων τινὰ ἐπιφραθέντα, ὅσα ἐν τεύχεσιν ἄλφιτα οἱ στρατιῶται ἐκόμιζον ξυναγαγόντα ἐπιβάλλειν τῇ γῇ ἵναπερ ὁ βασιλεὺς ὑφηγεῖτο, καὶ τὸν κύκλον οὕτω περιγραφῆναι τοῦ περιτειχισμοῦ ὅντινα τῇ πόλει ἐποίει. (2) Τοῦτο δὲ ἐπιλεξαμένους τοὺς μάντεις καὶ μάλιστα δὴ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισσέα, ὃς δὴ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀληθεῦσαι ἐλέγετο Ἀλεξάνδρῳ, φάναι εὐδαίμονα ἔσεσθαι τὴν πόλιν τά τε ἄλλα καὶ τῶν ἐκ γῆς καρπῶν εἵνεκα.

3. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ἡγέλοχος κατέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ Τενεδίους τε ἀποστάντας Περσῶν σφίσι προσθέσθαι (καὶ γὰρ καὶ ἄκοντας Πέρσαις προσχωρῆσαι) καὶ Χίων ὅτι δὴ ὁ δῆμος ἐπηγάγετο σφᾶς βίᾳ τῶν κατεχόντων τὴν πόλιν, οὓς Αὐτοφραδάτης τε καὶ Φαρνάβαζος ἐγκατέστησαν· (4) ἁλῶναι δὲ αὐτόθι καὶ Φαρνάβαζον ἐγκαταληφθέντα καὶ Ἀριστόνικον Μηθυμναῖον τὸν τύραννον ἐσπλεύσαντα ἐς τὸν λιμένα τῆς Χίου ξὺν ἡμιολίαις ληστρικαῖς πέντε, ὑπὸ σφῶν ἐχόμενον τὸν λιμένα οὐ γνόντα, ἀλλ' ἐξαπατηθέντα γὰρ πρὸς τῶν τὰ κλεῖθρα ἐχόντων τοῦ λιμένος, ὅτι τὸ Φαρναβάζου ἄρα ναυτικὸν ὁρμεῖ ἐν αὐτῷ· (5) καὶ τοὺς μὲν λῃστὰς πάντας αὐτοῦ κατακοπῆναι πρὸς σφῶν· Ἀριστόνικον δὲ ἦγε παρ' Ἀλέξανδρον καὶ Ἀπολλωνίδην τὸν Χῖον καὶ Φισινὸν καὶ Μεγαρέα καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι τῆς τε ἀποστάσεως τῆς Χίων ξυνεπελάβοντο καὶ ἐν τῷ τότε τὰ πράγματα τῆς νήσου βίᾳ εἶχον· (6) καὶ Μυτιλήνην δὲ Χάρητα ἔχοντα ὅτι ἀφείλετο καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐν Λέσβῳ πόλεις καὶ αὐτὰς ὁμολογίᾳ προσηγάγετο, Ἀμφοτερὸν δὲ σὺν ἑξήκοντα ναυσὶν ἐπὶ Κῶ ἔπεμψεν· ἐπικαλεῖσθαι γὰρ σφᾶς τοὺς Κώους· καὶ αὐτὸς καταπλεύσας ὅτι εὗρε τὴν Κῶ πρὸς Ἀμφοτεροῦ ἤδη ἐχομένην· (7) καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ὅσοι αἰχμάλωτοι ἦγεν Ἡγέλοχος, Φαρνάβαζος δὲ ἀπέδρα ἐν Κῷ λαθὼν τοὺς φύλακας. Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς τυράννους μὲν τοὺς ἐκ τῶν πόλεων ἐς τὰς πόλεις πέμπει, χρήσασθαι ὅπως ἐθέλοιεν· τοὺς δὲ ἀμφ' Ἀπολλωνίδην τοὺς Χίους ἐς Ἐλεφαντίνην πόλιν Αἰγυπτίαν ξὺν φυλακῇ ἀκριβεῖ ἔπεμψεν.

ΚΕΦ. Γ'.

Ἐπὶ τούτοις δὲ πόθος λαμβάνει αὐτὸν ἐλθεῖν παρ' Ἄμμωνα ἐς Λιβύην, τὸ μέν τι τῷ θεῷ χρησόμενον, ὅτι ἀτρεκὲς ἐλέγετο εἶναι τὸ μαντεῖον τοῦ Ἄμμωνος καὶ χρήσασθαι αὐτῷ Περσέα τε καὶ Ἡρακλέα, τὸν μὲν ἐπὶ τὴν Γοργόνα ὅτε πρὸς Πολυδέκτου ἐστέλλετο, τὸν δὲ ὅτε παρ' Ἀνταῖον ἦει εἰς Λιβύην καὶ παρὰ Βούσιριν εἰς Αἴγυπτον. (2) Ἀλεξάνδρῳ δὲ φιλοτιμία ἦν

CAP. II.

Narratur porro hac de re hujuscemodi quidpiam, meo quidem judicio, non indignum fide : voluisse quidem Alexandrum ipsum signa ducendo muro fabris relinquere, quumque nihil ad manum esset, quo terra inscribi posset, quendam ex fabris hoc excogitasse, ut congesta omni farina quam milites in vasis habebant, eam terræ quam rex designabat aspergeret, atque ita in orbem locum muro urbi circumducendo præscriptum esse. (2) Addidisse etiam hoc vates, et quidem præcipue Aristandrum Telmissensem, qui multa etiam alia vera Alexandro prædixisse ferebatur, urbem illam cum aliis rebus tum frugum copia opulentam fore.

3. Inter hæc Hegelochus in Ægyptum cum navibus venit, qui Alexandro renuntiat, Tenedios ad se a Persis defecisse, quod inviti Persis sese adjunxissent; Chios quoque ipsos in urbem advocasse, invitis iis, quos Autophradates et Pharnabazus præsidio reliquerant; (4) captum etiam in ea ipsa urbe esse Pharnabazum unaque comprehensum Aristonicum Methymnæum tyrannum qui in portum Chii cum quinque piraticis navibus se recepisset, ignarus portum ab ipsis teneri, deceptusque ab iis qui claustra portus tuebantur, Pharnabazi classem in ea statione esse affirmantibus : (5) ac piratas quidem omnes ad internecionem cæsos esse : adducere se ad Alexandrum Aristonicum et Apollonidem Chium Phisinumque et Megareum et reliquos, qui defectionis auctores adjutoresque fuerant, ac tum temporis violentam apud Chios rerum omnium administrationem tenebant. (6) Adhæc Mytilenen Chareti, qui eam tenebat, eripuisse, reliquaque Lesbiorum oppida deditione recepta esse. Amphoterum cum LX navibus in Con insulam missum; accersisse enim ipsos Coos, seque quum illac præternavigaret, intellexisse insulam in Amphoteri potestate esse : (7) et cæteros quidem captivos omnes Hegelochus adduxit : Pharnabazus in Con insulam clam custodibus aufugit. Alexander tyrannos quidem urbium in urbes mittit, ut de iis sicut liberet statuerent. Eos vero qui circa Apollonidem Chium erant, in Elephantinem Ægypti urbem cum accurata custodia misit.

CAP. III.

Post hæc cupido Alexandrum cepit adeundi Hammonem Libycum, oraculum consulendi causa, quod certissimum esse ferebatur, Perseusque ipse et Hercules deum consuluisse credebantur : ille quidem quum adversus Gorgonem Polydecte missus esset, hic vero quum in Libyam adversus Antæum, et in Ægyptum contra Busiriden proficisceretur. (2) Erat porro Alexandro æmulatio quædam cum

πρὸς Περσέα καὶ Ἡρακλέα, ἀπὸ γένους τε ὄντι τοῦ ἀμφοῖν καί τι καὶ αὐτὸς τῆς γενέσεως τῆς ἑαυτοῦ ἐς Ἄμμωνα ἀνέφερε, καθάπερ οἱ μῦθοι τὴν Ἡρακλέους τε καὶ Περσέως ἐς Δία. Καὶ οὖν παρ' Ἄμμωνα ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἐστέλλετο, ὡς καὶ τὰ αὐτοῦ ἀτρεκέστερον εἰσόμενος ἢ φήσων γε ἐγνωκέναι.

3. Μέχρι μὲν δὴ Παραιτονίου παρὰ θάλασσαν ἦει δι' ἐρήμου, οὐ μέντοι δι' ἀνύδρου τῆς χώρας, σταδίους ἐς χιλίους καὶ ἑξακοσίους, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. Ἐντεῦθεν δὲ ἐς τὴν μεσόγαιαν ἐτράπετο, ἵνα τὸ μαντεῖον ἦν τοῦ Ἄμμωνος. Ἔστι δὲ ἐρήμη τε ἡ ὁδὸς καὶ ψάμμος ἡ πολλὴ αὐτῆς καὶ ἄνυδρος. (4) Ὕδωρ δὲ ἐξ οὐρανοῦ Ἀλεξάνδρῳ πολὺ ἐγένετο, καὶ τοῦτο ἐς τὸ θεῖον ἀνηνέχθη. Ἀνηνέχθη δὲ ἐς τὸ θεῖον καὶ τόδε· ἄνεμος νότος ἐπὰν πνεύσῃ ἐν ἐκείνῳ τῷ χώρῳ, τῆς ψάμμου ἐπιφορεῖ κατὰ τῆς ὁδοῦ ἐπὶ μέγα, καὶ ἀφανίζεται τῆς ὁδοῦ τὰ σημεῖα οὐδὲ ἔστιν εἰδέναι ἵνα χρὴ πορεύεσθαι καθάπερ ἐν πελάγει τῇ ψάμμῳ, ὅτι σημεῖα οὐκ ἔστι κατὰ τὴν ὁδὸν οὔτε που ὄρος οὔτε δένδρον οὔτε γήλοφοι βέβαιοι ἀνεστηκότες, οἷστισιν οἱ ὁδῖται τεκμαίροιντο ἂν τὴν πορείαν, καθάπερ οἱ ναῦται τοῖς ἄστροις· ἀλλὰ ἐπλανᾶτο γὰρ ἡ στρατιὰ Ἀλεξάνδρῳ καὶ οἱ ἡγεμόνες τῆς ὁδοῦ ἀμφίβολοι ἦσαν. (5) Πτολεμαῖος μὲν δὴ ὁ Λάγου λέγει δράκοντας δύο ἰέναι πρὸ τοῦ στρατεύματος φωνὴν ἱέντας, καὶ τούτοις Ἀλέξανδρον κελεῦσαι ἕπεσθαι τοὺς ἡγεμόνας πιστεύσαντας τῷ θείῳ· τοὺς δὲ ἡγήσασθαι τὴν ὁδὸν τήν τε ἐς τὸ μαντεῖον καὶ ὀπίσω αὖθις· (6) Ἀριστόβουλος δέ, καὶ ὁ πλείων λόγος ταύτῃ κατέχει, κόρακας δύο προπετομένους πρὸ τῆς στρατιᾶς, τούτους γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ τοὺς ἡγεμόνας. Καὶ ὅτι μὲν θεῖόν τι ξυνεπέλαβεν αὐτῷ ἔχω ἰσχυρίσασθαι, ὅτι καὶ τὸ εἰκὸς ταύτῃ ἔχει· τὸ δὲ ἀτρεκὲς τοῦ λόγου ἀφεῖλοντο οἱ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐξηγησάμενοι.

ΚΕΦ. Δ'.

Ὁ δὲ χῶρος ἵναπερ τοῦ Ἄμμωνος τὸ ἱερόν ἐστι, τὰ μὲν κύκλῳ πάντα ἔρημα καὶ ψάμμον τὸ πᾶν ἔχει καὶ ἄνυδρον· αὐτὸς δὲ ἐν μέσῳ ὀλίγος ὢν (ὅσον γὰρ πλεῖστον αὐτοῦ ἐς πλάτος διέχει, ἐς τεσσαράκοντα μάλιστα σταδίους ἔρχεται) κατάπλεώς ἐστιν ἡμέρων δένδρων, ἐλαιῶν καὶ φοινίκων, καὶ ἔνδροσος μόνος τῶν πέριξ. (2) Καὶ πηγὴ ἐξ αὐτοῦ ἀνίσχει οὐδέν τι ἐοικυῖα ταῖς πηγαῖς ὅσαι ἄλλαι ἐκ γῆς ἀνίσχουσιν. Ἐν μὲν γὰρ μεσημβρίᾳ ψυχρὸν τὸ ὕδωρ γευσαμένῳ τε καὶ ἔτι μᾶλλον ἁψαμένῳ οἷον ψυχρότατον· ἐγκλίναντος δὲ τοῦ ἡλίου ἐς ἑσπέραν θερμότερον, καὶ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἔτι θερμότερον ἔστε ἐπὶ μέσας νύκτας, μέσων δὲ νυκτῶν ἑαυτοῦ θερμότατον· ἀπὸ δὲ μέσων νυκτῶν ψύχεται ἐν τάξει, καὶ ἕωθεν ψυχρὸν ἤδη ἐστί, ψυχρότατον δὲ μεσημβρίας· καὶ τοῦτο δὴ ἀμείβει ἐν τάξει ἐπὶ ἑκάστῃ ἡμέρᾳ. (3) Γίγνονται δὲ καὶ ἅλες αὐτόματοι ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ

Perseo et Hercule, quippe qui a genere utriusque descenderet, siquidem et ipse ortus sui initia ex parte (*materna*) ad Ammonem referebat, quemadmodum Persei atque Herculis fabulæ ad Jovem. Hoc itaque consilio ad Ammonem proficiscebatur, ut quæ ad se pertinerent certius cognosceret, aut saltem se novisse jactaret.

3. Ac Parætonium usque secus mare per solitudinem profectus est, sed non omnino per inaquosam regionem, ad mille sexcenta stadia, ut tradit Aristobulus. Inde mediterranea petiit, ubi Ammonis templum est, unde oracula petuntur. Est autem via plane deserta altoque sabulo impedita et aquæ inops. (4) At Alexandro larga e cœlo pluvia demissa est, quod quidem prodigio habitum est, sicut etiam hoc : quotiescunque enim Auster ea in regione spirat, magna vi arenæ viam obruit, ita ut omnia viarum vestigia obducantur, et, perinde ut in pelago, qua eundum sit cerni præ arena non possit. Neque enim signa ulla sive notæ ad viam exstant, non collis, non arbor, non firmi et stabiles tumuli, ex quibus viatores itineris rationem colligere, ut nautæ ex astris, possint. Errabat itaque Alexandri exercitus, ejusque ductores de via ambigebant. (5) Ptolemæus Lagi filius auctor est, dracones duos clamorem edentes agmen præcessisse, et Alexandrum ducibus imperasse, ut prodigio acquiescentes dracones sequerentur; ac dracones in craculi sedem ipsos et duxisse et reduxisse. (6) Aristobulus autem et reliqui plurimi duos corvos ante exercitum volitasse scribit, eosque Alexandro itineris duces exstitisse. Ac sane aliquo prodigio adjutum Alexandrum esse pro certo affirmaverim : verisimile enim omnino hoc est : at veram rei rationem scriptorum dissensus obscuravit.

CAP. IV.

Locus autem in quo Ammonis templum est, omni ex parte solitudines et arenas habet caretque aqua. Medium hujus loci, quod exiguo spatio circumscribitur, (nam ubi latissimum est, ad quadraginta summum stadia extenditur) cultis arboribus est refertum, oleis nimirum et palmis, solumque ex circumjectis locis roscidum. (2) Fons etiam ex eo oritur, nihil cum reliquis fontibus quotquot e terra scaturiunt simile habens. Meridie enim frigidus est gustanti multoque magis attingenti, qualis est frigidissimus; sole ad vesperum vergente, calidior est; qui quidem calor a vespera ad mediam noctem usque incrementa accipit; media nocte calidissimus est; post mediam noctem paulatim refrigescit; et sub auroram jam frigidus est, meridie frigidissimus : atque has quidem vicissitudines singulis diebus subit. (3) Gignit autem etiam hoc solum suapte natura salem fos-

ὀρυκτοί. Καὶ τούτων ἔστιν οὓς ἐς Αἴγυπτον φέρουσι τῶν ἱερέων τινὲς τοῦ Ἄμμωνος. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπ' Αἰγύπτου στέλλονται, ἐς κοιτίδας πλεκτὰς ἐκ φοίνικος ἐσβαλόντες δῶρον τῷ βασιλεῖ ἀποφέρουσιν ἢ εἴ τῳ ἄλλῳ. (4) Ἔστι δὲ μακρός τε ὁ χόνδρος καὶ ἤδη τινὲς αὐτῶν καὶ ὑπὲρ τρεῖς δακτύλους, καὶ καθαρὸς ὥσπερ κρύσταλλος· καὶ τούτῳ ἐπὶ ταῖς θυσίαις χρῶνται, ὡς καθαρωτέρῳ τῶν ἀπὸ θαλάσσης ἁλῶν, Αἰγύπτιοί τε καὶ ὅσοι ἄλλοι τοῦ θείου οὐκ ἀμελῶς ἔχουσιν. (5) Ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος τόν τε χῶρον ἐθαύμασε καὶ τῷ θεῷ ἐχρήσατο· καὶ ἀκούσας ὅσα αὐτῷ πρὸς θυμοῦ ἦν, ὡς ἔλεγεν, ἀνέζευξεν ἐπ' Αἰγύπτου, ὡς μὲν Ἀριστόβουλος λέγει, τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδόν, ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἄλλην εὐθεῖαν ὡς ἐπὶ Μέμφιν.

ΚΕΦ. Ε'.

Εἰς Μέμφιν δὲ αὐτῷ πρεσβεῖαί τε πολλαὶ ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἦκον, καὶ οὐκ ἔστιν ὁντινα ἀτυχήσαντα ὧν ἐδεῖτο ἀπέπεμψε· καὶ στρατιὰ παραγίγνεται παρὰ μὲν Ἀντιπάτρου μισθοφόροι Ἕλληνες ἐς τετρακοσίους, ὧν ἡγεῖτο Μενίδας ὁ Ἡγησάνδρου, ἐκ Θράκης δὲ ἵππεῖς ἐς πεντακοσίους, ὧν ἦρχεν Ἀσκληπιόδωρος ὁ Εὐνίκου. (2) Ἐνταῦθα θύει τῷ Διὶ τῷ βασιλεῖ καὶ πομπεύει ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικὸν καὶ μουσικόν. Καὶ τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐνταῦθα ἐκόσμησε· δύο μὲν νομάρχας Αἰγύπτου κατέστησεν Αἰγυπτίους, Δολόασπιν καὶ Πέτισιν, καὶ τούτοις διένειμε τὴν χώραν τὴν Αἰγυπτίαν· Πετίσιος δὲ ἀπειπαμένου τὴν ἀρχὴν Δολόασπις ἐνδέχεται πᾶσαν. (3) Φρουράρχους δὲ τῶν ἑταίρων ἐν Μέμφει μὲν Πανταλέοντα κατέστησε τὸν Πυδναῖον, ἐν Πηλουσίῳ δὲ Πολέμωνα τὸν Μεγακλέους, Πελλαῖον· τῶν ξένων δὲ ἄρχειν Λυκίδαν Αἰτωλόν, γραμματέα δὲ ἐπὶ τῶν ξένων Εὔγνωστον τὸν Ξενοφάντου τῶν ἑταίρων· ἐπισκόπους δὲ αὐτῶν Αἰσχύλον τε καὶ Ἔφιππον τὸν Χαλκιδέα. (4) Λιβύης δὲ τῆς προσχώρου ἄρχειν δίδωσιν Ἀπολλώνιον Χαρίνου, Ἀραβίας δὲ τῆς πρὸς Ἡρώων πόλει Κλεομένην τὸν ἐκ Ναυκράτιος· καὶ τούτῳ παρηγγέλλετο τοὺς μὲν νομάρχας ἐᾶν ἄρχειν τῶν νομῶν τῶν κατὰ σφᾶς καθάπερ ἐκ παλαιοῦ καθειστήκει, αὐτὸν δὲ ἐκλέγειν παρ' αὐτῶν τοὺς φόρους· οἱ δὲ ἀποφέρειν αὐτῷ ἐτάχθησαν. (5) Στρατηγοὺς δὲ τῇ στρατιᾷ κατέστησεν ἥντινα ἐν Αἰγύπτῳ ὑπελείπετο Πευκέσταν τε τὸν Μακαρτάτου καὶ Βάλακρον τὸν Ἀμύντου, ναύαρχον δὲ ἐπὶ τῶν νεῶν Πολέμωνα τὸν Θηραμένους· σωματοφύλακα δὲ ἀντὶ Ἀρρύβα τὸν Λεοννάτον τὸν Ὀνάσου ἔταξεν· Ἄρρύβας γὰρ νόσῳ ἀπέθανεν. (6) Ἀπέθανε δὲ καὶ Ἀντίοχος ὁ ἄρχων τῶν τοξοτῶν, καὶ ἀντὶ τούτου ἄρχειν ἐπέστησε τοῖς τοξόταις Ὀμβρίωνα Κρῆτα. Ἐπὶ δὲ τοὺς ξυμμάχους τοὺς πεζούς, ὧν Βάλακρος ἡγεῖτο, ἐπεὶ Βάλακρος ἐν Αἰγύπτῳ ὑπελείπετο, Κάλανον κατέστησεν ἡγεμόνα. (7) Κατανεῖμαι δὲ λέγεται ἐς πολλοὺς τὴν ἀρχὴν τῆς

silem; quem quidem nonnulli sacerdotes Ammonis in Ægyptum portant. Quum enim in Ægyptum proficiscuntur, salem in cistulas ex palma contextas conditum, regi aut alteri cuipiam muneri ferunt. (4) Sunt autem frusta oblonga, quædam enim longitudinem trium digitorum excedunt, puraque instar crystalli. Hoc genere salis et Ægyptii et alii quibus divinus cultus curæ est, in sacrificiis utuntur, quod sale marino sit purior. (5) Alexander loci naturam admiratus, oraculum consuluit: acceptoque responso sibi, ut dicebat, grato, in Ægyptum rediit, eodem, ut Aristobulus auctor est, quo venerat itinere: ut vero Ptolemæus scribit, rectiore via Memphin versus.

CAP. V.

Ad Memphin multæ ad eum ex Græcia legationes venere, neque quenquam, qui postulata non impetrasset, dimisit. Novæ etiam copiæ accesserunt, ab Antipatro mercenarii Græci quadringenti, quibus præerat Menidas Hegesandri filius: ex Thracia equites circiter quingenti, quibus præfectus erat Asclepiodorus Eunici filius. (2) Eo loci Jovi regi sacrum fecit, pompam cum exercitu armato duxit: ludos etiam gymnicos et musicos exhibuit. Deinde ad Ægypti administrationem constituendam conversus, duos Ægypto præsides Ægyptios præfecit, Doloaspin et Petisin, inter quos universam Ægypti regionem distribuit. Petise vero imperium detrectante, Doloaspis totam provinciam suscepit. (3) Præsidiorum principes ex amicis in Memphi constituit Pantaleontem Pydnæum, Pelusii Polemonem Megaclis filium Pellæum. Exteris militibus Lycidam Ætolum præfecit. Scribam præterea exteris adjunxit, Eugnostum Xenophanti filium, ex amicis. Inspectores vero iisdem adjecit Æschylum et Ephippum Chalcidensem. (4) Libyæ vero finitimæ Apollonium Charini filium præfecit: Arabiæ quæ est ad urbem Heroum, Cleomenem Naucratitam, mandatis additis, ut legum imperium juxta veterem consuetudinem penes præsides esset: ipse tributa colligeret, quæ illi pendere ei jussi sunt. (5) Copiis quas in Ægypto reliquit, duces præfecit Peucestam Macartati et Balacrum Amyntæ filium, classi vero Polemonem Theramenis filium. Corporis custodem loco Arrhybæ Leonnatum Onasi (*Antei?*) filium constituit: Arrhybas enim morbo exstinctus erat. (6) Obierat autem etiam Antiochus sagittariorum dux, in cujus locum Ombrionem Cretensem suffecit. Sociorum peditatui cui Balacrus præfuerat (qui in Ægypto relinquebatur), Calanum ducem constituit. (7) Ægypti imperium inter plures præsides par-

titus esse dicitur, naturam regionis admiratus et munimenta, neque tutum ratus universum Ægypti imperium uni committere. Quod quidem Alexandri consilium imitati Romani in tuenda Ægypto mihi videntur, neminem senatorii ordinis, sed equestris, proconsulem eo mittere soliti.

Αἰγύπτου, τήν τε φύσιν τῆς χώρας θαυμάσας καὶ τὴν ὀχυρότητα, ὅτι οὐκ ἀσφαλές οἱ ἐφαίνετο ἑνὶ ἐπιτρέψαι ἄρχειν Αἰγύπτου πάσης. Καὶ Ῥωμαῖοί μοι δοκοῦσι παρ' Ἀλεξάνδρου μαθόντες ἐν φυλακῇ ἔχειν Αἴγυπτον καὶ μηδένα τῶν ἀπὸ βουλῆς ἐπὶ τῷδε ἐκπέμπειν ὕπαρχον Αἰγύπτου, ἀλλὰ τῶν εἰς τοὺς ἱππέας σφίσι ξυντελούντων.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ἀλέξανδρος δὲ ἅμα τῷ ἦρι ὑποφαίνοντι ἐκ Μέμφιος ἦει ἐπὶ Φοινίκης· καὶ ἐγεφυρώθη αὐτῷ ὅ τε κατὰ Μέμφιν πόρος τοῦ Νείλου καὶ αἱ διώρυχες αὐτοῦ πᾶσαι. Ὡς δὲ ἀφίκετο ἐς Τύρον, καταλαμβάνει ἐνταῦθα ἦκον αὐτῷ ἤδη καὶ τὸ ναυτικόν. Ἐν Τύρῳ δὲ αὖθις θύει τῷ Ἡρακλεῖ καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικόν τε καὶ μουσικόν. (2) Ἐνταῦθα ἀφικνεῖται παρ' αὐτὸν ἐξ Ἀθηνῶν ἡ Πάραλος πρέσβεις ἄγουσα Διόφαντον καὶ Ἀχιλλέα· ξυνεπρέσβευον δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ Πάραλοι ξύμπαντες. Καὶ οὗτοι τῶν τε ἄλλων ἔτυχον ὧν ἕνεκα ἐστάλησαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀφῆκεν Ἀθηναίοις ὅσοι ἐπὶ Γρανικῷ Ἀθηναίων ἑάλωσαν. (3) Τὰ δὲ ἐν Πελοποννήσῳ ὅτι αὐτῷ νενεωτερίσθαι ἀπήγγελτο, Ἀμφοτερὸν πέμπει βοηθεῖν Πελοποννησίων ὅσοι ἔς τε τὸν Περσικὸν πόλεμον βέβαιοι ἦσαν καὶ Λακεδαιμονίων οὐ κατήκουον. Φοίνιξι δὲ καὶ Κυπρίοις προσετάχθη ἑκατὸν ναῦς ἄλλας πρὸς αἷς ἔχοντα Ἀμφοτερὸν ἔπεμπε στέλλειν ἐπὶ Πελοποννήσου.

4. Αὐτὸς δὲ ἤδη ἄνω ὡρμᾶτο ὡς ἐπὶ Θάψακόν τε καὶ τὸν Εὐφράτην ποταμόν, ἐν Φοινίκῃ μὲν ἐπὶ τῶν φόρων τῇ ξυλλογῇ καταστήσας Κοίρανον Βεροιαῖον, Φιλόξενον δὲ τῆς Ἀσίας τὰ ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου ἐκλέγειν. Τῶν ξὺν αὐτῷ δὲ χρημάτων τὴν φυλακὴν ἀντὶ τούτων ἐπέτρεψεν Ἁρπάλῳ τῷ Μαχάτα ἄρτι ἐκ τῆς φυγῆς ἥκοντι. (5) Ἅρπαλος γὰρ τὰ μὲν πρῶτα ἔφυγε, Φιλίππου ἔτι βασιλεύοντος, ὅτι πιστὸς ἦν, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἔφυγε καὶ Νέαρχος ὁ Ἀνδροτίμου καὶ Ἐρίγυιος ὁ Λαρίχου καὶ Λαομέδων ὁ τούτου ἀδελφός, ὅτι ὕποπτα ἦν Ἀλεξάνδρῳ ἐς Φίλιππον, ἐπειδὴ Εὐρυδίκην γυναῖκα ἠγάγετο Φίλιππος, Ὀλυμπιάδα δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα ἠτίμασε. (6) Τελευτήσαντος δὲ Φιλίππου κατελθόντας ἀπὸ τῆς φυγῆς ὅσοι δι' αὐτὸν ἔφευγον Πτολεμαῖον μὲν σωματοφύλακα κατέστησεν, Ἅρπαλον δὲ ἐπὶ τῶν χρημάτων, ὅτι αὐτῷ τὸ σῶμα ἐς τὰ πολέμια ἀχρεῖον ἦν, Ἐρίγυιον δὲ ἱππάρχην τῶν ξυμμάχων, Λαομέδοντα δὲ τὸν τούτου ἀδελφόν, ὅτι δίγλωσσος ἦν ἐς τὰ βαρβαρικὰ γράμματα, ἐπὶ τοῖς αἰχμαλώτοις βαρβάροις, Νέαρχον δὲ σατραπεύειν Αυκίας καὶ τῆς ἐχομένης Αυκίας χώρας ἔστε ἐπὶ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος. (7) Ὀλίγον δὲ πρόσθεν τῆς μάχης τῆς ἐν Ἰσσῷ γενομένης ἀναπεισθεὶς πρὸς Ταυρίσκου, ἀνδρὸς κακοῦ, Ἅρπαλος φεύγει ξὺν Ταυρίσκῳ. Καὶ ὁ μὲν Ταυρίσκος παρ' Ἀλέξανδρον τὸν Ἠπειρώτην ἐς Ἰταλίαν σταλεὶς ἐκεῖ ἐτελεύτησεν· Ἅρπαλῳ δὲ ἐν τῇ Μεγαρίδι ἡ φυγὴ ἦν.

CAP. VI.

Alexander ineunte vere Memphi in Phœnicen movit, Nilo flumine ad Memphin fossisque ejus omnibus ponte stratis. Ubi Tyrum pervenit, reperit ibi advectam jam etiam classem; et Herculi rursus sacrum fecit, ludosque gymnicos et musicos edidit. (2) Eodem loci Paralus, sacra Atheniensium navis, ad Alexandrum venit, legatos advehens Diophantum et Achillem. Conjunxerant sese huic legationi omnes Parali universi: quibus quidem omnia quæ postularunt concessit, et Atheniensibus cives quotquot ad Granicum amnem capti fuerant remisit. (3) Quumque in Peloponneso tumultus excitati esse nuntiarentur, Amphoterum eo mittit, iis qui constantes ad Persicum usque bellum manserant, neque Lacedæmoniis morem gesserant, subventurum. Phœnicibus autem et Cypriis imperavit, ut centum alias naves præter eas, quibus Amphoterum instructum misit, in Peloponnesum destinarent.

4. Ipse vero ulteriora petens ad Thapsacum et Euphratem fluvium contendit, atque in Phœnice quidem tributis cogendis Cœranum Berœæum quæstorem constituit: in Asia Philoxenum, qui cis Taurum vectigalia cogat. Pecuniarum autem quas penes se habebat, Harpalo Machatæ, qui recens ab exilio redierat, in horum locum suffecto, curam dedit. (5) Harpalus enim primum quidem, quod fidus (Alexandro) fuisset, Philippo adhuc regnante fugerat, eademque de causa cum illo etiam Ptolemæus Lagi, et Nearchus Androtimi, atque Erigyius Larichi filius, ejusque frater Laomedon. Suspectus enim erat Alexander Philippo, postquam Olympiade Alexandri matre repudiata, Eurydicen uxorem ceperat. (6) Mortuo autem Philippo quum ii qui sua causa fugerant rediissent, Ptolemæum quidem inter corporis custodes retulit: Harpalum vero, quum corpore esset adres bellicas subeundas parum firmo, thesauris præfecit: Erigyium equiatui sociorum ducem statuit: Laomedontem ejus fratrem, quod duarum linguarum, græcæ et barbaricæ, peritus esset, captivis barbaris: Nearchum Lyciæ atque universæ regioni quæ Lyciæ finitima est ad Taurum montem usque præposuit. (7) Verum paulo ante prælium quod apud Issum commissum erat, Harpalus seductus a Taurisco homine improbo, una cum eo fugerat. Et Tauriscus quidem ad Alexandrum Epirotam in Italiam profectus, ibi vitam finiit. Harpalus quum ad Megarenses se recepisset, invitatus ab

Ἀλλ' Ἀλέξανδρος πείθει αὐτὸν κατελθεῖν, πίστεις δοὺς οὐδέν οἱ μεῖον ἔσεσθαι ἐπὶ τῇ φυγῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἐπανελθόντι, ἀλλ' ἐπὶ τῶν χρημάτων αὖθις ἐτάχθη Ἅρπαλος. (8) Ἐς Λυδίαν δὲ σατράπην Μένανδρον ἐκπέμπει τῶν ἑταίρων· ἐπὶ δὲ τοῖς ξένοις, ὧν ἡγεῖτο Μένανδρος, Κλέαρχος αὐτῷ ἐτάχθη· ἀντὶ δὲ Ἀρίμμα σατράπην Συρίας Ἀσκληπιόδωρον τὸν Εὐνίκου ἀπέδειξεν, ὅτι Ἄρίμμας βλακεῦσαι ἐδόκει αὐτῷ ἐν τῇ παρασκευῇ ἥντινα ἐτάχθη παρασκευάσαι τῇ στρατιᾷ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἄνω.

ΚΕΦ. Ζ'.

Καὶ ἀφίκετο ἐς Θάψακον Ἀλέξανδρος μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνους· καὶ καταλαμβάνει δυοῖν γεφύραιν ἐζευγμένον τὸν πόρον. Καὶ γὰρ Μαζαῖος, ὅτῳ ἡ φυλακὴ τοῦ ποταμοῦ ἐκ Δαρείου ἐπετέτραπτο, ἱππέας μὲν ἔχων περὶ τρισχιλίους καὶ τούτων Ἑλληνας μισθοφόρους δισχιλίους, τέως μὲν αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ποταμῷ ἐφύλασσε, (2) καὶ ἐπὶ τῷδε οὐ ξυνεχὴς ἡ γέφυρα ἦν ἐζευγμένη ἔστε ἐπὶ τὴν ἀντιπέραν ὄχθην τοῖς Μακεδόσι, δειμαίνουσι μὴ ἐπίθοιντο οἱ ἀμφὶ Μαζαῖον τῇ γεφύρᾳ ἵνα ἐπαύετο· Μαζαῖος δὲ ὡς ἤκουσεν ἤδη προσάγοντα Ἀλέξανδρον, ᾤχετο φεύγων ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ· καὶ εὐθὺς ὡς ἔφυγε Μαζαῖος, ἐπεβλήθησαν αἱ γέφυραι τῇ ὄχθῃ τῇ πέραν καὶ διέβη ἐπ' αὐτῶν ξὺν τῇ στρατιᾷ Ἀλέξανδρος.

3. Ἔνθεν δὲ ἐχώρει ἄνω, ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὸν Εὐφράτην ποταμὸν καὶ τῆς Ἀρμενίας τὰ ὄρη, διὰ τῆς Μεσοποταμίας καλουμένης χώρας. Οὐκ εὐθεῖαν δὲ ἐπὶ Βαβυλῶνος ἦγεν ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου ὁρμηθείς, ὅτι τὴν ἑτέραν ἰόντι εὐπορώτερα τὰ ξύμπαντα τῷ στρατῷ ἦν, καὶ χιλὸς τοῖς ἵπποις καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν, καὶ τὸ καῦμα οὐχ ὡσαύτως ἐπιφλέγον. (4) Ἁλόντες δέ τινες κατὰ τὴν ὁδὸν τῶν ἀπὸ τοῦ Δαρείου στρατεύματος κατασκοπῆς ἕνεκα ἀπεσκεδασμένων ἐξήγγειλαν, ὅτι Δαρεῖος ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ κάθηται, ἐγνωκὼς εἴργειν Ἀλέξανδρον, εἰ διαβαίνοι· καὶ εἶναι αὐτῷ στρατιὰν πολὺ μείζονα ἢ ξὺν ᾗ ἐν Κιλικίᾳ ἐμάχετο. (5) Ταῦτα Ἀλέξανδρος ἀκούσας ἦει σπουδῇ ὡς ἐπὶ τὸν Τίγρητα. Ὡς δὲ ἀφίκετο, οὔτε αὐτὸν Δαρεῖον καταλαμβάνει οὔτε τὴν φυλακήν ἥντινα ἀπολελοίπει Δαρεῖος, ἀλλὰ διαβαίνει τὸν πόρον, χαλεπῶς μὲν δι' ὀξύτητα τοῦ ῥοῦ, οὐδενὸς δὲ εἴργοντος.

6. Ἐνταῦθα ἀναπαύει τὸν στρατόν· καὶ τῆς σελήνης τὸ πολὺ ἐκλιπὲς ἐγένετο· καὶ Ἀλέξανδρος ἔθυε τῇ τε σελήνῃ καὶ τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ γῇ, ὅτων τὸ ἔργον τοῦτο λόγος εἶναι κατέχει. Καὶ ἐδόκει Ἀριστάνδρῳ πρὸς Μακεδόνων καὶ Ἀλεξάνδρου εἶναι τῆς σελήνης τὸ πάθημα καὶ ἐκείνου τοῦ μηνὸς ἔσεσθαι ἡ μάχη, καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν νίκην σημαίνεσθαι Ἀλεξάνδρῳ. (7) Ἄρας δὲ ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ἦει διὰ τῆς Ἀτουρίας χώρας, ἐν ἀριστερᾷ μὲν ἔχων τὰ Γορδυαίων ὄρη, ἐν δεξιᾷ δὲ αὐτὸν τὸν Τίγρητα. Τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς διαβάσεως οἱ πρόδρομοι αὐτῷ

Alexandro uti ad se reverteretur, accepta fide fugam sibi damno non futuram, rediit. Neque fuit damno; nam reversus pecuniarum administrationi denuo admotus est. (8) In Lydiam Menandrum, unum ex amicis, satrapam misit, Clearcho exteris, quorum dux erat Menander, suffecto. In Arimmæ locum Asclepiodorum Eunici filium Syriæ satrapam constituit, quum Arimmas visus esset in præparandis necessariis exercitui interiora Asiæ petenti segnem se præbuisse

CAP. VII.

Alexander Thapsacum pervenit mense Hecatombæone, archonte Athenis Aristophane: ubi duobus pontibus junctum Euphratem fluvium reperit. Mazæus enim, cui Darius amnis tutelam mandaverat, cum tribus fere millibus equitum, in quibus duo erant millia Græcorum mercenariorum, hucusque quidem ad flumen consederat; (2) et propterea, pons non continuus usque ad ulteriorem ripam perductus erat a Macedonibus, veritis, ne qui cum Mazæo erant in pontem qua parte imperfectus erat impetum facerent. Mazæus autem ubi Alexandrum appropinquare cognovit, cum omnibus copiis inde aufugit. Post ejus fugam, pontibus in ulteriorem ripam jactis, Alexander universum exercitum traduxit.

3. Inde ulterius per regionem, cui Mesopotamia nomen est, ad lævam Euphratem fluvium et Armeniæ montes habens, progressus est. Neque vero recta via ab Euphrate movens Babylonem contendit, quum alia via ad exercitum ducendum commodior plus pabuli equis suppeditaret, aliaque necessaria ex ea regione sumi possent, neque æstus tantopere gradientes torreret. (4) In itinere exploratores nonnulli, longius ab exercitu Darii speculatum digressi, capti significarunt Darium ad Tigrim fluvium consedisse, Alexandrum transitu prohibiturum, multoque majores copias habere, quam quibuscum in Cilicia pugnarat. (5) Quo cognito, Alexander confestim ad Tigrim contendit. Quo postquam venit, neque Darium ipsum offendit, neque præsidium ullum a Dario relictum: itaque flumen transit, ægre quidem ob cursus rapiditatem, nemine tamen prohibente.

6. Ibi nonnihil quietis exercitui dedit. Per id tempus ingens lunæ defectio fuit. Alexander lunæ, soli, ac terræ, a quibus eclipses fieri dicuntur, sacrificium fecit. Aristandro visum est, felicem ac faustum successum Alexandro et Macedonibus per lunæ defectum portendi, præliumque eo ipso mense committendum esse; et sacrificia ipsa victoriam Alexandro promittere. (7) Motis itaque castris a Tigri per Aturiam exercitum duxit, a sinistra habens Gordyæorum montes, a dextra Tigrim. Quarto deinde post transitum die antecursores renuntiant, hostilem equitatum in campis cer-

ἐξαγγέλλουσιν ὅτι ἱππεῖς [οὗτοι] πολέμιοι ἀνὰ τὸ πεδίον φαίνονται, ὅσοι δέ, οὐκ ἔχειν εἰκάσαι. Ξυντάξας οὖν τὴν στρατιὰν προὐχώρει ὡς ἐς μάχην· καὶ ἄλλοι αὖ τῶν προδρόμων προσελάσαντες ἀκριβέστερον οὗτοι κατιδόντες ἔφασκον δοκεῖν εἶναί σφισιν οὐ πλείους ἢ χιλίους τοὺς ἱππέας.

ΚΕΦ. Η'.

Ἀναλαβὼν οὖν τήν τε βασιλικὴν ἴλην καὶ τῶν ἑταίρων μίαν καὶ τῶν προδρόμων τοὺς Παίονας ἤλαυνε σπουδῇ, τὴν δὲ ἄλλην στρατιὰν βάδην ἕπεσθαι ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ τῶν Περσῶν ἱππεῖς, κατιδόντες τοὺς ἀμφ' Ἀλέξανδρον ὀξέως ἐπάγοντας, ἔφευγον ἀνὰ κράτος. Καὶ Ἀλέξανδρος διώκων ἐνέκειτο· (2) καὶ οἱ μὲν πολλοὶ ὑπέφυγον, τοὺς δέ τινας καὶ ἀπέκτειναν, ὅσοι οἱ ἵπποι ἐν τῇ φυγῇ ἔκαμον, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας αὐτοῖς ἵπποις ἔλαβον· καὶ παρὰ τούτων ἔμαθον ὅτι οὐ πόρρω εἴη Δαρεῖος ξὺν δυνάμει πολλῇ.

3. Βεβοηθήκεσαν γὰρ Δαρείῳ Ἰνδῶν τε ὅσοι Βακτρίοις ὅμοροι καὶ αὐτοὶ Βάκτριοι καὶ Σογδιανοί· τούτων μὲν πάντων ἡγεῖτο Βῆσσος ὁ τῆς Βακτρίων χώρας σατράπης. Εἵποντο δὲ αὐτοῖς καὶ Σάκαι (Σκυθικὸν τοῦτο τὸ γένος τῶν τὴν Ἀσίαν ἐποικούντων Σκυθῶν), οὐχ ὑπήκοοι οὗτοι Βήσσου, ἀλλὰ κατὰ συμμαχίαν τὴν Δαρείου· ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Μαυάκης· αὐτοὶ δὲ ἱπποτοξόται ἦσαν. (4) Βαρσαέντης δὲ Ἀραχώτων σατράπης Ἀραχώτους τε ἦγε καὶ τοὺς ὀρείους Ἰνδοὺς καλουμένους. Σατιβαρζάνης δὲ ὁ Ἀρείων σατράπης Ἀρείους ἦγε. Παρθυαίους δὲ καὶ Ὑρκανίους καὶ Ταπούρους, τοὺς πάντας ἱππέας, Φραταφέρνης ἦγεν. Μήδων δὲ ἡγεῖτο Ἀτροπάτης· ξυνετάττοντο δὲ Μήδοις Καδούσιοί τε καὶ Ἀλβανοὶ καὶ Σακεσίναι. (5) Τοὺς δὲ προσοίκους τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ Ὀκονδοβάτης καὶ Ἀριοβαρζάνης καὶ Ὀρξίνης ἐκόσμουν. Οὔξιοι δὲ καὶ Σουσιανοὶ ἡγεμόνα παρείχοντο Ὀξάθρην τὸν Ἀβουλίτου. Βουπάρης δὲ Βαβυλωνίων ἡγεῖτο. Οἱ δ' ἀνάσπαστοι Κᾶρες καὶ Σιτακηνοὶ σὺν Βαβυλωνίοις ἐτετάχατο. Ἀρμενίων δὲ Ὀρόντης καὶ Μιθραύστης ἦρχε, καὶ Ἀριάκης Καππαδόκων. (6) Σύρους δὲ τούς τε ἐκ τῆς κοίλης καὶ ὅσοι τῆς μεταξὺ τῶν ποταμῶν Συρίας Μαζαῖος ἦγεν. Ἐλέγετο δὲ ἡ πᾶσα στρατιὰ ἡ Δαρείου ἱππεῖς μὲν ἐς τετρακισμυρίους, πεζοὶ δὲ ἐς ἑκατὸν μυριάδας, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα διακόσια, ἐλέφαντες δὲ οὐ πολλοί, ἀλλὰ ἐς πεντεκαίδεκα μάλιστα Ἰνδοῖς τοῖς ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ἦσαν.

7. Ξὺν ταύτῃ τῇ δυνάμει ἐστρατοπεδεύκει Δαρεῖος ἐν Γαυγαμήλοις πρὸς ποταμῷ Βουμώδῳ, ἀπέχων Ἄρβήλων τῆς πόλεως ὅσον ἑξακοσίους σταδίους, ἐν χώρῳ ὁμαλῷ πάντη. Καὶ γὰρ καὶ ὅσα ἀνώμαλα αὐτοῦ ἐς ἵππασίαν, ταῦτα δὲ ἐκ πολλοῦ οἱ Ἥρσαι τοῖς τε ἅρμασιν ἐπελαύνειν εὐπετῆ πεποιήκεσαν καὶ τῇ ἵππῳ ἱππάσιμα. Ἦσαν γὰρ οἱ ἀνέπειθον Δαρεῖον ὑπὲρ τῆς πρὸς Ἰσσῷ γενομένης μάχης ὅτι ἄρα ἐμειονέκτησε τῶν χωρίων τῇ στενότητι· καὶ Δαρεῖος οὐ χαλεπῶς ἐπείθετο.

ni: quantus autem eorum numerus esset, colligi non posse. Instructo igitur exercitu ad pugnam procedit: quum alii rursum ex præcursoribus incitatis equis advolant, qui re certius comperta, equites ab se visos non ultra mille esse affirmabant.

CAP. VIII.

Quo audito, confestim assumpta turma regia, et amicorum alia, et antecursoribus Pæonibus, in eos fertur: reliquo exercitu lento gradu sequi jusso. Persarum equites Alexandrum acriter in sese ruentem conspicati, effuso cursu fugiunt. Alexander fugientium terga premit (3) Et quidem incolumes evasere, nonnulli occisi sunt: alii, quos equi in fuga deficiebant, una cum equis vivi in potestatem venere: ex quibus cognovit, Darium cum ingenti exercitu non procul inde abesse.

3. Venerant enim auxilio ad Darium Indi quotquot Bactrianis finitimi sunt, ipsique Bactriani et Sogdiani: quorum omnium dux Bessus erat, Bactrianorum satrapa. Conjunxerant sese his etiam Sacæ ex Scythis oriundi, iis qui Asiam incolunt: hi non imperio Bessi subjecti, sed Dario confœderati sunt. Ducebat eos Mavaces; erantque omnes hi equestres sagittarii. (4) Barsaentes autem Arachotorum satrapa Arachotos et Indos qui montani dicuntur ducebat. Satibarzanes, Ariorum satrapa, Arios, Phrataphernes Parthos, Hyrcanos ac Tapuros, omnes equites. Atropates Medorum dux erat: conjuncti autem erant Medis Cadusii et Albani ac Sacesinæ. (5) Rubri maris accolas Ocondobates, Ariobarzanes et Orxines ducebant. Uxii vero et Susiani ducem habebant Oxathrem Abuliti filium, Babylonii Buparem Cares autem anaspasti, *hoc est, sedibus suis pulsi*, et Sitaceni Babyloniis conjuncti erant. Armeniis Orontes et Mithraustes præerant, Cappadocibus Ariaces. (6) Syros qui ex Cœlesyria erant, et quotquot in ea Syria, quæ est intra fluvios (in Mesopotamia) habitabant, Mazæus regebat. Universus porro Darii exercitus ferebatur esse equitum quadraginta millia, peditum circa decies centena millia, currus falcati CC, elephanti non multi, sed circiter XV cum Indis qui cis Indum flumen venerant.

7. Cum his copiis Darius ad Gaugamela prope flumen Bumodum castra posuerat, sexcentis circiter ab Arbelo oppido stadiis, plano undique et patenti campo. Quicquid enim inæqualis soli erat, quodque curribus ducendis impedimento esset, id omne Persæ multo ante adæquarant, commodumque ad equitandum fecerant. Persuaserant enim nonnulli Dario, nullam aliam fuisse causam cladis apud Issum acceptæ, quam angustiam locorum: idque Darius facile credidit.

ΚΕΦ. Θ'.

Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ πρὸς τῶν κατασκόπων τῶν Περσῶν ὅσοι ἑάλωσαν, ἔμεινεν αὐτοῦ ἵνα ἐξηγγέλθη ἡμέρας τέσσαρας· καὶ τήν τε στρατιὰν ἐκ τῆς ὁδοῦ ἀνέπαυσε, τὸ δὲ στρατόπεδον τάφρῳ τε καὶ χάρακι ἐτείχισεν. Ἔγνω γὰρ τὰ μὲν σκευοφόρα ἀπολείπειν καὶ ὅσοι τῶν στρατιωτῶν ἀπόμαχοι ἦσαν, αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς μαχίμοις οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ ὅπλα φέρουσιν ἰέναι ἐς τὸν ἀγῶνα. (2) Ἀναλαβὼν οὖν τὴν δύναμιν νυκτὸς ἦγεν ἀμφὶ δευτέραν φυλακὴν μάλιστα, ὡς ἅμ' ἡμέρᾳ προσμίξαι τοῖς βαρβάροις. Δαρεῖος δέ, ὡς προσηγγέλθη αὐτῷ προσάγων ἤδη Ἀλέξανδρος, ἐκτάσσει τὴν στρατιὰν ὡς ἐς μάχην· καὶ Ἀλέξανδρος ἦγεν ὡσαύτως τεταγμένους. Καὶ ἀπεῖχε μὲν ἀλλήλων τὰ στρατόπεδα ὅσον ἑξήκοντα σταδίους, οὐ μήν πω καθεώρων ἀλλήλους· χῆλοφοι γὰρ ἐν μέσῳ ἐπίπροσθεν ἀμφοῖν ἦσαν.

3. Ὡς δὲ ἀπεῖχεν Ἀλέξανδρος ὅσον ἐς τριάκοντα σταδίους καὶ κατ' αὐτῶν ἤδη τῶν γηλόφων ἦει αὐτῷ ὁ στρατός, ἐνταῦθα, ὡς εἶδε τοὺς βαρβάρους, ἔστησε τὴν αὑτοῦ φάλαγγα· καὶ ξυγκαλέσας αὐτούς τε τοὺς ἑταίρους καὶ στρατηγοὺς καὶ ἰλάρχας καὶ τῶν συμμάχων τε καὶ τῶν μισθοφόρων ξένων τοὺς ἡγεμόνας, ἐβουλεύετο εἰ αὐτόθεν ἐπάγοι ἤδη τὴν φάλαγγα, ὡς οἱ πλεῖστοι ἄγειν ἐκέλευον, (4) ἢ καθάπερ Παρμενίωνι καλῶς [ἔχειν] ἐδόκει, τότε μὲν αὐτοῦ καταστρατοπεδεύειν, κατασκέψασθαι δὲ τόν τε χῶρον ξύμπαντα, εἰ δή τι ὕποπτον αὐτοῦ ἢ ἄπορον [εἴη], ἢ εἴ πη τάφροι ἢ σκόλοπες καταπεπηγότες ἀφανεῖς, καὶ τὰς τάξεις τῶν πολεμίων ἀκριβέστερον κατιδεῖν. Καὶ νικᾷ Παρμενίων τῇ γνώμῃ, καὶ κατα-στρατοπεδεύουσιν αὐτοῦ ὅπως τεταγμένοι ἔμελλον ἰέναι ἐς τὴν μάχην.

5. Ἀλέξανδρος δέ, ἀναλαβὼν τοὺς ψιλοὺς καὶ τῶν ἱππέων τοὺς ἑταίρους, περιῄει ἐν κύκλῳ σκοπῶν τὴν χώραν πᾶσαν ἵνα τὸ ἔργον αὐτῷ ἔσεσθαι ἔμελλεν. Ἐπανελθὼν δὲ καὶ ξυγκαλέσας αὖθις τοὺς αὐτοὺς ἡγεμόνας, αὐτοὺς μὲν οὐκ ἔφη χρῆναι παρακαλεῖσθαι πρὸς οὗ ἐς τὸν ἀγῶνα· πάλαι γὰρ εἶναι δι' ἀρετήν τε τὴν σφῶν παρακεκλημένους καὶ ὑπὸ τῶν πολλάκις ἤδη καλῶν ἔργων ἀποδεδειγμένων· (6) τοὺς κατὰ σφᾶς δὲ ἑκάστους ἐξορμᾶν ἠξίου, λοχαγόν τε λοχίτας καὶ ἰλάρχην τὴν ἴλην τὴν αὑτοῦ ἕκαστον καὶ ταξιάρχους τὰς τάξεις, τούς τε ἡγεμόνας τῶν πεζῶν τὴν φάλαγγα ἕκαστον τήν οἱ ἐπιτετραμμένην, ὡς ἐν τῇδε τῇ μάχῃ οὐχ ὑπὲρ Κοίλης Συρίας ἢ Φοινίκης, οὐδὲ ὑπὲρ Αἰγύπτου, ὡς πρόσθεν, μαχουμένους, ἀλλὰ ὑπὲρ τῆς ξυμπάσης Ἀσίας, οὕστινας χρὴ ἄρχειν, ἐν τῷ τότε κριθησόμενον. (7) Οὔκουν τὴν ἐς τὰ καλὰ ἐξόρμησιν διὰ πολλῶν ἀναγκαίαν αὐτοῖς εἶναι οἴκοθεν τοῦτο ἔχουσιν, ἀλλὰ κόσμου τε ἐν τῷ κινδύνῳ ὅπως τις καθ' αὑτὸν ἐπιμελήσεται καὶ σιγῆς ἀκριβοῦς ὁπότε σιγῶντας ἐπιέναι δέοι, καὶ αὖ λαμπρᾶς τῆς βοῆς ἵνα ἐμβοῆσαι καλόν, καὶ ἀλαλαγμοῦ ὡς φοβερωτάτου ὁπότε ἐπαλαλάξαι καιρός· (8) αὐτοί τε ὅπως

CAP. IX.

Quæ postquam Alexandro a speculatoribus Persarum captis relata sunt, quatuor diebus eo in loco ubi hæc nuntiata moratus, exercitui quietem ab itineris labore dedit : castra vallo ac fossa munivit. Statuerat enim impedimenta omnia ac militem qui inutilis ad pugnam esset relinquere : ipse vero cum bellatoribus nihil aliud quam arma portantibus prælium adire. (2) Noctu itaque copiis eductis, circiter vigiliam movit, ut prima statim luce manus cum barbaris consereret. Darius, simulac ei nuntiatum est Alexandrum appropinquare, confestim exercitum ad committendum prælium instruit. Alexander etiam instructam aciem ducit. Distabat exercitus ab exercitu sexaginta ferme stadiis. Nondum vero sese conspiciebant; tumuli enim medii inter utrumque exercitum erant.

3. Quum vero Alexander triginta ferme stadiis abesset jamque ad ipsos prope tumulos exercitus processisset, ibi conspectis barbaris phalangem sistit; convocatisque amicis et copiarum ductoribus turmarumque præfectis, sociorum etiam ac mercenariorum exterorum ducibus, consultat an confestim phalanx in hostem agenda esset (quæ plurimorum sententia erat), (4) an potius (ut Parmenio recte censebat) positis tum ibi castris, omnem illum locum accurate perlustrarent, an quid alicubi suspectum parumque tutum esset, an murices solo suffixi laterent : quem etiam in modum acies instructæ essent diligentius certiusque explorarent. Vicitque Parmenionis sententia, et castra ibi posita sunt, prout ad pugnam ituri erant.

5. Deinde Alexander sumptis expeditis et equitatu amicorum, locum omnem in quo prælium committendum erat, in circuitu lustrat. Reversusque, convocatis rursum copiarum ducibus, non oportere eos sua oratione ad pugnam incitari, inquit. Veterem enim ipsorum virtutem multaque præclara facinora jam sæpenumero edita magno satis incitamento ipsis esse : (6) id modo rogare, ut prout quisque eorum alicui turmæ, alæ, agmini, aut phalangi præfectus esset, ita suos milites cohortaretur non jam illos pro Cœlesyria, aut Phœnicia, neque pro Ægypto, ut prioribus præliis, pugnaturos, sed pro universa Asia : illoque conflictu decernendum esse quosnam regnare oporteat. (7) Non igitur illos multis verbis ad fortitudinem excitandos esse, quibus virtus illa genuina propriaque sit : monendos tantum, ut unusquisque eos quibus præsit inter pugnandum in ordine contineat : utque quum silentio opus sit, id accurate observent · altiore item voce quum id ex re fuerit, utantur : clamores denique quam maxime possint terribiles, quum occasio ita postulaverit, edant. (8) Ad hæc, ut ipsi nam

ὀξέως κατακούοιεν τῶν τε παραγγελλομένων, καὶ παρ' αὐτῶν αὖ ὅπως ἐς τὰς τάξεις ὀξέως παραδιδῶνται τὰ παραγγέλματα· ἔν τε τῷ καθ' αὑτὸν ἕκαστον καὶ τὸ πᾶν μεμνῆσθαι ξυγκινδυνεῦόν τε ἀμελουμένῳ καὶ δι' ἐπιμελείας ἐκπονουμένῳ ξυνορθούμενον.

ΚΕΦ. Ι'.

Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἄλλα οὐ πολλὰ παρακαλέσας τε καὶ ἀντιπαρακληθεὶς πρὸς τῶν ἡγεμόνων θαρρεῖν ἐπὶ σφίσι, δειπνοποιεῖσθαί τε καὶ ἀναπαύεσθαι ἐκέλευσε τὸν στρατόν. Παρμενίων δὲ λέγουσιν ὅτι ἀφικόμενος παρ' αὐτὸν ἐπὶ τὴν σκηνήν, νύκτωρ παρῄνει ἐπιθέσθαι τοῖς Πέρσαις· ἀπροσδοκήτοις τε γὰρ καὶ ἀνατεταραγμένοις καὶ ἅμα ἐν νυκτὶ φοβερωτέροις ἐπιθήσεσθαι. (2) Ὁ δὲ ἐκείνῳ μὲν ἀποκρίνεται, ὅτι καὶ ἄλλοι κατήκουον τῶν λόγων, αἰσχρὸν εἶναι κλέψαι τὴν νίκην, ἀλλὰ φανερῶς καὶ ἄνευ σοφίσματος χρῆναι νικῆσαι Ἀλέξανδρον. Καὶ τὸ μεγαλήγορον αὐτοῦ τοῦτο οὐχ ὑπέρογκον μᾶλλόν τι ἢ εὐθαρσὲς ἐν τοῖς κινδύνοις ἐφαίνετο· ὀρκεῖν δ' ἔμοιγε, καὶ λογισμῷ ἀκριβεῖ ἐχρήσατο ἐν τῷ τοιῷδε· (3) ἐν νυκτὶ γὰρ τοῖς τε ἀποχρώντως καὶ τοῖς ἐνδεῶς πρὸς τὰς μάχας παρεσκευασμένοις πολλὰ ἐκ τοῦ παραλόγου ξυμβάντα τοὺς μὲν ἔσφηλε, τοὺς κρείσσονας, τοῖς χείροσι δὲ παρὰ τὰ ἐξ ἀμφοῖν ἐλπισθέντα τὴν νίκην παρέδωκεν· αὐτῷ τε κινδυνεύοντι τὸ πολὺ ἐν ταῖς μάχαις σφαλερὰ ἡ νὺξ κατεφαίνετο, καὶ ἅμα ἡσσηθέντι τε αὖθις Δαρείῳ τὴν ξυγχώρησιν τοῦ χείρονι ὄντι καὶ χειρόνων ἡγεῖσθαι ἡ λαθραία τε καὶ νυκτερινὴ ἐκ σφῶν ἐπίθεσις ἀφῃρεῖτο, (4) εἴ τε τι ἐκ τοῦ παραλόγου πταῖσμα σφίσι ξυμπέσοι, τοῖς μὲν πολεμίοις τὰ κύκλῳ φίλια καὶ αὐτοὶ τῆς χώρας ἔμπειροι· σφεῖς δὲ ἄπειροι ἐν πολεμίοις τοῖς πᾶσιν, ὧν οὐ μικρὰ μοῖρα οἱ αἰχμάλωτοι ἦσαν, ξυνεπιθησόμενοι ἐν νυκτὶ μὴ ὅτι πταίσασιν, ἀλλὰ καὶ εἰ μὴ παρὰ πολὺ νικῶντες φαίνοιντο. Τούτων τε τῶν λογισμῶν ἕνεκα ἐπαινῶ Ἀλέξανδρον καὶ τοῦ ἐς τὸ φανερὸν ὑπερόγκου οὐ μεῖον.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Δαρεῖος δὲ καὶ ὁ ξὺν Δαρείῳ στρατὸς οὕτως ὅπως τὴν ἀρχὴν ἐτάξαντο ἔμειναν τῆς νυκτὸς ξυντεταγμένοι, ὅτι οὔτε στρατόπεδον αὐτοῖς περιεβέβλητο ἀκριβὲς καὶ ἅμα ἐφοβοῦντο μή σφισι νύκτωρ ἐπίθοιντο οἱ πολέμιοι. (2) Καὶ εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τοῦτο ἐκάκωσε τοῖς Πέρσαις ἐν τῷ τότε τὰ πράγματα, ἡ στάσις ἡ πολλὴ ἡ ξὺν τοῖς ὅπλοις καὶ τὸ δέος, ὅ τιπερ φιλεῖ πρὸ τῶν μεγάλων κινδύνων γίγνεσθαι, οὐκ ἐκ τοῦ παραυτίκα σχεδιασθέν, ἀλλ' ἐν πολλῷ χρόνῳ μελετηθέν τε καὶ τὴν γνώμην αὐτοῖς δουλωσάμενον.

3. Ἐτάχθη δὲ αὐτῷ ἡ στρατιὰ ὧδε· ἑάλω γὰρ ὕστε-

data celeriter auribus excipiant : excepta, accurate in agmina transmittant. Denique meminerint etiam summam rei tum periclitari ex eo, quod circa se quisque negligat, tum conservari eo, quod accurate quisque ex egerit.

CAP. X.

His atque hujusmodi aliis verbis non multis cohortatus duces, et vicissim ipse a ducibus animatus, ut confideret eorum virtute, milites corpora curare et quietem capere jubet. Sunt qui dicant Parmenionem postea ad ipsius tabernaculum venisse, utque per noctem in Persas irrueret suasisse. Inopinantibus enim ipsis atque perturbatis impetum noctu factum magis terribilem fore. (2) Alexandrum vero ei respondisse, quod quidem etiam alii ejus verba audiverunt, furtivam victoriam cum turpitudine esse conjunctam : Alexandri esse, aperto Marte non astu victoriam consequi. Atque hæc magnifica ejus vox non tam arrogantiæ quam fortitudini in adeundis periculis tributa est. At (mea sententia) summa quoque prudentia hac in re est usus. (3) Noctu enim et iis qui abunde et qui minus parati ad pugnam sunt, multa ex improviso accidere solent, quæ fortioribus cladem, et imbecillioribus inopinatam utrisque victoriam adferant. Ipsi quoque Alexandro plerumque ad prælium ineundum audaciori nox periculosa videbatur. Simul verebatur, ne victo rursum Dario, clancularia nocturnaque a suis irruptio facta, in causa esset quo minus Darius confiteretur, se pariter et milites suos Alexandro et Macedonibus bellica virtute inferiores fuisse. (4) Adhæc si præter exspectationem Macedones cladem aliquam accepissent, hostes omnia loca circumjecta amica esse habituros, et peritos locorum fore, sese contra imperitos illorum inter hostes versaturos, quorum non parva pars erant captivi, qui una cum Persis noctu eos invasuri essent, non solum si Macedones semel inferiores esse cœpissent, verumetiam non multo superiores in pugna esse viderentur. Harum itaque cogitationum causa Alexandrum laudandum censeo, nihiloque secius ob tam manifestam animi altitudinem.

CAP. XI.

Darius vero ejusque exercitus, quemadmodum initio aciem instruxerunt, ita totam noctem stetit. Neque enim castra accurate munierat, simulque metuebat ne hostes noctu impetum facerent. (2) Et sane longa illa in armis mora, siquid aliud, Persarum rebus tum temporis damno fuit; et metus qui ante magnum aliquod prælium oriri solet, neque is quidem repentinus, sed qui multo ante tempore animum insedit ac penitus subjugavit.

3. Instruxerat autem exercitum Darius hoc modo : de-

ρον ἡ τάξις ἥντινα ἔταξε Δαρεῖος γεγραμμένη, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. Τὸ μὲν εὐώνυμον αὐτῷ κέρας οἵ τε Βάκτριοι ἱππεῖς εἶχον καὶ ξὺν τούτοις Δάαι καὶ Ἀραχῶτοι· ἐπὶ δὲ τούτοις Πέρσαι ἐτετάχατο, ἱππεῖς τε ὁμοῦ καὶ πεζοὶ ἀναμεμιγμένοι, καὶ Σούσιοι ἐπὶ Πέρσαις, ἐπὶ δὲ Σουσίοις Καδούσιοι. (4) Αὕτη μὲν ἡ τοῦ εὐωνύμου κέρως ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῆς πάσης φάλαγγος τάξις ἦν· κατὰ δὲ τὸ δεξιὸν οἵ τε ἐκ Κοίλης Συρίας καὶ οἱ ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν ἐτετάχατο, καὶ Μῆδοι ἔτι κατὰ τὸ δεξιόν, ἐπὶ δὲ Παρθυαῖοι καὶ Σάκαι, ἐπὶ δὲ Τάπουροι καὶ Ὑρκάνιοι, ἐπὶ δὲ Ἀλβανοὶ καὶ Σακεσίναι, οὗτοι μὲν ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῆς πάσης φάλαγγος. (5) Κατὰ τὸ μέσον δέ, ἵνα ἦν βασιλεὺς Δαρεῖος, οἵ τε ξυγγενεῖς οἱ βασιλέως ἐτετάχατο καὶ οἱ μηλοφόροι Πέρσαι καὶ Ἰνδοὶ καὶ Κᾶρες οἱ ἀνάσπαστοι καλούμενοι καὶ οἱ Μάρδοι τοξόται· Οὔξιοι δὲ καὶ Βαβυλώνιοι καὶ οἱ πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ καὶ Σιτακηνοὶ ἐς βάθος ἐπιτεταγμένοι ἦσαν. (6) Προετετάχατο δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ εὐωνύμου κατὰ τὸ δεξιὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου οἵ τε Σκύθαι ἱππεῖς καὶ τῶν Βακτριανῶν ἐς χιλίους καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα ἑκατόν. Οἱ δὲ ἐλέφαντες ἕστησαν κατὰ τὴν Δαρείου ἴλην τὴν βασιλικὴν καὶ ἅρματα ἐς πεντήκοντα. (7) Τοῦ δὲ δεξιοῦ οἵ τε Ἀρμενίων καὶ Καππαδόκων ἱππεῖς προετετάχατο καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα πεντήκοντα. Οἱ δὲ Ἕλληνες οἱ μισθοφόροι παρὰ Δαρεῖόν τε αὐτὸν ἑκατέρωθεν καὶ τοὺς ἅμα αὐτῷ Πέρσας κατὰ τὴν φάλαγγα αὐτὴν τῶν Μακεδόνων, ὡς μόνοι δὴ ἀντίῤῥοποι τῇ φάλαγγι, ἐτάχθησαν.

8. Ἀλεξάνδρῳ δὲ ἡ στρατιὰ ἐκοσμήθη ὧδε. Τὸ μὲν δεξιὸν αὐτῷ εἶχον τῶν ἱππέων οἱ ἑταῖροι, ὧν προετέτακτο ἡ ἴλη ἡ βασιλική, ἧς Κλεῖτος ὁ Δρωπίδου ἰλάρχης ἦν, ἐπὶ δὲ ταύτῃ ἡ Γλαυκίου ἴλη, ἐχομένη δὲ αὐτῆς ἡ Ἀρίστωνος, ἐπὶ δὲ ἡ Σωπόλιδος τοῦ Ἑρμοδώρου, ἐπὶ δὲ ἡ Ἡρακλείδου τοῦ Ἀντιόχου, ἐπὶ ταύτῃ δὲ ἡ Δημητρίου τοῦ Ἀλθαιμένους, ταύτης δὲ ἐχομένη ἡ Μελεάγρου, τελευταία δὲ τῶν βασιλικῶν ἰλῶν ἧς Ἡγέλοχος ὁ Ἱπποστράτου ἰλάρχης ἦν. Ξυμπάσης δὲ τῆς ἵππου τῶν ἑταίρων Φιλώτας ἦρχεν ὁ Παρμενίωνος. (9) Τῆς δὲ φάλαγγος τῶν Μακεδόνων ἐχόμενον τῶν ἱππέων πρῶτον τὸ ἄγημα ἐτέτακτο τῶν ὑπασπιστῶν καὶ ἐπὶ τούτῳ οἱ ἄλλοι ὑπασπισταί· ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Νικάνωρ ὁ Παρμενίωνος· τούτων δὲ ἐχομένη ἡ Κοίνου τοῦ Πολεμοκράτους τάξις ἦν, μετὰ δὲ τούτους ἡ Περδίκκου τοῦ Ὀρόντου, ἔπειτα ἡ Μελεάγρου τοῦ Νεοπτολέμου, ἐπὶ δὲ ἡ Πολυσπέρχοντος τοῦ Σιμμίου, ἐπὶ δὲ ἡ Ἀμύντου τοῦ Ἀνδρομένους· ταύτης δὲ ἡγεῖτο Σιμμίας, ὅτι Ἀμύντας ἐπὶ Μακεδονίας ἐς ξυλλογὴν στρατιᾶς ἐσταλμένος ἦν. (10) Τὸ δὲ εὐώνυμον τῆς φάλαγγος τῶν Μακεδόνων ἡ Κρατέρου τοῦ Ἀλεξάνδρου τάξις εἶχε, καὶ αὐτὸς Κράτερος ἐξῆρχε τοῦ εὐωνύμου τῶν πεζῶν· καὶ ἱππεῖς ἐχόμενοι αὐτοῦ οἱ ξύμμαχοι, ὧν ἡγεῖτο Ἐρίγυιος ὁ Λαρίχου· τούτων δὲ ἐχόμενοι ὡς ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κέρας οἱ Θεσσαλοὶ ἱππεῖς,

scriptio enim aciei post pugnam reperta est, ut tradit Aristobulus. Sinistrum cornu Bactriani equites tenebant, et cum his Daæ et Arachoti : post hos Persæ equites simul ac pedites permisti : proximi Persis Susii. Susios Cadusii sequebantur. (4) Et hic quidem sinistri cornu ordo erat usque ad medium totius phalangis. Dextrum cornu Cœlesyrii, et qui inter duo flumina incolunt, tuebantur. His Medi adjuncti erant : deinde Parthi ac Sacæ : secundum hos Tapuri atque Hyrcani : his proximi Albani et Sacesinæ : et hi quidem usque ad mediam phalangem pertingebant. (5) Ad medium vero, ubi Darius erat, ejus cognati collocati erant, et Persæ melophori, Indique, et Cares anaspasti vocati, ac Mardi sagittarii. Uxii vero et Babylonii ac rubri maris accolæ et Sitacini post hos constituti erant. (6) Ante sinistrum porro cornu, contra dextrum Alexandri, stabant equites Scythæ, et Bactriani circiter mille, ac currus falcati centum. Elephanti circa regiam Darii turmam, et currus quinquaginta. (7) Ante dextrum cornu Armenii equites et Cappadoces, currusque falcati quinquaginta. Græci autem mercenarii utrinque Darium et Persas ei adstantes cingebant, phalangi Macedonum oppositi, ut qui soli virtute pares illis essent.

8. Alexandri autem acies ita instructa fuit. Dextrum cornu tuebatur equitatus amicorum, ex quo priore loco collocata turma regia, cui Clitus Dropidi filius præerat. Huic adjuncta erat Glauciæ turma : proxima huic Aristonis : inde, Sopolidis Hermodori filii : post hanc Heracliti Antiochi F.; ab hac Demetrii Althæmenis filii : hanc sequebatur Meleagri : ultima vero regiarum turmarum illa, cui Hegelochus Hippostrati F. præfectus erat. Universo autem equitatui amicorum Philotas Parmenionis F. præerat. (9) At phalangi Macedonicæ, quæ equitibus conjuncta erat, proxime statutum est agema scutatorum, et ab hoc alii scutati, quorum dux erat Nicanor Parmenionis F. Huic proximum erat agmen Cœni Polemocratis F.; deinde Perdiccæ Orontis F.; mox Meleagri Neoptolemi F.; deinde Polysperchontis Simmiæ F.; ab hoc Amyntæ Philippi F. Hujus agminis dux erat Simmias, quod Amyntas in Macedoniam ad conscribendum militem missus erat. (10) Sinistram phalangis Macedonicæ partem tenebat agmen Crateri Alexandri F. Et Craterus quidem universo peditatui ad sinistrum cornu præerat. Huic proximi erant equites sociorum, quibus præfectus erat Erigyius Larichi F. Hos proxime sequebantur versus lævum cornu Thessali equites, quos du-

ὧν ἦρχε Φίλιππος ὁ Μενελάου. Ξύμπαν δὲ τὸ εὐώνυμον ἦγε Παρμενίων ὁ Φιλώτα, καὶ ἀμφ' αὐτὸν οἱ τῶν Φαρσαλίων ἱππεῖς οἱ κράτιστοί τε καὶ πλεῖστοι τῆς Θεσσαλικῆς ἵππου ἀνεστρέφοντο.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Ἡ μὲν ἐπὶ μετώπου τάξις Ἀλεξάνδρῳ ὧδε κεκόσμητο· ἐπέταξε δὲ καὶ δευτέραν τάξιν ὡς εἶναι τὴν φάλαγγα ἀμφίστομον. Καὶ παρήγγελτο τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἐπιτεταγμένων, εἰ κυκλουμένους τοὺς σφῶν πρὸς τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος κατίδοιεν, ἐπιστρέψαντας ἐς τὸ ἔμπαλιν δέχεσθαι τοὺς βαρβάρους· (2) ἐς ἐπικαμπὴν δέ, εἴ που ἀνάγκη καταλαμβάνοι ἢ ἀναπτύξαι ἢ ξυγκλεῖσαι τὴν φάλαγγα, κατὰ μὲν τὸ δεξιὸν κέρας ἐχόμενοι τῆς βασιλικῆς ἴλης τῶν Ἀγριάνων ἐτάχθησαν οἱ ἡμίσεες, ὧν ἡγεῖτο Ἄτταλος, καὶ μετὰ τούτων οἱ Μακεδόνες τοξόται, ὧν Βρίσων ἦρχεν, ἐχόμενοι δὲ τῶν τοξοτῶν οἱ ἀρχαῖοι καλούμενοι ξένοι καὶ ἄρχων τούτων Κλέανδρος. (3) Προετάχθησαν δὲ τῶν τε Ἀγριάνων καὶ τῶν τοξοτῶν οἵ τε πρόδρομοι ἱππεῖς καὶ οἱ Παίονες, ὧν Ἀρέτης καὶ Ἀρίστων ἡγοῦντο. Ξυμπάντων δὲ προτεταγμένοι ἦσαν οἱ μισθοφόροι ἱππεῖς, ὧν Μενίδας ἦρχε. Τῆς δὲ βασιλικῆς ἴλης καὶ τῶν ἄλλων ἑταίρων προτεταγμένοι ἦσαν τῶν τε Ἀγριάνων καὶ τῶν τοξοτῶν οἱ ἡμίσεες, καὶ οἱ Βαλάκρου ἀκοντισταί· οὗτοι κατὰ ἅρματα τὰ δρεπανηφόρα ἐτετάχατο. (4) Μενίδᾳ δὲ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν παρήγγελτο, εἰ περιιππεύοιεν οἱ πολέμιοι τὸ κέρας σφῶν, ἐς πλαγίους ἐμβάλλειν αὐτοὺς ἐπικάμψαντας. Τὰ μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως οὕτως ἐτέτακτο Ἀλεξάνδρῳ· κατὰ δὲ τὸ εὐώνυμον ἐς ἐπικαμπὴν οἵ τε Θρᾷκες ἐτετάχατο, ὧν ἡγεῖτο Σιτάλκης, καὶ ἐπὶ τούτοις οἱ ξύμμαχοι ἱππεῖς, ὧν ἦρχε Κοίρανος, ἐπὶ δὲ οἱ Ὀδρύσαι ἱππεῖς, ὧν ἡγεῖτο Ἀγάθων ὁ Τυρίμμα. (5) Ξυμπάντων δὲ ταύτῃ προετάχθη ἡ ξενικὴ ἵππος ἡ τῶν μισθοφόρων, ὧν Ἀνδρόμαχος ὁ Ἱέρωνος ἦρχεν. Ἐπὶ δὲ τοῖς σκευοφόροις οἱ ἀπὸ Θρᾴκης πεζοὶ ἐς φυλακὴν ἐτάχθησαν. Ἡ πᾶσα δὲ στρατιὰ Ἀλεξάνδρου ἱππεῖς μὲν ἐς ἑπτακισχιλίους, πεζοὶ δὲ ἀμφὶ τὰς τέσσαρας μυριάδας.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Ὡς δὲ ὁμοῦ ἤδη τὰ στρατόπεδα ἐγίγνετο, ὥρθη Δαρεῖός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτόν, οἵ τε μηλοφόροι Πέρσαι καὶ Ἰνδοὶ καὶ Ἀλβανοὶ καὶ Κᾶρες οἱ ἀνάσπαστοι καὶ οἱ Μάρδοι τοξόται κατ' αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεταγμένοι καὶ τὴν ἴλην τὴν βασιλικήν. Ἦγε δὲ ὡς ἐπὶ τὸ δεξιὸν τὸ αὐτοῦ Ἀλέξανδρος μᾶλλον, καὶ οἱ Πέρσαι ἀντιπαρῆγον, ὑπερφαλαγγοῦντες πολὺ ἐπὶ τῷ σφῶν εὐωνύμῳ. (2) Ἤδη τε οἱ τῶν Σκυθῶν ἱππεῖς παριππεύοντες ἥπτοντο τῶν προ-

cebat Philippus Menelai F. Universo autem equitatui sinistri lateris imperabat Parmenio Philotæ F. Circa hunc Pharsaliorum equites stabant, qui et præstantissimi et plurimi ex Thessalico equitatu erant.

CAP. XII.

In hunc modum Alexander aciem a fronte instruxit. Alium vero etiam ordinem a tergo adjecit, ut anceps ac versatilis phalanx esset, traditis mandatis ducibus ejus agminis quod a tergo addiderat, ut si circumveniri suos a Persico exercitu cernerent, retrorsum conversi barbaros excuperent; (2) ad inflexionem autem, sicubi necessitas cogeret vel explicare vel coarctare phalangem, juxta dextrum quidem cornu proxima regiæ turmæ collocata erat Agrianorum pars altera, quos Attalus ducebat; post hos Macedones sagittarii, quibus præerat Briso; sagittariis adjuncti erant ii quos veteranos exteros nominant, quorum dux erat Cleander. (3) Ante Agrianos et sagittarios positi erant equites antecursores et Pæones, quos Aretes atque Aristo ducebant. Universis autem præstituti erant equites mercenarii, Menida duce. Regiæ autem turmæ ceterisque amicis præposita erat Agrianorum et sagittariorum pars altera, et jaculatores quibus Balacrus præerat, adversus currus falcatos dispositi. (4) Porro Menidæ et iis quos circa se habebat imperatum est, ut si hostes cornu suum circumequitarent, ex transverso in eos irrumperent in latus se flectentes. Et hæc quidem in dextro cornu ita sunt ab Alexandro constituta. Ad lævum vero cornu reflexa acie Thraces collocati sunt, quos ducebat Sitalces. Post hos equites auxiliares, quibus præerat Cœranus. Ab his Odrysæ equites, ductore Agathone Tyrimmæ filio. (5) Universis autem hac parte præpositi sunt equites exteri mercenarii, quibus præfectus erat Andromachus Hieronis F. Impedimentis Thracum peditatus præsidio positus est. Erat autem totus Alexandri exercitus, equites ad septem millia, pedites circa quadraginta millia.

CAP. XIII.

Postquam vero jam propiores inter se exercitus facti sunt, videbatur Darius, et qui circa illum erant melophori Persæ, Indi, Albani, Cares anaspasti, et Mardi sagittarii adversus ipsum Alexandrum turmamque regiam sese opposuisse. Alexander magis versus dextrum suum cornu aciem ducit. Persæ contra procedunt sinistro suo cornu phalangem Macedonum longe excedentes. (2) Jamque fere Scytharum equitatus eos qui Alexandri agmini præstituti

τεταγμένων τῆς Ἀλεξάνδρου τάξεως καὶ Ἀλέξανδρος ἔτι ὅμως ἦγεν ἐπὶ δόρυ, καὶ ἐγγὺς ἦν τοῦ ἐξαλλάσσειν τὸν ὠδοπεποιημένον πρὸς τῶν Περσῶν χῶρον. Ἔνθα δὴ δείσας Δαρεῖος μὴ προχωρησάντων ἐς τὰ οὐχ ὁμαλὰ τῶν Μακεδόνων ἀχρεῖά σφισι γένηται τὰ ἅρματα, κελεύει τοὺς προτεταγμένους τοῦ εὐωνύμου περιιππεύειν τὸ κέρας τὸ δεξιόν, ᾗ Ἀλέξανδρος ἦγε, τοῦ μηκέτι προσωτέρω αὐτοὺς ἐξάγειν τὸ κέρας. (3) Τούτου δὲ γενομένου Ἀλέξανδρος ἐμβάλλειν κελεύει ἐς αὐτοὺς τοὺς μισθοφόρους ἱππέας, ὧν ἡγεῖτο Μενίδας. Ἀντεξαραμόντες δὲ ἐπ' αὐτοὺς οἵ τε Σκύθαι ἱππεῖς καὶ τῶν Βακτρίων οἱ ξυντεταγμένοι τοῖς Σκύθαις τρέπουσιν ὀλίγους ὄντας πολλῷ πλείονες. Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς περὶ Ἀρίστωνά τε, τοὺς Παίονας, καὶ τοὺς ξένους ἐμβαλεῖν τοῖς Σκύθαις ἐκέλευσε· καὶ ἐγκλίνουσιν οἱ βάρβαροι. (4) Βάκτριοι δὲ οἱ ἄλλοι πελάσαντες τοῖς Παίοσί τε καὶ ξένοις τούς τε σφῶν φεύγοντας ἤδη ἀνέστρεψαν ἐς τὴν μάχην καὶ τὴν ἱππομαχίαν ξυστῆναι ἐποίησαν. Καὶ ἔπιπτον μὲν πλείονες τῶν Ἀλεξάνδρου, τῷ τε πλήθει τῶν βαρβάρων βιαζόμενοι καὶ ὅτι αὐτοί τε οἱ Σκύθαι καὶ οἱ ἵπποι αὐτοῖς ἀκριβέστερον ἐς φυλακὴν πεφραγμένοι ἦσαν. Ἀλλὰ καὶ ὡς τάς τε προσβολὰς αὐτῶν ἐδέχοντο οἱ Μακεδόνες καὶ βίᾳ κατ' ἴλας προσπίπτοντες ἐξώθουν ἐκ τῆς τάξεως.

5. Καὶ ἐν τούτῳ τὰ ἅρματα τὰ δρεπανηφόρα ἐφῆκαν οἱ βάρβαροι κατ' αὐτὸν Ἀλέξανδρον, ὡς ἀναταράξοντες αὐτῷ τὴν φάλαγγα. Καὶ ταύτῃ μάλιστα ἐψεύσθησαν· τὰ μὲν γὰρ εὐθὺς ὡς προσεφέρετο κατηκόντισαν οἵ τε Ἀγριᾶνες καὶ οἱ ξὺν Βαλάκρῳ ἀκοντισταὶ οἱ προτεταγμένοι τῆς ἵππου τῶν ἑταίρων· τὰ δὲ τῶν ρυτήρων ἀντιλαμβανόμενοι τούς τε ἀναβάτας κατέσπων καὶ τοὺς ἵππους περιιστάμενοι ἔκοπτον. (6) Ἔστι δὲ ἃ καὶ διεξέπεσε διὰ τῶν τάξεων· διέσχον γάρ, ὥσπερ παρήγγελτο αὐτοῖς, ἵνα προσέπιπτε τὰ ἅρματα· καὶ ταύτῃ μάλιστα ξυνέβη αὐτά τε σῶα καὶ οἷς ἐπηλάθη ἀβλαβεῖς διελθεῖν· ἀλλὰ καὶ τούτων οἵ τε ἱπποκόμοι τῆς Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς καὶ οἱ ὑπασπισταὶ οἱ βασιλικοὶ ἐκράτησαν.

erant attigerat, Alexander tamen nihilominus in dextrum cornu ducebat, jamque prope erat ut excederet eum locum quem Persæ adæquaverant : quum Darius metuens ne, Macedonibus ad loca non plana progressis, currus falcati inutiles sibi fierent, jubet ut qui ante sinistrum latus positi erant, dextrum cornu circumequitent, qua Alexander suos ducebat, ne producendi longius cornu Alexandro facultas esset. (3) Quo facto, Alexander equites mercenarios quos Menidas ducebat, invadere eos jubet. Sed quum Scytharum equites, et qui ex Bactrianis equitibus Scythis conjuncti erant, ex adverso acriter in eos invehentes repellerent illos paucos ipsi multo plures, Alexander Aristonem cum Pæonibus et exteris in Scythas invehi imperat. Et barbari quidem pedem retulerunt : (4) Bactriani vero alii Pæonibus atque exteris propinqui suos in fugam versos ad pugnam retrahunt. Commissoque ibi equestri prælio complures ab Alexandri partibus cadunt, tum quod multitudine barbarorum premebantur, tum etiam quod Scythæ et eorum equi tutioribus armis muniti erant. Sed vel sic Macedones eorum impetum sustinebant, et turmatim magna vi invecti eorum ordines turbarunt.

5. Barbari interea currus falcatos adversus Alexandrum immittunt, eo consilio ut phalangem disturbarent. Qua in re maxime spe sua frustrati sunt. Statim enim atque currus emittebantur, partim Agriani eos telis excipiebant, simulque jaculatores quibus Balacrus præerat, amicorum equitatui præstituti ; partim loris comprehensis, sessores e curribus deturbati, equique circumventi ac cæsi sunt. (6) Nonnulli etiam per medios ordines pervaserunt. Laxabant enim se, prout imperatum erat, ea parte qua currus impetum facerent : atque ita factum est ut currus salvi per illos etiam in quos ferebantur salvos pervaderent. Ceterum etiam hos equisones Alexandri et scutati regii in suam potestatem redegerunt.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Ὡς δὲ Δαρεῖος ἐπῆγεν ἤδη τὴν φάλαγγα πᾶσαν, ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος Ἀρέτην μὲν κελεύει ἐμβαλεῖν τοῖς περιιππεύουσι τὸ κέρας σφῶν τὸ δεξιὸν ὡς ἐς κύκλωσιν· αὐτὸς δὲ τέως μὲν ἐπὶ κέρως τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἦγε· (2) τῶν δὲ ἐκβοηθησάντων ἱππέων τοῖς κυκλουμένοις τὸ κέρας τὸ δεξιὸν παραρρηξάντων τι τῆς πρώτης φάλαγγος τῶν βαρβάρων, ἐπιστρέψας κατὰ τὸ διέχον, καὶ ὥσπερ ἔμβολον ποιήσας τῆς τε ἵππου τῆς ἑταιρικῆς καὶ τῆς φάλαγγος τῆς ταύτῃ τεταγμένης, ἦγε δρόμῳ τε καὶ ἀλαλαγμῷ ὡς ἐπὶ αὐτὸν Δαρεῖον. (3) Καὶ χρόνον μέν τινα ὀλίγον ἐν χερσὶν ἡ μάχη ἐγένετο· ὡς δὲ οἵ τε ἱππεῖς οἱ ἀμφ' Ἀλέξανδρον καὶ αὐτὸς Ἀλέ-

CAP. XIV.

Postquam vero Darius universam phalangem admovit, Alexander Aretam in eos immittit qui ad dextrum suum cornu equitatum circumvenire studebant : ipse interea suos in cornu agebat. (2) Ceterum ut vidit equites, qui contra circumvenientes dextrum suorum cornu auxilio iverant, priores phalangis barbarorum ordines nonnihil rupisse, eo repente conversus qua abruptio patebat, cuneata acie, ex equitatu amicorum et phalange quæ eo loco constituta erat, facta, concitato cursu ingentique clamore sublato in Darium ipsum fertur. (3) Atque exiguo quidem tempore manu pugnatum est : quum vero equites qui circa Alexandrum erant, atque ipse Alexander magna vi

ξανδρος εὐρώστως ἐνέκειντο ὠθισμοῖς τε χρώμενοι καὶ τοῖς ξυστοῖς τὰ πρόσωπα τῶν Περσῶν κόπτοντες, ἥ τε φάλαγξ ἡ Μακεδονικὴ πυκνὴ καὶ ταῖς σαρίσσαις περιφρικυῖα ἐμβεβλήκει ἤδη αὐτοῖς, καὶ πάντα ὁμοῦ τὰ δεινὰ καὶ πάλαι ἤδη φοβερῷ ὄντι Δαρείῳ ἐφαίνετο, πρῶτος αὐτὸς ἐπιστρέψας ἔφευγεν· ἐφοβήθησαν δὲ καὶ οἱ περιιππεύοντες τῶν Περσῶν τὸ κέρας ἐμβαλόντων ἐς αὐτοὺς εὐρώστως τῶν περὶ Ἀρέτην.

4. Ταύτῃ μὲν δὴ τῶν Περσῶν φυγὴ καρτερὰ ἦν, καὶ οἱ Μακεδόνες ἐφεπόμενοι ἐφόνευον τοὺς φεύγοντας. Οἱ δὲ ἀμφὶ Σιμμίαν καὶ ἡ τούτου τάξις οὐκέτι συνεξορμῆσαι Ἀλεξάνδρῳ δυνατοὶ ἐγένοντο ἐς τὴν δίωξιν, ἀλλ' ἐπιστήσαντες τὴν φάλαγγα αὐτοῦ ἠγωνίζοντο, ὅτι τὸ εὐώνυμον τῶν Μακεδόνων πονεῖσθαι ἠγγέλλετο. (5) Καὶ ταύτῃ παραῤῥαγείσης αὐτοῖς τῆς τάξεως, κατὰ τὸ διέχον διεκπαίουσι τῶν τε Ἰνδῶν τινες καὶ τῆς Περσικῆς ἵππου ὡς ἐπὶ τὰ σκευοφόρα τῶν Μακεδόνων· καὶ τὸ ἔργον ἐκεῖ καρτερὸν ἐγίγνετο. Οἵ τε γὰρ Πέρσαι θρασέως ἐνέκειντο ἀνόπλοις τοῖς πολλοῖς καὶ οὐ προσδοκήσασιν ἐπὶ σφᾶς διεκπεσεῖσθαί τινας διακόψαντας διπλῆν τὴν φάλαγγα, καὶ οἱ αἰχμάλωτοι βάρβαροι ἐμβαλλόντων τῶν Περσῶν ξυνεπέθεντο καὶ αὐτοὶ τοῖς Μακεδόσιν ἐν τῷ ἔργῳ. (6) Τῶν δὲ ἐπιτεταγμένων τῇ πρώτῃ φάλαγγι οἱ ἡγεμόνες ὀξέως, μαθόντες τὸ γιγνόμενον, μεταβαλόντες, ἥπερ παρήγγελτο αὐτοῖς, τὴν τάξιν ἐπιγίγνονται κατὰ νώτου τοῖς Πέρσαις, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν αὐτοῦ ἀμφὶ τοῖς σκευοφόροις ξυνεχομένους ἀπέκτειναν· οἱ δὲ αὐτῶν ἐγκλίναντες ἔφευγον. Οἱ δ' ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως τῶν Περσῶν, οὔπω τῆς φυγῆς τῆς Δαρείου ᾐσθημένοι, περιιππεύσαντες τὸ Ἀλεξάνδρου εὐώνυμον κατὰ κέρας τοῖς ἀμφὶ τὸν Παρμενίωνα ἐνέβαλον.

premerent, gravissimisque ictibus atque hastis Persarum ora ferirent, et Macedonum phalanx conferta ac sarissis horrida in eos irrueret, omniaque illa quæ terrorem injiciunt Dario, cujus animum jam multo ante metus insederat, simul apparerent, primus ipse terga vertit. Magno etiam terrore perculsi erant Persæ qui cornu circumequitabant, Areta gravem in eos impetum faciente.

4. Ingens hac parte Persarum fuga erat, et Macedones insequentes magnam fugientium stragem fecere. Simmias vero cum suo agmine non amplius Alexandrum Persarum terga premente m sequi poterat, sed phalangem sistens pugnabat, quoniam sinistrum Macedonum cornu laborare nuntiabatur. (5) Ea enim parte, dirupta ipsis acie, qua vacuum spatium ob laxatos ordines erat, Indorum nonnulli Persæque equites ad ipsa Macedonum impedimenta penetrarant : acerrimeque ibi pugnatum fuit. Persæ enim audacter in Macedones ferebantur, inermes plerosque, neque exspectantes fore ut aliqui in se irruerent, duplicata phalange perfracta. Barbari quoque captivi Persarum impetum in Macedones conspicati, in medio pugnæ et ipsi in Macedones conversi sunt. (6) Duces vero Macedonum qui post primæ phalangis tergum locati erant, re cognita, conversa, uti imperatum ipsis fuerat, acie, Persas a tergo adorti sunt, multosque eorum circa impedimenta implicitos interficiunt ; alii fuga evaserunt. At Persæ qui ad dextrum cornu stabant, nondum intellecta fuga Darii, sinistrum Alexandri cornu obequitantes, ex obliquo in Parmenionis agmen feruntur.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Καὶ ἐν τούτῳ ἀμφιβόλων τὰ πρῶτα γιγνομένων τῶν Μακεδόνων, πέμπει Παρμενίων παρ' Ἀλέξανδρον σπουδῇ ἀγγελοῦντα ὅτι ἐν ἀγῶνι ξυνέχεται τὸ κατὰ σφᾶς καὶ βοηθεῖν δεῖ. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, τοῦ μὲν διώκειν ἔτι ἀπετράπετο, ἐπιστρέψας δὲ σὺν τῇ ἵππῳ τῶν ἑταίρων ὡς ἐπὶ τὸ δεξιὸν τῶν βαρβάρων ἦγε δρόμῳ. Καὶ πρῶτα μὲν τοῖς φεύγουσι τῶν πολεμίων ἱππεῦσι, τοῖς τε Παρθυαίοις καὶ τῶν Ἰνδῶν ἔστιν οἷς καὶ Πέρσαις τοῖς πλείστοις καὶ κρατίστοις ἐμβάλλει. (2) Καὶ ἱππομαχία αὖτη καρτερωτάτη τοῦ παντὸς ἔργου ξυνέστη. Ἐς βάθος τε γάρ, οἷα δὴ ἐς ἴλαδὸν τεταγμένοι, ἀνέστρεφον οἱ βάρβαροι καὶ ἀντιμέτωποι τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον ξυμπεσόντες οὔτε ἀκοντισμῷ ἔτι οὔτ' ἐξελιγμοῖς τῶν ἵππων, ἥπερ ἱππομαχίας δίκη, ἐχρῶντο, ἀλλὰ διεκπαῖσαι πᾶς τις τὸ καθ' αὑτόν, ὡς μόνην ταύτην σωτηρίαν σφίσιν οὖσαν ἐπειγόμενοι, ἔκοπτόν τε καὶ ἐκόπτοντο ἀφειδῶς, οἷα δὴ οὐχ ὑπὲρ νίκης ἀλλοτρίας ἔτι, ἀλλ' ὑπὲρ σωτηρίας οἰκείας ἀγωνι-

CAP. XV.

Interea, quum dubiæ initio essent Macedonum res, Parmenio confestim nuntium ad Alexandrum mittit, qui agmen suum in discrimine versari significet, auxilioque suo opus esse. Quæ ubi Alexandro nuntiata sunt, a persequendo ulterius hoste desistens et cum equitatu amicorum ad exercitum conversus in dextrum barbarorum cornu magna vi fertur. Ac primum quidem in fugientes hostium equites, Parthos nimirum et Indorum nonnullos, inque Persas plurimos fortissimosque irruit. (2) Ibi acrius quam usquam antea equestre prælium committitur : nam in altitudinem utpote turmatim constituti, se converterunt barbari, et in Alexandri copias ex adverso incidentes, non jam telorum jactu, non equorum evolutionibus equestris prælii more utebantur, sed penetrare suo quisque loco conantes, perinde ac si hac una in re eorum salus versaretur, citra discrimen cædebant simul et cædebantur, quasi jam non de

ζόμενοι. Καὶ ἐνταῦθα πίπτουσι μὲν ἀμφὶ ἑξήκοντα τῶν ἑταίρων τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ τιτρώσκεται Ἡφαιστίων τε αὐτὸς καὶ Κοῖνος καὶ Μενίδας· ἀλλὰ ἐκράτησε καὶ τούτων Ἀλέξανδρος.

3. Καὶ τούτων μὲν ὅσοι διεξέπεσον διὰ τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἔφευγον ἀνὰ κράτος· Ἀλέξανδρος δὲ ἐγγὺς ἦν προσμῖξαι ἤδη τῷ δεξιῷ κέρατι τῶν πολεμίων. Καὶ ἐν τούτῳ οἱ Θεσσαλοὶ ἱππεῖς λαμπρῶς ἀγωνισάμενοι οὐχ ὑπελείποντο Ἀλεξάνδρῳ τοῦ ἔργου· ἀλλὰ γὰρ ἔφευγον ἤδη οἱ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρως τῶν βαρβάρων, ὁπότε Ἀλέξανδρος αὐτοῖς ξυνέμιξεν, ὥστε ἀποτραπόμενος Ἀλέξανδρος ἐς τὸ διώκειν αὖθις Δαρεῖον ἐξώρμησε· καὶ ἐδίωξεν ἔστε φάος ἦν· (4) καὶ οἱ ἀμφὶ Παρμενίωνα τὸ καθ' αὑτοὺς διώκοντες εἵποντο. Ἀλλὰ Ἀλέξανδρος μὲν διαβὰς τὸν ποταμὸν τὸν Λύκον κατεστρατοπέδευσεν αὐτοῦ, ὡς ἀναπαῦσαι ὀλίγον τούς τε ἄνδρας καὶ τοὺς ἵππους· Παρμενίων δὲ τό τε στρατόπεδον τῶν βαρβάρων εἷλε καὶ τὰ σκευοφόρα καὶ τοὺς ἐλέφαντας καὶ τὰς καμήλους.

5. Ἀλέξανδρος δὲ ἀναπαύσας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἱππέας ἔστε ἐπὶ μέσας νύκτας προὐχώρει αὖθις κατὰ σπουδὴν ἐπ' Ἄρβηλα, ὡς Δαρεῖόν τε αἱρήσων ἐκεῖ καὶ τὰ χρήματα καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν τὴν βασιλικήν· καὶ ἀφίκετο ἐς Ἄρβηλα τῇ ὑστεραίᾳ, διώξας τοὺς πάντας ἐκ τῆς μάχης σταδίους μάλιστα ἐς ἑξακοσίους. Καὶ Δαρεῖον μὲν οὐ καταλαμβάνει ἐν Ἀρβήλοις, ἀλλὰ ἔφευγεν οὐδέν τι ἐλινύσας Δαρεῖος· τὰ χρήματα δὲ ἐγκατελήφθη καὶ ἡ κατασκευὴ πᾶσα, καὶ τὸ ἅρμα τὸ Δαρείου αὖθις ἐγκατελήφθη καὶ ἡ ἀσπὶς αὖθις καὶ τὰ τόξα ἑάλω.

6. Ἀπέθανον δὲ τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἀνδρες μὲν ἐς ἑκατὸν μάλιστα, ἵπποι δὲ ἔκ τε τῶν τραυμάτων καὶ τῆς κακοπαθείας τῆς ἐν τῇ διώξει ὑπὲρ τοὺς χιλίους, καὶ τούτων τῆς ἑταιρικῆς ἵππου σχεδόν τι οἱ ἡμίσεες. Τῶν βαρβάρων δὲ νεκρῶν μὲν ἐλέγοντο ἐς τριάκοντα μυριάδας, ἑάλωσαν δὲ πολλῷ πλείονες τῶν ἀποθανόντων καὶ οἱ ἐλέφαντες καὶ τῶν ἁρμάτων ὅσα μὴ κατεκόπη ἐν τῇ μάχῃ.

7. Τοῦτο τὸ τέλος τῇ μάχῃ ταύτῃ ἐγένετο ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθηναίοις Ἀριστοφάνους μηνὸς Πυανεψιῶνος· καὶ Ἀριστάνδρῳ ξυνέβη ἡ μαντεία ἐν τῷ αὐτῷ μηνὶ ἐν ὅτῳ ἡ σελήνη ἐκλιπὴς ἐφάνη, τήν τε μάχην Ἀλεξάνδρῳ καὶ τὴν νίκην γενέσθαι.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Δαρεῖος μὲν δὴ εὐθὺς ἐκ τῆς μάχης παρὰ τὰ ὄρη τὰ Ἀρμενίων ἤλαυνεν ἐπὶ Μηδίας, καὶ ξὺν αὐτῷ οἵ τε Βάκτριοι ἱππεῖς, ὡς τότε ἐν τῇ μάχῃ ξυνετάχθησαν, ἔφευγον καὶ Περσῶν οἵ τε συγγενεῖς οἱ βασιλέως καὶ τῶν μηλοφόρων καλουμένων οὐ πολλοί. (2) Προσεγένοντο δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν φυγὴν καὶ τῶν μισθοφόρων ξένων ἐς δισχιλίους, οὓς Πάρων τε ὁ Φωκεὺς καὶ Γλαῦκος ὁ Αἰ-

aliena victoria, sed de propria quisque salute dimicaret. In hac pugna ex amicis Alexandri circiter LX cæsi sunt, Hephæstione et Cœno ac Menida vulneratis. Sed et his Alexander superior evasit.

3. Reliqui enim, qui per eos qui circa Alexandrum erant penetrarunt, effusa fuga salutem sibi quæsierunt : jamque prope eo ventum erat ut Alexander cum dextro hostium cornu congrederetur : at Thessali equites re præclare gesta, nihil Alexandro conficiendum reliqui fecerant. Jam enim terga verterant Barbari qui ad dextrum cornu stabant, quum Alexander illis appropinquaret. Rursus itaque ad insequendum Darium conversus, non prius destitit quam nocte impediretur. (4) Parmenio etiam cum suo comitatu eos qui contra ipsum in acie steterant insequebatur. Alexander Lycum amnem transgressus, ibi castra posuit, ut milites pariter atque equi nonnihil sese relaxarent. Parmenio castris barbarorum potitus, impedimenta omnia et elephantos ac camelos cepit.

5. Alexander, equitibus qui circa ipsum erant quiete data, ad mediam noctem rursus ad Arbela contendit, quod Darium et pecuniam omnemque regium apparatum se ibi capturum sperabat. Postero itaque die eo pervenit insecutus omnino a pugna ad sexcenta stadia. Ac Darium quidem in Arbelis non offendit : fugerat enim nulla uspiam intermissione aut mora facta : pecuniam vero nactus est et omnem apparatum ; etiam currum et scutum Darii atque arcum denuo cepit.

6. Ab Alexandri partibus centum summum capita in eo prælio sunt desiderata ; equi, partim vulneribus acceptis, partim ex nimia in persequendo defatigatione, ultra mille, ex quibus dimidia pars fere ex amicorum equitatu erat. Ex barbaris vero circiter trecenta millia cæsa ferebantur, multoque major numerus captorum quam cæsorum fuit. Elephanti etiam omnes, et currus quotquot in prælio confracti non fuerant, in potestatem venerunt.

7. Hic fuit pugnæ exitus, archonte Athenis Aristophane, mense Pyanepsione. Atque ita Aristandri vaticinium verax fuit, nimirum eodem illo mense quo lunæ defectus visus erat, Alexandrum et prælium commissurum et victoria potiturum.

CAP. XVI.

Darius ex hoc prælio juxta montes Armeniæ in Mediam fugit, cumque eo et Bactrii equites, sicuti tunc in acie constiterant, et ex Persis cognati regis melophorique qui vocantur nonnulli. (2) Accesserunt etiam ad eum in fuga mercenariorum exterorum duo millia, quorum duces erant Paron Phocæus et Glaucus Ætolus. Porro hoc consilio in Mediam fugit, quod Alexandrum ex prælio Su-

τωλὸς ἦγον. Ταύτῃ δὲ αὐτῷ ἡ φυγὴ ἐπὶ Μηδίας ἐγίγνετο ὅτι ἐδόκει τὴν ἐπὶ Σούσων τε καὶ Βαβυλῶνος ἥξειν Ἀλέξανδρον ἐκ τῆς μάχης, ὅτι οἰκουμένη τε ἐκείνη πᾶσα ἦν καὶ ὁδὸς τοῖς σκευοφόροις οὐ χαλεπή, καὶ ἅμα τοῦ πολέμου τὸ ἄθλον ἡ Βαβυλὼν καὶ τὰ Σοῦσα ἐφαίνετο, ἡ δὲ ἐπὶ Μηδίας μεγάλῳ στρατεύματι οὐκ εὔπορος.

3. Καὶ οὐκ ἐψεύσθη Δαρεῖος. Ἀλέξανδρος γὰρ ἐξ Ἀρβήλων ὁρμηθεὶς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ἦν, καὶ τὴν δύναμιν ἔρει. Ἤδη τε οὐ πόρρω Βαβυλῶνος ἦν, καὶ τὴν δύναμιν ξυντεταγμένην ὡς ἐς μάχην ἦγε, καὶ οἱ Βαβυλώνιοι πανδημεὶ ἀπήντων αὐτῷ ξὺν ἱερεῦσί τε σφῶν καὶ ἄρχουσι, δῶρά τε ὡς ἕκαστοι φέροντες καὶ τὴν πόλιν ἐνδιδόντες καὶ τὴν ἄκραν καὶ τὰ χρήματα. (4) Ἀλέξανδρος δὲ παρελθὼν εἰς τὴν Βαβυλῶνα, τὰ ἱερὰ ἃ Ξέρξης καθεῖλεν ἀνοικοδομεῖν προσέταξε Βαβυλωνίοις, τά τε ἄλλα καὶ τοῦ Βήλου τὸ ἱερόν, ὃν μάλιστα θεῶν τιμῶσι Βαβυλώνιοι. Σατράπην δὲ κατέστησε Βαβυλῶνος Μαζαῖον, Ἀπολλόδωρον δὲ τὸν Ἀμφιπολίτην στρατηγὸν τῶν μετὰ Μαζαίου ὑπολειπομένων στρατιωτῶν, καὶ Ἀσκληπιόδωρον τὸν Φίλωνος τοὺς φόρους ἐκλέγειν. (5) Κατέπεμψε δὲ καὶ ἐς Ἀρμενίαν Μιθρίνην σατράπην, ὃς τὴν ἐν Σάρδεσιν ἀκρόπολιν Ἀλεξάνδρῳ ἐνέδωκεν. Ἔνθα δὴ καὶ τοῖς Χαλδαίοις ἐνέτυχε, καὶ ὅσα ἐδόκει Χαλδαίοις ἀμφὶ τὰ ἱερὰ τὰ ἐν Βαβυλῶνι ἔπραξε, τά τε ἄλλα καὶ τῷ Βήλῳ καθ' ἃ ἐκεῖνοι ἐξηγοῦντο ἔθυσεν.

6. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Σούσων ἐστέλλετο· καὶ ἐντυγχάνει αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν ὅ τε παῖς τοῦ Σουσίων σατράπου καὶ παρὰ Φιλοξένου ἐπιστολεύς. Φιλόξενον γὰρ εὐθὺς ἐκ τῆς μάχης ἐπὶ Σούσων ἐστάλκει Ἀλέξανδρος. Τῇ δὲ ἐπιστολῇ τῇ παρὰ Φιλοξένου ἐνεγέγραπτο, ὅτι τήν τε πόλιν οἱ Σούσιοι παραδεδώκασιν καὶ τὰ χρήματα πάντα σῶά ἐστιν Ἀλεξάνδρῳ. (7) Ἀφίκετο δὲ ἐς Σοῦσα Ἀλέξανδρος ἐκ Βαβυλῶνος ἐν ἡμέραις εἴκοσι· καὶ παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν τά τε χρήματα παρέλαβεν, ὄντα ἀργυρίου τάλαντα ἐς πεντακισμύρια, καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν τὴν βασιλικήν. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατελήφθη αὐτοῦ, ὅσα Ξέρξης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἄγων ἦλθε, τά τε ἄλλα καὶ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος χαλκαῖ εἰκόνες. (8) Καὶ ταύτας Ἀθηναίοις ὀπίσω πέμπει Ἀλέξανδρος, καὶ νῦν κεῖνται Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ αἱ εἰκόνες, ᾗ ἄνιμεν ἐς τὴν πόλιν, καταντικρὺ μάλιστα τοῦ Μητρῴου, οὐ μακρὰν τῶν Εὐδανέμων τοῦ βωμοῦ· ὅστις δὲ μεμύηται ταῖν θεαῖν ἐν Ἐλευσῖνι, οἶδε τὸν Εὐδανέμου βωμὸν ἐπὶ τοῦ δαπέδου ὄντα.

9. Ἐνταῦθα θύσας τῷ πατρίῳ νόμῳ Ἀλέξανδρος καὶ λαμπάδα ποιήσας καὶ ἀγῶνα γυμνικόν, καταλιπὼν σατράπην μὲν τῆς Σουσιανῆς Ἀβουλίτην, ἄνδρα Πέρσην, φρούραρχον δὲ ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Σούσων Μάζαρον τῶν ἑταίρων καὶ στρατηγὸν Ἀρχέλαον τὸν Θεοδώρου, προὐχώρει ὡς ἐπὶ Πέρσας· ἐπὶ θάλασσαν δὲ κατέπεμψεν ὕπαρχον Συρίας καὶ Φοινίκης καὶ Κιλικίας Μένητα. (10) Καὶ τούτῳ ἔδωκεν ἀργυρίου τάλαντα ἐς τρισχίλια φέρειν ἐπὶ θάλασσαν, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀποστεῖλαι παρ' Ἀντίπατρον ὅσων ἂν δέηται Ἀντίπατρος ἐς τὸν πρὸς

sas et Babylonem profecturum existimabat : quia omnis ea regio cultoribus frequens esset, atque iter impedimentis vehendis non incommodum ; præterea quod Babylon et Susæ præmia quodammodo belli fore viderentur, iter vero in Mediam ingenti exercitui ducendo parum commodum.

3. Neque eum sua opinio fefellit. Alexander enim ex Arbelis movens, recta Babylonem est profectus. Jamque non procul Babylone aberat, quum instructa ad pugnandum acie exercitum duxit. Babyloniorum universa multitudo portis effusa, cum sacerdotibus et principibus civitatis Alexandro obviam ivit, munera certatim offerentes, urbemque et arcem cum pecunia tradentes. (4) Alexander Babylonem ingressus, templa quæ Xerxes subverterat, instaurare Babylonios jussit, et in his templum Beli, quem præcipue deum Babylonii colunt. Satrapam eis constituit Mazæum, Apollodorum vero Amphipolitem prætorem eorum militum qui cum Mazæo relicti erant, et Asclepiodorum Philonis filium tributis cogendis præfecit. (5) Mithrinem etiam satrapam in Armeniam misit, qui Sardium arcem Alexandro tradiderat. Chaldæos quoque in hac urbe consuluit, et quæcunque circa templorum instaurationem facienda monuerunt, peregit, atque inter cetera Belo ex ipsorum consilio sacrum fecit.

6. Ipse inde Susas movit : in itinere obvium habuit filium satrapæ Susiorum, et tabellarium cum literis a Philoxeno, quem Alexander statim ex prælio Susas miserat. Epistolæ sententia hæc erat, Susios urbem tradidisse, omnemque pecuniam Alexandro salvam esse. (7) E Babylone Susas vigesimo die pervenit, urbemque ingressus, pecuniam omnem, quinquaginta circiter millia talentûm argenti, reliquumque apparatum regium accepit. Multa præterea alia ibi reperta sunt, quæ Xerxes e Græcia attulerat : inter quæ Harmodii et Aristogitonis æneæ statuæ, (8) quas quidem Atheniensibus postea remisit Alexander, et in hunc usque diem Athenis in Ceramico habentur, ea parte qua ad urbem ascendimus, e regione Metroi, non procul ab ara Eudanemi : quam quisquis Eleusiniis sa ris initiatus est in porticu sitam esse non ignorat.

9. Eo loco Alexander patrio more lampades gestantium certamina ludosque gymnicos edidit. Inde Abulite homine Persa satrapa Susianis relicto, Mazaroque uno ex amicis præfecto præsidii arcis, et Archelao Theodori filio prætore constituto, in Persas movit. Ad mare Menetem misit, Syriæ, Phœniciæ et Ciliciæ præsidem. (10) Huic tria millia talentûm argenti ad mare vehenda tradit, jubetque ut ex iis Antipatro tantum quantum ad bellum cum

Λακεδαιμονίους πόλεμον. Ἐνταῦθα καὶ Ἀμύντας ὁ Ἀνδρομένους ξὺν τῇ δυνάμει ἀφίκετο ἣν ἐκ Μακεδονίας ἦγε. (11) Καὶ τούτων τοὺς μὲν ἱππέας ἐς τὴν ἵππον τὴν ἑταιρικὴν κατέταξεν Ἀλέξανδρος, τοὺς πεζοὺς δὲ προσέθηκε ταῖς τάξεσι ταῖς ἄλλαις, κατὰ ἔθνη ἑκάστους ξυντάξας. Κατέστησε δὲ καὶ λόχους δύο ἐν ἑκάστῃ ἴλῃ, οὐ πρόσθεν ὄντας λόχους ἱππικούς, καὶ λοχαγοὺς ἐπέστησε τοὺς κατ' ἀρετὴν προκριθέντας ἐκ τῶν ἑταίρων.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Ἄρας δὲ ἐκ Σούσων καὶ διαβὰς τὸν Πασιτίγρην ποταμὸν ἐμβάλλει εἰς τὴν Οὐξίων γῆν. Οὐξίων δὲ οἱ μὲν τὰ πεδία οἰκοῦντες τοῦ τε σατράπου τῶν Περσῶν ἤκουον καὶ τότε Ἀλεξάνδρῳ σφᾶς ἐνέδοσαν· οἱ δὲ ὄρειοι καλούμενοι Οὔξιοι Πέρσαις τε οὐχ ὑπήκοοι ἦσαν, καὶ τότε πέμψαντες παρ' Ἀλέξανδρον οὐκ ἄλλως παρήσειν ἔφασαν τὴν ἐπὶ Πέρσας ἰόντα ξὺν τῇ δυνάμει ἢ λαβεῖν ὅσα καὶ παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως ἐπὶ τῇ παρόδῳ ἐλάμβανον. (2) Καὶ τούτους ἀποπέμπει Ἀλέξανδρος, ἥκειν κελεύσας ἐπὶ τὰ στενὰ ὧν κρατοῦντες ἐπὶ σφίσιν ἐδόκουν τὴν πάροδον εἶναι τὴν ἐς Πέρσας, ἵνα καὶ παρ' αὐτοῦ λάβοιεν τὰ τεταγμένα. Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τοὺς σωματοφύλακας τοὺς βασιλικοὺς καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς ἐς ὀκτακισχιλίους τῆς νυκτὸς ἦει ἄλλην ἢ τὴν φανεράν, ἡγησαμένων αὐτῷ τῶν Σουσίων. (3) Καὶ διελθὼν ὁδὸν τραχεῖαν καὶ δύσπορον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐπιπίπτει ταῖς κώμαις τῶν Οὐξίων, καὶ λείαν τε πολλὴν ἔλαβε καὶ αὐτῶν ἔτι ἐν ταῖς εὐναῖς ὄντων πολλοὺς κατέκτεινεν· οἱ δὲ ἀπέφυγον εἰς τὰ ὄρη. Αὐτὸς δὲ ἦει σπουδῇ ἐπὶ τὰ στενά, ἵνα ἀπαντήσεσθαι οἱ Οὔξιοι πανδημεὶ ἐδόκουν, ληψόμενοι τὰ τεταγμένα. (4) Κράτερον δὲ ἔτι πρόσθεν ἀπέστειλε τὰ ἄκρα καταληψόμενον ἔνθα ᾧετο βιαζομένους τοὺς Οὐξίους ἀποχωρήσειν. Αὐτὸς δὲ πολλῷ τάχει ἦει· καὶ φθάνει τε κρατήσας τῶν παρόδων καὶ ξυντεταγμένους τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἔχων ἐξ ὑπερδεξίων χωρίων ἐπῆγεν ὡς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. (5) Οἱ δέ, τῷ τε τάχει τῷ Ἀλεξάνδρου ἐκπλαγέντες καὶ τοῖς χωρίοις, οἷς μάλιστα δὴ ἐπεποίθεσαν, πλεονεκτούμενοι ἔφυγον οὐδὲ εἰς χεῖρας ἐλθόντες· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ὑπὸ τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἐν τῇ φυγῇ ἀπέθανον, πολλοὶ δὲ καὶ κατὰ τὴν ὁδόν, κρημνώδη οὖσαν· οἱ πλεῖστοι δὲ ἐπὶ τὰ ὄρη ἀναφεύγοντες ἐμπίπτουσιν ἐς τοὺς ἀμφὶ Κράτερον καὶ ὑπὸ τούτων ἀπώλοντο. (6) Ταῦτα τὰ γέρα παρ' Ἀλεξάνδρου λαβόντες χαλεπῶς εὕροντο δεόμενοι παρ' αὐτοῦ τὴν χώραν τὴν σφῶν ἔχοντες φόρους ὅσα ἔτη Ἀλεξάνδρῳ ἀποφέρειν. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει τὴν Δαρείου μητέρα δεηθῆναι ὑπὲρ αὐτῶν Ἀλεξάνδρου δοῦναί σφισι τὴν χώραν οἰκεῖν. Ὁ φόρος δὲ ὁ συνταχθεὶς ἦν ἵπποι ἐς ἔτος ἑκατὸν καὶ ὑποζύγια πεντακόσια καὶ πρόβατα τρισμύρια· χρήματα γὰρ οὐκ ἦν Οὐξίοις οὐδὲ ἡ γῆ οἷα ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ νομεῖς αὐτῶν οἱ πολλοὶ ἦσαν.

Lacedæmoniis gerendum sufficiat, mittat. Eo loci Amyntas Andromenis F. cum exercitu quem ex Macedonia ducebat venit. (11) Atque equites quidem Alexander ad amicorum equitatum conjunxit : pedites vero in suæ quosque gentis ordines distribuit. Duas præterea in singulis alis turmas constituit, quum antea equestres turmæ nullæ fuissent : quarum ductores ex amicis eos qui virtute bellica præstitissent delegit.

CAP. XVII.

Deinde Susis cum exercitu movens, Pasitigrim amnem transgressus, Uxiorum regionem ingreditur. Et Uxii quidem plana incolentes, quum Persarum satrapæ parerent, Alexandro deditionem fecerunt : at vero Uxii, quos montanos vocant, et qui Persis subditi non erant, Alexandro nuntiant, se nequaquam passuros ut cum exercitu in Persas transiret, nisi tantundem daret quantum a Persarum regibus pro transitu accipere soliti essent. (2) Quos Alexander remittit, utque angustias illas insideant jubet, quibus occupatis in sua potestate esse transitum in Persiam crederent, ut ab ipso quoque pecuniam pendi solitam accipiant. Ipse sumptis secum corporis custodibus regiis, et scutatis, atque ex reliquo exercitu octo circiter millibus, aliam quam quæ conspicua erat viam noctu ingressus est, Susiis ductoribus usus. (3) Via itaque difficili atque ardua superata, uno die in vicos Uxiorum pervenit, ubi et magna præda potitus est, multosque eorum adhuc somno pressos interfecit : alii in montes diffugiunt. Ipse celeriter ad eas fauces contendit, ad quas confluxuros catervatim Uxios censebat, ad pactam transitus mercedem recipiendam. (4) At Craterum antea præmiserat ad juga montium occupanda, in quæ Uxios pressos sese recepturos existimabat. Ipse gressum accelerans transitum occupat, iisque qui circa ipsum erant in ordines redactis, in barbaros ex editioribus maximeque opportunis locis fertur. (5) Barbari celeritate Alexandri consternati, quum eos locos, in quibus plurimum fiduciæ posuerant, ereptos sibi esse cernerent, non tentato conflictu in fugam vertuntur. Horum multi ab Alexandri comitatu in fuga interficiuntur : multi per abrupta viarum præcipitia ruunt : plurimi vero ad juga montium confugientes, in Crateri copias incidunt, et ab iis cæduntur. (6) Hac mercede accepta, ægre multis precibus ab Alexandro impetrarunt, ut agrorum suorum possessione ipsis relicta annua tributa penderent. Ptolemæus Lagi filius autor est, Darii matrem pro iis Alexandro supplicasse, agrumque ejus rogatu illis incolendum esse datum. Tributum annuum iis impositum ejuscemodi fuit : equi centum, jumenta quingenta, pecudum triginta millia. Neque enim moneta Uxii utebantur, neque agros ad colendum aptos habebant, sed plerique eorum pecori pascendo vacabant.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Ἐκ δὲ τούτου τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ τοὺς Θεσσαλοὺς ἱππέας καὶ τοὺς ξυμμάχους καὶ τοὺς μισθοφόρους τοὺς ξένους καὶ ὅσοι ἄλλοι τοῦ στρατεύματος βαρύτερον ὡπλισμένοι [ἦσαν] ξὺν Παρμενίωνι ἐκπέμπει, ὡς ἐπὶ Πέρσας ἄγειν κατὰ τὴν ἀμαξιτὸν τὴν ἐς Πέρσας φέρουσαν. (2) Αὐτὸς δὲ τοὺς πεζοὺς τοὺς Μακεδόνας ἀναλαβὼν καὶ τὴν ἵππον τὴν ἑταιρικὴν καὶ τοὺς προδρόμους ἱππέας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς τοξότας ἦει σπουδῇ τὴν διὰ τῶν ὀρῶν. Ὡς δὲ ἐπὶ τὰς πύλας τὰς Περσίδας ἀφίκετο, καταλαμβάνει αὐτοῦ Ἀριοβαρζάνην τὸν Περσῶν σατράπην, πεζοὺς μὲν ἐς τετρακισμυρίους ἔχοντα, ἱππέας δὲ ἐς ἑπτακοσίους, διατετειχικότα τὰς πύλας καὶ αὐτοῦ πρὸς τῷ τείχει ἑστρατοπεδευκότα, ὡς εἴργειν τῆς παρόδου Ἀλέξανδρον.

3. Τότε μὲν δὴ αὐτοῦ κατεστρατοπεδεύσατο· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ξυντάξας τὴν στρατιὰν ἐπῆγε τῷ τείχει. Ὡς δὲ ἄπορόν τε διὰ δυσχωρίαν ἐφαίνετο αἱρεθῆναι καὶ πολλὰς πληγὰς οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἐλάμβανον ἐξ ὑπερδεξίου τε χωρίου καὶ ἀπὸ μηχανῶν βαλλόμενοι, τότε μὲν ἀποχωρεῖ ἐς τὸ στρατόπεδον· (4) τῶν δὲ αἰχμαλώτων φρασάντων ἄλλην ὁδὸν περιάξειν αὐτόν, ὡς εἴσω παρελθεῖν τῶν πυλῶν, ἐπεὶ τραχεῖαν τὴν ὁδὸν καὶ στενὴν ἐπύθετο, Κράτερον μὲν αὐτοῦ καταλείπει ἐπὶ στρατοπέδου, τήν τε αὐτοῦ τάξιν ἔχοντα καὶ τὴν Μελεάγρου καὶ τῶν τοξοτῶν ὀλίγους καὶ τῶν ἱππέων ἐς πεντακοσίους, (5) καὶ προστάττει αὐτῷ, ἐπειδὰν ἐκπεριελήλυθότα αὐτὸν αἴσθηται καὶ προσάγοντα ἤδη τῷ στρατοπέδῳ τῶν Περσῶν (αἰσθήσεσθαι δὲ οὐ χαλεπῶς, σημανεῖν γὰρ αὐτῷ τὰς σάλπιγγας), τότε δὲ προσβαλεῖν τῷ τείχει· αὐτὸς δὲ προϊὼν ἀνύκτωρ, καὶ διελθὼν ὅσον ἑκατὸν σταδίους ἀναλαμβάνει τοὺς ὑπασπιστὰς καὶ τὴν Περδίκκου τάξιν καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς κουφοτάτους καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τῶν ἑταίρων τὴν ἴλην τὴν βασιλικὴν καὶ τετραρχίαν πρὸς ταύτῃ μίαν ἱππικήν, καὶ ξὺν τούτοις ἦει ἐπικάμψας ὡς ἐπὶ τὰς πύλας ἵν' οἱ αἰχμάλωτοι ἦγον. (6) Ἀμύνταν δὲ καὶ Φιλώταν καὶ Κοῖνον τὴν ἄλλην στρατιὰν ὡς ἐπὶ τὸ πεδίον ἄγειν καὶ τὸν ποταμὸν ὃν ἐχρῆν περᾶσαι ἰόντι ἐπὶ Πέρσας γεφυροῦν ἐκέλευσεν· αὐτὸς δὲ ἦει ὁδὸν χαλεπὴν καὶ τραχεῖαν καὶ ταύτην δρόμῳ τὸ πολὺ ἦγε. Τὴν μὲν δὴ πρώτην φυλακὴν τῶν βαρβάρων πρὶν φόρους ἐπιπεσὼν διέφθειρε καὶ τῶν δευτέρων τοὺς πολλούς· (7) τῆς τρίτης δὲ οἱ πλείους διέφυγον, καὶ οὐδὲ οὗτοι ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Ἀριοβαρζάνου ἔφυγον, ἀλλ' αὐτόθεν ὡς εἶχον ἐς τὰ ὄρη πεφοβημένοι, ὥστε ἔλαθεν ὑπὸ τὴν ἕω ἐπιπεσὼν τῷ στρατοπέδῳ τῶν πολεμίων. Καὶ ἅμα μὲν προσέβαλλε τῇ τάφρῳ, ἅμα δὲ αἱ σάλπιγγες ἐσήμαινον τοῖς ἀμφὶ Κράτερον, καὶ Κράτερος προσῆγε τῷ προτειχίσματι. (8) Οἱ πολέμιοι δὲ πάντοθεν ἀμφίβολοι γιγνόμενοι οὐδὲ ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἔφυγον, ἀλλὰ πανταχόθεν γὰρ εἴργοντο, τῇ μὲν Ἀλεξάνδρου ἐπικειμένου, ἄλλῃ δὲ τῶν ἀμφὶ Κράτερον παραθεόντων, ὥστε

CAP. XVIII.

Posthæc Alexander sarcinas et impedimenta Thessalosque equites ac socios et mercenarios exteros reliquumque exercitum gravioris armaturæ cum Parmenione mittit, qui eos in Persas via curribus apta ducat. (2) Ipse peditatu Macedonum secum sumpto equitatuque amicorum atque equitibus antecursoribus simulque Agrianis et sagittariis, per montana citatim iter facit. Postquam vero ad pylas Persidis ventum est, Ariobarzanem ibi reperit Persarum satrapam, cum peditum prope quattuor millibus, equitibus circiter septingentis, ipsasque fauces muro clausisse, et juxta murum castris positis transitu prohibere Alexandrum instituisse.

3. Primo itaque adventu ibi castra locat : postero autem die instructo exercitu muri oppugnationem aggreditur. Cæterum quum ob asperitatem loci difficillima expugnatio fore videretur, quod sui multa vulnera excipiebant, partim ex editioribus locis partim ex machinis icti, tum quidem temporis exercitum ab oppugnatione revocavit. (4) Pollicentibus autem captivorum nonnullis, sese alia via circunducturos, qua juxta pylas introitus pateret, ut audivit tramites illos arduos angustosque esse, Craterum in castris relinquit, ad ejus agmen Meleagri etiam copiis et sagittariorum nonnullis atque equitibus quingentis adjunctis. (5) Huic imperat, ut simul ac se pertransisse senserit et Persarum castris imminere, (quod quidem haud difficulter ex tubarum clangoribus sensurus esset) impetum in murum faciat. Ipse per noctem ad centum stadia progressus, assumptis scutatis et Perdiccæ agmine sagittariisque expeditioribus et Agrianis atque ex amicis turma regia, additaque his tetrarchia equestri una, flexo itinere ad pylas contendit, ea qua captivi ducebant via. (6) Amyntam autem, Philotam et Cœnum reliquum exercitum per plana ducere jubet. Flumen præterea, quod in Persiam euntibus transeundum erat, ponte jungi mandat. Ipse viam difficilem asperamque persequitur, eamque magna ex parte cursu peregit. Quumque ad primam barbarorum stationem ante lucem venisset, custodes trucidat. Secundæ deinde stationis custodibus etiam plerisque cæsis, (7) quum ad tertiam venit, complures diffugerunt, sed ne hi quidem in castra Ariobarzanis fugerunt : sed inde in montes, prout quisque potuit, sese metu perculsi proripuerunt : adeo ut sub auroram inopinato castra hostium sit adortus. Simulac ad fossam castrorum perventum est, Craterus signo tubæ exaudito, impetum in murum facit. (8) Hostes summa consilii inopia laborantes, ne tentata quidem pugna in fugam vertuntur. Cæterum quum omni ex parte intercluderentur, hac enim Alexander premebat, illac Crateri copiæ infestæ occurre-

ἠναγκάσθησαν οἱ πολλοὶ αὐτῶν ἐς τὰ τείχη ἀποστρέψαντες φεύγειν· εἴχετο δὲ καὶ τὰ τείχη πρὸς τῶν Μακεδόνων ἤδη. (9) Ἀλέξανδρος γὰρ τοῦτο αὐτὸ ὅπερ ξυνέβη ὑποτοπήσας Πτολεμαῖον ἀπολελοίπει αὐτοῦ, ἔχοντα τῶν πεζῶν ἐς τρισχιλίους, ὥστε οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν βαρβάρων ἐν χερσὶ πρὸς τῶν Μακεδόνων κατεκόπησαν· οἱ δὲ καὶ ἐν τῇ φυγῇ, φοβερᾷ γενομένῃ, κατὰ τῶν κρημνῶν ῥίψαντες ἀπώλοντο· αὐτὸς δὲ ὁ Ἀριοβαρζάνης ξὺν ὀλίγοις ἱππεῦσιν ἐς τὰ ὄρη ἀπέφυγεν.

10. Ἀλέξανδρος δὲ σπουδῇ αὖθις ἦγεν ὡς ἐπὶ τὸν ποταμόν, καὶ καταλαμβάνει ἤδη πεποιημένην ἐπ' αὐτοῦ γέφυραν, καὶ διαβαίνει ξὺν τῇ στρατιᾷ εὐπετῶς. Ἐντεῦθεν δὲ αὖθις σπουδῇ ἤλαυνεν ἐς Πέρσας, ὥστε ἔφθη ἀφικέσθαι πρὶν τὰ χρήματα διαρπάσασθαι τοὺς φύλακας. Ἔλαβε δὲ καὶ τὰ ἐν Πασαργάδαις χρήματα ἐν τοῖς Κύρου τοῦ πρώτου θησαυροῖς. (11) Σατράπην μὲν δὴ Περσῶν κατέστησε Φρασαόρτην τὸν Ῥεομίθρου παῖδα· τὰ βασίλεια δὲ τὰ Περσικὰ ἐνέπρησε, Παρμενίωνος σώζειν ξυμβουλεύοντος, τά τε ἄλλα [καὶ] ὅτι οὐ καλὸν αὐτοῦ κτήματα ἤδη ἀπολλύναι, καὶ ὅτι οὐχ ὡσαύτως προσέξουσιν αὐτῷ οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἄνθρωποι, ὡς οὐδὲ αὐτῷ ἐγνωκότι κατέχειν τῆς Ἀσίας τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ ἐπελθεῖν μόνον νικῶντα. (12) Ὃ δὲ τιμωρήσασθαι ἐθέλειν Πέρσας ἔφασκεν ἀνθ' ὧν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλάσαντες τάς τε Ἀθήνας κατέσκαψαν καὶ τὰ ἱερὰ ἐνέπρησαν, καὶ ὅσα ἄλλα κακὰ τοὺς Ἕλληνας εἰργάσαντο, ὑπὲρ τούτων δίκας λαβεῖν. Ἀλλ' οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ σὺν νῷ δρᾶσαι τοῦτό γε Ἀλέξανδρος οὐδὲ εἶναί τις αὕτη Περσῶν τῶν πάλαι τιμωρία.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος προὐχώρει ἐπὶ Μηδίας· ἐκεῖ γὰρ ἐπυνθάνετο εἶναι Δαρεῖον. Γνώμην δὲ πεποίητο Δαρεῖος, εἰ μὲν ἐπὶ Σούσων καὶ Βαβυλῶνος μένοι Ἀλέξανδρος, αὐτοῦ προσμένειν καὶ αὐτὸς ἐν Μήδοις, εἰ δή τι νεωτερισθείη τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον· εἰ δ' ἐλαύνοι ἐπ' αὐτόν, αὐτὸς δὲ ἄνω ἰέναι τὴν ἐπὶ Παρθυαίους τε καὶ Ὑρκανίαν, ἔστε ἐπὶ Βάκτρα τήν τε χώραν φθείρων πᾶσαν καὶ ἄπορον ποιῶν Ἀλεξάνδρῳ τὴν πρόσω ὁδόν. (2) Τὰς μὲν δὴ γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην τὴν ἔτι ἀμφ' αὐτὸν κατασκευὴν καὶ τὰς ἁρμαμάξας ἐπὶ τὰς Κασπίας καλουμένας πύλας πέμπει· αὐτὸς δὲ ξὺν τῇ δυνάμει ἥτις ἐκ τῶν παρόντων ξυνείλεκτο αὐτῷ προσέμενεν ἐν Ἐκβατάνοις. Ταῦτα ἀκούων Ἀλέξανδρος προὐχώρει ἐπὶ Μηδίας. Καὶ Παραιτάκας μὲν ἐς τὴν χώραν αὐτῶν ἐμβαλὼν κατεστρέψατο καὶ σατραπεύειν ἔταξεν αὐτῶν Ὀξάθρην τὸν Ἀβουλίτου τοῦ [πρότερον] Σούσων σατράπου παῖδα· (3) αὐτὸς δὲ ὡς ἠγγέλθη κατὰ τὴν ὁδὸν ὅτι ἐγνωκὼς εἴη Δαρεῖος ἅπαντάν τε αὐτῷ ὡς ἐς μάχην καὶ αὖθις διακινδυνεύειν (Σκύθας τε γὰρ αὐτῷ ἥκειν καὶ Καδουσίους συμμάχους), τὰ μὲν ὑποζύγια καὶ τοὺς τούτων φύλακας καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν ἕπεσθαι ἐκέλευσε· τὴν

bant, plerique eorum muros cursu repetere sunt coacti: et jam Macedones muros occuparant. (9) Alexander enim id ipsum quod evenerat ante suspicatus, Ptolemæum eo loci cum peditum tribus millibus reliquerat. Maxima itaque barbarorum pars a Macedonibus trucidata est: alii fuga terroris plena, in præcipitia delapsi, periere. Ariobarzanes cum paucis equitibus in montes effugit.

5. Antequam vero flumen trajiceret, seligens ex Macedonibus qui aut præ ætate aut vulneribus inepti ad pugnam erant, et ex Thessalis qui voluntarii remanserant, domum remisit. Stasanorem quoque, unum ex amicis, in

τῶν ἑταίρων, ἐς Ἀρείους, προστάξας Ἀρσάμην μὲν τὸν σατράπην τῶν Ἀρείων ξυλλαβεῖν, ὅτι ἐθελοκακεῖν αὐτῷ Ἀρσάμης ἔδοξεν, αὐτὸν δὲ σατράπην εἶναι ἀντ' ἐκείνου Ἀρείων.

6. Περάσας δὲ τὸν Ὦξον ποταμὸν ἦγε κατὰ σπουδὴν ἵνα Βῆσσον εἶναι ξὺν τῇ δυνάμει ἐπυνθάνετο. Καὶ ἐν τούτῳ ἀφικνοῦνται παρὰ Σπιταμένους καὶ Δαταφέρνου πρὸς αὐτὸν ἀγγέλλοντες ὅτι Σπιταμένης καὶ Δαταφέρνης, εἰ πεμφθείη αὐτοῖς καὶ ὀλίγη στρατιὰ καὶ ἡγεμὼν τῇ στρατιᾷ, ξυλλήψονται Βῆσσον καὶ παραδώσουσιν Ἀλεξάνδρῳ· ἐπεὶ καὶ νῦν ἀδέσμῳ φυλακῇ φυλάσσεσθαι πρὸς αὐτῶν Βῆσσον. (7) Ταῦτα ὡς ἤκουσεν Ἀλέξανδρος, αὐτὸς μὲν ἀναπαύων ἦγε τὴν στρατιὰν σχολαίτερον ἢ πρόσθεν· Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου ἀποστέλλει τῶν τε ἑταίρων ἱππαρχίας τρεῖς ἄγοντα καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς ξύμπαντας, πεζῶν δὲ τήν τε Φιλώτα τάξιν καὶ τῶν ὑπασπιστῶν χιλιαρχίαν μίαν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας πάντας καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας, σπουδῇ ἐλαύνειν κελεύσας ὡς Σπιταμένην τε καὶ Δαταφέρνην. Καὶ Πτολεμαῖος ἦει ὡς ἐτέτακτο, καὶ διελθὼν ἐν ἡμέραις τέσσαρσι σταθμοὺς δέκα ἀφικνεῖται ἐς τὸ στρατόπεδον οὗ τῇ προτεραίᾳ ἡλισμένοι ἦσαν οἱ ἀμφὶ τὸν Σπιταμένην βάρβαροι.

ΚΕΦ. Λ'.

Ἐνταῦθα ἔμαθε Πτολεμαῖος ὅτι οὐ βεβαία τῷ Σπιταμένῃ καὶ Δαταφέρνῃ ἡ γνώμη ἐστὶν ἀμφὶ τῇ παραδόσει τοῦ Βήσσου. Τοὺς μὲν δὴ πεζοὺς κατέλιπε, προστάξας ἕπεσθαι ἐν τάξει, αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς ἱππεῦσιν ἐλάσας ἀφίκετο πρὸς κώμην τινά, ἵν' ὁ Βῆσσος ἦν ξὺν ὀλίγοις στρατιώταις. (2) Οἱ γὰρ ἀμφὶ τὸν Σπιταμένην μετακεχωρήκεσαν ἤδη ἐκεῖθεν, καταιδεσθέντες αὐτοὶ παραδοῦναι τὸν Βῆσσον. Πτολεμαῖος δὲ περιστήσας ἐν κύκλῳ τῆς κώμης τοὺς ἱππέας (ἦν γάρ τι καὶ τεῖχος περιβεβλημένον καὶ πύλαι κατ' αὐτό), ἐπεκηρυκεύετο τοῖς ἐν τῇ κώμῃ βαρβάροις, ἀπαθεῖς σφᾶς ἀπαλλάσσεσθαι παραδόντας Βῆσσον. Οἱ δὲ ἐδέχοντο τοὺς ξὺν Πτολεμαίῳ ἐς τὴν κώμην. (3) Καὶ Πτολεμαῖος ξυλλαβὼν Βῆσσον ὀπίσω ἐπανήει· προπέμψας δὲ ἤρετο Ἀλέξανδρον ὅπως χρὴ ἐς ὄψιν ἄγειν Ἀλεξάνδρου Βῆσσον. Καὶ Ἀλέξανδρος γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντα οὕτως ἄγειν ἐκέλευσε καὶ καταστήσαντα ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ ᾗ αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ παρελάσεσθαι ἔμελλε. Καὶ Πτολεμαῖος οὕτως ἐποίησεν.

4. Ἀλέξανδρος δὲ ἰδὼν τὸν Βῆσσον ἐπιστήσας τὸ ἅρμα ἤρετο ἀνθ' ὅτου τὸν βασιλέα τὸν αὑτοῦ καὶ ἅμα οἰκεῖον καὶ εὐεργέτην γενόμενον Δαρεῖον τὰ μὲν πρῶτα ξυνέλαβε καὶ δήσας ἦγεν, ἔπειτα ἀπέκτεινε. Καὶ ὁ Βῆσσος οὐ μόνῳ οἱ ταῦτα δόξαντα πρᾶξαι ἔφη, ἀλλὰ ξὺν τοῖς τότε ἀμφὶ Δαρεῖον οὖσιν, ὡς σωτηρίαν σφίσιν εὑρέσθαι παρ' Ἀλεξάνδρου. (5) Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ τοῖσδε μαστιγοῦν ἐκέλευεν αὐτὸν καὶ ἐπιλέγειν τὸν κήρυκα

Arios mittit, qui Arsamen Ariorum satrapam comprehenderet, quod mali aliquid moliri videbatur: utque ipse ejus loco satrapatum obtineat jubet.

6. Trajecto autem amne Oxo, celeriter eo exercitum duxit, ubi Bessum cum copiis esse acceperat. Interea nuntii ad eum a Spitamene et Datapherne veniunt, pollicentes, si aliquem ex ducibus suis cum aliquantis copiis mitteret, sese Bessum comprehensum Alexandro tradituros esse. In custodia enim illum, citra vincula tamen, teneri. (7) Qua re cognita, Alexander relaxationem dans lentius quam antea exercitum duxit. Ac Ptolemæum quidem Lagi filium cum tribus amicorum equitum turmis et hastatis equitibus omnibus, ex peditibus vero Philotæ agmine et scutatis mille Agrianisque omnibus ac sagittariorum dimidia parte, ut ad Spitamenem et Dataphernem celeriter contendat jubet. Ptolemæus imperata facit, et decem mansionum iter quatriduo emensus, eo pervenit ubi pridie barbari cum Spitamene castra habuerant.

CAP. XXX.

Ibi certior factus est, dubiam esse Spitamenis et Dataphernis de tradendo Besso sententiam. Peditibus itaque relictis, et composito agmine sequi jussis, ipse cum equitatu progressus ad vicum quendam venit, in quo Bessus cum paucis militibus agebat. (2) Nam qui cum Spitamene erant jam inde abierant, quod eos Bessum tradere pudebat. Ptolemæus, pago equitibus circumsesso (erat enim pagus muro et portis cinctus), barbaris paganis denuntiari jubet, incolumes eos abituros, si Bessum tradant. Barbari Ptolemæum cum suis copiis intromittunt. (3) Ptolemæus capto Besso ad Alexandrum revertitur: nuntiumque præmittit, qui percontetur quomodo illum in conspectum suum adduci velit. Alexander nudum capistro alligatum adduci jubet, et ad dextrum viæ latus, qua sibi cum exercitu transeundum esset, sisti. Ptolemæus ita ut imperatum ei est facit.

4. Alexander Bessum conspicatus, currum sistens, rogavit quam ob causam Darium regem suum pariter atque amicum et optime de se meritum, comprehensum et in vinculis ductum interfecisset. Cui Bessus, non ex suo unius consilio id factum fuisse, sed omnium qui tum temporis Dario adfuerant, uti ea ratione salutem sibi apud Alexandrum invenirent. (5) Tum Alexander Bessum flagris cædi jussit, ac per præconem pronuntiari eadem illa quæ

ταὐτὰ ἐκεῖνα ὅσα αὐτὸς τῷ Βήσσῳ ἐν τῇ πύστει ὠνείδισε. Βῆσσος μὲν δὴ οὕτως αἰκισθεὶς ἀποπέμπεται ἐς Βάκτρα ἀποθανούμενος. Καὶ ταῦτα Πτολεμαῖος ὑπὲρ Βήσσου ἀνέγραψεν· Ἀριστόβουλος δέ, τοὺς ἀμφὶ Σπιταμένην τε καὶ Δαταφέρνην Πτολεμαίῳ ἀγαγεῖν Βῆσσον καὶ παραδοῦναι Ἀλεξάνδρῳ γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντας.

6. Ἀλέξανδρος δὲ ἀναπληρώσας τὸ ἱππικὸν ἐκ τῶν αὐτόθεν ἵππων (πολλοὶ γὰρ αὐτῷ ἵπποι ἔν τε τῇ ὑπερβολῇ τοῦ Καυκάσου καὶ ἐν τῇ ἐπὶ τὸν Ὦξόν τε καὶ ἀπὸ τοῦ Ὤξου πορείᾳ ἐξέλιπον) ὡς ἐπὶ Μαράκανδα ἦγε· τὰ δέ ἐστι βασίλεια τῆς Σογδιανῶν χώρας. (7) Ἔνθεν δὲ ἐπὶ τὸν Τάναϊν ποταμὸν προῆει. Τῷ δὲ Ταναΐδι τούτῳ, ὃν δὴ καὶ Ἰαξάρτην ἄλλῳ ὀνόματι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων βαρβάρων καλεῖσθαι λέγει Ἀριστόβουλος, αἱ πηγαὶ μὲν ἐκ τοῦ Καυκάσου ὄρους καὶ αὐτῷ εἰσιν· ἐξίησι δὲ καὶ οὗτος ὁ ποταμὸς ἐς τὴν Ὑρκανίαν θάλασσαν. (8) Ἄλλος δ' ἂν εἴη Τάναϊς ὑπὲρ ὅτου λέγει Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς ὄγδοον εἶναι τῶν ποταμῶν τῶν Σκυθικῶν Τάναϊν, καὶ ῥέειν μὲν ἐκ λίμνης μεγάλης ἀνίσχοντα, ἐκδιδόναι δὲ ἐς μείζω ἔτι λίμνην τὴν καλουμένην Μαιῶτιν· καὶ τὸν Τάναϊν τοῦτον εἰσὶν οἳ ὅρον ποιοῦσι τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης, (9) οἷς δὴ ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου ἡ λίμνη τε ἡ Μαιῶτις καὶ ὁ ἐς ταύτην ἐξιεὶς ποταμὸς ὁ Τάναϊς οὗτος διείργει τὴν Ἀσίαν τε καὶ τὴν Εὐρώπην, καθάπερ ἡ κατὰ Γάδειρά τε καὶ τοὺς ἀντιπέραν Γαδείρων Λίβυας τοὺς Νομάδας θάλασσα τὴν Λιβύην αὖ καὶ τὴν Εὐρώπην διείργει, οἷς γε δὴ ἡ Λιβύη ἀπὸ τῆς Ἀσίας τῆς ἄλλης τῷ Νείλῳ ποταμῷ διακέκριται.

10. Ἐνταῦθα ἀποσκεδασθέντες τινὲς τῶν Μακεδόνων ἐς προνομὴν κατακόπτονται πρὸς τῶν βαρβάρων· οἱ δὲ δράσαντες τὸ ἔργον ἀπέφυγον ἐς ὄρος τραχύτατον καὶ πάντη ἀπότομον· ἦσαν δὲ τὸ πλῆθος ἐς τρισμυρίους. Καὶ ἐπὶ τούτους Ἀλέξανδρος τοὺς κουφοτάτους τῆς στρατιᾶς ἀναλαβὼν ἦγεν. (11) Ἔνθα δὴ προσβολαὶ πολλαὶ ἐγίγνοντο τοῖς Μακεδόσιν ἐς τὸ ὄρος· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἀπεκρούοντο βαλλόμενοι ἐκ τῶν βαρβάρων, καὶ ἄλλοι τε πολλοὶ τραυματίαι ἐγένοντο καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐς τὴν κνήμην τοξεύεται διαμπὰξ καὶ τῆς περόνης τι ἀποθραύεται αὐτῷ ἐκ τοῦ τοξεύματος. Ἀλλὰ καὶ ὡς ἑλαβέ τε τὸ χωρίον καὶ τῶν βαρβάρων οἱ μὲν αὐτοῦ κατεκόπησαν πρὸς τῶν Μακεδόνων, πολλοὶ δὲ καὶ κατὰ τῶν πετρῶν ῥίψαντες σφᾶς ἀπέθανον, ὥστε ἐκ τρισμυρίων οὐ πλείους ἀποσωθῆναι ὀκτακισχιλίων.

ipse Besso inquirens exprobrarat. Bessus ita flagellis cæsus, Bactra pœnas capite persoluturus remittitur. Hæc Ptolemæus de Besso. Aristobulus vero auctor est, eos qui cum Spitamene et Datapherne erant, Bessum Ptolemæo adduxisse, atque ita nudum capistro vinctum Alexandro traditum fuisse.

6. Alexander, equis quos ibi nactus est in supplementum sui equitatus sumptis (multos enim equos tam in transitu Caucasi montis, quam in itinere ad Oxum amnem et discessu ab Oxo amiserat) in Maracanda movit, qua in urbe Sogdianorum regia est. (7) Inde ad Tanaim fluvium profectus est. Hujus quoque fluminis quod et alio nomine Iaxartem a finitimis barbaris appellari Aristobulus dicit, fontes e Caucaso monte oriuntur, itemque in Hyrcanium mare fertur. (8) Alius fuerit Tanais, de quo Herodotus historiarum scriptor dicit, octavum esse flumen Scythicum Tanaim, ejusque fontes ex magno lacu ortos fluere, et in alium majorem lacum, Mæotim dictum, ferri. Atque hunc Tanaim sunt qui Asiæ atque Europæ terminum statuant; (9) quibus quidem ex intimo sinu Ponti Euxini Mæotis palus atque hic Tanais in eam exiens, Asiam ab Europa separat: quemadmodum mare quod inter Gades, et inter eos qui ex adverso sunt Afros Numidas, Africam ab Europa dividit; sicut etiam Africa a reliqua Asia Nilo flumine dirimitur.

10. Eo loco nonnulli ex Macedonibus longius pabulatum digressi a barbaris cæsi sunt, qui sese post hoc factum in montem asperrimum omnique ex parte præruptum receperunt. Hi ad XXX M. erant: adversus quos Alexander assumptis expeditioribus totius exercitus celeriter protectus est. (11) Macedones frequentes in montem insultus faciunt: ac initio quidem icti a barbaris, multis vulneribus acceptis, repelluntur. Atque ipse Alexander sagitta medium crus trajectus est, et fibulæ pars sagitta abrumpitur. Collis nihilominus captus est, ac plerique barbarorum a Macedonibus cæsi, alii e rupibus sese præcipitantes interierunt: adeo ut ex triginta millibus non plures octo millibus evaserint.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α'.

Οὐ πολλαῖς δὲ ἡμέραις ὕστερον ἀφικνοῦνται παρ' Ἀλέξανδρον πρέσβεις ἀπό τε Σκυθῶν τῶν Ἀβίων καλουμένων (οὓς καὶ Ὅμηρος δικαιοτάτους ἀνθρώπους εἰπὼν ἐν τῇ ποιήσει ἐπήνεσεν· οἰκοῦσι δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ οὗτοι αὐτόνομοι, οὐχ ἥκιστα διὰ πενίαν τε καὶ δικαιότητα), καὶ παρὰ τῶν ἐκ τῆς Εὐρώπης Σκυθῶν, οἳ δὴ τὸ μέγιστον ἔθνος ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐποικοῦσι. (2) Καὶ τούτοις ξυμπέμπει Ἀλέξανδρος τῶν ἑταίρων, πρόφασιν μὲν κατὰ πρεσβείαν φιλίαν ξυνθησομένους, ὁ δὲ νοῦς τῆς πομπῆς ἐς κατασκοπήν τι μᾶλλον ἔφερε φύσεως τε τῆς χώρας τῆς Σκυθικῆς καὶ πλήθους αὐτῶν καὶ νομαίων καὶ ὁπλίσεως ἥντινα ἔχοντες στέλλονται ἐς τὰς μάχας.

3. Αὐτὸς δὲ πρὸς τῷ Ταναΐδι ποταμῷ ἐπενόει πόλιν οἰκίσαι, καὶ ταύτην ἑαυτοῦ ἐπώνυμον. Ὅ τε γὰρ χῶρος ἐπιτήδειος αὐτῷ ἐφαίνετο αὐξῆσαι τὴν πόλιν ἐπὶ μέγα καὶ ἐν καλῷ οἰκισθήσεσθαι τῆς ἐπὶ Σκύθας, εἴποτε ξυμβαίνοι, ἐλάσεως καὶ τῆς προφυλακῆς τῆς χώρας πρὸς τὰς καταδρομὰς τῶν πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐποικούντων βαρβάρων. (4) Ἐδόκει δ' ἂν καὶ μεγάλη γενέσθαι ἡ πόλις πληθεί τε τῶν ἐς αὐτὴν ξυνοικιζομένων καὶ τοῦ ὀνόματος τῇ λαμπρότητι. Καὶ ἐν τούτῳ οἱ πρόσχωροι τῷ ποταμῷ βάρβαροι τούς τε τὰ φρούρια ἐν ταῖς πόλεσι σφῶν ἔχοντας στρατιώτας τῶν Μακεδόνων ξυλλαβόντες ἀπέκτειναν καὶ τὰς πόλεις ἐς ἀσφάλειάν τινα μᾶλλον ὠχύρουν. (5) Ξυνεπελάβοντο δὲ αὐτοῖς τῆς ἀποστάσεως καὶ τῶν Σογδιανῶν οἱ πολλοί, ἐπαρθέντες πρὸς τῶν ξυλλαβόντων Βῆσσον, ὥστε καὶ τῶν Βακτριανῶν ἔστιν οὓς σφισιν οὗτοι ξυναπέστησαν, εἴτε δὴ καὶ δείσαντες Ἀλέξανδρον, εἴτε καὶ λόγον ἐπὶ τῇ ἀποστάσει διδόντες, ὅτι ἐς ἕνα ξύλλογον ἐπηγγέλκει Ἀλέξανδρος ξυνελθεῖν τοὺς ὑπάρχους τῆς χώρας ἐκείνης εἰς Ζαρίασπα, τὴν μεγίστην πόλιν, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ οὐδενὶ τοῦ ξυλλόγου γιγνομένου.

ΚΕΦ. Β'.

Ταῦτα ὡς ἀπηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, παραγγείλας τοῖς πεζοῖς κατὰ λόχους κλίμακας ποιεῖσθαι ὅσαι ἑκάστῳ λόχῳ ἐπηγγέλθησαν, αὐτὸς μὲν ἐπὶ τὴν πρώτην ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου ὁρμηθεὶς πόλιν προὐχώρει, ᾗ ὄνομα ἦν Γάζα· ἑπτὰ γὰρ πόλεις ξυμπεφευγέναι ἐλέγοντο οἱ ἐκ τῆς χώρας βάρβαροι· (2) Κράτερον δὲ ἐκπέμπει πρὸς τὴν καλουμένην Κυρούπολιν, ἥπερ μεγίστη πασῶν καὶ ἐς αὐτὴν οἱ πλεῖστοι ξυνειλεγμένοι ἦσαν τῶν βαρβάρων. Παρήγγελτο δὲ αὐτῷ στρατοπεδεῦσαι πλησίον τῆς πόλεως καὶ τάφρον τε ἐν κύκλῳ αὐτῆς ὀρύξαι

LIBER QUARTUS.

CAP. I.

Paucis post diebus legati ad Alexandrum veniunt a Scythis, quos Abios vocant (quos et Homerus justissimos mortalium appellans in suo opere laudat. Hi Asiam incolunt, nullis legibus subjecti, ob paupertatem nimirum cum justitia conjunctam) et a Scythis Europæis, quæ maxima natio Europam colit. (2) Cum his redeuntibus Alexander quosdam ex amicis mittit, prætextu quidem amicitiæ per legationem componendæ: re autem vera non alio spectabat hæc missio, quam ut naturam Scythicæ regionis specularentur, et quanta esset incolarum multitudo, qui mores, quave armatura utentes in pugnam prodirent, cognoscerent.

3. Ipse juxta Tanaim fluvium urbem condere statuerat, eamque suo de nomine vocare. Nam et ipse locus percommodus videbatur ad urbem amplificandam, et opportunam sedem censebat ad expeditionem, siquando id res postularet, in Scythas faciendam; tum etiam propugnaculum fore regionis adversus barbarorum qui ultra flumen degebant incursiones. (4) Magnam autem urbem fore tum ex incolarum frequentia tum ex nominis splendore autumabat. Interea barbari fluvio finitimi Macedonum milites, qui in Scythicis urbibus præsidio constituti erant, comprehensos interficiunt, urbesque suas majoris securitatis causa muniunt. (5) Conjunxerant se illorum defectioni Sogdianorum plerique, sollicitati ab iis qui Bessum ceperant. Qui et Bactrianorum nonnullos ad se pertraxerunt, sive quod Alexandrum timebant, sive rationem defectionis dantes, quod Alexander præsidum illius provinciæ conventum ad Zariaspa urbem maximam indixerat. E quo quidem conventu nihil boni ipsis sperandum videbatur.

CAP. II.

Hæc ubi Alexandro nuntiata sunt, ut pedites per singulas cohortes scalas certo numero parent jubet: ipse ad primam ab exercitu urbem (Gazæ nomen erat) cum copiis tendit. Nam in septem oppida barbari ejus regionis confugisse ferebantur. (2) Craterum Cyropolim mittit, quæ omnium istarum urbium maxima erat et in quam plurimi barbarorum se receperant. Huic imperat ut castra prope urbem locet,

καὶ χάρακα περιβαλέσθαι καὶ τὰς μηχανὰς ὅσαις χρῆσθαι [προσῆκον] ξυμπηγνύναι, ὡς πρὸς τοὺς ἀμφὶ Κράτερον τὴν γνώμην τετραμμένοι οἱ ἐκ τῆς πόλεως ταύτης ἀδύνατοι ὦσι ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐπωφελεῖν. (3) Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὴν Γάζαν ἐπεὶ ἀφίκετο, ὡς εἶχεν ἐξ ἐφόδου σημαίνει προσβάλλειν τῷ τείχει, γηΐνῳ τε καὶ οὐχ ὑψηλῷ ὄντι, προσθέντας ἐν κύκλῳ πάντοθεν τὰς κλίμακας· οἱ δὲ σφενδονῆται αὐτῷ καὶ οἱ τοξόται τε καὶ ἀκοντισταὶ ὁμοῦ τῇ ἐφόδῳ τῶν πεζῶν ἐσηκόντιζον ἐς τοὺς προμαχομένους ἀπὸ τοῦ τείχους καὶ βέλη ἀπὸ μηχανῶν ἠφίετο, ὥστε ὀξέως μὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν βελῶν ἐγυμνώθη τὸ τεῖχος τῶν προμαχομένων, ταχεῖα δὲ ἡ πρόσθεσις τῶν κλιμάκων καὶ ἡ ἀνάβασις τῶν Μακεδόνων ἡ ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐγίγνετο. (4) Τοὺς μὲν δὴ ἄνδρας πάντας ἀπέκτειναν, οὕτως ἐξ Ἀλεξάνδρου προστεταγμένον· γυναῖκας δὲ καὶ παῖδας καὶ τὴν ἄλλην λείαν διήρπασαν. Ἔνθεν δὲ εὐθὺς ἦγεν ἐπὶ τὴν δευτέραν ἀπ' ἐκείνης πόλιν ᾠκισμένην· καὶ ταύτην τῷ αὐτῷ τε τρόπῳ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ λαμβάνει καὶ τοὺς ἁλόντας τὰ αὐτὰ ἔπραξεν. Ὁ δὲ ἦγεν ἐπὶ τὴν τρίτην πόλιν, καὶ ταύτην τῇ ὑστεραίᾳ ἐπὶ τῇ πρώτῃ προσβολῇ εἷλεν.

5. Ἐν ᾧ δὲ αὐτὸς ξὺν τοῖς πεζοῖς ἀμφὶ ταῦτα εἶχε, τοὺς ἱππέας ἐκπέμπει ἐς τὰς δύο τὰς πλησίον πόλεις, προστάξας παραφυλάττειν τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἔνδον, μήποτε τὴν ἅλωσιν αἰσθόμενοι τῶν πλησίον πόλεων καὶ ἅμα τὴν αὐτοῦ οὐ διὰ μακροῦ ἔφοδον, οἱ δὲ ἐς φυγὴν τραπέντες ἄποροι αὐτῷ διώκειν γένωνται. Καὶ ξυνέβη τε οὕτως ὅπως εἴκασε, καὶ ἐν δέοντι ἐγένετο αὐτῷ ἡ πομπὴ τῶν ἱππέων. (6) Οἱ γὰρ τὰς δύο τὰς οὔπω ἑαλωκυίας πόλεις ἔχοντες τῶν βαρβάρων, ὡς καπνόν τε εἶδον ἀπὸ τῆς πρὸ σφῶν πόλεως ἐμπιπραμένης καί τινες καὶ ἀπὸ τοῦ πάθους αὐτοῦ διαφυγόντες αὐτάγγελοι τῆς ἁλώσεως ἐγένοντο, ὡς τάχους ἕκαστοι εἶχον ἀθρόοι ἐκ τῶν πόλεων φεύγοντες ἐμπίπτουσιν ἐς τὸ στῖφος τῶν ἱππέων ξυντεταγμένον καὶ κατεκόπησαν οἱ πλεῖστοι αὐτῶν.

ΚΕΦ. Γ'.

Οὕτω δὴ τὰς πέντε πόλεις ἐν δυσὶν ἡμέραις ἑλών τε καὶ ἐξανδραποδισάμενος ἦει ἐπὶ τὴν μεγίστην αὐτῶν τὴν Κυρούπολιν. Ἡ δὲ τετειχισμένη τε ἦν ὑψηλοτέρῳ τείχει ἢπερ αἱ ἄλλαι, οἷα δὴ ὑπὸ Κύρου οἰκισθεῖσα, καὶ τοῦ πλείστου καὶ μαχιμωτάτου τῶν ταύτῃ βαρβάρων ἐς ταύτην συμπεφευγότος, οὐχ ὡσαύτως ῥᾳδία ἐξ ἐφόδου ἑλεῖν τοῖς Μακεδόσιν ἐγίγνετο. Ἀλλὰ μηχανὰς γὰρ προσάγων τῷ τείχει Ἀλέξανδρος ταύτῃ μὲν καταseίειν ἐπενόει τὸ τεῖχος καὶ κατὰ τὸ ἀεὶ παραῤῥηγνύμενον αὐτοῦ τὰς προσβολὰς ποιεῖσθαι. (2) Αὐτὸς δὲ ὡς κατεῖδε τοὺς ἕκρους τοῦ ποταμοῦ, ὃς διὰ τῆς πόλεως χειμάῤῥους ὢν διέρχεται, ξηροὺς ἐν τῷ τότε ὕδατος καὶ οὐ ξυνεχεῖς τοῖς τείχεσιν, ἀλλ' οἷους παρασχεῖν πάροδον τοῖς στρατιώταις διαδῦναι ἐς τὴν πόλιν, ἀνα-

λαβὼν τούς τε σωματοφύλακας καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, τετραμμένων τῶν βαρβάρων πρὸς τὰς μηχανὰς καὶ τοὺς ταύτῃ προσμαχομένους λανθάνει κατὰ τοὺς ἕκρους ξὺν ὀλίγοις τὸ πρῶτον παρελθὼν ἐς τὴν πόλιν· (3) ἀναῤῥήξας δὲ ἔνδοθεν τῶν πυλῶν αἳ κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἦσαν, δέχεται καὶ τοὺς ἄλλους στρατιώτας εὐπετῶς. Ἔνθα δὴ οἱ βάρβαροι ἐχομένην ἤδη τὴν πόλιν αἰσθόμενοι ἐπὶ τοὺς ἀμφ' Ἀλέξανδρον ὅμως ἐτράπησαν· καὶ γίνεται προσβουλὴ αὐτῶν καρτερά· καὶ βάλλεται λίθῳ αὐτὸς Ἀλέξανδρος βιαίως τήν τε κεφαλὴν καὶ τὸν αὐχένα καὶ Κράτερος τοξεύματι καὶ πολλοὶ ἄλλοι τῶν ἡγεμόνων· ἀλλὰ καὶ ὡς ἐξέωσαν ἐκ τῆς ἀγορᾶς τοὺς βαρβάρους. (4) Καὶ ἐν τούτῳ οἱ κατὰ τὸ τεῖχος προσβεβληκότες ἔρημον ἤδη τὸ τεῖχος τῶν προμαχομένων αἱροῦσιν. Ἐν μὲν δὴ τῇ πρώτῃ καταλήψει τῆς πόλεως ἀπέθανον τῶν πολεμίων μάλιστα ἐς ὀκτακισχιλίους· οἱ δὲ λοιποί (ἦσαν γὰρ οἱ πάντες ἐς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους μαχίμους οἱ ξυνεληλυθότες) καταφεύγουσιν ἐς τὴν ἄκραν. Καὶ τούτους περιστρατοπεδεύσας Ἀλέξανδρος ἡμέραν μίαν ἐῤῥούῤησεν· οἱ δὲ ἐνδείᾳ ὕδατος ἐνεχείρισαν σφᾶς Ἀλεξάνδρῳ.

5. Τὴν δὲ ἑβδόμην πόλιν ἐξ ἐφόδου ἔλαβε, Πτολεμαῖος μὲν λέγει ὅτι αὐτοὺς σφᾶς ἐνδόντας· Ἀριστόβουλος δὲ ὅτι βίᾳ καὶ ταύτην ἐξεῖλε καὶ ὅτι πάντας τοὺς καταληφθέντας ἐν αὐτῇ ἀπέκτεινε. Πτολεμαῖος δὲ κατανεῖμαι λέγει αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους τῇ στρατιᾷ καὶ δεδεμένους κελεῦσαι φυλάσσεσθαι ἕστ' ἂν ἐκ τῆς χώρας ἀπαλλάττηται αὐτός, ὡς μηδένα ἀπολείπεσθαι τῶν τὴν ἀπόστασιν πραξάντων.

6. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας Σκυθῶν στρατιὰ ἀφικνεῖται πρὸς τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τανάϊδος, ἀκούσαντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν ὅτι ἔστιν οἳ καὶ τῶν ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ ποταμοῦ βαρβάρων ἀπ' Ἀλεξάνδρου ἀφεστᾶσιν, ὡς εἰ δή τι λόγου ἂν ἄξιον νεωτερίζοιτο, καὶ αὐτοὶ ἐπιθησόμενοι τοῖς Μακεδόσιν. Καὶ οἱ ἀμφὶ Σπιταμένην δὲ ἀπηγγέλθη ὅτι τοὺς ἐν Μαρακάνδοις καταλειφθέντας ἐν τῇ ἄκρᾳ πολιορκοῦσιν. (7) Ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρος ἐπὶ μὲν τοὺς ἀμφὶ Σπιταμένην Ἀνδρόμαχόν τε ἀποστέλλει καὶ Μενέδημον καὶ Κάρανον, ἱππέας μὲν ἔχοντας τῶν ἑταίρων ἐς ἑξήκοντα καὶ τῶν μισθοφόρων ὀκτακοσίους, ὧν Κάρανος ἦγεῖτο, πεζοὺς δὲ μισθοφόρους ἐς χιλίους πεντακοσίους· ἐπιτάσσει δὲ αὐτοῖς Φαρνούχην τὸν ἑρμηνέα, τὸ μὲν γένος Λύκιον τὸν Φαρνούχην, ἐμπείρως δὲ τῆς τε φωνῆς τῶν ταύτῃ βαρβάρων ἔχοντα καὶ τἆλλα ὁμιλῆσαι αὐτοῖς δεξιὸν φαινόμενον.

assumptis corporis custodibus, et scutatis ac sagittariis Agrianisque, dum barbari ad machinas et in oppugnantes ea parte conversierant, clam per alveum cum paucis primum in urbem subit, (3) refractisque interius portis quæ ex ea parte erant, facile reliquos milites intromittit. Tum barbari ubi captam jam urbem esse senserunt, nihilominus tamen in Alexandri milites conversi atrocem conflictum edunt. Alexander ipse magnum saxum capite et cervice excepit, Craterus multique alii ex ducibus sagittis icti. Barbari tandem foro pulsi sunt. (4) Interea qui murum oppugnabant, eum jam propugnatoribus vacuum capiunt. Et primo quidem tumultu captæ urbis cæsi sunt ex hostibus circiter octo millia. Reliqui (erant enim in universum octodecim millia eorum qui convenerant) in arcem confugerunt. Quos quum Alexander uno die obsessos tenuisset, aquarum inopia pressi deditionem fecerunt.

5. Septimam urbem primo insultu cepit : deditione quidem, ut Ptolemæus scribit : Aristobulus vero etiam hanc vi captam tradit, omnesque in ea comprehensos interfectos esse. Ptolemæus captivos in exercitum distributos narrat, vinctosque custodiri jussos, donec ipse ex ea regione discederet : ne quis eorum qui defectionem fecerant relinqueretur.

6. Dum hæc geruntur, Scytharum Asiaticorum exercitus ad ripas Tanais fluvii venit, quod audiverant nonnullos barbarorum trans flumen incolentes ab Alexandro defecisse : ut si qua insignis defectio fieret, ipsi quoque in Macedones irruerent. Eodem tempore nuntiatum est, Spitamenem eos qui Maracandis in arce relicti erant obsidere. (7) Itaque Alexander adversus Spitamenem Andromachum mittit, et Menedemum ac Caranum, cumque his equites ex amicis circa sexaginta, ex mercenariis octingentos, quos ducebat Caranus, pedites autem mercenarios mille quingentos. His præponit Pharnuchem interpretem, Lycium genere, qui illius loci barbarorum linguam callebat, et alioqui aptus qui cum iis ageret videbatur.

CAP. III.

His quinque oppidis biduo captis ac direptis, ad maximam illorum urbem Cyropolim contendit. Erat hæc editiore muro quam aliæ munita, utpote a Cyro condita : quumque plurimi bellicosissimique ejus regionis barbari in eam confugissent, non perinde facile primo impetu a Macedonibus capi potuit. Porro Alexander tormentis admotis, murum quatere statuerat, et qua parte perfractus fuisset impetum facere. (2) Ceterum ut vidit alveum fluminis, quod urbem perlabitur, quum torrens esset aqua vacuum tum temporis siccumque neque contiguum muro esse, sed transitum militibus ad subeundum in urbem præbere :

ΚΕΦ. Δ'.

Αὐτὸς δὲ τὴν πόλιν ἣν ἐπενόει τειχίσας ἐν ἡμέραις εἴκοσι καὶ ξυνοικίσας ἐς αὐτὴν τῶν τε Ἑλλήνων μισθοφόρων καὶ ὅστις τῶν προσοικούντων βαρβάρων ἐθελοντὴς μετέσχε τῆς ξυνοικίσεως καί τινας καὶ τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου Μακεδόνων, ὅσοι ἀπόμαχοι ἤδη ἦσαν, θύσας τοῖς θεοῖς ὡς νόμος αὐτῷ καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τε καὶ γυμνικὸν ποιήσας, ὡς οὐκ ἀπαλλασσομένους ἑώρα τοὺς Σκύθας ἀπὸ τῆς ὄχθης τοῦ ποταμοῦ, (1) ἀλλ' ἐκτοξεύοντες ἐς τὸν ποταμὸν ἐωρῶντο, οὐ πλατὺν ταύτῃ ὄντα, καί τινα καὶ πρὸς ὕβριν τοῦ Ἀλεξάνδρου βαρβαρικῶς ἐθρασύνοντο, ὡς οὐκ ἂν τολμήσαντα Ἀλέξανδρον ἄψασθαι Σκυθῶν ἢ μαθόντα ἂν ὅ τιπερ τὸ διάφορον Σκύθαις τε καὶ τοῖς Ἀσιανοῖς βαρβάροις, ὑπὸ τούτων παροξυνόμενος ἐπενόει διαβαίνειν ἐπ' αὐτοὺς καὶ τὰς διαφθέρας παρεσκεύαζεν ἐπὶ τῷ πόρῳ. (3) Θυομένῳ δὲ ἐπὶ τῇ διαβάσει τὰ ἱερὰ οὐκ ἐγίγνετο· ὁ δὲ βαρέως μὲν ἔφερεν οὐ γιγνομένων, ὅμως δὲ ἐκαρτέρει καὶ ἔμενεν. Ὡς δὲ οὐκ ἀνίεσαν οἱ Σκύθαι, αὖθις ἐπὶ τῇ διαβάσει ἐθύετο· καὶ αὖ ἐς κίνδυνον αὐτῷ σημαίνεσθαι Ἀρίστανδρος ὁ μάντις ἔφραζεν· ὁ δὲ κρεῖσσον ἔφη ἐς ἔσχατον κινδύνου ἐλθεῖν ἢ κατεστραμμένον ξύμπασαν ὀλίγου δεῖν τὴν Ἀσίαν γέλωτα εἶναι Σκύθαις, καθάπερ Δαρεῖος ὁ Ξέρξου πατὴρ πάλαι ἐγένετο. Ἀρίστανδρος δὲ οὐκ ἔφη παρὰ τὰ ἐκ τοῦ θείου σημαινόμενα ἄλλα ἀποδείξασθαι, ὅτι ἄλλα ἐθέλει ἀκοῦσαι Ἀλέξανδρος.

4. Ὁ δέ, ὡς αἵ τε διφθέραι αὐτῷ παρεσκευασμέναι ἦσαν ἐπὶ τῷ πόρῳ καὶ ὁ στρατὸς ἐξωπλισμένος ἐφειστήκει τῷ ποταμῷ, αἵ τε μηχαναὶ ἀπὸ ξυνθήματος ἐξηκόντιζον ἐς τοὺς Σκύθας παριππεύοντας ἐπὶ τῇ ὄχθῃ καὶ ἔστιν οἳ αὐτῶν ἐτιτρώσκοντο ἐκ τῶν βελῶν, εἷς δὲ δὴ διὰ τοῦ γέρρου τε καὶ τοῦ θώρακος διαμπὰξ πληγεὶς πίπτει ἀπὸ τοῦ ἵππου, οἱ μὲν ἐξεπλάγησαν πρός τε τῶν βελῶν τὴν διὰ μακροῦ ἄφεσιν καὶ ὅτι ἀνὴρ ἀγαθὸς αὐτοῖς τετελευτήκει, καὶ ὀλίγον ἀνεχώρησαν ἀπὸ τῆς ὄχθης· (5) Ἀλέξανδρος δὲ τεταραγμένους πρὸς τὰ βέλη ἰδὼν ὑπὸ σαλπίγγων ἐπέρα τὸν ποταμὸν αὐτὸς ἡγούμενος· εἵπετο δὲ αὐτῷ καὶ ἡ ἄλλη στρατιά. Πρῶτον μὲν δὴ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς σφενδονήτας ἀποβιβάσας σφενδονᾶν τε καὶ ἐκτοξεύειν ἐκέλευσεν ἐς τοὺς Σκύθας, ὡς μὴ πελάζειν αὐτοὺς τῇ φάλαγγι τῶν πεζῶν ἐκβαινούσῃ πρὶν τὴν ἵππον αὐτῷ διαβῆναι πᾶσαν. (6) Ὡς δὲ ἀθρόοι ἐπὶ τῇ ὄχθῃ ἐγένοντο, ἀφῆκεν ἐπὶ τοὺς Σκύθας τὸ μὲν πρῶτον μίαν ἵππαρχίαν τῶν ξένων καὶ τῶν σαρισσοφόρων ἴλας τέσσαρας· καὶ τούτους δεξάμενοι οἱ Σκύθαι καὶ ἐς κύκλους περιιππεύοντες ἔβαλλόν τε πολλοὶ ὀλίγους, αὐτοὶ δὲ οὐ χαλεπῶς διεφύγγανον. Ἀλέξανδρος δὲ τούς τε τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ἄλλους ψιλούς, ὧν Βάλακρος ἦρχεν, ἀναμίξας τοῖς ἱππεῦσιν ἐπῆγεν ἐπὶ τοὺς Σκύθας. (7) Ὡς δὲ ὁμοῦ ἤδη ἐγίγνοντο, ἐλάσαι ἐκέλευσεν ἐς αὐτοὺς τῶν τε ἑταίρων τρεῖς ἱππαρχίας καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς ξύμπαντας· καὶ αὐτὸς δὲ τὴν λοιπὴν ἵππον ἄγων σπουδῇ ἐνέβαλεν

CAP. IV.

Ipse urbem, quam condere statuerat, viginti dierum spatio muro complexus, eam Græcis mercenariis habitandam dat, et finitimis barbaris quibus sua sponte eo commigrandi voluntas fuit, nonnullis etiam Macedonibus, qui inepti bello erant. Deinde facto diis sacrificio pro more suo, et certamine equestri ac gymnico edito, quum Scythas a ripa fluminis non recedere cerneret, (2) sed trans flumen (cujus exigua erat ea parte latitudo) tela mittere, nonnulla etiam probra in Alexandrum barbarico more jacere: nimirum non audere Alexandrum cum Scythis congredi, aut, si faciat, experturum quantum inter Scythas et barbaros Asiaticos intersit: his rebus irritatus Alexander, transire in eos statuit, pellesque ad trajiciendum parari jubet. (3) Facto igitur pro transitu sacrificio, exta nihil prosperi portenderunt. Quod quidem graviter tulit, patienter tamen sustinuit, ibique moram fecit. Scythis vero a contumelia non desistentibus, rursus pro transitu sacrificium fecit. Quumque iterum Aristander vates periculum portendi diceret, Alexander respondit, satius esse extremum periculum adire, quam se, tota pæne Asia subacta, Scythis ludibrio esse, quemadmodum Darius Xerxis pater olim fuisset. Aristander contra, non alia quam quæ divinitus portendebantur declaraturum se respondit, tametsi Alexander alia audire mallet.

4. Alexander nihilominus, paratis jam ad transitum pellibus, exercituque armato ad amnem stante, tormentis tela, signo dato, in Scythas ad ripam obequitantes excuti jubet. Ac nonnulli quidem Scythæ telorum jactu vulnerati sunt: unus scutum et thoracem trajectus ex equo procidit. Tum barbari longinquo telorum jactu et strenui illius viri cæde perterriti, parumper a ripa retrocesserunt. (5) Alexander illos telorum jactu perturbatos conspicatus, tubis clangentibus flumen transit, atque ipsum præeuntem reliquus exercitus subsequutus est. Ac primum quidem sagittariis et funditoribus transmissis, fundis telisque Scythas lacessere jubet, ne in phalangem transeuntem irruerent, priusquam universus equitatus transmissus esset. (6) Quumque jam omnes in ulteriorem ripam evasissent, primum quidem equitum sociorum agmen unum, et eorum qui sarissas gestant cohortes quatuor in Scythas immisit. Quorum impetum sustinentes Scythæ, atque equitatu cingentes, multi paucos premebant, simulque facile se recipiebant. Alexander sagittarios atque Agrianos aliosque expeditos, quibus præerat Balacrus, equitibus permiscens, in Scythas immittit. (7) Iisque inter se congressis, tria equitum amicorum agmina equitesque jaculatores omnes in eos ferri jubet: ipse reliquum equitatum ducens separatis turmis in eos contendit.

ὀρθίαις ταῖς ἴλαις. Οὔκουν ἔτι οἷοί τε ἦσαν ἐξελίσσειν τὴν ἱππασίαν ἐς κύκλους, ὡς πρόσθεν ἔτι· ὁμοῦ μὲν γὰρ ἡ ἵππος προσέκειτο αὐτοῖς, ὁμοῦ δὲ οἱ ψιλοὶ ἀναμεμιγμένοι τοῖς ἱππεῦσι, καὶ οὐκ ἦν τὰς ἐπιστροφὰς ἀσφαλεῖς ποιεῖσθαι. (8) Ἔνθα λαμπρὰ ἤδη φυγὴ τῶν Σκυθῶν ἦν· καὶ πίπτουσι μὲν αὐτῶν ἐς χιλίους καὶ εἷς τῶν ἡγεμόνων, Σατράκης, ἑάλωσαν δὲ ἐς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. Ὡς δὲ ἡ δίωξις ὀξεῖά τε καὶ διὰ καύματος πολλοῦ ταλαιπώρως ἐγίγνετο, δίψει τε ἡ στρατιὰ πᾶσα εἶχετο καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐλαύνων πίνει ὁποῖον ἦν ὕδωρ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ. (9) Καὶ ἦν γὰρ πονηρὸν τὸ ὕδωρ, ῥεῦμα ἀθρόον κατασκήπτει αὐτῷ ἐς τὴν γαστέρα· καὶ ἐπὶ τῷδε ἡ δίωξις οὐκ ἐπὶ πάντων Σκυθῶν ἐγένετο· εἰ δὲ μή, δοκοῦσιν ἄν μοι καὶ πάντες διαφθαρῆναι ἐν τῇ φυγῇ, εἰ μὴ Ἀλεξάνδρῳ τὸ σῶμα ἔκαμε. Καὶ αὐτὸς ἐς ἔσχατον κινδύνου ἐλθὼν ἐκομίσθη ὀπίσω ἐς τὸ στρατόπεδον. Καὶ οὕτω ξυνέβη ἡ μαντεία Ἀριστάνδρῳ.

ΚΕΦ. Ε'.

Ὀλίγον δὲ ὕστερον παρὰ τῶν Σκυθῶν καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως Σκυθῶν ἀφικνοῦνται παρ' Ἀλέξανδρον πρέσβεις, ὑπὲρ τῶν πραχθέντων ἐς ἀπολογίαν ἐκπεμφθέντες, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν ἐπράχθη, ἀλλὰ καθ' ἁρπαγὴν ληστρικῷ τρόπῳ σταλέντων, καὶ αὐτὸς ὅτι ἐθέλει ποιεῖν τὰ ἐπαγγελλόμενα. Καὶ τούτῳ φιλάνθρωπα ἐπιστέλλει Ἀλέξανδρος, ὅτι οὔτε ἀπιστοῦντα μὴ ἐπεξιέναι καλὸν αὐτῷ ἐφαίνετο, οὔτε κατὰ καιρὸν ἦν ἐν τῷ τότε ἐπεξιέναι.

2. Οἱ δὲ ἐν Μαρακάνδοις ἐν τῇ ἄκρᾳ φρουρούμενοι Μακεδόνες, προσβολῆς γενομένης τῇ ἄκρᾳ ἐκ Σπιταμένους τε καὶ τῶν ἀμφ' αὐτόν, ἐπεκδραμόντες ἀπέκτειναν τε τῶν πολεμίων ἔστιν οὓς καὶ ἀπώσαντο ξύμπαντας, καὶ αὐτοὶ ἀπαθεῖς ἀπεχώρησαν ἐς τὴν ἄκραν. (3) Ὡς δὲ καὶ οἱ ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐσταλμένοι ἐς Μαράκανδα ἤδη προσάγοντες Σπιταμένει ἐξηγγέλλοντο, τὴν μὲν πολιορκίαν ἐκλείπει τῆς ἄκρας, αὐτὸς δὲ ὡς ἐς τὰ βασίλεια τῆς Σογδιανῆς ἀνεχώρει. Φαρνούχης δὲ καὶ οἱ ξὺν αὐτῷ στρατηγοὶ σπεύδοντες ἐξελάσαι αὐτὸν παντάπασιν ἐπί τε τὰ ὅρια τῆς Σογδιανῆς ξυνείποντο ὑποχωροῦντι καὶ εἰς τοὺς Νομάδας τοὺς Σκύθας οὐδενὶ λογισμῷ ξυνεσβάλλουσιν. (4) Ἔνθα δὴ προσλαβὼν ὁ Σπιταμένης τῶν Σκυθῶν ἱππέων ἐς ἑξακοσίους προσεπήρθη ὑπὸ τῆς ξυμμαχίας τῆς Σκυθικῆς δέξασθαι ἐπιόντας τοὺς Μακεδόνας· παραταξάμενος δὲ ἐν χωρίῳ ὁμαλῷ πρὸς τῇ ἐρήμῳ τῆς Σκυθικῆς ὑπομεῖναι μὲν τοὺς πολεμίους ἢ αὐτὸς ἐς αὐτοὺς ἐμβαλεῖν οὐκ ἤθελε, περιιππεύων δὲ ἐτόξευεν ἐς τὴν φάλαγγα τῶν πεζῶν. (5) Καὶ ἐπελαυνόντων μὲν αὐτοῖς τῶν ἀμφὶ Φαρνούχην, ἔφευγεν εὐπετῶς, οἷα δὴ ὠκυτέρων τε αὐτοῖς καὶ ἐν τῷ τότε ἀκμαιοτέρων ὄντων τῶν ἵππων, τοῖς δὲ ἀμφὶ Ἀνδρόμαχον ὑπό τε τῆς ξυνεχοῦς πορείας καὶ ἅμα χιλοῦ ἀπορίᾳ κεκάκωτο ἡ ἵππος·

Jamque non amplius equitatum in orbem ut antea ducere poterant. Simul enim et equitatus eos premebat, atque expediti equitibus misti equitatum tuto circumducere non sinebant. (8) Tum manifesta Scytharum fuga fit, cæsis circiter mille et in iis uno ex ducibus Satrace, captis CL. Quumque fugientes Scythas in summo æstu acerrime insequerentur, universus exercitus magna siti laboravit. (9) Ipse etiam Alexander aqua, qualem ea regio fert, vitiosa nimirum, epota, vehementi profluvio alvi correptus est, quæ res Macedones ab insequendis hostibus remorata est. Omnes alioqui, meo judicio, ea in fuga interiissent, nisi Alexander corpore male affecto fuisset. Ipse in summum vitæ discrimen adductus, retro in castra relatus est: atque ita Aristandri vaticinium evenit.

CAP. V.

Haud multo post legati a Scythis et rege Scytharum ad Alexandrum veniunt, factum excusaturi: non esse ei illata arma communi totius gentis Scythicæ consilio, sed ab iis qui latronum more ex rapto viverent; se imperata facere velle. Alexander huic humaniter respondet: quia neque honestum putabat, si excusationem illius suspectam haberet, prælio rem non decernere: neque opportunum sibi videbatur eo tempore prælium committere.

2. At qui Maracandis in arce obsidebantur Macedones, quum Spitamenes cum suis copiis impetum in eos fecisset, excursione facta, nonnullos hostium interfecerunt, reliquos omnes repulerunt, ipsique incolumes in arcem sese receperunt. (3) Postquam vero Spitameni nuntiatum est eos qui in Maracanda auxilio obsessis missi fuerant appropinquare, relicta obsidione arcis, ad Sogdianæ provinciæ regiam contendit: Pharnuches autem et qui cum eo erant, illum profligare nitentes, ad fines Sogdianæ regionis recedentem insequebantur, et in Nomadum Scytharum terram inconsulto simul cum illo invadunt. (4) Ibi Spitamenes assumptis circiter sexcentis equitibus Scythis, statuit Macedonum insultum, Scythico auxilio fretus, excipere, acieque ad Scythicam solitudinem loco plano instructa, neque sustinere hostem, neque ipse impetum in eum facere volebat: sed circumequitans peditum phalangem sagittis incessebat. (5) Pharnuche autem in ipsos cum equitatu irruente, facile refugiebat: quod equos et velociores et robustiores tum temporis habebat. Aristomachi vero equitatus, cum ob continuata itinera, tum ob pabuli ino-

μένουσι δὲ ἢ ὑποχωροῦσιν ἐπέκειντο εὐρώστως οἱ Σκύθαι. (6) Ἔνθα δὴ πολλῶν μὲν τιτρωσκομένων ἐκ τῶν τοξευμάτων, ἔστι δ' ὧν καὶ πιπτόντων, ἐς πλαίσιον ἰσόπλευρον τάξαντες τοὺς στρατιώτας ἀνεχώρουν ὡς ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Πολυτίμητον, ὅτι νάπος ταύτῃ ἦν, ὡς μήτε τοῖς βαρβάροις εὐπετὲς ἔτι εἶναι ἐκτοξεύειν ἐς αὐτούς, σφίσι τε οἱ πεζοὶ ὠφελιμώτεροι ὦσι.

7. Κάρανος δὲ ὁ ἱππάρχης οὐκ ἀνακοινώσας Ἀνδρομάχῳ διαβαίνειν ἐπεχείρησε τὸν ποταμὸν ὡς ἐς ἀσφαλὲς ταύτῃ καταστήσων τὴν ἵππον· καὶ οἱ πεζοὶ αὐτῷ ἐπηκολούθησαν, οὐκ ἐκ παραγγέλματος, ἀλλὰ φοβερά τε καὶ οὐδενὶ κόσμῳ ἐγένετο αὐτοῖς ἡ ἔσβασις ἡ ἐς τὸν ποταμὸν κατὰ κρημνώδεις τὰς ὄχθας. (8) Καὶ οἱ βάρβαροι αἰσθόμενοι τὴν ἁμαρτίαν τῶν Μακεδόνων, αὐτοῖς ἵπποις ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐσβάλλουσιν ἐς τὸν πόρον. Καὶ οἱ μὲν τῶν ἤδη διαβεβηκότων καὶ ἀποχωρούντων εἴχοντο, οἱ δὲ τοὺς διαβαίνοντας ἀντιμέτωποι ταχθέντες ἀνέλουν ἐς τὸν ποταμόν, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν πλαγίων ἐτόξευον ἐς αὐτούς, οἱ δὲ τοῖς ἔτι ἐσβαίνουσιν ἐπέκειντο, (9) ὥστε ἀπορίᾳ πάντοθεν συνεχόμενοι οἱ Μακεδόνες ἐς νῆσόν τινα τῶν ἐν τῷ ποταμῷ συμφεύγουσιν οὐ μεγάλην. Καὶ περιστάντες αὐτοὺς οἱ Σκύθαι τε καὶ οἱ ξὺν Σπιταμένει ἱππεῖς ἐν κύκλῳ πάντας κατετόξευσαν· ὀλίγους δὲ ἡνδραποδίσαντο αὐτῶν, καὶ τούτους πάντας ἀπέκτειναν.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ἀριστόβουλος δὲ ἐνέδρᾳ τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς διαφθαρῆναι λέγει, τῶν Σκυθῶν ἐν παραδείσῳ κρυφθέντων, οἳ ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐπεγένοντο τοῖς Μακεδόσιν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ· ἵνα τὸν μὲν Φαρνούχην παραχωρεῖν τῆς ἡγεμονίας τοῖς ξυμπεμφθεῖσι Μακεδόσιν, ὡς οὐκ ἐμπείρως ἔχοντα ἔργων πολεμικῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καθομιλῆσαι τοὺς βαρβάρους μᾶλλόν τι πρὸς Ἀλεξάνδρου ἢ ἐπὶ τῷ ἐν ταῖς μάχαις ἐξηγεῖσθαι ἐσταλμένον, τοὺς δὲ Μακεδόνας τε εἶναι καὶ ἑταίρους βασιλέως. (2) Ἀνδρόμαχον δὲ καὶ Κάρανον καὶ Μενέδημον οὐ δέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν, τὸ μέν τι ὡς μὴ δοκεῖν παρὰ τὰ ἐπηγγελμένα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου αὐτούς τι κατὰ σφᾶς νεωτερίζειν, τὸ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ δεινῷ οὐκ ἐθελήσαντας, εἰ δή τι πταίσειαν, μὴ ὅσον κατ' ἄνδρα μόνον μετέχειν αὐτούς, ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ πᾶν αὐτοὺς κακῶς ἐξηγησαμένους. Ἐν τούτῳ δὴ τῷ θορύβῳ τε καὶ τῇ ἀταξίᾳ ἐπιθεμένους αὐτοῖς τοὺς βαρβάρους κατακόψαι πάντας, ὥστε ἱππέας μὲν οὐ πλείονας τῶν τεσσαράκοντα ἀποσωθῆναι, πεζοὺς δὲ ἐς τριακοσίους.

3. Ταῦτα δὲ ὡς ἠγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, ἤλγησέ τε τῷ πάθει τῶν στρατιωτῶν καὶ ἔγνω σπουδῇ ἐλαύνειν ὡς ἐπὶ Σπιταμένην τε καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν βαρβάρους. Ἀναλαβὼν οὖν τῶν τε ἑταίρων ἱππέων τοὺς ἡμίσεας καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς ξύμπαντας καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τῆς φάλαγγος τοὺς κουφοτάτους ἦει ὡς ἐπὶ Μαράκανδα, ἵνα ἐπανήκειν Σπιταμένην ἐπυνθάνετο καὶ

piam male affectus erat. Scythæ eos sive resistentes, sive retrocedentes acriter premunt. (6) Multis itaque sagittarum ictu vulneratis, nonnullis etiam occisis, quadrato agmine sese recipiunt ad flumen Polytimetum, quum sylva illi vicinaesset : ut barbari non ita facile eos sagittis peterent et peditatus Macedonibus usui esse posset.

7. Caranus autem, uni equitum agmini præfectus, non communicato cum Andromacho consilio, flumen transire tentabat, quod tutius ibi equitatus locari posse videbatur. Pedites eum sequuntur, non jussi, sed metu impulsi : atque inordinatus plane fuit is in amnem per præruptas ripas ingressus. (8) Barbari, cognito Macedonum errato, diversis e partibus equis vadum ingressi, alii eos qui jam transierant et retrocedebant premunt, alii in transeuntes ex adverso delati eos in amnem revolvunt : alii ex obliquo eos sagittis petunt, alii in eos qui jam vadum ingrediebantur irruunt. (9) Quibus difficultatibus undique circumventi Macedones in insulam quandam non magnam, eo in flumine sitam, confugiunt. Scythæ et Spitamenis equitatus his circumfusi, omnes sagittis interfecerunt, præter paucos quos vivos ceperunt, sed hos quoque omnes occiderunt.

CAP. VI.

Aristobulus scribit magnam exercitus partem insidiis oppressam fuisse a Scythis, qui in hortis abditi Macedonibus in ipso conflictu ex improviso supervenerunt. Quo quidem loci Pharnuchem præfecturam suam Macedonibus qui una cum eo missi erant cedere voluisse, quippe qui rei bellicæ parum peritus esset, quique potius ad sermones cum barbaris conferendos ab Alexandro missus esset, quam ut in prælio ducem ageret : ipsos vero et Macedones et regis amicos esse. (2) Quumque Andromachus, et Caranus ac Menedemus imperium recusarent, partim ne viderentur aliquid novi præter mandata regis suo arbitrio moliti esse, partim quod in ipso periculo id accipere noluissent, non ignari nimirum, si res male gereretur, non tantum pro se quemque mali participem futurum, sed tanquam toto exercitu male administrato culpam in sese redundaturum. In hoc tumultu et perturbatione rerum Scythas in eos irruisse, omnesque interfecisse, ita ut equites XL tantum, pedites CCC evaserint.

3. Hisce rebus Alexandro nuntiatis, vehementer militum suorum clade commotus, confestim in Spitamenem ac barbaros exercitum ducere statuit. Assumpta itaque amicorum equitum parte dimidia, scutatis omnibus et sagittariis atque Agrianis, et ex phalange expeditioribus, Maracanda contendit : quo Spitamenem reversum esse acceperat, de-

αὖθις πολιορκεῖν τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ. (4) Καὶ αὐτὸς μὲν ἐν τρισὶν ἡμέραις διελθὼν χιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους, τῇ τετάρτῃ ὑπὸ τὴν ἕω προσῆγε τῇ πόλει. Σπιταμένης δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτόν, ὡς ἐξηγγέλθη προσάγων Ἀλέξανδρος, οὐκ ἔμειναν, ἀλλ' ἐκλιπόντες τὴν πόλιν φεύγουσιν. (5) Ὁ δὲ ἐχόμενος αὐτῶν ἐδίωκεν· ὡς δὲ ἐπὶ τὸν χῶρον ἦκεν οὗ ἡ μάχη ἐγένετο, θάψας τοὺς στρατιώτας ὡς ἐκ τῶν παρόντων εἵπετο ἔστε ἐπὶ τὴν ἔρημον τοῖς φεύγουσιν. Ἐκεῖθεν δ' ἀναστρέφων ἐπόρθει τὴν χώραν καὶ τοὺς ἐς τὰ ἑρύματα καταπεφευγότας τῶν βαρβάρων ἔκτεινεν, ὅτι ξυνεπιθέσθαι ἐξηγγέλλοντο καὶ αὐτοὶ τοῖς Μακεδόσι· καὶ ἐπῆλθε πᾶσαν τὴν χώραν ὅσην ὁ ποταμὸς ὁ Πολυτίμητος ἐπάρδων ἐπέρχεται. (6) Ἵνα δὲ ἀφανίζεται τῷ ποταμῷ τὸ ὕδωρ, ἐντεῦθεν ἤδη τὸ ἐπ' ἐκεῖνα ἔρημος ἡ χώρα ἐστίν· ἀφανίζεται δέ, καίπερ πολλοῦ ὢν ὕδατος, ἐς τὴν ψάμμον. Καὶ ἄλλοι ποταμοὶ ὡσαύτως ἐκεῖ ἀφανίζονται μεγάλοι καὶ ἀέναοι, ὅ τε Ἔπαρδος, ὃς ῥέει διὰ Μάρδων τῆς χώρας, καὶ Ἄρειος, ὅτου ἐπώνυμος ἡ τῶν Ἀρείων γῆ ἐστι, καὶ Ἐτύμανδρος, ὃς δι' Εὐεργετῶν ῥέει. (7) Καὶ εἰσὶ ξύμπαντες οὗτοι τηλικοῦτοι ποταμοὶ ὥστε οὐδεὶς αὐτῶν μείων ἐστὶ τοῦ Πηνειοῦ τοῦ Θεσσαλικοῦ ποταμοῦ, ὃς διὰ τῶν Τεμπῶν ῥέων ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν· ὁ δὲ Πολυτίμητος πολὺ ἔτι μείζων ἢ κατὰ τὸν Πηνειὸν ποταμόν ἐστι.

ΚΕΦ. Ζ'.

Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος ἐς Ζαρίασπα ἀφίκετο· καὶ αὐτοῦ κατέμενεν ἔστε παρελθεῖν τὸ ἀκμαῖον τοῦ χειμῶνος. Ἐν τούτῳ δὲ ἀφίκοντο παρ' αὐτὸν Φραταφέρνης τε ὁ Παρθυαίων σατράπης καὶ Στασάνωρ ὁ ἐς Ἀρείους ἀποπεμφθεὶς ὡς Ἀρσάμην συλληψόμενος, τόν τε Ἀρσάμην δεδεμένον ἄγοντες καὶ Βαρζάνην, ὄντινα Βῆσσος τῆς Παρθυαίων σατράπην κατέστησε, καί τινας ἄλλους τῶν τότε ξὺν Βήσσῳ ἀποστάντων. (2) Ἦκον δὲ ἐν τῷ αὐτῷ Ἐπόκιλλος καὶ Μελαμνίδας καὶ Πτολεμαῖος ὁ τῶν Θρᾳκῶν στρατηγὸς ἀπὸ θαλάσσης, οἳ τά τε χρήματα [τὰ] ξὺν Μένητι πεμφθέντα καὶ τοὺς ξυμμάχους ὡς ἐπὶ θάλασσαν κατήγαγον. Καὶ Ἄσανδρος δὲ ἐν τούτῳ ἦκε καὶ Νέαρχος, στρατιὰν Ἑλλήνων μισθοφόρων ἄγοντες, καὶ Βῆσσός τε ὁ Συρίας σατράπης καὶ Ἀσκληπιόδωρος ὁ ὕπαρχος ἀπὸ θαλάσσης, καὶ οὗτοι στρατιὰν ἄγοντες. 3. Ἔνθα δὴ ξύλλογον ἐκ τῶν παρόντων ξυναγαγὼν Ἀλέξανδρος παρήγαγεν ἐς αὐτοὺς Βῆσσον· καὶ κατηγορήσας τὴν Δαρείου προδοσίαν τήν τε ῥῖνα Βήσσου ἀποτμηθῆναι καὶ τὰ ὦτα ἄκρα ἐκέλευσεν, αὐτὸν δὲ ἐς Ἐκβάτανα ἀγεσθαι, ὡς ἐκεῖ ἐν τῷ Μήδων τε καὶ Περσῶν ξυλλόγῳ ἀποθανούμενον. (4) Καὶ ἐγὼ οὔτε τὴν ἄγαν ταύτην τιμωρίαν Βήσσου ἐπαινῶ, ἀλλὰ βαρβαρικὴν εἶναι τίθεμαι τῶν ἀκρωτηρίων τὴν λώβην καὶ ὑπαχθῆναι Ἀλέξανδρον ξύμφημι ἐς ζῆλον τοῦ Μηδικοῦ τε καὶ Περσικοῦ πλούτου καὶ τῆς κατὰ τοὺς βαρβάρους βασιλέας οὐκ ἴσης ἐς τοὺς ὑπηκόους ξυνδιαιτήσεως, ἐσθῆτά

nuoque eos qui in arce erant obsidere. (4) Ipse tridui spatio mille quingenta stadia emensus quarto die sub auroram ad urbem venit. Spitamenes cum suis copiis, ut Alexandrum adventare intellexit, non exspectato ejus adventu, relicta obsidione, fugit. (5) Alexander eos acriter insequitur, quumque ad eum locum venit ubi pugna commissa fuerat, militibus, prout tempus ferebat, sepultis, fugientes ad Scythiæ deserta usque insecutus est. Inde conversus eorum agros vastat, et barbaros qui in loca munitiora confugerant interficit, quod et ipsi Macedones oppressisse dicebantur, totamque eam regionem, quam Polytimetus amnis irrigans transit, percurrit. (6) Namque ubi aqua fluminis e conspectu evanescit, omnis ulterior regio deserta est. Evanescit autem etsi multæ aquæ fluvius, in arenas. Alii etiam ingentes ac perpetui amnes eadem ratione ibi se condunt, Epardus nimirum, qui per Mardorum regionem fluit, et Arius, a quo Ariorum regio appellationem accepit ; et Etymandrus, qui per Evergetas labitur ; (7) suntque omnes hi fluvii tantæ magnitudinis, ut nullus eorum Peneo Thessaliæ amne sit minor, qui per Tempe fluens in mare fertur. Polytimetus autem Peneum amnem magnitudine longe superat.

CAP. VII.

His rebus gestis, ad Zariaspa pervenit, ibique moram fecit brumam quæ tum vigebat transacturus. Interea ad eum venerunt Phrataphernes Parthorum satrapa, et Stasanor ad Arios missus, ut Arsamen comprehenderet. Quem quidem vinctum adduxerunt, et Barzanem, quem Bessus Parthis satrapam dederat, ac nonnullos alios, qui tum temporis una cum Besso defecerant. (2) Per idem quoque tempus accesserunt e maritima ora Epocillus et Melamnidas ac Ptolemæus Thracum dux, qui pecunias cum Menete missas et socios ad mare deduxerant. Venerunt item Asander et Nearchus, exercitum Græcorum mercenariorum adducentes : Bessus etiam Syriæ satrapa, atque Asclepiodorus præfectus ab ora maritima venerunt item copias adducentes.

3. Hic Alexander, conventu omnium quotquot aderant habito, Bessum introducit, accusataque ejus in Darium perfidia, nares ei summasque aures præscindi jubet : deinde Ecbatana mittit, ut ibi in Medorum Persarumque concilio morte mulctetur. (4) Ego vero atrocem hanc de Besso ultionem nequaquam laudaverim, quinimo barbaricam esse duxerim hanc extremarum corporis partium mutilationem ; adductum vero regem fuisse judicaverim æmulatione quadam Medicæ Persicæque superbiæ atque Barbarorum regum non paris erga subjectos consuetudinis. Neque hoc

τε ὅτι Μηδικὴν ἀντὶ τῆς Μακεδονικῆς τε καὶ πατρίου Ἡρακλείδης ὢν μετέλαβεν, οὐδαμῆ ἐπαινῶ, καὶ τὴν κίταριν τὴν Περσικὴν τῶν νενικημένων ἀντὶ ὧν αὐτὸς ὁ νικῶν πάλαι ἐφόρει ἀμεῖψαι οὐκ ἐπηδέσθη, οὐδὲν τούτων ἐπαινῶ, (5) ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου μεγάλα πράγματα ἐς τεκμηρίωσιν τίθεμαι ὡς οὔτε τὸ σῶμα ὅτῳ εἴη καρτερόν, οὔτε ὅστις γένει ἐπιφανής, οὔτε κατὰ πόλεμον εἰ δή τις διευτυχοίη ἔτι μᾶλλον ἢ Ἀλέξανδρος, οὐδὲ εἰ τὴν Λιβύην τις πρὸς τῇ Ἀσίᾳ, καθάπερ οὗν ἐπενόει ἐκεῖνος, ἐκπεριπλεύσας κατάσχοι, οὐδὲ εἰ τὴν Εὐρώπην ἐπὶ τῇ Ἀσίᾳ τε καὶ Λιβύῃ τρίτην, τούτων οὐδέν τι ὄφελος ἐς εὐδαιμονίαν ἀνθρώπου, εἰ μὴ σωφρονεῖν ἐν ταὐτῷ ὑπάρχοι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ τῷ τὰ μεγάλα, ὡς δοκεῖ, πράγματα πράξαντι.

ΚΕΦ. Η'.

Ἔνθα δὴ καὶ τὸ Κλείτου τοῦ Δρωπίδου πάθημα καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπ' αὐτῷ ξυμφοράν, εἰ καὶ ὀλίγον ὕστερον ἐπράχθη, οὐκ ἔξω τοῦ καιροῦ ἀφηγήσομαι. Εἶναι μὲν γὰρ ἡμέραν ἱερὰν τοῦ Διονύσου Μακεδόσι καὶ θύειν Διονύσῳ ὅσα ἔτη ἐν αὐτῇ Ἀλέξανδρον· (2) τὸν δὲ τοῦ Διονύσου μὲν ἐν τῷ τότε ἀμελῆσαι λέγουσι, Διοσκούροιν δὲ θῦσαι, ἐξ ὅτου δὴ ἐπιφρασθέντα τοῖν Διοσκούροιν τὴν θυσίαν· πόρρω δὲ τοῦ πότου προϊόντος (καὶ γὰρ καὶ τὰ τῶν πότων ἤδη Ἀλεξάνδρῳ ἐς τὸ βαρβαρικώτερον νενεωτέριστο), ἀλλ' ἔν γε τῷ πότῳ τότε ὑπὲρ τοῖν Διοσκούροιν λόγους γίγνεσθαι, ὅπως ἐς Δία ἀνηνέχθη αὐτοῖν ἡ γένεσις ἀφαιρεθεῖσα Τυνδάρεω. (3) Καί τινας τῶν παρόντων κολακείᾳ τῇ Ἀλεξάνδρου, οἷοι δὴ ἄνδρες διέφθειράν τε ἀεὶ καὶ οὔποτε παύσονται ἐπιτρίβοντες τὰ τῶν βασιλέων πράγματα, κατ' οὐδὲν ἀξιοῦν συμβάλλειν Ἀλεξάνδρῳ τε καὶ τοῖς Ἀλεξάνδρου ἔργοις τὸν Πολυδεύκην καὶ τὸν Κάστορα. Οἱ δὲ οὐδὲ τοῦ Ἡρακλέους ἀπείχοντο ἐν τῷ πότῳ· ἀλλὰ τὸν φθόνον γὰρ ἐμποδὼν ἵστασθαι τοῖς ζῶσι τὸ μὴ οὐ τὰς δικαίας τιμὰς αὐτοῖς ἐκ τῶν ξυνόντων γίγνεσθαι.

4. Κλεῖτον δὲ ὄῆλον μὲν εἶναι πάλαι ἤδη ἀχθόμενον τοῦ τε Ἀλεξάνδρου τῇ ἐς τὸ βαρβαρικώτερον μετακινήσει καὶ τῶν κολακευόντων αὐτὸν τοῖς λόγοις· τότε δὲ καὶ αὐτὸν πρὸς τοῦ οἴνου παροξυνόμενον οὐκ ἐᾶν οὔτε ἐς τὸ θεῖον ὑβρίζειν, οὔτε τὰ τῶν πάλαι ἡρώων ἔργα ἐκφαυλίζοντας χάριν ταύτην ἄχαριν προστιθέναι Ἀλεξάνδρῳ. (5) Εἶναι γὰρ οὖν οὐδὲ τὰ Ἀλεξάνδρου οὕτω τι μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ὡς ἐκεῖνοι ἐπαίρουσιν· οὐκοῦν μόνον γε καταπρᾶξαι αὐτά, ἀλλὰ τὸ πολὺ γὰρ μέρος Μακεδόνων εἶναι τὰ ἔργα. Καὶ τοῦτον τὸν λόγον ἀνιᾶσαι Ἀλέξανδρον λεχθέντα. Οὐδὲ ἐγὼ ἐπαινῶ τὸν λόγον, ἀλλὰ ἱκανὸν γὰρ εἶνκι τίθεμαι ἐν τοιᾷδε παροινίᾳ τὸ καθ' αὑτὸν σιγῶντα ἔχειν μηδὲ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις ἐς κολακείαν πλημμελεῖν. (6) Ὡς δὲ καὶ τῶν Φιλίππου τινές ἔργων, ὅτι οὐ μεγάλα οὐδὲ θαυμαστὰ Φιλίππῳ κατεπράχθη, οὐδεμιᾷ ξὺν δίκῃ ἐπεμνήσθησαν, χαριζόμενοι καὶ οὗτοι Ἀλεξάνδρῳ, τὸν Κλεῖτον ἤδη οὐκέτι ἐν ἑαυτοῦ ὄντα πρεσβεύειν μὲν τὰ τοῦ Φιλίππου, καταβάλλειν δὲ Ἀλέξανδρόν τε καὶ τὰ τούτου ἔργα, παροινοῦντα ἤδη τὸν Κλεῖτον, τά τε ἄλλα καὶ πολὺν εἶναι ἐξονειδίζοντα Ἀλεξάνδρῳ ὅτι πρὸς αὐτοῦ ἄρα ἐσώθη, ὁπότε ἡ ἱππομαχία ἡ ἐπὶ Γρανικῷ ξυνειστήκει πρὸς Πέρσας· (7) καὶ δὴ καὶ τὴν δεξιὰν τὴν αὐτοῦ σοβαρῶς ἀνατείναντα, Αὕτη σε ἡ χείρ, φάναι, ὦ Ἀλέξανδρε, ἐν τῷ τότε ἔσωσε. Καὶ Ἀλέξανδρον οὐκέτι φέρειν τοῦ Κλείτου τὴν παροινίαν τε καὶ ὕβριν, ἀλλὰ ἀναπηδᾶν γὰρ ξὺν ὀργῇ ἐπ' αὐτόν, κατέχεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ξυμπινόντων. Κλεῖτον δὲ οὐκ ἀνιέναι ὑβρίζοντα. (8) Ἀλέξανδρος δὲ ἐβόα ἀνακαλῶν τοὺς ὑπασπιστάς· οὐδενὸς δὲ ὑπακούοντος, ἐς ταὐτὰ ἔφη καθεστηκέναι Δαρείῳ, ὁπότε πρὸς Βήσσου τε καὶ τῶν ἀμφὶ Βῆσσον ξυλληφθεὶς ἤγετο οὐδέ τι ἄλλο ὅτι μὴ ὄνομα ἦν βασιλέως. Οὔκουν ἔτι οἷός τε εἶναι κατέχειν αὐτὸν τοὺς ἑταίρους, ἀλλ' ἀναπηδήσαντα γὰρ οἱ μὲν λόγχην ἁρπάσαι λέγουσι τῶν σωματοφυλάκων τινὸς καὶ ταύτῃ παίσαντα Κλεῖτον ἀποκτεῖναι· οἱ δὲ σάρισσαν παρὰ τῶν φυλάκων τινὸς καὶ ταύτην. (9) Ἀριστόβουλος δὲ ὅθεν μὲν ἡ παροινία ὡρμήθη οὐ λέγει· Κλείτου δὲ γενέσθαι μόνου τὴν ἁμαρτίαν, ὅν γε, ὠργισμένου Ἀλεξάνδρου καὶ ἀναπηδήσαντος ἐπ' αὐτὸν ὡς διαχρησομένου, ἀπαχθῆναι μὲν διὰ θυρῶν ἔξω ὑπὲρ τὸ τεῖχός τε καὶ τὴν τάφρον τῆς ἄκρας, ἵνα ἐγίνετο πρὸς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου τοῦ σωματοφύλακος· οὐ καρτερήσαντα δὲ ἀναστρέψαι αὖθις καὶ περιπετῆ Ἀλεξάνδρῳ γενέσθαι Κλεῖτον ἀνακαλοῦντι, καὶ φάναι ὅτι Οὗτός τοι ἐγὼ ὁ Κλεῖτος, ὦ Ἀλέξανδρε· καὶ ἐν τούτῳ πληγέντα τῇ σαρίσσῃ ἀποθανεῖν.

ΚΕΦ. Θ'.

Καὶ ἐγὼ Κλεῖτον μὲν τῆς ὕβρεως τῆς ἐς τὸν βασιλέα τὸν αὐτοῦ μεγαλωστὶ μέμφομαι, Ἀλέξανδρον δὲ τῆς συμφορᾶς οἰκτείρω, ὅτι δυοῖν κακοῖν ἐν τῷ τότε ἡττημένον ἐπέδειξεν αὐτόν, ὑφ' ὅτων δὴ καὶ τοῦ ἑτέρου οὐκ ἐπέοικεν ἄνδρα σωφρονοῦντα ἐξηττᾶσθαι, ὀργῆς τε καὶ παροινίας. (2) Ἀλλὰ τὰ ἐπὶ τοῖσδε αὖ ἐπαινῶ Ἀλεξάνδρου, ὅτι παραυτίκα ἔγνω σχέτλιον ἔργον ἐργασάμενος. Καὶ λέγουσιν εἰσὶν οἳ τὸν Ἀλέξανδρον ὅτι ἐρείσας τὴν σάρισσαν πρὸς τὸν τοῖχον ἐπιπίπτειν ἐγνώκει αὐτῇ, ὡς οὐ καλὸν αὐτῷ ζῆν ἀποκτείναντι φίλον αὑτοῦ ἐν οἴνῳ. (3) Οἱ πολλοὶ δὲ ξυγγραφεῖς τοῦτο μὲν οὐ λέγουσιν· ἀπελθόντα δὲ ἐς τὴν εὐνὴν κεῖσθαι ὀδυρόμενον, αὐτόν τε τὸν Κλεῖτον ὀνομαστὶ ἀνακαλοῦντα καὶ τὴν Κλείτου μὲν ἀδελφήν, αὐτὸν δὲ ἀναθρεψαμένην, Λανίκην τὴν Δρωπίδου παῖδα, ὡς καλὰ ἄρα αὐτῇ τροφεῖα ἀποτετικὼς εἴη ἀνδρωθείς, (4) ἥ γε τοὺς μὲν παῖδας τοὺς ἑαυτῆς ὑπὲρ αὐτοῦ μαχομένους ἐπεῖδεν ἀποθανόντας, τὸν ἀδελφὸν δὲ αὐτῆς αὐτὸς αὐτοχειρίᾳ ἔκτεινε· φονέα τε τῶν φίλων οὐ διαλείπειν αὐτὸν ἀνακαλοῦντα, ἀσιτόν τε καὶ ἄποτον

ullo modo probaverim, quod vestem Medicam pro Macedonica ac patria (quum ex Heraclidarum genere esset) assumpserit; ut neque hoc, quod cidarim Persicam eorum quos prælio vicerat, cum eo ornatu quem ipse victor olim gestare solebat, commutare non erubuerit. (5) Cæterum, siquid aliud, Alexandri certe præclara facinora documento esse possunt, sive quis corporis viribus polleat, sive generis splendore emineat, sive bellica virtute felicitateque Alexandrum ipsum superet, sive Africam simul atque Asiam (quemadmodum ille animo destinarat) circumnavigans subjugarit, sive Europam Asiæ atque Africæ tertiam adjunxerit: nihil hæc omnia homini ad felicitatem adipiscendam profutura, nisi pariter moderatio animi accedat, quantumvis res in speciem maximas gerat.

CAP. VIII.

Hoc igitur loco Cliti Dropidis filii casum atque Alexandri facinus enarrare, quamvis aliquanto post acciderit, non intempestivum judicaverim. Diem quendam apud Macedones Baccho sacrum esse ferunt, atque Alexandrum quotannis eo die Baccho sacrificare solitum, (2) tum temporis neglecto Baccho, Dioscuris sacrum fecisse. Atque ex eo tempore sacrificium cum epulo Dioscuris instituisse: quumque jam pocula longius processissent (nam et in poculis jam Alexander barbarorum mores imitabatur), omnibus vino incalescentibus sermo de Dioscuris incidit, quo pacto illorum origo ad Jovem relata esset, Tyndaro ablata. (3) Quosdam etiam ex præsentibus adulandi causa (cujusmodi homines regibus regumque negotiis et perniciosi semper fuerunt, et nunquam esse desinent) nulla ratione Castorem et Pollucem Alexandro ejusque rebus gestis comparandos esse censuisse. Alii ne ab Hercule quidem inter pocula abstinebant; sed invidiam mortalibus obstare, quominus vivis debiti honores ab illis quibuscum versentur tribuantur.

4. At Clitus jamdudum et hanc Alexandri in barbaricos mores transitionem et adulantium illi sermones palam moleste ferebat. Tum vero, exstimulante vino, neque illas in divos contumelias ferre potuisse, neque quod veterum heroum facta extenuantes, inofficiosum hoc officium Alexandro deferrent. (5) Neque enim Alexandri res tantas adeoque admirandas esse, quantum illi verbis extollerent; neque ipsum solum ea præstitisse, sed magnam rerum gestarum partem Macedonibus deberi. Atque hæc quidem Cliti verba acerbe admodum tulisse Alexandrum. Neque vero ego dictum laudo; satis enim esse judicaverim, in ejuscemodi vinolentia pro se quemque silentium præstare, neque eodem cum aliis adulationis vitio peccare. (6) Quum vero nonnulli rerum ab Philippo gestarum meminissent, et nihil magnum aut præclarum ab eo factum esse nullo jure contenderent, Alexandro nimirum etiam hi gratificantes, Clitum jam extra se positum, Philippi res gestas extollere, Alexandrum autem ejusque facta deprimere cœpisse. Clitumque in Alexandrum debacchantem inter alia ei exprobrasse, quod in equestri apud Granicum amnem prælio a se servatus esset. (7) Simulque dextra arroganter expansa, Hæc manus (dixisse) te, Alexander, eo in conflictu servavit. Alexandrum, quum diutius Clitum linguæ intemperantia furentem, ejusque contumelias ferre non posset, inflammatum ira in eum prosiliisse, verum a convivis retentum fuisse. Clitum contra nullum convitiis modum fecisse. (8) Alexandrum clamore sublato scutatos accersisse. Quumque a nemine exaudiretur, exclamasse se in eodem statu esse quo Darium, quum a Besso ejusque sociis captus duceretur, neque quicquam jam amplius ei quam regium nomen superesset. Tum amicos diutius illum retinere non potuisse, sed exilientem, alii a quodam ex custodibus corporis hastam abripuisse aiunt, eaque ictum Clitum interemisse, alii sarissam item a custodibus corporis acceptam. (9) Aristobulus vero unde hæc debacchatio orta sit, non narrat: omnem autem culpam in uno Clito fuisse dicit, quippe qui, quum jam Alexander ira percitus in eum interfecturus prosiliret, ipse per fores ultra muros et fossam arcis subductus a Ptolemæo Lagi filio corporis custode, continere se non potuerit quin reverteretur: quumque in Alexandrum Cliti nomen inclamantem incidisset, eique respondisset, En tibi Clitum, Alexander: tum sarissa ictum interiisse.

CAP. IX.

Ego vero, ut Clitum ob contumelias in regem suum vehementer reprehendo, ita Alexandri vicem doleo, quod se tum temporis duobus vitiis obnoxium declararit, a quorum vel altero virum temperantem nequaquam vinci conveniebat, iræ nimirum et vinolentiæ. (2) Eo vero rursum nomine Alexandrum laudo, quod statim maleficii pœnitentia ductus fuerit. Nonnulli enim ex iis qui de Alexandri rebus scribunt, auctores sunt, ipsum in sarissæ ad parietem acclinatæ spiculum sese conjicere voluisse, quod vitam sibi turpem existimaret amico per temulentiam interfecto. (3) Plerique tamen scriptores hoc non tradiderunt. Quum vero cubitum concessisset, jacuisse lamentantem et Clitum nomine compellantem: Lanicenque Dropidis filiam, Cliti sororem, quæ Alexandrum educaverat, egregiam scilicet educationis mercedem ab se jam viro accepisse: (4) quæ et filios suos pro Alexandro pugnantes interfectos vidisset, et cujus ipse fratrem sua manu occidisset: amicorum interfectorem identi-

καρτερεῖν ἔστε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, οὐδὲ τὴν ἄλλην θεραπείαν θεραπεῦσαι τὸ σῶμα.

5. Καὶ ἐπὶ τούτοις τῶν μάντεών τινες μῆνιν ἐκ Διονύσου ἤδον, ὅτι ἡ θυσία ἐξελείφθη Ἀλεξάνδρῳ ἡ τοῦ Διονύσου. Καὶ Ἀλέξανδρος μόγις πρὸς τῶν ἑταίρων πεισθεὶς σίτου τε ἥψατο καὶ τὸ σῶμα κακῶς ἐθεράπευσε· καὶ τῷ Διονύσῳ τὴν θυσίαν ἀπέδωκεν, ἐπεὶ οὐδὲ αὐτῷ ἄκοντι ἦν ἐς μῆνιν τοῦ θείου μᾶλλόν τι ἢ τὴν αὑτοῦ κακότητα ἀναφέρεσθαι τὴν ξυμφοράν. (6) Ταῦτα μεγαλωστὶ ἐπαινῶ Ἀλεξάνδρου, τὸ μήτε ἀπαυθαδιάσασθαι ἐπὶ κακῷ, μήτε προστάτην τε καὶ ξυνήγορον κακίονα ἔτι γενέσθαι τοῦ ἁμαρτηθέντος, ἀλλὰ συμφῆσαι γὰρ ἐπταικεναι ἄνθρωπόν γε ὄντα.

7. Εἰσὶ δὲ οἳ λέγουσιν Ἀνάξαρχον τὸν σοφιστὴν ἑλθεῖν μὲν παρ' Ἀλέξανδρον κληθέντα, ὡς παραμυθησόμενον· εὑρόντα δὲ κείμενον καὶ ἐπιστένοντα, ἐπιγελάσαντα, ἀγνοεῖν, φάναι, διότι ἐπὶ τῷδε οἱ πάλαι σοφοὶ ἄνδρες τὴν Δίκην πάρεδρον τῷ Διὶ ἐποίησαν, ὡς ὅ τι ἂν πρὸς τοῦ Διὸς κυρωθῇ, τοῦτο ξὺν δίκῃ πεπραγμένον· καὶ οὖν καὶ τὰ ἐκ βασιλέως μεγάλου γιγνόμενα δίκαια χρῆναι νομίζεσθαι, πρῶτα μὲν πρὸς αὐτοῦ βασιλέως, ἔπειτα πρὸς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. (8) Ταῦτα εἰπόντα παραμυθήσασθαι μὲν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ τότε· κακὸν δὲ μέγα, ὡς ἐγώ φημι, ἐξεργάσασθαι Ἀλεξάνδρῳ καὶ μεῖζον ἔτι ἢ ὅτῳ τότε ξυνείχετο· εἴπερ οὖν σοφοῦ ἀνδρὸς τήνδε ἔγνω τὴν δόξαν, ὡς οὐ τὰ δίκαια ἄρα χρὴ σπουδῇ ἐπιλεγόμενον πράττειν τὸν βασιλέα, ἀλλὰ ὅ τι ἂν καὶ ὅπως οὖν ἐκ βασιλέως πραχθῇ, τοῦτο δίκαιον νομίζειν. (9) Ἐπεὶ καὶ προσκυνεῖσθαι ἐθέλειν Ἀλέξανδρον λόγος κατέχει, ὑπούσης μὲν αὐτῷ καὶ τῆς ἀμφὶ τοῦ Ἄμμωνος πατρὸς μᾶλλόν τι ἢ Φιλίππου δόξης, θαυμάζοντα δὲ ἤδη τὰ Περσῶν καὶ Μήδων τῆς τε ἐσθῆτος τῇ ἀμείψει καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας τῇ μετακοσμήσει. Οὐκ ἐνδεῖσαι δὲ οὐδὲ πρὸς τοῦτο αὐτῷ τοὺς κολακείᾳ ἐς αὐτὸ ἐνδιδόντας, ἄλλους τέ τινας καὶ δὴ καὶ τῶν σοφιστῶν τῶν ἀμφ' αὐτὸν Ἀνάξαρχόν τε καὶ Ἄγιν Ἀργεῖον, ἑποποιόν.

ΚΕΦ. Ι'.

Καλλισθένην δὲ τὸν Ὀλύνθιον Ἀριστοτέλους τε τῶν λόγων διακηκοότα καὶ τὸν τρόπον ὄντα ὑπαγροικότερον οὐκ ἐπαινεῖν ταῦτα. Τούτου μὲν δὴ ἕνεκα καὶ αὐτὸς Καλλισθένει ξυμφέρομαι· ἐκεῖνα δὲ οὐκέτι ἐπιεικῆ δοκῶ τοῦ Καλλισθένους, εἴπερ ἀληθῆ ξυγγέγραπται, ὅτι ὑφ' αὐτῷ[τε]εἶναι ἀπέφαινε καὶ τῇ αὐτοῦ ξυγγραφῇ Ἀλέξανδρόν τε καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. (2) Οὔκουν αὐτὸς ἀφῖχθαι ἐξ Ἀλεξάνδρου δόξαν κτησόμενος, ἀλλὰ ἐκεῖνον εὐκλεᾶ ἐς ἀνθρώπους ποιήσων. Καὶ οὖν καὶ τοῦ θείου τὴν μετουσίαν Ἀλεξάνδρῳ οὐκ ἐξ ὧν Ὀλυμπιὰς ὑπὲρ τῆς γενέσεως αὐτοῦ ψεύδεται ἀνηρτῆσθαι, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν αὐτὸς ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυγγράψας ἐξενέγκῃ ἐς ἀνθρώπους. (3) Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ὡς ἄρα ἤρετό ποτε αὐτὸν Φιλώτας, ὄντινα οἴοιτο μάλιστα τιμηθῆναι

dem se esse clamitantem, ac triduum totum a cibo et potu abstinuisse, neque aliam ullam corporis curam habuisse.

(5) Quibus e rebus nonnulli vates Liberi patris iram agnoverunt, quod sacrificium ejus ab Alexandro prætermissum esset. Alexander ægre ab amicis eo adduci potuit, ut cibo ac potu sumto aliquatenus corpus reficeret. Libero itaque sacrificium reddidit. Siquidem neque ipsi ingratum erat, casum illum ad iram numinis potius quam ad suum maleficium referri. (6) Eo vero nomine magnopere laudandum Alexandrum censuerim, quod non eo facinore insolenter exsultarit, neque, quod deterius fuisset, facto suo patrocinatus sit, sed humano more lapsum se agnoverit.

7. Sunt qui scribant, Anaxarchum sophistam consolandi ejus causa accersitum ad eum venisse. Quumque cubantem atque suspirantem offendisset, arridentem dixisse, Ignorare ipsum, cur veteres sapientes Justitiam Jovi assidentem fecerint : nimirum quia quicquid a Jove decernatur, id juste factum esse censeri debeat. Oportere igitur, quæ a magno rege fierent, justa existimari, primum quidem ab ipso rege, deinde a cæteris mortalibus. (8) Atque hoc quidem dicto nonnihil solatii Alexandro attulisse. Ego vero majoris erati quam prioris auctorem Alexandro Anaxarchum fuisse censeo, si illam viri sapientis sententiam esse statuit, non oportere nimirum regem summo studio delectuque adhibito justa agere : sed quidquid aut qualecunque sit quod rex faciat, justum censeri debere. (9) Siquidem et adorari se voluisse Alexandrum fama est, quum et opinionem concepisset, Hammonem potius sibi quam Philippum patrem esse et Persas jam ac Medos admiraretur, eosque vestis immutatione totiusque cultus ratione imitaretur. Neque ad hoc eum caruisse aiunt adulatoribus qui id comprobarent, tum aliis nonnullis, tum vero sophistis istis, qui circa Anaxarchum erant, atque Agide Argivo poeta.

CAP. X.

Callisthenes vero Olynthius, Aristotelis discipulus, moribus paulo asperioribus præditus, hæc non probabat. Qua quidem in re etiam ego Callistheni assentior. Illud autem a Callisthene parum modeste dictum (si vera traduntur) censeo, quod Alexandrum ejusque facta penes se et historiam ab ipso scriptam esse prædicabat. (2) Neque enim se ad Alexandrum venisse, ut sibi ab eo gloriam compararet, sed uti Alexandrum inter mortales illustrem ac gloriosum redderet. Præterea divinitatis communicationem Alexandro non ex iis quæ Olympias de ortu suo mentita esset pendere, sed ex iis quæ ipse de Alexandro scribens ad mortalium notitiam traducturus esset. (3) Sunt etiam qui scribant, quum aliquando a Philota interrogatus esset,

πρὸς τῆς Ἀθηναίων πόλεως· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, ὅτι τὸν ἕτερον τοῖν τυράννοιν ἔκτειναν καὶ τυραννίδα ὅτι κατέλυσαν. (4) Ἐρέσθαι αὖθις τὸν Φιλώταν εἰ τῷ τύραννον κτείναντι ὑπάρχει παρ' οὕστινας ἐθέλει τῶν Ἑλλήνων φυγόντα σώζεσθαι· καὶ ἀποκρίνασθαι αὖθις Καλλισθένην, εἰ καὶ μὴ παρ' ἄλλους, παρά γε Ἀθηναίους ὅτι φυγόντι ὑπάρχει σώζεσθαι· τούτους γὰρ καὶ πρὸς Εὐρυσθέα πολεμῆσαι ὑπὲρ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους, τυραννοῦντα ἐν τῷ τότε τῆς Ἑλλάδος.

5. Ὑπὲρ δὲ τῆς προσκυνήσεως ὅπως ἠναντιώθη Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τοιόσδε κατέχει λόγος. Ξυγκεῖσθαι μὲν γὰρ τῷ Ἀλεξάνδρῳ πρὸς τοὺς σοφιστάς τε καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν Περσῶν καὶ Μήδων τοὺς δοκιμωτάτους μνήμην τοῦ λόγου τοῦδε ἐν πότῳ ἐμβαλεῖν· (6) ἄρξαι δὲ τοῦ λόγου Ἀνάξαρχον, ὡς πολὺ δικαιότερον ἂν θεὸν νομιζόμενον Ἀλέξανδρον Διονύσου τε καὶ Ἡρακλέους, μὴ ὅτι τῶν ἔργων ἕνεκα ὅσα καὶ ἡλίκα καταπέπρακται Ἀλεξάνδρῳ, ἀλλὰ καὶ ὅτι Διόνυσος μὲν Θηβαῖος ἦν, οὐδέν τι προσήκων Μακεδόσι, καὶ Ἡρακλῆς Ἀργεῖος, οὐδὲ οὗτος προσήκων, ὅτι μὴ κατὰ γένος τὸ Ἀλεξάνδρου· Ἡρακλείδην γὰρ εἶναι Ἀλέξανδρον· (7) Μακεδόνας δὲ αὖ τὸν σφῶν βασιλέα δικαιότερον θείαις τιμαῖς κοσμοῦντας. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνο εἶναι ἀμφίλογον ὅτι ἀπελθόντα γε ἐξ ἀνθρώπων ὡς θεὸν τιμήσουσι· πόσῳ δὴ δικαιότερον ζῶντα γεραίρειν ἢπερ τελευτήσαντα ἐς οὐδὲν ὄφελος τῷ τιμωμένῳ.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Λεχθέντων δὲ τούτων τε καὶ τοιούτων λόγων πρὸς Ἀναξάρχου, τοὺς μὲν μετεσχηκότας τῆς βουλῆς ἐπαινεῖν τὸν λόγον καὶ δὴ ἐθέλειν ἄρχεσθαι τῆς προσκυνήσεως· τοὺς Μακεδόνας δὲ τοὺς πολλοὺς μαχομένους τῷ λόγῳ σιγῇ ἔχειν. (2) Καλλισθένην δὲ ὑπολαβόντα, Ἀλέξανδρον μέν, εἰπεῖν, ὦ Ἀνάξαρχε, οὐδεμιᾶς ἀνάξιον ἀποφαίνω τιμῆς ὅσαι ξύμμετροι ἀνθρώπῳ· ἀλλὰ διακεκρίσθαι γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὅσαι τε ἀνθρώπιναι τιμαὶ καὶ ὅσαι θεῖαι πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις, καθάπερ ναῶν τε οἰκοδομήσει καὶ ἀγαλμάτων ἀναστάσει καὶ τεμένη ὅτι ταῖς θεοῖς ἐξαιρεῖται καὶ θύεται ἐκείνοις καὶ σπένδεται, καὶ ὕμνοι μὲν ἐς τοὺς θεοὺς ποιοῦνται, ἔπαινοι δὲ ἐς ἀνθρώπους, ἀτὰρ οὐχ ἥκιστα τῷ τῆς προσκυνήσεως νόμῳ· (3) τοὺς μὲν γὰρ ἀνθρώπους φιλεῖσθαι πρὸς τῶν ἀσπαζομένων, τὸ θεῖον δέ, ὅτι ἄνω ποὺ ἱδρυμένον καὶ οὐδὲ ψαῦσαι αὐτοῦ θέμις, ἐπὶ τῷδε ἄρα τῇ προσκυνήσει γεραίρεται, καὶ χοροὶ τοῖς θεοῖς ἵστανται καὶ παιᾶνες ἐπὶ τοῖς θεοῖς ᾄδονται. Καὶ οὐδὲν θαυμαστόν, ὁπότε γε καὶ αὐτῶν τῶν θεῶν ἄλλοις ἄλλαι τιμαὶ πρόσκεινται, καὶ ναὶ μὰ Δία ἥρωσιν ἄλλαι, καὶ αὗται ἀποκεκριμέναι τοῦ θείου. (4) Οὔκουν εἰκὸς ξύμπαντα ταῦτα ἀναταράσσοντας τοὺς μὲν ἀνθρώπους ἐς σχῆμα ὑπέρογκον καθιστάναι τῶν τιμῶν ταῖς ὑπερβο-

quem putaret ab Atheniensibus in maximo honore haberi, respondisse Harmodium et Aristogitonem, quod alterum tyrannorum interfecissent, ac tyrannidem sustulissent. (4) Philotam rursus interrogasse, si cui contingat tyrannum occidere, num apud quosquos velit Græcorum profugium illi tutum foret? Respondisse Callisthenem, si non alibi, certe apud Athenienses tutum fore. Hos enim pro filiis Herculis etiam adversus Eurystheum tum temporis Græciam tyrannide prementem bellum gessisse.

5. De adoratione vero, quo pacto Alexandro Callisthenes restiterit, hujuscemodi quippiam narratur. Convenerat inter Alexandrum et sophistas eosque qui ex Persis et Medis illustriores circa ipsum erant, ut inter pocula in hunc sermonem ex composito venirent. (6) Anaxarchum sermonis initium fecisse, censentem, Alexandrum majori jure pro deo habendum, quam Liberum aut Herculem, idque non modo propter magnitudinem atque præstantiam rerum ab Alexandro gestarum, verum etiam quod Liber pater Thebanus fuisset, nihil cum Macedonibus commune habens : Hercules autem Argivus, ne ipse quidem ad Macedones, spectans, nisi quod ad Alexandri genus attineret. Alexandrum enim Heraclidem esse. (7) Macedones vero multo convenientius atque æquius suum ipsorum regem divinis honoribus prosequi. Neque enim dubium esse, quin postquam e vivis excessisset, ut deum culturi essent. Multo igitur satius esse, vivo illi divinos honores deferre quam mortuo, quum nulla ad eum cultus utilitas esset perventura.

CAP. XI.

Hæc atque alia in hanc sententiam quum ab Anaxarcho dicta essent, eos qui participes consilii initi erant, ea laudasse, et initium adorandi facere velle dixisse; plerosque vero Macedones, qui Anaxarchi orationem improbarent, tacuisse. (2) Callisthenem autem abrupto silentio in hanc sententiam dixisse : Equidem, Anaxarche, Alexandrum nullo plane honore, qui quidem hominibus conveniat, indignum esse censeo. Ceterum statuta sunt inter homines divini et humani honoris discrimina, cum multis aliis rebus, velut templorum exædificatione et statuarum erectione : diis enim delubra consecramus iisque sacra facimus et libamus : tum hymnis qui deorum sunt, dum laudationes sunt hominum, tum vero omnium maxime ritu adorationis : (3) hominibus siquidem a salutantibus oscula dantur : deos vero edito loco positos ne contingi quidem fas est, ideoque adoratione coluntur. Tripudia etiam saltationesque diis fiunt, et pæanes cantantur. Neque vero mirum id est, quum ex ipsis diis alii aliis honores tribuantur, et heroibus quoque alii, etiam ipsi a divinis honoribus diversi. (4) Non est igitur consentaneum hæc omnia inter se confundere, neque homines nimiis honoribus supra humanum modum extollere, et deos ad statum ab illorum dignitate

λαῖς, τοὺς θεοὺς δὲ τό γε ἐπὶ σφίσιν ἐς ταπεινότητα οὐ πρέπουσαν καταβάλλειν τὰ ἴσα ἀνθρώποις τιμῶντας. Οὔκουν οὐδὲ Ἀλέξανδρον ἀνασχέσθαι ἄν, εἰ τῶν ἰδιωτῶν τις εἰσποιοῖτο ταῖς βασιλικαῖς τιμαῖς χειροτονίᾳ ἢ ψήφῳ οὐ δικαίᾳ. (5) Πολὺ ἂν οὖν δικαιότερον τοὺς θεοὺς δυσχεραίνειν ὅσοι ἄνθρωποι ἐς τὰς θείας τιμὰς σφᾶς εἰσποιοῦσιν ἢ πρὸς τῶν ἄλλων εἰσποιούμενοι ἀνέχονται. Ἀλέξανδρον δὲ πόρρω τοῦ ἱκανοῦ ἀνδρῶν ἀγαθῶν τὸν ἄριστον εἶναί τε καὶ δοκεῖν, καὶ βασιλέων τὸν βασιλικώτατον καὶ στρατηγῶν τὸν ἀξιοστρατηγότατον. (6) Καὶ σέ, εἴπερ τινὰ ἄλλον, ὦ Ἀνάξαρχε, εἰσηγητήν τε τούτων τῶν λόγων ἐχρῆν γίγνεσθαι καὶ κωλυτὴν τῶν ἐναντίων, ἐπὶ σοφίᾳ τε καὶ παιδεύσει Ἀλεξάνδρῳ ξυνόντα. Οὔκουν ἄρχειν γε τοῦδε τοῦ λόγου πρέπον ἦν, ἀλλὰ μεμνῆσθαι γὰρ οὐ Καμβύσῃ οὐδὲ Ξέρξῃ ξυνόντα ἢ ξυμβουλεύοντα, ἀλλὰ Φιλίππου μὲν παιδί, Ἡρακλείδῃ δὲ ἀπὸ γένους καὶ Αἰακίδῃ, ὅτου οἱ πρόγονοι ἐξ Ἄργους ἐς Μακεδονίαν ἦλθον, οὐδὲ βίᾳ, ἀλλὰ νόμῳ Μακεδόνων ἄρχοντες διετέλεσαν. (7) Οὔκουν οὐδὲ αὐτῷ τῷ Ἡρακλεῖ ζῶντι ἔτι θεῖαι τιμαὶ παρ' Ἑλλήνων ἐγένοντο, ἀλλ' οὐδὲ τελευτήσαντι πρόσθεν ἢ πρὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἐπιθεσπισθῆναι ὡς θεὸν τιμᾶν Ἡρακλέα. Εἰ δέ, ὅτι ἐν τῇ βαρβάρῳ γῇ οἱ λόγοι γίγνονται, βαρβαρικὰ χρὴ ἔχειν τὰ φρονήματα, καὶ ἐγὼ τῆς Ἑλλάδος μεμνῆσθαί σε ἀξιῶ, ὦ Ἀλέξανδρε, ἧς ἕνεκα ὁ πᾶς στόλος σοι ἐγένετο, προσθεῖναι τὴν Ἀσίαν τῇ Ἑλλάδι. (8) Καὶ οὖν ἐνθυμήθητι, ἐκεῖσε ἐπανελθὼν ἆρά γε καὶ τοὺς Ἕλληνας τοὺς ἐλευθερωτάτους προσαναγκάσεις ἐς τὴν προσκύνησιν, ἢ Ἑλλήνων μὲν ἀφέξῃ, Μακεδόσι δὲ προσθήσεις τήνδε τὴν ἀτιμίαν, ἢ διακεκριμένα ἔσται σοι οὕτω τὰ τῶν τιμῶν εἰς ἅπαντας, ὡς πρὸς Ἑλλήνων μὲν καὶ Μακεδόνων ἀνθρωπίνως τε καὶ Ἑλληνικῶς τιμᾶσθαι, πρὸς δὲ τῶν βαρβάρων μόνων βαρβαρικῶς. (9) Εἰ δὲ ὑπὲρ Κύρου τοῦ Καμβύσου λέγεται τὸν πρῶτον προσκυνηθῆναι ἀνθρώπων Κῦρον καὶ ἐπὶ τῷδε ἐμμεῖναι Πέρσαις τε καὶ Μήδοις τήνδε τὴν ταπεινότητα, χρὴ ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι τὸν Κῦρον ἐκεῖνον Σκύθαι ἐσωφρόνισαν, πένητες ἄνδρες καὶ αὐτόνομοι, καὶ Δαρεῖον ἄλλοι αὖ Σκύθαι, καὶ Ξέρξην Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ Ἀρταξέρξην Κλέαρχος καὶ Ξενοφῶν καὶ οἱ ξὺν τούτοις μύριοι, καὶ Δαρεῖον τοῦτον Ἀλέξανδρος μὴ προσκυνούμενος.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Ταῦτα δὴ καὶ τοιαῦτα εἰπόντα Καλλισθένην ἀνιᾶσαι μὲν μεγαλωστὶ Ἀλέξανδρον, Μακεδόσι δὲ πρὸς θυμοῦ εἰπεῖν. Καὶ τοῦτο γνόντα Ἀλέξανδρον πέμψαντα κωλῦσαι Μακεδόνας μεμνῆσθαι ἔτι τῆς προσκυνήσεως. (2) Ἀλλὰ σιγῆς γὰρ γενομένης ἐπὶ τοῖς λόγοις ἀναστάντας Περσῶν τοὺς πρεσβυτάτους ἐφεξῆς προσκυνεῖν. Λεοννάτον δέ, ἕνα τῶν ἑταίρων, ἐπειδή τις ἐδόκει τῶν Περσῶν αὐτῷ οὐκ ἐν κόσμῳ προσκυνῆσαι, τὸν δὲ ἐπιγελάσαι τῷ σχήματι τοῦ Περσοῦ, ὡς ταπεινόν· καὶ τούτῳ χαλεπήναντα τότε Ἀλέξανδρον ξυναλλαγῆναι αὖθις. Ἀναγέγραπται δὲ δὴ καὶ τοιόσδε λόγος. (3) Προπίνειν φιάλην χρυσῆν ἐν κύκλῳ Ἀλέξανδρον πρώτοις μὲν τοῖς πρὸς οὔστινας ξυνέκειτο αὐτῷ τὰ τῆς προσκυνήσεως· τὸν δὲ πρῶτον ἐκπιόντα τὴν φιάλην προσκυνῆσαί τε ἀναστάντα καὶ φιληθῆναι πρὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ἐφεξῆς διὰ πάντων χωρῆσαι. (4) Ὡς δὲ ἐς Καλλισθένην ἦκεν ἡ πρόποσις, ἀναστῆναι μὲν Καλλισθένην καὶ ἐκπιεῖν τὴν φιάλην, καὶ προσελθόντα ἐθέλειν φιλῆσαι οὐ προσκυνήσαντα. Τὸν δὲ τυχεῖν μὲν τότε διαλεγόμενον Ἡφαιστίωνι· οὔκουν προσέχειν τὸν νοῦν, εἰ καὶ τὰ τῆς προσκυνήσεως ἐπιτελῆ αὐτῷ Καλλισθένει ἐγένετο. (5) Ἀλλὰ Δημήτριον γὰρ τὸν Πυθώνακτος, ἕνα τῶν ἑταίρων, ὡς προσῄει αὐτῷ ὁ Καλλισθένης φιλήσων, φάναι ὅτι οὐ προσκυνήσας πρόσεισι. Καὶ τὸν Ἀλέξανδρον οὐ παρασχεῖν φιλῆσαι ἑαυτόν· τὸν δὲ Καλλισθένην, φιλήματι, φάναι, ἔλαττον ἔχων ἄπειμι.

6. Καὶ τούτων ἐγὼ ὅσα ἐς ὕβριν τε τὴν Ἀλεξάνδρου τὴν ἐν τῷ παραυτίκα καὶ ἐς σκαιότητα τὴν Καλλισθένους φέροντα, οὐδὲν οὐδαμῇ ἐπαινῶ· ἀλλὰ τὸ καθ' αὐτὸν γὰρ κοσμίως τίθεσθαι ἐξαρκεῖν φημί, αὔξοντα ὡς ἀνυστὸν τὰ βασιλέως πράγματα ὅτῳ τις ξυνεῖναι οὐκ ἀπηξίωσεν. (7) Οὔκουν ἀπεικότως δι' ἀπεχθείας γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ Καλλισθένην τίθεμαι ἐπὶ τῇ ἀκαίρῳ τε παῤῥησίᾳ καὶ ὑπερόγκῳ ἀβελτηρίᾳ. Ἐφ' ὅτῳ τεκμαίρομαι μὴ χαλεπῶς πιστευθῆναι τοὺς κατειπόντας Καλλισθένους ὅτι μετέσχε τῆς ἐπιβουλῆς τῆς γενομένης Ἀλεξάνδρῳ ἐκ τῶν παίδων, τοὺς δὲ ὅτι καὶ ἐπῆρεν αὐτοὺς ἐς τὸ ἐπιβουλεῦσαι. Ξυνέβη δὲ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς ὧδε.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Ἐκ Φιλίππου ἦν ἤδη καθεστηκός, τῶν ἐν τέλει Μακεδόνων τοὺς παῖδας ὅσοι ἐς ἡλικίαν ἐμειρακίσαντο, καταλέγεσθαι ἐς θεραπείαν τοῦ βασιλέως, τά τε περὶ τὴν ἄλλην δίαιταν τοῦ σώματος διακονεῖσθαι βασιλεῖ καὶ κοιμώμενον φυλάσσειν τούτοις ἐπετέτραπτο· καὶ ὁπότε ἐξελαύνοι βασιλεύς, τοὺς ἵππους παρὰ τῶν ἱπποκόμων δεχόμενοι ἐκεῖνοι προσῆγον καὶ ἀνέβαλλον οὗτοι βασιλέα τὸν Περσικὸν τρόπον καὶ τῆς ἐπὶ θήρᾳ φιλοτιμίας βασιλεῖ κοινωνοὶ ἦσαν. (2) Τούτων καὶ Ἑρμόλαος ἦν, Σωπόλιδος μὲν παῖς, φιλοσοφίᾳ δὲ ἐδόκει προσέχειν τὸν νοῦν καὶ Καλλισθένην θεραπεύειν ἐπὶ τῷδε. Ὑπὲρ τούτου λόγος κατέχει ὅτι ἐν θήρᾳ προσφερομένου Ἀλεξάνδρῳ συὸς ἔφθη βαλὼν τὸν σῦν ὁ Ἑρμόλαος· καὶ ὁ μὲν σῦς πίπτει βληθείς, Ἀλέξανδρος δὲ τοῦ καιροῦ ὑστερίσας ἐχαλέπηνε τῷ Ἑρμολάῳ καὶ κελεύει αὐτὸν πρὸς ὀργὴν πληγὰς λαβεῖν, ὁρώντων τῶν ἄλλων παίδων, καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ ἀφείλετο.

3. Τοῦτον τὸν Ἑρμόλαον ἀλγήσαντα τῇ ὕβρει φράσαι πρὸς Σώστρατον τὸν Ἀμύντου, ἡλικιώτην τε αὐτοῦ καὶ ἐραστὴν ὄντα, ὅτι οὐ βιωτόν οἱ ἐστι μὴ τιμωρησαμένῳ

alienum redigere, ut nimirum eodem quo homines cultu colantur. Neque enim pateretur Alexander privatum aliquem regios honores electione suffragiisque illegitimis usurpare. (5) Multo itaque justius deos indignaturos, si quis mortalium divinos honores sibi arroget aut ab aliis delatos sustineat. Atque Alexandrum quidem infinitis partibus fortium virorum fortissimum esse atque haberi, inter reges maxime regium, inter imperatores maxime imperio dignum. (6) Ac te quidem, Anaxarche, si quem alium, oportebat hujusmodi sermonibus Alexandrum instruere atque a contrariis deterrere, cujus ille quotidiana consuetudine propter sapientiam et eruditionem utitur. Neque conveniebat hujus sermonis auctorem exsistere : at potius meminisse, te non id Cambysi aut Xerxi consulere, sed Philippi filio, qui ab Hercule atque Achille genus ducat, cujus majores ex Argis in Macedoniam venerunt, neque vi sed Macedonum legibus atque institutis imperium tenuerunt. (7) Sed ne Herculi quidem, quum adhuc in vivis esset, divini honores a Græcis delati sunt, imo ne mortuo quidem, donec Delphico oraculo ut pro deo coleretur jussum fuit. Si vero, quod in barbara regione verba fiunt, barbaricos sensus induere oportet, ego te, Alexander, ut Græciæ memineris oro, cujus gratia hæc omnis expeditio a te suscepta est, ut Asiam Græciæ adjicias. (8) Nunc vero cogita, an quum in Græciam redieris, Græcos liberrimos populos ad tui adorationem sis compulsurus, aut an, Græcis exemptis, Macedonas tantum hoc dedecore sis oneraturus : aut an tibi diversi plane honores sint decernendi, Græcis quidem et Macedonibus humanos honores Græcorum more tibi deferentibus, barbaris autem solis barbarice te colentibus? (9) Si vero de Cyro Cambysis filio dicitur, primum omnium mortalium Cyrum ab hominibus adorationem cultum fuisse, atque ab hoc summissionem hanc Persis et Medis permansisse, cogitare te oportet Scythas populum inopem, liberum tamen, Cyri insolentiam compescuisse. Darium rursus alii Scythæ ad modestiam redegerunt, Xerxem Athenienses et Lacedæmonii, Artaxerxem Clearchus et Xenophon cum decem tantum hominum millibus, Darium etiam hunc Alexander, quum nulla ei adoratio decreta esset.

CAP. XII.

Hæc aliaque ejuscemodi quum dixisset Callisthenes, Alexandrum quidem molestissime tulisse, Macedonibus vero gratissima accidisse. Quo cognito, Alexandrum misisse qui Macedonas prohiberent, ne adorationis memores essent. (2) Silentio ad hunc sermonem facto, qui inter Persas ætate dignitateque præstabant consurrexisse, eumque ordine adorasse. Leonnatum vero, unum ex amicis, quum ex Persis quendam indecore adorantem conspexisset, gestum illius Persæ, ut nimis abjectum, irrisisse. Alexandrum vero tunc indignatum, postea conciliatum fuisse. (3) Sunt qui scribant, Alexandrum phialam auream in corona propinasse, iis quidem primum quibuscum de se adorando convenisset : eumque qui primus ebibisset, consurrexisse atque adorasse, deinde osculatum esse. Idque ordine deinceps a reliquis factitatum. (4) Quumque propinandi ordo ad Callisthenem venisset, consurrexisse quidem et phialam ebibisse, propiusque accedentem osculari voluisse, adoratione prætermissa. At tum forte Alexandrum sermonem cum Hephæstione habuisse, eamque ob rem non animadvertisse an integram adorationem deferret. (5) Demetrium vero Pythonactis filium, unum ex amicis, quum Callisthenes Alexandrum osculaturus accederet, dixisse, illum eo non adorato accedere. Atque ita Alexandrum ejus osculum non admisisse. Tum Callisthenem dixisse, se osculi jactura facta discedere.

6. Ego vero nihil aut eorum quæ ad præsentem ignominiam Alexandri pertinent, aut Callisthenis asperitatem morum illico laudaverim : sufficere autem existimaverim modestiam præ se ferre, eumque qui regi inservire velit, ejus negotia, quoad fieri potest, promovere. (7) Non igitur immerito odiosum fuisse Alexandro Callisthenem censeo ob intempestivam ejus loquendi libertatem et ineptam arrogantiam. Quam quidem ob causam crediderim facile fidem adhibitam fuisse delatoribus, qui Callisthenem insidiarum, quæ Alexandro per pueros structæ erant, conscium fuisse accusarant : aliisque, qui illos ab eo incitatos dicebant. Insidiæ vero hujuscemodi fuerunt.

CAP. XIII.

Erat jam ante a Philippo institutum, uti Macedonum, qui in aliqua dignitate constituti essent, filii quum adolevissent, ad regium ministerium deligerentur, et cum ad alia quæ ad regii corporis curam pertinerent præsto essent, tum eo cubante custodias agerent. Hi equos quum rex ascensurus esset ab agasonibus acceptos ad regem adducebant : eum Persico more in equum imponebant, et venationi studentem comitabantur. (2) In his erat Hermolaus Sopolidis F. qui quidem philosophiæ studiosus esse videbatur, et propterea Callisthenem observare. Hunc Hermolaum rumor est, quum Alexandro inter venandum aper occurrisset, in eo feriendo Alexandrum prævenisse. Atque aprum quidem ictum procidisse; regem vero indignatum opportunitatem feriendi apri sibi præreptam, adolescentem per iram, cæteris pueris spectantibus, verberari eique equum adimi jussisse.

3. Quam contumeliam ægre ferentem Hermolaum, rem cum Sostrato Amyntæ filio, æquali atque amatori suo, communicasse, vitam sibi acerbam testatum, nisi Alexan-

νῳ Ἀλέξανδρον τῆς ὕβρεως, καὶ τὸν Σώστρατον οὐ χαλεπῶς συμπεῖσαι μεταστῆναι τοῦ ἔργου, ἅτε ἐρῶντα. (4) Ὑπὸ τούτων δὲ ἀναπεισθῆναι Ἀντίπατρόν τε τὸν Ἀσκληπιοδώρου τοῦ Συρίας σατραπεύσαντος καὶ Ἐπιμένην τὸν Ἀρσέου καὶ Ἀντικλέα τὸν Θεοκρίτου καὶ Φιλώταν τὸν Κάρσιδος τοῦ Θρᾳκός. Ὡς οὖν περιῆκεν ἐς Ἀντίπατρον ἡ νυκτερινὴ φυλακή, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ξυγκείμενον εἶναι ἀποκτεῖναι Ἀλέξανδρον, κοιμωμένῳ ἐπιπεσόντας.

5. Ξυμβῆναι δὲ οἱ μὲν αὐτομάτως λέγουσιν ἔστε ἡμέραν πίνειν Ἀλέξανδρον· Ἀριστόβουλος δὲ ὧδε ἀνέγραψε· Σύραν γυναῖκα ἐφομαρτεῖν Ἀλεξάνδρῳ, κάτοχον ἐκ τοῦ θείου γιγνομένην· καὶ ταύτην τὸ μὲν πρῶτον γέλωτα εἶναι Ἀλεξάνδρῳ τε καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν· ὡς δὲ τὰ πάντα ἐν τῇ κατοχῇ ἀληθεύουσα ἐφαίνετο, οὐκέτι ἀμελεῖσθαι ὑπ' Ἀλεξάνδρου, ἀλλ' εἶναι γὰρ τῇ Σύρᾳ πρόσοδον πρὸς τὸν βασιλέα καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ καθεύδοντι πολλάκις ἤδη ἐπιστῆναι. (6) Καὶ δὴ καὶ τότε ἀπαλλασσομένου ἐκ τοῦ πότου, κατεχομένην ἐκ τοῦ θείου ἐντυχεῖν, καὶ δεῖσθαι ἐπανελθόντα πίνειν ὅλην τὴν νύκτα· καὶ Ἀλέξανδρον θεῖόν τι εἶναι νομίσαντα ἐπανελθεῖν τε καὶ πίνειν, καὶ οὕτω τοῖς παισὶ διαπεσεῖν τὸ ἔργον.

7. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ Ἐπιμένης ὁ Ἀρσέου τῶν μετεχόντων τῆς ἐπιβουλῆς φράζει τὴν πρᾶξιν Χαρικλεῖ τῷ Μενάνδρου, ἐραστῇ ἑαυτοῦ γεγονότι· Χαρικλῆς δὲ φράζει Εὐρυλόχῳ τῷ ἀδελφῷ τῷ Ἐπιμένους. Καὶ ὁ Εὐρύλοχος ἐλθὼν ἐπὶ τὴν σκηνὴν τὴν Ἀλεξάνδρου, Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου τῷ σωματοφύλακι καταλέγει ἅπαν τὸ πρᾶγμα· ὁ δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἔφρασε. Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ξυλλαβεῖν κελεύει ὧν τὰ ὀνόματα εἶπεν ὁ Εὐρύλοχος· καὶ οὗτοι στρεβλούμενοι σφῶν τε αὐτῶν κατεῖπον τὴν ἐπιβουλὴν καί τινας καὶ ἄλλους ὠνόμασαν.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Ἀριστόβουλος μὲν λέγει ὅτι καὶ Καλλισθένην ἐπᾶραι σφᾶς ἔφασαν ἐς τὸ τόλμημα· καὶ Πτολεμαῖος ὡσαύτως λέγει. Οἱ δὲ πολλοὶ οὐ ταύτῃ λέγουσιν, ἀλλὰ διὰ μῖσος γὰρ τὸ ἦδη ὂν πρὸς Καλλισθένην ἐξ Ἀλεξάνδρου καὶ ὅτι ὁ Ἑρμόλαος ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτήδειος ἦν τῷ Καλλισθένει, οὐ χαλεπῶς πιστεῦσαι τὰ χείρω ὑπὲρ Καλλισθένους Ἀλέξανδρον. (2) Ἦδη δέ τινες καὶ τάδε ἀνέγραψαν, τὸν Ἑρμόλαον προαχθέντα ἐς τοὺς Μακεδόνας ὁμολογεῖν τε ἐπιβουλεῦσαι (καὶ γὰρ οὐκ εἶναι ἔτι ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ φέρειν τὴν ὕβριν τὴν Ἀλεξάνδρου), πάντα καταλέγοντα, τήν τε Φιλώτα οὐκ ἔνδικον τελευτὴν καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Παρμενίωνος ἔτι ἐκνομωτέραν καὶ τῶν ἄλλων τῶν τότε ἀποθανόντων, καὶ τὴν Κλείτου ἐν μέθῃ ἀναίρεσιν, καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν Μηδικήν, καὶ τὴν προσκύνησιν τὴν βουλευθεῖσαν καὶ οὔπω πεπαυμένην, καὶ πότους τε καὶ ὕπνους τοὺς Ἀλεξάνδρου· ταῦτα οὐ φέροντα ἔτι ἐλευθερῶσαι ἐθελῆσαι ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους Μακεδόνας. (3) Τοῦτον μὲν δὴ αὐτόν τε καὶ τοὺς ξὺν

dri injuriam ulcisceretur. Ac Sostratum quidem non difficulter, utpote amatorem, in societatem facinoris pertractum esse. (4) Ab his Antipatrum etiam Asclepiodori, qui satrapatum Syriæ gerebat, filium persuasum, et Epimenem Arsei filium, atque Anticlem Theocriti, unaque Philotam Carsidis Thracis filium. Quum itaque nocturnæ custodiæ vices ad Antipatrum revolutæ essent, ea nocte statutum fuisse Alexandrum dormientem opprimere.

5. Contigisse vero ut sua sponte, quemadmodum nonnulli scribunt, Alexander in lucem usque potaret. At Aristobulus auctor est, mulierem quandam Syram numine correptam Alexandrum sequutam. Atque hanc quidem initio et Alexandro ejusque amicis risui fuisse, quum vero in illa numinis afflatione omnia vera vaticinaretur, non amplius ab Alexandro contemptui habitam, sed liberum Syræ ad regem et noctu et interdiu accessum factum fuisse, ac sæpenumero etiam dormienti adfuisse. (6) Hanc tum forte regi e computatione discedenti numine afflatam occurrisse, atque ut reversus totam noctem potando traduceret orasse. Alexandrum divinos monitus esse suspicatum, ad pocula rediisse, et sic puerorum conatus irritos fuisse.

7. Postero die Epimenes, Arsei filius, unus ex conjuratis, Charicli Menandri filio, amatori suo, rem aperit, Charicles Eurylocho Epimenis fratri : Eurylochus Alexandri tabernaculum ingressus, Ptolemæo Lagi filio corporis custodi totum negotium declarat : is Alexandro id significat. Qui statim eos quorum nomina detulerat Eurylochus comprehendi jubet. Hi quæstione adhibita, et suum de insidiis consilium aperuerunt, et alios nonnullos nominarunt.

CAP. XIV.

Aristobulus quidem auctor est, illos hoc etiam dixisse, se a Callisthene ad facinus adeundum incitatos fuisse. Quod et Ptolemæus affirmat. Plurimi tamen aliter hac de re scribunt : nimirum Alexandrum quod odio Callisthenis laboraret : et quod magna Hermolao cum Callisthene familiaritas intercederet, facile in sinistram de Callisthene suspicionem a delatoribus adductum. (2) Nonnulli etiam tradunt, Hermolaum ad Macedonas productum, insidias abs se structas confessum (neque enim liberi hominis esse, Alexandri contumelias ferre), omniaque ab Alexandro perpetrata recensuisse : nimirum injustam Philotæ necem et patris ejus Parmenionis atque eorum qui tum temporis interfecti fuerant multo iniquiorem : Cliti etiam per temulentiam cædem, habitum quoque Medorum assumptum : adorationem decretam neque adhuc abolitam : adhæc potationes et somnolentiam Alexandri : quæ quum diutius ferre non posset, voluisse se reliquosque Macedonas in libertatem vindicare. (3) Tum Hermolaum et cæteros comprehensos a circumstantibus la-

αὐτῷ ξυλληφθέντας καταλευσθῆναι πρὸς τῶν παρόντων. Καλλισθένην δὲ Ἀριστόβουλος μὲν λέγει δεδεμένον ἐν πέδαις ξυμπεριάγεσθαι τῇ στρατιᾷ, ἔπειτα νόσῳ τελευτῆσαι, Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου στρεβλωθέντα καὶ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν. Οὕτως οὐδὲ οἱ πάνυ πιστοὶ ἐς τὴν ἀφήγησιν καὶ ξυγγενόμενοι ἐν τῷ τότε Ἀλεξάνδρῳ ὑπὲρ τῶν γνωρίμων τε καὶ οὐ λαθόντων σφᾶς ὅπως ἐπράχθη ξύμφωνα ἀνέγραψαν. (4) Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὑπὲρ τούτων αὐτῶν ἄλλοι ἄλλως ἀφηγήσαντο· ἀλλ' ἐμοὶ ταῦτα ἀποχρῶντα ἔστω ἀναγεγραμμένα. Ταῦτα μὲν δὴ οὐ πολλῷ ὕστερον πραχθέντα ἐγὼ ἐν τοῖσδε τοῖς ἀμφὶ Κλεῖτον ξυνενεχθεῖσιν Ἀλεξάνδρῳ ἀνέγραψα, τούτοις μᾶλλόν τι οἰκεῖα ὑπολαβών ἐς τὴν ἀφήγησιν.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Παρ' Ἀλέξανδρον δὲ ἦκε καὶ αὖθις Σκυθῶν τῶν ἐκ τῆς Εὐρώπης πρεσβεία ξὺν τοῖς πρέσβεσιν οἷς αὐτὸς ἐς Σκύθας ἔστειλεν. Ὁ μὲν δὴ τότε βασιλεὺς τῶν Σκυθῶν, ὅτε οὗτοι ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐπέμποντο, τετελευτηκὼς ἐτύγχανεν· ἀδελφὸς δὲ ἐκείνου ἐβασίλευεν. (2) Ἦν δὲ ὁ νοῦς τῆς πρεσβείας, ἐθέλειν ποιεῖν πᾶν τὸ ἐξ Ἀλεξάνδρου ἐπαγγελλόμενον Σκύθας· καὶ δῶρα ἔφερον Ἀλεξάνδρῳ παρὰ τοῦ βασιλέως τῶν Σκυθῶν ὅσα μέγιστα νομίζεται ἐν Σκύθαις· καὶ τὴν θυγατέρα ὅτι ἐθέλει Ἀλεξάνδρῳ δοῦναι γυναῖκα βεβαιότητος οὕνεκα τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον φιλίας τε καὶ ξυμμαχίας. (3) Εἰ δὲ ἀπαξιοῖ τὴν Σκυθῶν βασίλισσαν γῆμαι Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ τῶν γε σατραπῶν τῶν τῆς Σκυθικῆς χώρας καὶ ὅσοι ἄλλοι δυνάσται κατὰ τὴν γῆν τὴν Σκυθίδα, τούτων τὰς παῖδας ἐθέλειν δοῦναι τοῖς πιστοτάτοις τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον· ἥξειν δὲ καὶ αὐτὸς ἔφασκεν, εἰ κελεύοιτο, ὡς παρ' αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου ἀκοῦσαι ὅσα ἐπαγγέλλοι. (4) Ἀφίκετο δ' ἐν τούτῳ παρ' Ἀλέξανδρον καὶ Φαρασμάνης ὁ Χωρασμίων βασιλεὺς ξὺν ἱππεῦσι χιλίοις καὶ πεντακοσίοις. Ἔφασκε δὲ ὁ Φαρασμάνης ὅμορος οἰκεῖν τῷ τε Κόλχων γένει καὶ ταῖς γυναιξὶ ταῖς Ἀμαζόσι, καὶ εἰ ἐθέλοι Ἀλέξανδρος, ἐπὶ Κόλχους τε καὶ Ἀμαζόνας ἐλάσας καταστρέψασθαι τὰ ἐπὶ τὸν πόντον τὸν Εὔξεινον ταύτῃ καθήκοντα γένη, ὁδῶν τε ἡγεμὼν ἕσεσθαι ἐπηγγέλλετο καὶ τὰ ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ παρασκευάσειν.

5. Τοῖς τε οὖν παρὰ τῶν Σκυθῶν ἥκουσι φιλάνθρωπα ἀποκρίνεται Ἀλέξανδρος καὶ ἐς τὸν τότε καιρὸν ξύμφορα· γάμου δὲ οὐδὲν δεῖσθαι Σκυθικοῦ· καὶ Φαρασμάνην ἐπαινέσας τε καὶ φιλίαν καὶ ξυμμαχίαν πρὸς αὐτὸν ξυνθέμενος αὐτῷ μὲν τότε οὐκ ἔφη ἐν καιρῷ εἶναι ἐλαύνειν ἐπὶ τὸν Πόντον· Ἀρταβάζῳ δὲ τῷ Πέρσῃ, ὅτῳ τὰ Βακτρίων ἐξ Ἀλεξάνδρου ἐπετέτραπτο, καὶ ὅσοι ἄλλοι πρόσχωροι τούτῳ σατράπαι ξυστήσας Φαρασμάνην ἀποπέμπει ἐς τὰ ἤθη τὰ αὐτοῦ. Αὐτῷ δὲ τὰ Ἰνδῶν ἔφη ἐν τῷ τότε μέλειν· (6) τούτους γὰρ καταστρεψάμενος πᾶσαν ἂν ἤδη ἔχειν τὴν Ἀσίαν· ἐχομένης

pidibus obrutos esse. Aristobulus vero Callisthenem compedibus vinctum cum exercitu ductum esse ac postea morbo interiisse scribit. Ptolemæus illum tortum ac deinde suspensum vitam finisse ait. Adeo ne ipsi quidem scriptores, quorum maxima est fides, quique tum temporis Alexandro aderant, de rebus manifestis, quæque quo pacto gestæ essent eos nequaquam latebant, inter se consentiunt. (4) Multa vero etiam alia alii de hisce rebus diversaque scripserunt. Sed de his abunde a me jam dictum est. Quæ quidem, quum haud multo post tempore acta sint, iis quæ Clito acciderunt adjeci, quod non aliena ab hac narratione viderentur.

CAP. XV.

Tum legati denuo ad Alexandrum a Scythis Europam incolentibus venerunt, una cum legatis quos ipse ad Scytha miserat. Rex enim Scytharum, qui tum temporis regnabat quum hi ab Alexandro mitterentur, mortem obierat, ejusque frater regnum tenebat. (2) Summa legationis erat, Scythas quicquid Alexander imperaret facere velle. Dona etiam a Scytharum rege adferebant, quæ apud Scythas censentur amplissima. Ad hæc se filiam suam Alexandro uxorem ad amicitiam societatemque confirmandam dare velle. (3) At si Scytharum reginam uxorem ducere dedignaretur, principum Scythicæ regionis et eorum qui apud sese in dignitate constituti essent filias iis quos Alexander maxime caros ac fidos haberet matrimonio copulaturum. Se quoque, si juberetur, venturum, ut ab ipso Alexandro coram imperata acciperet. (4) Eodem fere tempore Pharasmanes Chorasmiorum rex ad Alexandrum venerat cum equitibus MD, qui se finitimum Colchorum genti et mulieribus Amazonibus esse dicebat. Et si Alexander in Colchos et Amazonas profectus gentes Euxino ponto vicinas subigere in animo haberet, se et ducem itineris fore, omniaque exercitui necessaria suppeditaturum pollicebatur.

5. Alexander primum Scythicis legatis benigne respondet, oratione tempori illi maxime accommodata usus. Se vero Scythicis nuptiis non egere dixit ; deinde Pharasmane collaudato, ipsoque in amicitiam ac societatem recepto, sibi quidem tum commodum non esse dixit in Pontum proficisci. Artabazo autem Persæ, cui Bactrianorum regionem reliquosque vicinos satrapatus Alexander commiserat, Pharasmanem commendatum, ad suam gentem dimittit. Sibi vero res Indicas in animo esse dixit. (6) Indis enim subactis, universam Asiam in sua potestate fore. Porro Asia

δὲ τῆς Ἀσίας ἐπανιέναι [ἂν] ἐς τὴν Ἑλλάδα· ἐκεῖθεν δὲ ἐφ' Ἑλλησπόντου τε καὶ τῆς Προποντίδος ξὺν τῇ δυνάμει πάσῃ τῇ τε ναυτικῇ καὶ τῇ πεζικῇ ἐλάσειν εἴσω τοῦ Πόντου· καὶ ἐς τὸ τότε ἡξίου ἀποθέσθαι Φαρασμάνην ὅσα ἐν τῷ παραυτίκα ἐπηγγέλλετο.

7. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν Ὦξόν τε ποταμὸν ἦει αὖθις καὶ ἐς τὴν Σογδιανὴν προχωρεῖν ἐγνώκει, ὅτι πολλοὺς τῶν Σογδιανῶν ἐς τὰ ἐρύματα ξυμπεφευγέναι ἠγγέλλετο οὐδὲ ἐθέλειν κατακούειν τοῦ σατράπου ὅστις αὐτοῖς ἐξ Ἀλεξάνδρου ἐπετέτακτο. Στρατοπεδεύοντος δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ Ὦξῳ, οὐ μακρὰν τῆς σκηνῆς τῆς αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου πηγὴ ὕδατος καὶ ἄλλη ἐλαίου πηγὴ πλησίον αὐτῆς ἀνέσχε. (8) Καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου τῷ σωματοφύλακι ἐπειδὴ ἐσηγγέλθη τὸ τέρας, Πτολεμαῖος Ἀλεξάνδρῳ ἔφρασεν. Ἀλέξανδρος δὲ ἔθυεν ἐπὶ τῷ φάσματι ὅσα οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο. Ἀρίστανδρος δὲ πόνων εἶναι σημεῖον τοῦ ἐλαίου τὴν πηγὴν ἔφασκεν· ἀλλὰ καὶ νίκην ἐπὶ τοῖς πόνοις σημαίνειν.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Διαβὰς οὖν ξὺν μέρει τῆς στρατιᾶς ἐς τὴν Σογδιανήν, Πολυσπέρχοντα δὲ καὶ Ἄτταλον καὶ Γοργίαν καὶ Μελέαγρον αὐτοῦ ἐν Βάκτροις ὑπολιπόμενος, τούτοις μὲν παρήγγειλε τήν τε χώραν ἐν φυλακῇ ἔχειν, ὡς μή τι νεωτερίσωσιν οἱ ταύτῃ βάρβαροι, καὶ τοὺς ἤδη ἀφεστηκότας αὐτῶν ἐξαιρεῖν· (2) αὐτὸς δὲ ἐς πέντε μέρη διελὼν τὴν ἅμα οἱ στρατιάν, τῶν μὲν Ἡφαιστίωνα ἄρχειν ἔταξε, τῶν δὲ Πτολεμαῖον τὸν Λάγου τὸν σωματοφύλακα· τοῖς τρίτοις δὲ Περδίκκαν ἐπέταξε· τῆς δὲ τετάρτης τάξεως Κοῖνος καὶ Ἀρτάβαζος ἡγοῦντο αὐτῶν· τὴν δὲ πέμπτην μοῖραν ἀναλαβὼν αὐτὸς ἐπῄει τὴν χώραν ὡς ἐπὶ Μαράκανδα. (3) Καὶ οἱ ἄλλοι ὡς ἑκάστοις προὐχώρει ἐπῄεσαν, τοὺς μέν τινας τῶν ἐς τὰ ἐρύματα ξυμπεφευγότων βίᾳ ἑξαιροῦντες, τοὺς δὲ καὶ ὁμολογίᾳ προσχωροῦντάς σφισιν ἀναλαμβάνοντες. Ὡς δὲ ξύμπασα αὐτῷ ἡ δύναμις, ἐπελθοῦσα τῶν Σογδιανῶν τῆς χώρας τὴν πολλήν, ἐς Μαράκανδα ἀφίκετο, Ἡφαιστίωνα μὲν ἐκπέμπει τὰς ἐν τῇ Σογδιανῇ πόλεις συνοικίζειν, Κοῖνον δὲ καὶ Ἀρτάβαζον ὡς ἐς Σκύθας, ὅτι ἐς Σκύθας καταπεφευγέναι Σπιταμένης αὐτῷ ἐξηγγέλλετο· αὐτὸς δὲ ξὺν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ ἐπιὼν τῆς Σογδιανῆς ὅσα ἔτι πρὸς τῶν ἀφεστηκότων κατείχετο, τοῦτα οὐ χαλεπῶς ἐξῄρει.

4. Ἐν τούτοις δὲ Ἀλεξάνδρου ὄντος, Σπιταμένης τε καὶ σὺν αὐτῷ τῶν Σογδιανῶν τινες φυγάδων ἐς τῶν Σκυθῶν τῶν Μασσαγετῶν καλουμένων τὴν χώραν ξυμπεφευγότες, ξυναγαγόντες τῶν Μασσαγετῶν ἱππέας ἑξακοσίους, ἀφίκοντο πρός τι φρούριον τῶν κατὰ τὴν Βακτριανήν. (5) Καὶ τῷ τε φρουράρχῳ οὐδὲν πολέμιον προσδεχομένῳ ἐπιπεσόντες καὶ τοῖς ξὺν τούτῳ τὴν φυλακὴν ἔχουσι τοὺς μὲν στρατιώτας διέφθειραν, τὸν

debellata, in Græciam reversurum; illinc per Hellespontum et Propontidem cum omnibus copiis tam navalibus quam terrestribus pontum Euxinum petiturum: utque in id tempus Pharasmanes promissa sua reservaret jussit.

7. Ipse rursus ad Oxum amnem contendit. Decreverat enim in Sogdianos proficisci, quod plerosque Sogdianorum in arces sese recepisse cognoverat, neque satrapæ quem iis Alexander constituerat morem gerere velle. Quumque prope Oxum flumen castra posuisset, gemini fontes, alter aquam, alter ipsi vicinus oleum fundens, non procul ab ipsius Alexandri tabernaculo orti sunt. (8) Quod prodigium ubi Ptolemæo Lagi filio nuntiatum fuit, is protinus Alexandre significavit. Qui statim ex vatum præscripto sacrificium fecit. Aristander fontem oleo manantem labores portendere respondit, victoriam tamen ex labore consecuturam.

CAP. XVI.

In Sogdianos itaque cum parte exercitus progressus, Polysperchonte vero et Attalo et Gorgia atque Meleagro ibi apud Bactrianos relictis, ut regionem illam præsidio tenerent, ne barbari ejus loci novi aliquid molirentur, utque eos qui jam descivissent ab ipsis expugnarent: (2) ipse copiis suis in quinque partes divisis, Hephæstionem aliis, aliis Ptolemæum, corporis custodem, tertiæ parti Perdiccam præesse jussit; quarto autem agmini Cœnum et Artabazum præfecit. Ipse quinta parte secum sumpta, regionem ingreditur Maracanda versus. (3) Reliqui, ut quisque potuit, ingressi, alios qui in arces confugerant vi expugnarunt, alios deditionem voluntarie facientes receperunt. Postquam vero universæ copiæ, majore Sogdianæ provinciæ parte peragrata, ad Maracanda convenerunt, Hephæstionem emittit, qui in Sogdianorum urbes colonias deducat: Cœnum autem et Artabazum in Scythas, quod nuntiatum fuerat Spitamenem ad eos confugisse: ipse cum reliquo exercitu Sogdianorum ditionem ingressus, cætera oppida, quæ ab iis qui defecerant tenebantur, parvo negotio expugnat.

4. Dum hæc aguntur, Spitamenes cum Sogdianorum profugorum manu qui ad Scythas Massagetas profugerant, collectis Massagetis equitibus sexcentis, ad arcem quandam Bactrianæ profectus, (5) et præfectum præsidii nihil hostile exspectantem adortus, milites qui in præsidio erant inter-

φρούραρχον δὲ ἑλόντες ἐν φυλακῇ εἶχον. Θαρσήσαντες δὲ ἐπὶ τοῦ φρουρίου τῇ καταλήψει ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον Ζαριάσποις πελάσαντες, τῇ μὲν πόλει προσβαλεῖν ἀπέγνωσαν, λείαν δὲ πολλὴν περιεβαλλόμενοι ἤλαυνον.

6. Ἦσαν δὲ ἐν τοῖς Ζαριάσποις, νόσῳ ὑπολελειμμένοι, τῶν ἑταίρων ἱππέων οὐ πολλοὶ καὶ ξὺν τούτοις Πείθων τε ὁ Σωσικλέους, ἐπὶ τῆς βασιλικῆς θεραπείας τῆς ἐν Ζαριάσποις τεταγμένος, καὶ Ἀριστόνικος ὁ κιθαρῳδός. Καὶ οὗτοι αἰσθόμενοι τῶν Σκυθῶν τὴν καταδρομήν (ἤδη γὰρ ἐκ τῆς νόσου ἀναῤῥωσθέντες ὅπλα τε ἔφερον καὶ τῶν ἵππων ἐπέβαινον), ξυναγαγόντες τούς τε μισθοφόρους ἱππέας ἐς ὀγδοήκοντα, οἳ ἐπὶ φυλακῇ τῶν Ζαριάσπων ὑπολελειμμένοι ἦσαν, καὶ τῶν παίδων τινὰς τῶν βασιλικῶν ἐκβοηθοῦσιν ἐπὶ τοὺς Μασσαγέτας. (7) Καὶ τῇ μὲν πρώτῃ προσβολῇ οὐδὲν ὑποτοπήσασι τοῖς Σκύθαις ἐπιπεσόντες τήν τε λείαν ξύμπασαν ἀφείλοντο αὐτοὺς καὶ τῶν ἀγόντων τὴν λείαν οὐκ ὀλίγους ἀπέκτειναν. Ἐπανιόντες δὲ αὐτοὶ ἀτάκτως, ἅτε οὐδενὸς ἐξηγουμένου, ἐνεδρευθέντες πρὸς Σπιταμένους καὶ τῶν Σκυθῶν τῶν μὲν ἑταίρων ἀποβάλλουσιν ἑπτά, τῶν δὲ μισθοφόρων ἱππέων ἑξήκοντα· καὶ Ἀριστόνικος ὁ κιθαρῳδὸς αὐτοῦ ἀποθνήσκει, οὐ κατὰ κιθαρῳδὸν ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος. Πείθων δὲ τρωθεὶς ζῶν λαμβάνεται πρὸς τῶν Σκυθῶν.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Καὶ ταῦτα ὡς Κρατέρῳ ἐξηγγέλθη, σπουδῇ ἐπὶ τοὺς Μασσαγέτας ἦλαυνεν. Οἱ δὲ ὡς ἐπύθοντο πλησίον ἐπελαύνοντά σφισι Κράτερον, ἔφευγον ἀνὰ κράτος ὡς ἐς τὴν ἐρήμην. Καὶ Κράτερος ἐχόμενος αὐτῶν αὐτοῖς τε ἐκείνοις περιπίπτει οὐ πόῤῥω τῆς ἐρήμου καὶ ἄλλοις ἱππεῦσι Μασσαγετῶν ὑπὲρ τοὺς χιλίους. (2) Καὶ μάχη γίγνεται τῶν [τε] Μακεδόνων καὶ τῶν Σκυθῶν καρτερά· καὶ ἐνίκων οἱ Μακεδόνες. Τῶν δὲ Σκυθῶν ἀπέθανον μὲν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἱππεῖς· οἱ δὲ ἄλλοι οὐ χαλεπῶς ἐς τὴν ἐρήμην διεσώθησαν, ὅτι ἄπορον ἦν προσωτέρω τοῖς Μακεδόσι διώκειν.

3. Καὶ ἐν τούτῳ Ἀλέξανδρος Ἀρτάβαζον μὲν τῆς σατραπείας τῆς Βακτρίων ἀπαλλάττει δεηθέντα διὰ γῆρας, Ἀμύνταν δὲ τὸν Νικολάου σατράπην ἀντ' αὐτοῦ καθίστησι. Κοῖνον δὲ ἀπολείπει αὐτοῦ τήν τε αὐτοῦ τάξιν καὶ τὴν Μελεάγρου ἔχοντα καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων ἐς τετρακοσίους καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς πάντας καὶ τῶν Βακτρίων τε καὶ Σογδιανῶν καὶ ὅσοι ἄλλοι μετὰ Ἀμύντου ἐτάχθησαν, προστάξας ἅπασιν ἀκούειν Κοίνου καὶ διαχειμάζειν αὐτοῦ ἐν τῇ Σογδιανῇ, τῆς τε χώρας ἕνεκα τῆς φυλακῆς καὶ εἴ πη ἄρα Σπιταμένην περιφερόμενον κατὰ τὸν χειμῶνα ἐνεδρεύσαντας ξυλλαβεῖν.

5. Σπιταμένης δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ὡς φρουραῖς τε πάντα κατειλημμένα ἑώρων ἐκ τῶν Μακεδόνων καί

fecit, præfectum vero in custodia tenuit. Ipsi capta hac arce, animis elati, paucis post diebus Zariaspis appropinquantes urbem oppugnare non statuerunt, sed multam prædam inde abegerunt.

6. Erant in ea urbe equites nunnulli ex amicis, valetudinis causa ibi relicti, et simul cum his Pithon Sosiclis filius, iis qui ex regia familia Zariaspis erant præfectus, et Aristonicus citharœdus. Hi cognita incursione Scytharum (jam enim convaluerant, armaque ferre et equos conscendere poterant) collectis mercenariis equitibus LXXX, qui præsidio Zariaspis relicti fuerant, et regiorum puerorum nonnullis, in Massagetas feruntur. (7) Ac primum quidem, impetu in Scythas nihil tale opinantes facto, omnem prædam illis abripiunt et eorum qui prædam abigebant plerosque interficiunt. Quum vero incomposito agmine solutisque ordinibus, utpote nemine ipsos ducente, redirent, Spitamenes et Scythæ ex insidiis eos adorti, ex amicis quidem septem, ex mercenariis equitibus LX interimunt. Aristonicus quoque citharœdus, qui in ea pugna se non ut citharœdum sed strenuum militem gesserat, interfectus est; Pithon saucius vivus in hostium potestatem venit.

CAP. XVII.

Hæc ut Cratero nuntiata sunt, confestim in Massagetas contendit. Qui ut illum adventare acceperunt, effusa fuga deserta petierunt. Craterus acriter eos insecutus, illos pariter aliosque Massagetarum equites ultra mille non procul a solitudine consequitur. (2) Acre ibi inter Macedones et Scythas certamen fit: victoria penes Macedones fuit. Ex Scythis quidem CL equites cæsi. Reliqui facile per solitudinem evaserunt, Macedonibus facultate persequendi adempta.

3. Inter hæc Alexander, Artabazo a satrapatu Bactrianorum propter senectutem id precante absoluto, Amyntam Nicolai filium in ejus locum suffecit. Cœnoque ibidem relicto cum suis ac Meleagri copiis, equitibusque ex amicis CCCC, et omnibus jaculatoribus equestribus, tum Bactrianis Sogdianisque quibus Amyntas præfuerat, eos omnes Cœno parere et in Sogdianis hibernare jussit: partim ut præsidio regioni essent, partim ut Spitamenem, si is forte per hiemem ea loca peragraret, ex insidiis caperent.

4. Spitamenes vero cum suis, ubi agnovit omnia passim loca præsidiis Macedonum teneri fugamque sibi perdifficilem

σφισιν ἄπορα πάντα τὰ τῆς φυγῆς ἐγίγνετο, ὡς ἐπὶ Κοῖνόν τε καὶ τὴν ξὺν τούτῳ στρατιὰν ἐτράποντο, ὡς ταύτῃ μᾶλλόν τι ἀξιόμαχοι ἐσόμενοι. Ἀφικόμενοι δὲ ἐς Βαγάς, χωρίον τῆς Σογδιανῆς ὀχυρόν, ἐν μεθορίῳ τῆς τε Σογδιανῶν γῆς καὶ τῆς Μασσαγετῶν Σκυθῶν ὠκισμένον, ἀναπείθουσιν οὐ χαλεπῶς τῶν Σκυθῶν ἱππέας ἐς τρισχιλίους συνεμβάλλειν σφίσιν ἐς τὴν Σογδιανήν. (5) Οἱ δὲ Σκύθαι οὗτοι ἀπορία τε πολλῇ ἔχονται καὶ ἅμα ὅτι οὔτε πόλεις εἰσὶν αὐτοῖς οὔτε ἑδραῖοι οἰκοῦσιν, ὡς δειμαίνειν ἂν περὶ τῶν φιλτάτων, οὐ χαλεποὶ ἀναπεισθῆναί εἰσιν ἐς ἄλλον καὶ ἄλλον πόλεμον. Ὡς δὲ Κοῖνός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἔμαθον προσιόντας τοὺς ξὺν Σπιταμένῃ ἱππέας, ἀπήντων καὶ αὐτοὶ μετὰ τῆς στρατιᾶς. Καὶ γίγνεται αὐτῶν μάχη καρτερά· (6) καὶ νικῶσιν οἱ Μακεδόνες, ὥστε τῶν μὲν βαρβάρων ἱππέων ὑπὲρ τοὺς ὀκτακοσίους πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ, τῶν δὲ ξὺν Κοίνῳ ἱππέας μὲν ἐς εἴκοσι καὶ πέντε, πεζοὺς δὲ δώδεκα. Οἵ τε οὖν Σογδιανοὶ οἱ ἔτι ὑπολειπόμενοι ξὺν Σπιταμένῃ καὶ τῶν Βακτρίων οἱ πολλοὶ ἀπολείπουσιν ἐν τῇ φυγῇ Σπιταμένην καὶ ἀφικόμενοι παρὰ Κοῖνον παρέδοσαν σφᾶς αὐτοὺς Κοίνῳ, (7) οἵ τε Μασσαγέται οἱ Σκύθαι κακῶς πεπραγότες τὰ μὲν σκευοφόρα τῶν ξυμπαραταξαμένων σφίσι Βακτρίων τε καὶ Σογδιανῶν διήρπασαν, αὐτοὶ δὲ ξὺν Σπιταμένῃ ἐς τὴν ἔρημον ἔφευγον. Ὡς δὲ ἐξήγγελτο αὐτοῖς Ἀλέξανδρος ἐν ὁρμῇ ὢν ἐπὶ τὴν ἔρημον ἐλαύνειν, ἀποτεμόντες τοῦ Σπιταμένου τὴν κεφαλὴν παρὰ Ἀλέξανδρον πέμπουσιν, ὡς ἀποστρέψοντες ἀπὸ σφῶν αὐτὸν τούτῳ τῷ ἔργῳ.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Καὶ ἐν τούτῳ Κοῖνός τε ἐς Ναύταχα παρ' Ἀλέξανδρον ἐπανέρχεται καὶ οἱ ἀμφὶ Κράτερόν τε καὶ Φραταφέρνην τὸν τῶν Παρθυαίων σατράπην καὶ Στασάνωρ ὁ Ἀρείων, πεπραγμένων σφίσι πάντων ὅσα ἐξ Ἀλεξάνδρου ἐτέτακτο. (2) Ἀλέξανδρος δέ, περὶ Ναύταχα ἀναπαύων τὴν στρατιὰν ὅ τιπερ ἀκμαῖον ἦν τοῦ χειμῶνος, Φραταφέρνην μὲν ἀποστέλλει ἐς Μάρδους καὶ Ταπούρους, Αὐτοφραδάτην ἐπανάξοντα τὸν σατράπην, ὅτι πολλάκις ἤδη μετάπεμπτος ἐξ Ἀλεξάνδρου γιγνόμενος οὐχ ὑπήκουε καλοῦντι. (3) Στασάνορα δὲ ἐς Δράγγας σατράπην ἐκπέμπει, ἐς Μήδους δ' Ἀτροπάτην ἐπὶ σατραπείᾳ καὶ τοῦτον τῇ Μήδων, ὅτι Ὀξοδάτης ἐθελοκακεῖν αὐτῷ ἐφαίνετο. Σταμένην δὲ ἐπὶ Βαβυλῶνος στέλλει, ὅτι Μαζαῖος ὁ Βαβυλώνιος ὕπαρχος τετελευτηκέναι αὐτῷ ἐξηγγέλλετο. Σώπολιν δὲ καὶ Ἐπόκιλλον καὶ Μενίδαν ἐς Μακεδονίαν ἐκπέμπει, τὴν στρατιὰν τὴν ἐκ Μακεδονίας αὐτῷ ἀνάξοντας.

4. Ἅμα δὲ τῷ ἦρι ὑποφαίνοντι προὐχώρει ὡς ἐπὶ τὴν ἐν τῇ Σογδιανῇ πέτραν, ἐς ἣν πολλοὺς μὲν τῶν Σογδιανῶν ξυμπεφευγέναι αὐτῷ ἐξηγγέλλετο· καὶ ἡ Ὀξυάρτου δὲ γυνὴ τοῦ Βακτρίου καὶ αἱ παῖδες αἱ

fore, in Cœnum ejusque copias se convertit, quod facilior ea parte conflictus futurus videbatur. Quumque Bagas pervenissent, munitum Sogdianorum oppidum, medium inter Massagetas Scythas et Sogdianos situm, Scytharum equitibus circiter III M facile ut se ipsis conjungant atque in Sogdianos una irrumpant, persuadent. (5) Hi Scythæ quum inopes admodum sint, quippe qui neque urbes habeant, neque certas sedes figant, neque metu perdendi res maxime caras occupentur, non difficulter ad alia atque alia bella inducuntur. Cœnus cognito Spitamenis adventu, obviam cum exercitu profectus, acre cum barbaris prœlium committit. (6) Macedones superiores evadunt. Ex barbaris DCCC amplius equites cæsi, a Cœni partibus equites XXV, pedites XII Sogdiani qui cum Spitamene pugnæ superfuerant, et Bactrianorum plerique, Spitamene in fuga deserto, ad Cœnum venerunt, seque in illius fidem dediderunt. (7) Massagetæ vero Scythæ re male gesta, Bactrianorum et Sogdianorum sociorum impedimentis direptis cum Spitamene in solitudinem confugerunt. Cæterum postquam intellexerunt Alexandrum animo penetrandi deserta adventare, interfecto Spitamene, caput ejus ad Alexandrum mittunt, tanquam illum a sese hoc facto aversuri.

CAP. XVIII.

Inter hæc Cœnus et Craterus Nautaca ad Alexandrum reverterunt, et Phrataphernes ac Stasanor, ille Parthorum, hic Areorum satrapa, omnibus iis rebus quas Alexander imperarat confectis. (2) Alexander quiete exercitui ad Nautaca data (vigebat enim tum bruma) Phrataphernem in Mardos ac Tapuros mittit, ut Autophradatem satrapam, qui sæpius accersitus ab Alexandro non parebat, adducat. (3) Stasanorem in Drangas præsidem mittit, in Medos Atropatem: atque hunc quidem in Medos, quod Oxodatem male sibi velle intellexerat. Stamenem vero Babylonem ire jubet, quod Mazæus Babylonis præses mortem obiisse nuntiabatur. Sopolim vero et Epocillum ac Menidam in Macedoniam mittit, exercitum inde ducturos.

4. Posthæc imminente vere ad petram in Sogdianis sitam proficiscitur, in quam multos Sogdianorum confugisse acceperat. Oxyartis quoque Bactriani uxor et filiæ eo sese recepisse dicebantur. Oxyartes enim eas in hunc locum ut

Ὀξυάρτου ἐς τὴν πέτραν ταύτην ξυμπεφευγέναι ἐλέγοντο, Ὀξυάρτου αὐτὰς ὡς ἐς ἀνάλωτον δῆθεν τὸ χωρίον ἐκεῖνο ὑπεχθεμένου, ὅτι καὶ αὐτὸς ἀφειστήκει ἀπ' Ἀλεξάνδρου. Ταύτης γὰρ ἐξαιρεθείσης οὐκέτι οὐδὲν ὑπολειφθήσεσθαι ἐδόκει τῶν Σογδιανῶν τοῖς νεωτερίζειν ἐθέλουσιν. (5) Ὡς δὲ ἐπέλασαν τῇ πέτρᾳ, καταλαμβάνει πάντη ἀπότομον ἐς τὴν προσβολήν, σιτία τε ξυγκεκομισμένους τοὺς βαρβάρους ὡς ἐς χρόνιον πολιορκίαν· καὶ χιὼν πολλὴ ἐπιπεσοῦσα τήν τε πρόσβασιν ἀπορωτέραν ἐποίει τοῖς Μακεδόσι· καὶ ἅμα ἐν ἀφθονίᾳ ὕδατος τοὺς βαρβάρους διῆγεν. Ἀλλὰ καὶ ὡς προσβάλλειν ἐδόκει τῷ χωρίῳ. (6) Καὶ γάρ τι καὶ ὑπέρογκον ὑπὸ τῶν βαρβάρων λεχθὲν ἐς φιλοτιμίαν ξὺν ὀργῇ ἐμβεβλήκει Ἀλέξανδρον. Προκληθέντες γὰρ ἐς ξύμβασιν καὶ προτεινομένου σφίσιν ὅτι σώοις ὑπάρξει ἐπὶ τὰ σφέτερα ἀπαλλαγῆναι παραδοῦσι τὸ χωρίον, οἱ δὲ σὺν γέλωτι βαρβαρίζοντες πτηνοὺς ἐκέλευον ζητεῖν στρατιώτας Ἀλέξανδρον, οἵτινες αὐτῷ ἐξαιρήσουσι τὸ ὄρος, ὡς τῶν γε ἄλλων ἀνθρώπων οὐδεμίαν ὤραν σφίσιν οὖσαν. (7) Ἔνθα δὴ ἐκήρυξεν Ἀλέξανδρος τῷ μὲν πρώτῳ ἀναβάντι δώδεκα τάλαντα εἶναι τὸ γέρας, δευτέρῳ δὲ ἐπὶ τούτῳ τὰ δεύτερα καὶ τρίτῳ τὰ ἑφεξῆς, ὡς τελευταῖον εἶναι τῷ τελευταίῳ ἀνελθόντι τριακοσίους Δαρεικοὺς τὸ γέρας. Καὶ τοῦτο τὸ κήρυγμα παρώξυνεν ἔτι μᾶλλον καὶ ἄλλως τοὺς Μακεδόνας ὡρμημένους.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Ξυνταξάμενοι δὴ ὅσοι πετροβατεῖν ἐν ταῖς πολιορκίαις αὐτῶν μεμελετήκεσαν, ἐς τριακοσίους τὸν ἀριθμόν, καὶ πασσάλους μικροὺς σιδηροῦς, οἷς αἱ σκηναὶ καταπεπήγεσαν αὐτοῖς, παρασκευάσαντες, τοῦ καταπηγνύναι αὐτοὺς ἔς τε τὴν χιόνα ὅπου πεπηγυῖα φανείη καὶ εἴ πού τι τῆς χώρας ἔρημον χιόνος ὑποφαίνοιτο, καὶ τούτους καλωδίοις ἐκ λίνου ἰσχυροῖς ἐκδήσαντες, τῆς νυκτὸς προὐχώρουν κατὰ τὸ ἀποτομώτατόν τε τῆς πέτρας καὶ ταύτῃ ἀφυλακτότατον. (2) Καὶ τούτους τοὺς πασσάλους καταπηγνύντες τοὺς μὲν εἰς τὴν γῆν, ὅπου διεφαίνετο, τοὺς δὲ καὶ τῆς χιόνος ἐς τὰ μάλιστα οὐ θρυφθησόμενα, ἀνεῖλκον σφᾶς αὐτοὺς ἄλλοι ἄλλῃ τῆς πέτρας. Καὶ τούτων ἐς τριάκοντα μὲν ἐν τῇ ἀναβάσει διεφθάρησαν, ὥστε οὐδὲ τὰ σώματα αὐτῶν ἐς ταφὴν εὑρέθη, ἐμπεσόντα ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τῆς χιόνος. (3) Οἱ δὲ λοιποὶ ἀναβάντες ὑπὸ τὴν ἕω καὶ τὸ ἄκρον τοῦ ὄρους καταλαβόντες σινδόνας κατέσειον ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Μακεδόνων, οὕτως αὐτοῖς ἐξ Ἀλεξάνδρου παρηγγελμένον. Πέμψας δὲ κήρυκα ἐμβοῆσαι ἐκέλευσε τοῖς προφυλάσσουσι τῶν βαρβάρων μὴ διατρίβειν ἔτι, ἀλλὰ παραδιδόναι σφᾶς· ἐξευρῆσθαι γὰρ δὴ τοὺς πτηνοὺς ἀνθρώπους καὶ ἔχεσθαι ὑπ' αὐτῶν τοῦ ὄρους τὰ ἄκρα· καὶ ἅμα ἐδείκνυεν τοὺς ὑπὲρ τῆς κορυφῆς στρατιώτας.

inexpugnabilem subduci curarat. Nam et ipse ab Alexandro defecerat. Porro ea petra capta, nihil reliquum Sogdianis fore videbatur, qui ad defectionem inclinarent. (5) Simulac vero ad petram accessit, comperit præruptum undique ejus aditum esse, et barbaros frumentum in diu, turnam obsidionem importasse. Nivium etiam altitudo difficiliorem Macedonibus accessum faciebat, et aquarum copiam barbaris suppetebat. Alexander nihilominus oppugnandam esse petram statuit. (6) Arrogans etiam ac superbum barbarorum responsum ad gloriam simul atque iram Alexandrum excitavit. Quum enim eos ad colloquium evocasset, ac si se dederent, facultatem libere in domos suas redeundi eis proposuisset, ipsi barbare irridentes, ut alatos sibi milites Alexander quæreret, qui petram caperent, jusserunt, quippe qui ab aliis hominibus nihil sibi metuerent. (7) Tum Alexander per præconem edici jubet primo omnium qui in petram conscenderet XII talenta præmii loco se daturum. Secundo deinde secundum, (*undecim talentorum*) præmium ac tertio tertium proponit, et sic porro, ita ut postremum præmium postremo (*duodecimo*) qui in petram evasisset, trecentorum Daricorum (*unius talenti*) esset. Quæ quidem præmii spes Macedones etiam sua sponte concitatos magis accendit.

CAP. XIX.

Collectis itaque ex omni numero eorum qui conscendendis rupibus in obsidionibus assueverant, trecentis, præparatis exiguis paxillis ferreis, quibus tabernacula affixa erant, ita ut in nivem, ubi illa gelu constricta esset, aut iis locis quæ nivem non habebant, defigere possent, validos funes linteos iis alligant, noctuque ad eam rupis partem quæ maxime prærupta arduaque erat, atque ob id præsidio non indigere videbatur, sese conferunt, (2) et paxillis partim in terram nive vacuam, partim in nivem ipsam, quæ maxime congelata esset, defixis, ipsi se alia atque alia via in altum nitentes sublevant. Atque ex his quidem XXX in ascensu perierunt, adeo ut ne corpora quidem, ut sepeliri possent, inventa sint, in nivem scilicet hic illic demersa. (3) Reliqui quum sub lucem in verticem rupis evasissent, linteorum quassatione Macedonum exercitui ascensus significationem dederunt. Ita enim illis ab Alexandro imperatum fuerat. Misso itaque statim caduceatore, Alexander procubitoribus barbaris denuntiari jubet, ut nulla interposita mora sese dedant. Inventos enim esse abs se homines alatos et ab iis petræ cacumen teneri: simulque iis milites qui in vertice rupis stabant ostendit.

3. Ἀριστόβουλος δὲ τὸν Πώρου παῖδα λέγει φθάσαι ἀφικόμενον σὺν ἅρμασιν ὡς ἑξήκοντα πρὶν τὸ ὕστερον ἐκ τῆς νήσου τῆς μακρᾶς περᾶσαι Ἀλέξανδρον· καὶ τοῦτον δυνηθῆναι ἂν εἴρξαι Ἀλέξανδρον τῆς διαβάσεως, χαλεπῶς καὶ μηδενὸς εἴργοντος περαιωθέντα, εἴπερ οὖν καταπηδήσαντες οἱ Ἰνδοὶ ἐκ τῶν ἁρμάτων προσέκειντο τοῖς πρώτοις τῶν ἐκβαινόντων· ἀλλὰ παραλλάξαι γὰρ ξὺν τοῖς ἅρμασι καὶ ἀκίνδυνον ποιῆσαι Ἀλεξάνδρῳ τὴν διάβασιν· καὶ ἐπὶ τούτους ἀφεῖναι Ἀλέξανδρον τοὺς ἱπποτοξότας, καὶ τραπῆναι αὐτοὺς οὐ χαλεπῶς, πληγὰς λαμβάνοντας. (4) Οἱ δὲ καὶ μάχην λέγουσιν ἐν τῇ ἐκβάσει γενέσθαι τῶν Ἰνδῶν τῶν ξὺν τῷ παιδὶ τῷ Πώρου ἀφιγμένων πρὸς Ἀλέξανδρόν τε καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ ἱππέας. Καὶ γὰρ καὶ ἀφικέσθαι ξὺν μείζονι δυνάμει τὸν Πώρου παῖδα, καὶ αὐτόν τε Ἀλέξανδρον τρωθῆναι πρὸς αὐτοῦ καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ ἀποθανεῖν τὸν Βουκεφάλαν, φίλτατον Ἀλεξάνδρῳ ὄντα τὸν ἵππον, καὶ τοῦτον τρω-

CAP. XII.

Atque hæc quidem Cratero mandata sunt. Medio autem loco inter insulam et magna castra, apud quæ Craterum reliquerat, Meleagrum atque Attalum et Gorgiam cum mercenariis equitibus ac peditibus statuit: mandatis additis, ut diviso in partes exercitu, quum Indos pugnæ implicitos cernerent, etiam ipsi trajicerent.

2. Ipse delecto amicorum agemate et equitatu Hephæstionis, Perdiccæ et Demetrii, Bactrianis etiam et Sogdianis et Scythis equitibus et Daarum equestribus sagittariis, ex phalange vero sumptis scutatis, Clitique ac Cœni copiis et sagittariis atque Agrianis, remotius nonnihil a ripa, ne ab hostibus cerneretur ad rupem atque insulam, qua trajicere statuerat, sese conferens, exercitum duxit. (3) Tum per noctem pelles jam multo ante eo allatæ stramentis implentur, accurateque consuuntur. Largus etiam imber ea nocte e cælo fusus effecit, ut apparatus qui ad trajiciendum fiebat eo minus sentiretur, quum et tonitruorum et imbrium sonus strepitum armorum et clamores imperantium ducum interciperet. (4) Pleraque etiam navigia dissecta ad eum locum advecta et clam compacta in sylva occultabantur, tum reliqua tum naves triginta remorum. Sub lucem itaque vento pariter atque imbre sedato, equitatus ac peditatus, quantum aut pelles aut navigia ferre poterant, juxta insulam trajiciebat ita ut non prius a speculatoribus quos Porus ad ripam statuerat conspecti sint, quam præterita insula jam non procul ab ripa abessent.

CAP. XIII.

Ipse conscensa nave xxx remorum trajiciebat, unaque cum eo Ptolemæus et Perdiccas ac Lysimachus corporis custodes, ex amicis etiam Seleucus cui postea regnare contigit, et scutatorum dimidia pars; reliquos scutatos aliæ naves triginta remorum vehebant. Simulac vero exercitus insulam prætergressus est conspiciente jam hoste in ripam contendebat. Speculatores itaque cognito Macedonum adventu, quanta maxima celeritate potuerunt equis ad Porum contendunt. (2) Interea Alexander qui primus in terram exscenderat, eos qui aliis navibus xxx remorum trajiciebant assumpsit, et subinde escendentes equites in ordinem redigebat. Equites enim primi omnium escendere jussi erant. Hos ducens acie instructa processit. Ceterum ignoratione locorum in aliam enim insulam eamque amplam incidit, unde eo minus insula esse videbatur, quam aqua exiguo spatio a terra sejungebat. (3) Accedebat huc quod imber largus et in multam noctem durans aquam auxerat, ita ut equites vadum reperire non possent, metuerentque ne hic trajectus tantum ipsis negotii quantum prior facesseret. Tandem reperto vado, ægre per eum transitum est. Aqua enim ubi altissima erat peditum pectora, equorum cervices æquabat. (4) Postquam vero hæc quoque aqua trajecta erat, agema equitum et reliquarum turmarum optimos quosque selectos, ad dextrum cornu traduxit, sagittarios vero equites universo equitatui præposuit. Peditum autem primos scutatos regios, quos ducebat Seleucus, equitatui adjunxit; proxime his agema regium; exinde reliquos scutatos, prout singulis præfecturæ contigerant. Ab utroque phalangis latere sagittarios atque Agrianos et jaculatores constituit.

CAP. XIV.

Acie ita instructa, peditatum sex circiter millium ordine et sensim sequi jubet. Ipse quum equitatu superior futurus videretur, equitibus, quinquies fere mille, assumtis celeriter contendit, Taurone sagittariorum præfecto sagittarios ad equitatum festinanter adducere jusso. (2) Ita vero secum statuebat, si Porus cum universo exercitu eum adoriretur, se vel facile cum equitatu irruentem superiorem fore, vel certe tantisper dum peditatus accederet hostilem impetum moraturum; sin vero Indi improviso transitu perculsi sese in fugam verterent, non procul ab ipsis in fuga abfuturum, et quo major inter fugiendum cædes edita esset, tanto minus negotii sibi reliquum futurum.

3. Aristobulus autem auctor est Pori filium cum xl curribus venisse, priusquam ultimum ex longa illa insula Alexander exercitum transmisisset. Atque hunc quidem Alexandrum transitu prohibere potuisse, quippe qui difficulter etiam nemine obsistente transisset, si modo Indi e curribus desilientes in primos quosque transeuntes impetum fecissent. Cæterum illum cum curribus prætergressum, tutum Alexandro transitum reliquisse. In quos quum Alexander equestres sagittarios immisisset, in fugam non incruentam vertisse. (4) Alii Indos qui Pori filium secuti erant cum Alexandro ejusque equitatu flumen egrediente conflixisse tradunt. Majoribus enim copiis Pori filium instructum venisse, ipsumque Alexandrum ab eo vulnus accepisse, Bucephalum vero equum, qui carissimus Alexandro erat, a Pori filio vulneratum interiisse. (5) Sed Ptolemæus Lagi filius,

θέντα ὑπὸ τοῦ παιδὸς τοῦ Πώρου. (5) Ἀλλὰ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ὅτῳ καὶ ἐγὼ ξυμφέρομαι, ἄλλως λέγει. Ἐκπεμφθῆναι μὲν γὰρ τὸν παῖδα ὑπὸ τοῦ Πώρου λέγει καὶ οὗτος, ἀλλ' οὐχ ἑξήκοντα μόνα ἅρματα ἄγοντα. Οὐδὲ γὰρ εἰκὸς Πῶρον ἀκούσαντα ἐκ τῶν σκοπῶν ὅτι δὴ ἢ αὐτὸς Ἀλέξανδρος διαβέβηκε τοῦ Ὑδάσπου τὸν πόρον ἢ μέρος γέ τι τῆς στρατιᾶς, ξὺν ἑξήκοντα ἅρμασι μόνοις ἐκπέμψαι τὸν αὐτοῦ παῖδα· (6) ἃ δὴ ὡς μὲν ἐπὶ κατασκοπὴν ἐκπεμπόμενα πολλά τε καὶ οὐκ εὔζωνα ἐς τὴν ἀποχώρησιν ἦν, ὡς δὲ εἰς τὸ εἶρξαί τε τοὺς οὔπω πεπερακότας τῶν πολεμίων καὶ τοῖς ἤδη ἐκβεβηκόσιν ἐπιθέσθαι, οὐδαμῆ ἀξιόμαχα. Ἀλλὰ δισχιλίους γὰρ λέγει ἱππέας ἄγοντα ἀφικέσθαι τὸν Πώρου παῖδα, ἅρματα δὲ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι· φθάσαι δὲ περάσαντα Ἀλέξανδρον καὶ τὸν ἐκ τῆς νήσου τὸν τελευταῖον πόρον.

cui ego assentior, aliter sentit. Hic quoque filium a Poro missum fuisse scribit, non autem LX solum currus ducentem. Neque enim verisimile est Porum quum jam per speculatores certior factus esset, aut ipsum Alexandrum, aut certe partem exercitus Hydaspen transiisse, filium suum cum LX tantum curribus emisisse. (6) Qui quidem si ad speculandum missi forent, nimis multi, neque ad receptum expediti fuissent : si ad arcendum hostes nondum transgressi et cum transgressis confligendum, nequaquam pares fuissent. Sed duo millia equitum secum duxisse Pori filium scribit, currus vero CXX ; at priusquam eo pervenisset, Alexandrum etiam ultimum ex insula vadum transisse.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Καὶ ἐπὶ τούτους τὰ μὲν πρῶτα ἐκπέμψαι Ἀλέξανδρον καὶ οὗτος λέγει τοὺς ἱπποτοξότας, αὐτὸν δὲ ἄγειν τοὺς ἱππέας· προσάγειν γὰρ οἰηθῆναι Πῶρον ξὺν τῇ πάσῃ δυνάμει· τὴν δὲ ἵππον ταύτην προτεταγμένην αὐτῷ προπορεύεσθαι πρὸ τοῦ ἄλλου στρατοῦ. (2) Ὡς δὲ κατέμαθεν ἀτρεκῶς τὸ πλῆθος τὸ τῶν Ἰνδῶν, ἐνταῦθα δὴ ὀξέως ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς ξὺν τῇ ἀμφ' αὐτὸν ἵππῳ· τοὺς δὲ ἐγκλῖναι, ὡς Ἀλέξανδρόν τε αὐτὸν κατεῖδον καὶ τὸ στῖφος ἀμφ' αὐτὸν τῶν ἱππέων, οὐκ ἐπὶ μετώπου, ἀλλὰ κατ' ἴλας ἐμβεβληκός. Καὶ τούτων ἱππέας μὲν πεσεῖν ἐς τετρακοσίους, πεσεῖν δὲ καὶ τοῦ Πώρου τὸν παῖδα· τὰ δὲ ἅρματα αὐτοῖς ἵπποις ἁλῶναι ἔν τε τῇ ἀποχωρήσει βαρέα γενόμενα καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ ὑπὸ πηλοῦ ἀχρεῖα.

3. Πῶρος δέ, ὡς αὐτῷ ὅσοι ἱππεῖς ἐκ τῆς φυγῆς διεσώζοντο, Ἀλέξανδρόν τε αὐτὸν πεπερακότα ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐς τὸ καρτερώτατον καὶ τὸν παῖδα ἐν τῇ μάχῃ τετελευτηκότα ἤγγειλαν, ἐγίγνετο μὲν καὶ ὡς ἀμφίβολος τῇ γνώμῃ, ὅτι καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ καταντικρὺ τοῦ μεγάλου στρατοπέδου οἱ ξὺν Κρατέρῳ ὑπολελειμμένοι ἐπιχειροῦντες τῇ διαβάσει ἐφαίνοντο· (4) εἵλετο δ' οὖν ἐπ' αὐτὸν Ἀλέξανδρον ἐλάσας ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ πρὸς τὸ καρτερώτατόν τε τῶν Μακεδόνων καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα διαγωνίσασθαι. Ἀλλὰ καὶ ὡς ὀλίγους τῶν ἐλεφάντων σὺν οὐ πολλῇ στρατιᾷ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου ἀπέλιπεν, ὡς φοβεῖν ἀπὸ τῆς ὄχθης τοὺς ξὺν Κρατέρῳ ἱππέας. Αὐτὸς δὲ τήν τε ἵππον ἀναλαβὼν πᾶσαν, ἐς τετρακισχιλίους ἱππέας, καὶ τὰ ἅρματα πάντα, τριακόσια ὄντα, καὶ τῶν ἐλεφάντων διακοσίους καὶ τῶν πεζῶν ὅ τιπερ ὄφελος, ἐς τρισμυρίους, ἤλαυνεν ὡς ἐπ' Ἀλέξανδρον. (5) Ὡς δ' ἐνέτυχε χωρίῳ ἵνα οὐ πηλὸς αὐτῷ ἐφαίνετο, ἀλλ' ὑπὸ ψάμμου γὰρ ξύμπαν ἦν ἄπεδον καὶ στερεὸν ἐς τὰς ἐφόδους τε καὶ ἀναστροφὰς τῶν ἵππων, ἐνταῦθα ἔτασσε τὴν στρατιάν, πρώτους μὲν τοὺς

3. Porus vero, simulac qui fuga evaserant equites nuntiarunt, Alexandrum cum suo exercitu maximis viribus trajecisse, filiumque in pugna cæsum, ancipitis consilii hic quoque factus est, propterea quod milites qui e regione apud magna castra cum Cratero relicti erant transitum item tentare videbantur. (4) Tandem statuit Alexandro cum universo exercitu occurrere, et adversus firmissimam exercitus Macedonici partem regemque ipsum pugnam inire. Quod tamen ita fecit, ut elephantos nonnisi paucos et aliquam exercitus partem apud castra relinqueret, qui Crateri equitibus ex ripa terrori essent. Ipse assumpto universo equitatu, qui quatuor millium erat, omnesque curribus CCC, et elephantis CC, peditum vero qui usui esse possent XXX millibus, adversus Alexandrum contendit. (5) Quumque ad campum minime lutosum, sed arena planum firmumque et ducendo circumagendoque equitatui idoneum, venisset, exercitum hoc pacto instruit. Elephantos primum in fronte collocat, centum pedum spatio inter se disjunctos, qui ante universam peditum phalangem exporrecti starent, metumque Alexandri equitibus incuterent. (6) Neque enim putabat quenquam hostium per illa elephantorum interstitia penetrare ausurum, neque equites propter equorum metum, pedites vero multo minus, quod et armati milites eos ex adverso ferientes propulsaturi, et elephanti proculcaturi essent. (7) Post hos collocati erant pedites : non quidem in eadem cum elephantis serie, sed secundo post elephantos ordine, adeo ut fere ipsis interstitiis interjecta essent agmina. Adhæc ad cornua aciei ultra ordinem elephantorum pedites collocarat. Utrumque vero peditum latus equitatu cinxerat, equitatum utrinque curribus munierat.

ἐλέφαντας ἐπὶ μετώπου, διέχοντα ἐλέφαντα ἐλέφαντος οὐ μεῖον πλέθρου, ὡς πρὸ πάσης τε τῆς φάλαγγος τῶν πεζῶν παραταθῆναι αὐτῷ τοὺς ἐλέφαντας ἐπὶ μετώπου καὶ φόβον πάντη παρέχειν τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἱπεῦσιν. (6) Ἄλλως τε οὐδὲ ἠξίου ἐς τὰ διαλείποντα τῶν ἐλεφάντων τολμῆσαι ἄν τινα ὥσασθαι τῶν πολεμίων, οὔτε ξὺν ἵπποις διὰ τὸν φόβον τῶν ἵππων, πεζούς τε ἔτι μεῖον· κατὰ στόμα τε γὰρ ἂν πρὸς τῶν ὁπλιτῶν προσβαλλόντων εἴργεσθαι καὶ καταπατηθήσεσθαι ἐπιστρεψάντων ἐπ' αὐτοὺς τῶν ἐλεφάντων. (7) Ἐπὶ τούτοις δὲ οἱ πεζοὶ αὐτῷ ἐτετάχατο, οὐκ ἴσον τὸ μέτωπον τοῖς θηρίοις ἐπέχοντες, ἀλλ' ἐν δευτέρῳ μετώπῳ μετὰ τοὺς ἐλέφαντας, ὅσον ἐς τὰ διαλείποντα ἐπ' ὀλίγον ἐμβεβλῆσθαι τοὺς λόχους. Ἦσαν δὲ αὐτῷ καὶ κατὰ τὰ κέρατα ἔτι ὑπὲρ τοὺς ἐλέφαντας πεζοὶ ἐφεστηκότες· ἑκατέρωθεν δὲ τῶν πεζῶν ἡ ἵππος αὐτῷ ἐτέτακτο καὶ πρὸ ταύτης τὰ ἅρματα ἑκατέρωθεν.

mum in fronte collocat, centum pedum spatio inter se disjunctos, qui ante universam peditum phalangem exporrecti starent, metumque Alexandri equitibus incuterent. (6) Neque enim putabat quenquam hostium per illa elephantorum interstitia penetrare ausurum, neque equites propter equorum metum, pedites vero multo minus, quod et armati milites eos ex adverso ferientes propulsaturi, et elephanti proculcaturi essent. (7) Post hos collocati erant pedites : non quidem in eadem cum elephantis serie, sed secundo post elephantos ordine, adeo ut fere ipsis interstitiis interjecta essent agmina. Adhæc ad cornua aciei ultra ordinem elephantorum pedites collocarat. Utrumque vero peditum latus equitatu cinxerat, equitatum utrinque curribus munierat.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Αὕτη μὲν ἡ Πώρου τάξις ἦν. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἤδη καθεώρα τοὺς Ἰνδοὺς ἐκτασσομένους, ἐπέστησε τοὺς ἱππέας τοῦ πρόσω, ὡς ἀναλαμβάνειν τῶν πεζῶν τοὺς ἀεὶ προσάγοντας. Ὡς δὲ καὶ ἡ φάλαγξ αὐτῷ δρόμῳ συνάψασα ὁμοῦ ἤδη ἦν, ὁ δὲ οὐκ εὐθὺς ἐκτάξας ἐπῆγεν, ὡς μὴ καματηρούς τε καὶ πνευστιῶντας ἀμῆσι παραδοῦναι τοῖς βαρβάροις, ἀλλὰ ἐς κύκλους παριππεύων ἀνέπαυε τοὺς πεζοὺς ἔστε καταστῆναι αὐτοῖς τὸν θυμόν. (2) Ὡς δὲ τὴν τάξιν κατεῖδε τῶν Ἰνδῶν, κατὰ μέσον μέν, ἵνα οἱ ἐλέφαντες προεβέβληντο καὶ πυκνὴ ἡ φάλαγξ κατὰ τὰ διαλείποντα αὐτῶν ἐπετέτακτο, οὐκ ἔγνω προάγειν, αὐτὰ ἐκεῖνα ὀχνήσας ἅπερ ὁ Πῶρος τῷ λογισμῷ ξυνθεὶς ταύτῃ ἔταξεν· ἀλλὰ αὐτὸς μέν, ἅτε ἱπποκρατῶν, τὴν πολλὴν τῆς ἵππου ἀναλαβὼν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κέρας τῶν πολεμίων παρήλαυνεν, ὡς ταύτῃ ἐπιθησόμενος. (3) Κοῖνον δὲ πέμπει ὡς ἐπὶ τὸ δεξιόν, τὴν Δημητρίου καὶ τὴν αὐτοῦ ἔχοντα ἱππαρχίαν, κελεύσας, ἐπειδὰν τὸ κατὰ σφᾶς στῖφος τῶν ἱππέων ἰδόντες οἱ βάρβαροι ἀντιπαριππεύωσιν, αὐτὸν κατόπιν ἔχεσθαι αὐτῶν· τῶν πεζῶν δὲ τὴν φάλαγγα Σελεύκῳ καὶ Ἀντιγένει καὶ Ταύρωνι προσέταξεν ἄγειν· μὴ πρόσθεν δὲ ἅπτεσθαι τοῦ ἔργου πρὶν ὑπὸ τῆς ἵππου τῆς ἀμφ' αὐτὸν τεταραγμένην τήν τε φάλαγγα τῶν πεζῶν καὶ τοὺς ἱππέας κατίδωσιν.

4. Ἤδη τε ἐντὸς βέλους ἐγίγνετο καὶ ἐφῆκεν ἐπὶ τὸ κέρας τὸ εὐώνυμον τῶν Ἰνδῶν τοὺς ἱπποτοξότας, ὄντας ἐς χιλίους, ὡς ταράξαι τοὺς ταύτῃ ἐφεστηκότας τῶν πολεμίων τῇ πυκνότητί τε τῶν τοξευμάτων καὶ τῶν ἵππων τῇ ἐπελάσει· καὶ αὐτὸς δὲ τοὺς ἑταίρους ἔχων τοὺς ἱππέας παρήλαυνεν ὀξέως ἐπὶ τὸ εὐώνυμον τῶν βαρβάρων, κατὰ κέρας ἔτι τεταραγμένοις ἐμβαλεῖν σπουδὴν ποιούμενος, πρὶν ἐπὶ φάλαγγος ἐκταθῆναι αὐτοῖς τὴν ἵππον.

CAP. XVI.

Atque hæc quidem Pori acies erat. Alexander simulatque Indos acie instructa stantes vidit, equites subsistere jubet, ut paulatim advenientes pedites reciperet. Quumque jam phalanx cursim sese cum reliquis copiis conjunxisset, Alexander non continuo eos in aciem eduxit, ne cursus celeritate defatigatos atque anhelos barbaris recentibus objiceret : sed in orbem equitatum ducens, respirandi locum peditibus dedit, donec animum recollegissent. (2) Itaque Indorum exercitus ordinatione conspecta, non in mediam aciem, qua parte elephanti objecti erant, et densa phalanx per interstitia collocata, impetum facere statuit, id ipsum metuens quod Porum ad ita instruendam aciem induxerat : sed ipse, ut qui equitatu superior erat, assumpta majore equitum parte in sinistrum Pori cornu movet, tanquam ea parte irrupturus. (3) Cœnum ad dextrum cornu mittit, suas et Demetrii turmas ducentem, mandatis additis, ut quum barbari suum equitatum adversus agmen equitum quod eos adoriebatur ducerent, eorum terga premerent. Peditum autem phalangem Seleuco, Antigeni et Tauroni ducendam dedit, utque non prius prælium ineant jubet, quam equitatum hostilem et phalangem a suis equitibus perturbatam viderint.

4. Quumque intra teli jactum appropinquasset, confestim sagittarios equestres circiter mille in sinistrum Indorum cornu immittit, ut frequentia telorum et equorum irruptione hostes ex ea parte constitutos turbarent. Ipse etiam equitatum amicorum apud se habens ad sinistrum barbarorum cornu contendit, eo consilio ut circumagenda acie adhuc perturbatos aggrediatur, antequam ipsorum equitatus in phalangem constitueretur.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Ἐν τούτῳ δὲ οἵ τε Ἰνδοὶ τοὺς ἱππέας πάντοθεν ξυναλίσαντες παρίππευον Ἀλεξάνδρῳ ἀντιπαρεξάγοντες τῇ ἐλάσει, καὶ οἱ περὶ Κοῖνον, ὡς παρήγγελτο, κατόπιν αὐτοῖς ἐπεφαίνοντο. Ταῦτα ξυνιδόντες οἱ Ἰνδοὶ ἀμφίστομον ἠναγκάσθησαν ποιῆσαι τὴν τάξιν τῆς ἵππου, τὴν μὲν ὡς ἐπ' Ἀλέξανδρον τὴν πολλήν τε καὶ κρατίστην· οἱ δὲ ἐπὶ Κοῖνόν τε καὶ τοὺς ἅμα τούτῳ ἐπέστρεφον. (2) Τοῦτό τε οὖν εὐθὺς ἐτάραξε τὰς τάξεις τε καὶ τὰς γνώμας τῶν Ἰνδῶν, καὶ Ἀλέξανδρος ἰδὼν τὸν καιρὸν ἐν αὐτῇ τῇ ἐπὶ θάτερα ἐπιστροφῇ τῆς ἵππου ἐπιτίθεται τοῖς καθ' αὑτόν, ὥστε οὐδὲ τὴν ἐμβολὴν ἐδέξαντο τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἱππέων οἱ Ἰνδοί, ἀλλὰ κατηράχθησαν ὥσπερ εἰς τεῖχός τι φίλιον τοὺς ἐλέφαντας. (3) Καὶ ἐν τούτῳ οἱ ἐπιστάται τῶν ἐλεφάντων ἀντεπῆγον τῇ ἵππῳ τὰ θηρία, καὶ ἡ φάλαγξ αὐτὴ τῶν Μακεδόνων ἀντεπῄει πρὸς τοὺς ἐλέφαντας, ἔς τε τοὺς ἐπιβάτας αὐτῶν ἀκοντίζοντες καὶ αὐτὰ τὰ θηρία περισταδὸν πάντοθεν βάλλοντες. Καὶ ἦν τὸ ἔργον οὐδενὶ τῶν πρόσθεν ἀγώνων ἐοικός· τά τε γὰρ θηρία ἐπεκθέοντα ἐς τὰς τάξεις τῶν πεζῶν, ὅπη ἐπιστρέψειεν, ἐκεράϊζε καίπερ πυκνὴν οὖσαν τὴν τῶν Μακεδόνων φάλαγγα, καὶ οἱ ἱππεῖς οἱ τῶν Ἰνδῶν, τοῖς πεζοῖς ἰδόντες ξυνεστηκὸς τὸ ἔργον, ἐπιστρέψαντες αὖθις καὶ αὐτοὶ ἐπήλαυνον τῇ ἵππῳ. (4) Ὡς δὲ πάλιν ἐκράτησαν αὐτῶν οἱ ἀμφ' Ἀλέξανδρον, τῇ τε ῥώμῃ καὶ τῇ ἐμπειρίᾳ πολὺ προέχοντες, ὡς ἐπὶ τοὺς ἐλέφαντας αὖθις κατειλήθησαν. Καὶ ἐν τούτῳ πᾶσα ἡ ἵππος Ἀλεξάνδρῳ ἐς μίαν ἴλην ἤδη ξυνηγμένη, οὐκ ἐκ παραγγέλματος, ἀλλὰ ἐν τῷ ἀγῶνι αὐτῷ ἐς τήνδε τὴν τάξιν καταστᾶσα, ὅποι προσπέσοι τῶν Ἰνδῶν ταῖς τάξεσι, ξὺν πολλῷ φόνῳ ἀπελύοντο. (5) Καὶ ἐς στενὸν ἤδη κατειλημένων τῶν θηρίων οὐ μείω πρὸς αὐτῶν οἱ φίλοι ἢπερ οἱ πολέμιοι ἐβλάπτοντο, ἐν ταῖς ἐπιστροφαῖς τε καὶ τοῖς ὠθισμοῖς καταπατούμενοι. Τῶν τε οὖν ἱππέων, οἷα δὴ ἐν στενῷ περὶ τοὺς ἐλέφαντας εἰλουμένων, πολὺς φόνος ἐγίγνετο, καὶ οἱ ἡγεμόνες τῶν ἐλεφάντων οἱ πολλοὶ κατηκοντισμένοι ἦσαν, καὶ αὐτοὶ οἱ ἐλέφαντες τὰ μὲν τιτρωσκόμενοι, τὰ δὲ ὑπό τε τῶν πόνων καὶ ἐρημίας ἡγεμόνων οὐκέτι διακεκριμένοι ἐν τῇ μάχῃ ἦσαν· (6) ἀλλ' οἷα δὴ ὑπὸ τοῦ κακοῦ ἔκφρονες φιλίοις τε ὁμοῦ καὶ πολεμίοις προσφερόμενοι πάντα τρόπον ἐξώθουν τε καὶ κατεπάτουν καὶ κατέκαινον. Ἀλλ' οἱ μὲν Μακεδόνες, ἅτε ἐν εὐρυχωρίᾳ τε καὶ κατὰ γνώμην τὴν σφῶν προσφερόμενοι τοῖς θηρίοις ὅπη μὲν ἐπιφέροιντο εἶκον, ἀποστραφέντων δὲ εἴχοντο ἐσακοντίζοντες· οἱ δὲ Ἰνδοὶ ἐν αὐτοῖς ἀναστρεφόμενοι τὰ πλείω ἤδη πρὸς ἐκείνων ἐβλάπτοντο. (7) Ὡς δὲ καματηρά τε ἦν τὰ θηρία καὶ οὐκέτι αὐτοῖς ἐρρωμέναι αἱ ἐκδρομαὶ ἐγίγνοντο, ἀλλὰ συριγμῷ μόνον διαχρώμενα ὥσπερ αἱ πρύμναν κρουόμεναι νῆες ἐπὶ πόδα ὑπεχώρουν, αὐτὸς μὲν Ἀλέξανδρος περιβάλλει ἐν κύκλῳ τὴν ἵππον τῇ πάσῃ τάξει, τοὺς πεζοὺς δὲ ξυνασπίσαντας ὡς ἐς πυκνοτάτην ξύγκλεισιν ἐπάγειν τὴν φάλαγγα ἐσήμηνε. Καὶ οὕτως οἱ μὲν ἱππεῖς τῶν Ἰνδῶν πλὴν ὀλίγων κατεκόπησαν ἐν τῷ ἔργῳ· ἐκόπτοντο δὲ καὶ οἱ πεζοὶ πανταχόθεν ἤδη προσκειμένων σφίσι τῶν Μακεδόνων. Καὶ ἐν τούτῳ ἵνα διέσχεν ἡ ἵππος ἡ Ἀλεξάνδρου ἐς φυγὴν πάντες ἐπεστράφησαν.

CAP. XVII.

Interea Indi omni ex parte conglomerati equitatum contra Alexandrum, impetum ejus propulsaturi, ducunt, quum statim Cœnus cum suis copiis, uti ei imperatum erat, eorum tergo imminet. Quod conspicati Indi equitatum in duas acies diducere sunt coacti, atque eam quidem quæ et pluribus et præstantioribus copiis constabat, in Alexandrum, alteram vero in Cœnum ducebant. (2) Quod quidem statim Indorum ordines pariter atque animos turbavit. Alexander opportunitate rei animadversa, interea dum se equitatus in duas partes dividit, in eam quæ in se conversa erat impetum facit. Quam Alexandri equitatus incursionem quum Indi sustinere non possent, ad elephantos tanquam ad amicos muros confugiunt. (3) Quorum rectores quum belluas in equitatum concitassent, Macedonum phalanx invecta telorum jactu tum sessores tum elephantos ipsos omni ex parte premebat. Eratque hæc pugna nulli priorum certaminum similis. Belluæ enim in peditum agmina delatæ, quacunque sese vertebant Macedonum phalangem quantumvis densam perfringebant: adhæc Indorum equites quum peditatum manum conserere viderent, denuo conversi equitatum invadebant. (4) Qui quum iterum ab iis qui circa Alexandrum erant victi essent, (quippe qui et robore et peritia rei militaris longe erant superiores) ad elephantos rursus confugiebant. Interea universus Alexandri equitatus jam in unum agmen conglomeratus, non quidem ipsius mandato, sed in ipso certamine in eum ordinem redactus, quacunque in agmina Indorum incidebat, cum multa cæde discedebat. (5) Belluæ vero quum jam in angustum redactæ essent, non minus damni suis quam hostibus inferebant, multos dum convertunt se et mutuo trudunt, proculcantes. Equitibus itaque angusto loco cum elephantis conclusis magna strages edebatur. Plerique etiam elephantorum rectores telorum jactu interfecti, ipsique elephanti partim vulnerati partim defatigati et rectoribus destituti non amplius in pugna certum locum tenebant, (6) sed vulnerum impatientia, rabie instinctis similes, nullo discrimine suos juxta atque hostes impellebant proculcabantque atque interimebant. Macedones tamen; quum in loco spatioso et pro lubitu suo impetum facerent, irruentibus in se belluis cedebant, contra recedentes jaculis confodiebant; at Indi qui circum ipsos elephantos versabantur majore damno afficiebantur. (7) Postquam vero belluæ defatigatæ non jam amplius validos impetus facerent, sed stridorem tantum edentes, instar navis puppi inhibita pedem retro ferrent: Alexander repente omni equitatu hostibus circumfuso, signo dato imperat uti pedites inter se consertis scutis confertissimaque phalange in eos ferantur. Atque ita undique circumventi Indorum equites omnes fere ea in pugna cæsi sunt. Peditum etiam, irruentibus omni ex parte Macedonibus, magna strages edita est. Tum omnes, qua Alexandri equitatus spatium dabat, in fugam vertuntur.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Καὶ ἐν τῷ αὐτῷ Κράτερός τε καὶ οἱ ἄλλοι ὅσοι τῆς στρατιᾶς τῆς Ἀλεξάνδρου ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ Ὑδάσπου ὑπολελειμμένοι ἡγεμόνες ἦσαν, ὡς νικῶντα λαμπρῶς κατεῖδον Ἀλέξανδρον, ἐπέρων καὶ αὐτοὶ τὸν ποταμόν. Καὶ οὗτοι οὐ μείονα τὸν φόνον ἐν τῇ ἀποχωρήσει τῶν Ἰνδῶν ἐποίησαν, ἀκμῆτες ἀντὶ κεκμηκότων τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἐπιγενόμενοι τῇ διώξει.

2. Ἀπέθανον δὲ τῶν Ἰνδῶν πεζοὶ μὲν ὀλίγον ἀποδέοντες τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ ἐς τρισχιλίους, τὰ δὲ ἅρματα ξύμπαντα κατεκόπη· καὶ Πώρου δύο παῖδες ἀπέθανον καὶ Σπιτάκης ὁ νομάρχης τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν καὶ τῶν ἐλεφάντων καὶ ἁρμάτων οἱ ἡγεμόνες καὶ οἱ ἱππάρχαι καὶ οἱ στρατηγοὶ τῆς Πώρου ξύμπαντες. *** Ἐλήφθησαν δὲ καὶ οἱ ἐλέφαντες, ὅσοι γε αὐτῶν μὴ αὐτοῦ ἀπέθανον. (3) Τῶν δὲ ἀμφ' Ἀλέξανδρον πεζοὶ μὲν ἀπὸ ἑξακισχιλίων τῶν ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ γενομένων ἐς ὀγδοήκοντα μάλιστα ἀπέθανον· ἱππεῖς δὲ τῶν μὲν ἱπποτοξοτῶν, οἳ δὴ καὶ πρῶτοι τοῦ ἔργου ἥψαντο, δέκα· τῆς δὲ ἑταιρικῆς ἵππου ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι· τῶν δὲ ἄλλων ἱππέων ὡς διακόσιοι.

4. Πῶρος δὲ μεγάλα ἔργα ἐν τῇ μάχῃ ἀποδειξάμενος μὴ ὅτι στρατηγοῦ, ἀλλὰ καὶ στρατιώτου γενναίου, ὡς τῶν τε ἱππέων τὸν φόνον κατεῖδε καὶ τῶν ἐλεφάντων τοὺς μὲν αὐτοῦ πεπτωκότας, τοὺς δὲ ἐρήμους τῶν ἡγεμόνων λυπροὺς πεπλανημένους, τῶν δὲ πεζῶν αὐτῷ οἱ πλείους ἀπολώλεσαν, οὐχ ἧπερ Δαρεῖος ὁ μέγας βασιλεὺς ἐξάρχων τοῖς ἀμφ' αὐτὸν τῆς φυγῆς ἀπεχώρει, (5) ἀλλὰ ἔστε γὰρ ὑπέμενέ τι τῶν Ἰνδῶν ἐν τῇ μάχῃ ξυνεστηκός, ἐς τοσόνδε ἀγωνισάμενος, τετρωμένος δὲ τὸν δεξιὸν ὦμον, ὃν δὴ γυμνὸν μόνον ἔχων ἐν τῇ μάχῃ ἀνεστρέφετο (ἀπὸ γὰρ τοῦ ἄλλου σώματος ἤρκει αὐτῷ τὰ βέλη ὁ θώραξ, περιττὸς ὢν κατά τε τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν ἁρμονίαν, ὡς ὕστερον καταμαθεῖν θεωμένοις ἦν), τότε δὴ καὶ αὐτὸς ἀπεχώρει ἐπιστρέψας τὸν ἐλέφαντα. (6) Καὶ Ἀλέξανδρος μέγαν τε αὐτὸν καὶ γενναῖον ἄνδρα ἰδὼν ἐν τῇ μάχῃ σῶσαι ἐπεθύμησε. Πέμπει δὴ παρ' αὐτὸν πρῶτα μὲν Ταξίλην τὸν Ἰνδόν· καὶ Ταξίλης προσιππεύσας ἐφ' ὅσον οἱ ἀσφαλὲς ἐφαίνετο τῷ ἐλέφαντι ὃς ἔφερε τὸν Πῶρον ἐπιστῆσαί τε ἠξίου τὸ θηρίον, οὐ γὰρ εἶναί οἱ ἔτι φεύγειν, καὶ ἀκοῦσαι τῶν παρ' Ἀλεξάνδρου λόγων. (7) Ὁ δὲ ἰδὼν ἄνδρα ἐχθρὸν ἐκ παλαιοῦ τὸν Ταξίλην ἐπιστρέψας ἀνήγετο ὡς ἀκοντίσων· καὶ ἂν καὶ κατέκανεν [ἂν] τυχόν, εἰ μὴ ὑποφθάσας ἐκεῖνος ἀπήλασεν ἀπὸ τοῦ Πώρου πρόσω τὸν ἵππον. Ἀλέξανδρος δὲ οὐδὲ ἐπὶ τῷδε τῷ Πώρῳ χαλεπὸς ἐγένετο, ἀλλ' ἄλλους τε ἐν μέρει ἔπεμπε καὶ δὴ καὶ Μερόην ἄνδρα Ἰνδόν, ὅτι φί-

CAP. XVIII.

Interea Craterus aliique duces qui cum eo ad ripam Hydaspis relicti fuerant, manifesta Alexandri victoria conspecta, amnem trajiciunt. Qui quidem non minorem fugientium Indorum cædem ediderunt, quippe qui integri fessis Alexandri militibus in insequendo succederent.

2. Cæsi sunt ex Indis pedites paulo minus XX M, equites III M; currus omnes concisi. Duo Pori filii interfecti et Spitaces Indorum illius regionis præses omnesque elephantorum et curruum præfecti et equitatus ac peditatus Pori duces *** Elephanti etiam qui in pugna cæsi non erant, capti. (3) Ex peditatu Alexandri, qui VI M numero primum conflictum adierunt, LXXX summum desiderati; ex sagittariis equestribus, qui quidem primi pugnam aggressi sunt, X, ex amicorum equitatu XX, ex reliquo omni equitatu CC.

4. Porus qui in ea pugna rem præclare gesserat, non ducis solum verum etiam strenui militis officio functus, conspecta equitum cæde, quumque elephantorum alios prostratos, alios absque rectoribus tristes errare, peditatus etiam maximam partem interiisse cerneret: non tamen veluti magnus ille rex Darius ex suis fugam primus inivit, sed quamdiu partem aliquam Indorum pugnantem vidit, tamdiu etiam ipse conflixit. (5) Quum vero in dextro humero, quem quidem solum in pugna nudum ferebat, vulnus accepisset (nam lorica et robore et opere præ ceteris eximia ut postea intuentibus adparuit, facile a reliquo corpore tela propulsabat) converso elephanto recessit. (6) Alexander, quod magnum ac generosum virum in pugna se præstitisset, salvum cupiebat. Ac primum quidem Taxilem Indum ad eum mittit. Qui quum adequitasset quousque per elephantum qui eum gestabat tutum erat, et Porum rogasset ut sisteret elephantum (neque enim amplius fugere posse) uti Alexandri postulata acciperet: (7) hic viso Taxile vetere hoste, conversus in eum ferebatur, tanquam lancea petiturus; et fortassis interfecisset, nisi ille confestim cum equo e Pori conspectu se proripuisset. Alexander ne hanc quidem ob causam Poro succensebat; sed alios nihilominus submittebat, et in iis Meroem hominem Indum,

λον εἶναι ἐκ παλαιοῦ τῷ Πώρῳ τὸν Μερόην ἔμαθε. (8) Πῶρος δὲ ὡς τὰ παρὰ τοῦ Μερόου ἤκουσε καὶ ἐκ τοῦ δίψους ἅμα ἐκρατεῖτο, ἐπέστησέ τε τὸν ἐλέφαντα καὶ κατέβη ἀπ' αὐτοῦ· ὡς δὲ ἔπιέ τε καὶ ἀνέψυξεν, ἄγειν αὐτὸν σπουδῇ ἐκέλευσε παρ' Ἀλέξανδρον.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Καὶ ὁ μὲν ἤγετο· Ἀλέξανδρος δὲ ὡς προσάγοντα ἐπύθετο, προσιππεύσας πρὸ τῆς τάξεως ξὺν ὀλίγοις τῶν ἑταίρων ἁπαντᾷ τῷ Πώρῳ· καὶ ἐπιστήσας τὸν ἵππον τό τε μέγεθος ἐθαύμαζεν, ὑπὲρ πέντε πήχεις μάλιστα ξυμβαῖνον, καὶ τὸ κάλλος τοῦ Πώρου καὶ ὅτι οὐ δεδουλωμένος τῇ γνώμῃ ἐφαίνετο, ἀλλ' ὥσπερ ἂν ἀνὴρ ἀγαθὸς ἀνδρὶ ἀγαθῷ προσέλθοι ὑπὲρ βασιλείας τῆς αὐτοῦ πρὸς βασιλέα ἄλλον καλῶς ἠγωνισμένος. (2) Ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρος πρῶτος προσειπὼν αὐτὸν λέγειν ἐκέλευσεν ὅ τι οἱ γενέσθαι ἐθέλοι. Πῶρον δὲ ἀποκρίνασθαι λόγος, ὅτι Βασιλικῶς μοι χρῆσαι, ὦ Ἀλέξανδρε. Καὶ Ἀλέξανδρος ἡσθεὶς τῷ λόγῳ, Τοῦτο μὲν ἔσται σοι, ὦ Πῶρε, ἔφη, ἐμοῦ ἕνεκα· σὺ δὲ σαυτοῦ ἕνεκα ὅ τι σοὶ φίλον ἀξίου. Ὁ δὲ πάντα ἔφη ἐν τούτῳ ἐνεῖναι. (3) Καὶ Ἀλέξανδρος τούτῳ ἔτι μᾶλλον τῷ λόγῳ ἡσθεὶς τήν τε ἀρχὴν τῷ Πώρῳ τῶν τε αὐτοῦ Ἰνδῶν ἔδωκε καὶ ἄλλην ἔτι χώραν πρὸς τῇ πάλαι οὔσῃ πλείονα τῆς πρόσθεν προσέθηκε· καὶ οὕτως αὐτός τε βασιλικῶς κεχρημένος ἦν ἀνδρὶ ἀγαθῷ καὶ ἐκείνῳ ἐκ τούτου ἐς ἅπαντα πιστῷ ἐχρήσατο. Τοῦτο τὸ τέλος τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Πῶρόν τε καὶ τοὺς ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ Ὑδάσπου ποταμοῦ Ἰνδοὺς Ἀλεξάνδρῳ ἐγένετο ἐπ' ἄρχοντος Ἀθηναίοις Ἡγεμόνος μηνὸς Μουνυχιῶνος.

4. Ὅτι δὲ ἡ μάχη ξυνέβη καὶ ἔνθεν ὁρμηθεὶς ἐπέρασε τὸν Ὑδάσπην ποταμόν, πόλεις ἔκτισεν Ἀλέξανδρος. Καὶ τὴν μὲν Νίκαιαν τῆς νίκης τῆς κατ' Ἰνδῶν ἐπώνυμον ὠνόμασε· τὴν δὲ Βουκέφαλα ἐς τοῦ ἵππου τοῦ Βουκεφάλα τὴν μνήμην, ὃς ἀπέθανεν αὐτοῦ, οὐ βληθεὶς πρὸς οὐδενός, ἀλλ' ὑπὸ καμάτου τε καὶ ἡλικίας. (5) Ἦν γὰρ ἀμφὶ τὰ τριάκοντα ἔτη, καματηρὸς γενόμενος, πολλὰ δὲ πρόσθεν ξυγκαμών τε καὶ ξυγκινδυνεύσας Ἀλεξάνδρῳ, ἀναβαινόμενός τε πρὸς μόνου Ἀλεξάνδρου ὁ Βουκεφάλας οὗτος, ὅτι τοὺς ἄλλους πάντας ἀπηξίου ἀμβάτας, καὶ μεγέθει μέγας καὶ τῷ θυμῷ γενναῖος. Σημεῖον δέ οἱ ἦν βοὸς κεφαλὴ ἐγκεχαραγμένη, ἐφ' ὅτου καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο λέγουσιν ὅτι ἔφερεν· οἱ δὲ λέγουσιν ὅτι λευκὸν σῆμα εἶχεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, μέλας ὢν αὐτός, εἰς βοὸς κεφαλὴν μάλιστα εἰκασμένον. (6) Οὗτος ὁ ἵππος ἐν τῇ Οὐξίων χώρᾳ ἀφανὴς ἐγένετο Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Ἀλέξανδρος προεκήρυξεν ἀνὰ τὴν χώραν πάντας ἀποκτενεῖν Οὐξίους, εἰ μὴ ἀπάξουσιν αὐτῷ τὸν ἵππον· καὶ ἀπήχθη εὐθὺς ἐπὶ τῷ κηρύγματι. Τοσήδε μὲν σπουδὴ Ἀλεξάνδρῳ ἀμφ' αὐτὸν ἦν, τόσος δὲ Ἀλεξάνδρου φόβος τοῖς βαρβάροις. Καὶ ἐμοὶ ἐς τοσόνδε τετιμήσθω ὁ Βουκεφάλας οὗτος Ἀλεξάνδρου ἕνεκα.

quum veterem ei cum Poro amicitiam intercedere accepisset. (8) Porus Merois oratione audita quod vehementi siti premebatur cum elephanto substitit atque ex eo descendit. Quumque bibisset ac nonnihil respirasset, continuo se ad Alexandrum adduci jussit.

CAP. XIX.

Alexander ut eum a Meroe ductum appropinquare intellexit, nonnihil ante aciem progressus, amicis aliquot comitatus Poro obviam ivit. Equumque sistens, magnitudinem Pori (erat enim quinque cubitis procerior) et pulchritudinem simul admiratus est quodque nullum dejecti animi signum præ se ferre videretur, sed ut generosus cum generoso viro congrederetur, pro regno suo adversus alium regem fortiter prœliatus. (2) Tum Alexander prior eum compellans, quid sibi fieri cuperet dicere jussit. Cui Porum respondisse ferunt, Ut me regie tractes Alexander. Porro Alexander ea oratione delectatus, Hoc tibi, inquit, Pore, mea causa continget : tu quod tua causa tibi gratum sit postula. Cui Porus, omnia iis quæ dixisset contineri, respondit. (3) Quo responso lætior Alexander Poro regnum Indorum restituit, et ultra pristinum imperium aliam ei regionem vetere ampliorem adjecit. Atque ita et regie hominem generosum tractavit, et fido in posterum amico ad omnia est usus. Hujusmodi exitum habuit pugna Alexandri adversus Porum et Indos trans Hydaspen amnem colentes, archonte Athenis Hegemone, mense Munychione.

4. Porro eo loco quo et pugna commissa fuerat et quo ad trajiciendum Hydaspen moverat, urbes condidit, atque alteram quidem a victoria adversus Indos parta Nicæam appellavit : alteram, Bucephalam in equi sui Bucephali memoriam, qui quidem eo loci interiit, non quidem ab aliquo vulneratus, sed laboribus pariter atque ætate fractus, (5) siquidem trigesimum annum agebat, quum hæc defatigatio ei accideret. Multos vero etiam antea labores, multaque pericula cum Alexandro obierat, solumque Alexandrum sessorem admittebat, reliquos rejiciebat, magnitudine simul corporis eximia atque animo generoso præditus. Nota ei impressa erat bovis caput, cujus etiam causa nomen ei Bucephalo inditum est; vel quod, ut aliis placet, quum ipse nigri coloris esset, albam in capite notam haberet, bovis capiti perquam similem. (6) Hunc ipsum equum quum in Uxiorum regione amisisset Alexander, per universam regionem proclamari jussit, nisi equum ei reducerent, se Uxios omnes ad internecionem interfecturum. Ad hoc edictum equus statim reductus fuit. Adeo hic carus Alexandro, et Alexander terribilis barbaris fuit. Et hæc quidem in laudem Bucephali Alexandri causa dicta sint.

ΚΕΦ. Κ'.

Ἀλεξάνδρῳ δὲ ἐπειδὴ οἱ ἀποθανόντες ἐν τῇ μάχῃ κεχόσμηντο τῷ πρέποντι κόσμῳ, ὁ δὲ τοῖς θεοῖς τὰ νομιζόμενα ἐπινίκια ἔθυε, καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτῷ γυμνικὸς καὶ ἱππικὸς αὐτοῦ ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ Ὑδάσπου ἵναπερ τὸ πρῶτον διέβη ἅμα τῷ στρατῷ. (2) Κρατερὸν μὲν δὴ ξὺν μέρει τῆς στρατιᾶς ὑπελείπετο, τὰς πόλεις ἄστινας ταύτῃ ἔκτιζεν ἀναστήσοντά τε καὶ ἐκτειχιοῦντα· αὐτὸς δὲ ἤλαυνεν ὡς ἐπὶ τοὺς προσχώρους τῇ Πώρου ἀρχῇ Ἰνδούς. Ὄνομα δὲ ἦν τῷ ἔθνει Γλαυγανῖκαι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, ὡς δὲ Πτολεμαῖος, Γλαῦσαι· ὁποτέρως δὲ ἔχει τὸ ὄνομα οὔ μοι μέλει. (3) Ἐπῄει δὲ τὴν χώραν αὐτῶν Ἀλέξανδρος τῶν τε ἑταίρων ἱππέων ἔχων τοὺς ἡμίσεας καὶ τῶν πεζῶν ἀπὸ φάλαγγος ἑκάστης ἐπιλέκτους καὶ τοὺς τοξότας καὶ ξύμπαντας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς τοξότας· καὶ προσεχώρουν αὐτῷ ὁμολογίᾳ πάντες. (4) Καὶ ἔλαβε πόλεις μὲν ἐς τριάκοντα καὶ ἑπτά, ὧν ἕνα ὀλιγοστοὶ ἦσαν οἰκήτορες πενταχισχιλίων οὐκ ἐλάττους ἦσαν, πολλῶν δὲ καὶ ὑπὲρ τοὺς μυρίους· καὶ κώμας πλήθει τε πολλὰς ἔλαβε καὶ πολυανθρώπους οὐ μεῖον τῶν πόλεων. Καὶ ταύτης τῆς χώρας Πώρῳ ἄρχειν ἔδωκε· καὶ Ταξίλῃ δὲ διαλλάττει Πῶρον καὶ Ταξίλην ἀποπέμπει ὀπίσω ἐς τὰ ἤθη τὰ αὑτοῦ.

5. Ἐν τούτῳ δὲ παρά τε Ἀβισάρου πρέσβεις ἦκον, ἐνδιδόντες αὐτόν τε Ἀλεξάνδρῳ Ἀβισάρην καὶ τὴν χώραν ὅσης ἦρχε. Καίτοι πρό γε τῆς μάχης τῆς πρὸς Πῶρον γενομένης Ἀλεξάνδρῳ ἐπενόει Ἀβισάρης καὶ αὐτὸς ξὺν Πώρῳ τάσσεσθαι· τότε δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν αὐτοῦ ξὺν τοῖς ἄλλοις πρέσβεσι παρ' Ἀλέξανδρον ἔπεμψε, χρήματά τε κομίζοντα καὶ ἐλέφαντας τεσσαράκοντα δῶρον Ἀλεξάνδρῳ. (6) Ἦκον δὲ καὶ παρὰ τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν πρέσβεις παρ' Ἀλέξανδρον καὶ παρὰ Πώρου ἄλλου τοῦ ὑπάρχου Ἰνδῶν. Ἀλέξανδρος δὲ διὰ τάχους Ἀβισάρην ἶναι παρ' αὐτὸν κελεύει, ἐπαπειλήσας, εἰ μὴ ἔλθοι, ὅτι αὐτὸν ὄψεται ἥκοντα ξὺν τῇ στρατιᾷ ἵνα οὐ χαιρήσει ἰδών.

7. Ἐν τούτῳ δὲ Φραταφέρνης τε ὁ Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίας σατράπης τοὺς καταλειφθέντας παρὰ οἳ Θρᾷκας ἄγων ἦκεν ὡς Ἀλέξανδρον καὶ παρὰ Σισικόττου τοῦ Ἀσσακηνῶν σατράπου ἄγγελοι, ὅτι τόν τε ὕπαρχον σφῶν ἀπεκτονότες εἶεν οἱ Ἀσσακηνοὶ καὶ ἀπ' Ἀλεξάνδρου ἀφεστηκότες. Καὶ ἐπὶ τούτους Φίλιππον ἐκπέμπει καὶ Τυριάσπην σὺν στρατιᾷ, τὰ περὶ τὴν Ἀσσακηνῶν χώραν καταστησομένους καὶ κοσμήσοντας.

8. Αὐτὸς δὲ ὡς ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν προὐχώρει. Τούτου τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὸ μέγεθος μόνου τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἀνέγραψεν· εἶναι γὰρ ἵνα ἐπέρασεν αὐτὸν Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῶν πλοίων τε καὶ τῶν διφθερῶν ξὺν τῇ στρατιᾷ τὸ μὲν ῥεῦμα ὀξὺ τοῦ Ἀκεσίνου πέτραις μεγάλαις καὶ ὀξείαις, καθ' ὧν φερόμενον βίᾳ τὸ ὕδωρ κυμαίνεσθαί τε καὶ καχλάζειν· τὸ δὲ εὖρος σταδίους ἐπέχειν πεντεκαίδεκα.

CAP. XX.

Alexander quum iis qui in pugna cecidissent debitum honorem persolvisset, sacrificiaque consueta diis pro victoria fecisset, ludis etiam gymnicis atque equestribus ad Hydaspis ripam habitis, (2) eo loco quo primum cum exercitu trajecit, Craterum cum parte copiarum reliquit, qui urbes quas ibi condere cœperat exædificaret, muroque cingeret. Ipse in Indos Pori regno finitimos movit. Hi Glauganicæ, ut auctor est Aristobulus, dicebantur : ut vero Ptolemæus, Glausæ; quonam nomine rectius appellati fuerint non ego curo. (3) Alexander regionem eorum ingressus est, equitatus amicorum alteram partem apud se habens, et ex singulis peditum phalangibus selectissimos quosque, equestres sagittarios omnes, Agrianos præterea et sagittarios. Nec mora, omnes se ei dedidérunt. (4) Adhæc urbes XXXVII recepit, quarum quæ minima erat, non minus VM incolarum habebat : multæ vero etiam ultra XM. Pagorum quoque magnum numerum cepit, atque eos quidem non minus quam urbes ipsas incolarum frequentia celebres. Totius vero hujusce regionis imperium Poro dedit. Taxilem etiam Poro conciliatum in suas sedes dimittit.

5. Per id tempus legati ab Abisare venerunt; Abisarem ipsum totamque ejus regionem dedentes. Porro ante pugnam cum Poro commissam statuerat Abisares copias suas cum Poro conjungere. Tum vero fratrem suum aliosque legatos ad Alexandrum cum pecuniis et elephantis XL misit. (6) Venerunt etiam legati ab Indis qui libere suis legibus utentes vivunt, et a Poro alio Indorum præfecto. Alexander confestim Abisarem ad se venire jubet, minatus nisi pareret se cum exercitu magno ejus malo ad ipsum venturum.

7. Dum hæc geruntur, Phrataphernes Parthorum atque Hyrcaniæ satrapa cum Thracibus sibi commissis ad Alexandrum venit; et nuntii a Sisicotto Assacenorum satrapa, Assacenos interfecto prætore ab Alexandro defecisse nuntiantes. Adversus hos Philippum et Tyriaspem cum exercitu mittit, qui Assacenorum motus compescant, et provinciam regant.

8. Ipse ad Acesinem amnem movit. Hujus amnis solius ex Indiæ fluminibus magnitudinem Ptolemæus Lagi filius descripsit. Esse enim, ea parte qua Alexander eum navigiis et pellibus cum exercitu transmisit, rapidum Acesinis cursum magnis asperisque cautibus interjectis, quibus illisæ ac repercussæ undæ ingentes æstus strepitusque concitent. Latitudinem vero esse quindecim stadiorum. (9)

(9) Καὶ τοῖς μὲν δὴ ἐπὶ τῶν διφθερῶν περῶσιν εὐμαρῆ γενέσθαι τὸν πόρον· τοὺς δὲ ἐν τοῖς πλοίοις διαβαίνοντας ἐποχειλάντων πολλῶν πλοίων ἐπὶ ταῖς πέτραις καὶ ξυναραχθέντων οὐκ ὀλίγους αὐτοῦ ἐν τῷ ὕδατι διαφθαρῆναι. Εἴη ἂν οὖν ἐκ τοῦδε τοῦ λόγου ξυντιθέντι τεκμηριοῦσθαι ὅτι οὐ πόρρω τοῦ ἀληθοῦς ἀναγέγραπται τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὸ μέγεθος ὅσοις ἐς τεσσαράκοντα σταδίους δοκεῖ τοῦ Ἰνδοῦ εἶναι τὸ εὖρος ἵνα μέσως ἔχει αὐτὸς αὑτοῦ ὁ Ἰνδός· ἵνα δὲ στενώτατός τε καὶ διὰ στενότητα βαθύτατος, ἐς τοὺς πεντεκαίδεκα συνάγεσθαι· καὶ ταῦτα πολλαχῆ εἶναι τοῦ Ἰνδοῦ. Καὶ γὰρ καὶ τοῦ Ἀκεσίνου τεκμαίρομαι ἐπιλέξασθαι Ἀλέξανδρον ἵναπερ τὸ πλατύτατον ἦν τοῦ πόρου, ὡς σχολαιτέρῳ χρήσασθαι τῷ ῥεύματι.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Περάσας δὲ τὸν ποταμὸν Κοῖνον μὲν ξὺν τῇ αὐτοῦ τάξει ἀπολείπει αὐτοῦ ἐπὶ τῇ ὄχθῃ, προστάξας ἐπιμελεῖσθαι τῆς ὑπολελειμμένης στρατιᾶς τῆς διαβάσεως, οἳ τόν τε σῖτον αὐτῷ τὸν ἐκ τῆς ἤδη ὑπηκόου τῶν Ἰνδῶν χώρας καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια παρακομίζειν ἐμελλον. (2) Πῶρον δὲ ἐς τὰ αὐτοῦ ἤθη ἀποπέμπει, κελεύσας Ἰνδῶν τε τοὺς μαχιμωτάτους ἐπιλεξάμενον καὶ εἴ τινας παρ' αὐτῷ ἔχοι ἐλέφαντας, τούτους δὲ ἀναλαβόντα ἰέναι παρ' αὐτόν. Αὐτὸς δὲ Πῶρον τὸν ἕτερον τὸν κακόν, ὅτι ἐξηγγέλθη πεφευγέναι ἀπολιπὼν τὴν χώραν ἧς ἦρχεν, ἐπενόει διώκειν ξὺν τοῖς κουφοτάτοις τῆς στρατιᾶς. (3) Ὁ γὰρ Πῶρος οὗτος, ἔστε μὲν πολέμια ξυνειστήκει Ἀλεξάνδρῳ τὰ πρὸς τὸν ἄλλον Πῶρον, πρέσβεις παρ' Ἀλέξανδρον πέμπων, αὐτόν τε καὶ τὴν ὑπὸ οἳ χώραν ἐνεδίδου Ἀλεξάνδρῳ, κατὰ ἔχθος τὸ Πώρου μᾶλλον ἢ φιλίᾳ τῇ Ἀλεξάνδρου· ὡς δὲ ἀφειμένον τε ἐκεῖνον καὶ πρὸς τῇ αὐτοῦ καὶ ἄλλης πολλῆς ἄρχοντα ἔμαθε, τότε δὴ φοβηθείς, οὐχ οὕτω τι Ἀλέξανδρον, ὡς τὸν Πῶρον ἐκεῖνον τὸν ὁμώνυμον, φεύγει τὴν ἑαυτοῦ, ἀναλαβὼν ὅσους τῶν μαχίμων ξυμπεῖσαι ἠδυνήθη μετασχεῖν οἱ τῆς φυγῆς.

4. Ἐπὶ τοῦτον ἐλαύνων Ἀλέξανδρος ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸν Ὑδραώτην ποταμόν, ἄλλον αὖ τοῦτον Ἰνδὸν ποταμόν, τὸ μὲν εὖρος οὐ μείονα τοῦ Ἀκεσίνου, ὀξύτητι δὲ τοῦ ῥοῦ μείονα. Ὅσην δὲ τῆς χώρας ἔστε ἐπὶ τὸν Ὑδραώτην ἐπῆλθε, φυλακὰς ὑπέλιπεν ἐν τοῖς ἐπικαιροτάτοις χωρίοις, ὅπως οἱ ἀμφὶ Κράτερόν τε καὶ Κοῖνον δι' ἀσφαλείας ἐπέρχοιντο τῆς χώρας τὴν πολλὴν προνομεύοντες. (5) Ἐνταῦθα Ἡφαιστίωνα μὲν ἐκπέμπει, δοὺς αὐτῷ μέρος τῆς στρατιᾶς, πεζῶν μὲν φάλαγγας δύο, ἱππέων δὲ τήν τε αὐτοῦ καὶ τὴν Δημητρίου ἵππαρχίαν καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας, ἐς τὴν Πώρου τοῦ ἀφεστηκότος χώραν, κελεύσας παραδιδόναι ταύτην Πώρῳ τῷ ἄλλῳ, καὶ εἴ δή τινα πρὸς ταῖς ὄχθαις τοῦ Ὑδραώτου ποταμοῦ αὐτόνομα ἔθνη Ἰνδῶν νέμεται, καὶ ταῦτα προσαγαγόμενον τῷ Πώρῳ ἄρχειν ἐγχειρίσαι. (6) Αὐτὸς δὲ ἐπέρα τὸν Ὑδραώτην ποταμόν, οὐ καθάπερ τὸν Ἀκεσίνην χαλεπῶς. Προχωροῦντι δὲ αὐτῷ ἐπ' ἐκεῖνα τῆς ὄχθης τοῦ Ὑδραώτου τοὺς μὲν πολλοὺς καθ' ὁμολογίαν προσχωρεῖν ξυνέβαινεν, ἤδη δέ τινας ξὺν ὅπλοις ἀπαντήσαντας· τοὺς δὲ καὶ ὑποφεύγοντας ἑλὼν βίᾳ κατεστρέψατο.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Ἐν τούτῳ δὲ ἐξαγγέλλεται Ἀλεξάνδρῳ τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν ἄλλους τέ τινας καὶ τοὺς καλουμένους Καθαίους αὐτούς τε παρασκευάζεσθαι ὡς πρὸς μάχην, εἰ προσάγοι τῇ χώρᾳ αὐτῶν Ἀλέξανδρος, καὶ ὅσα ὁμορά σφισιν ὡσαύτως αὐτόνομα, καὶ ταῦτα παρακαλεῖν ἐς τὸ ἔργον· (2) εἶναι δὲ τήν τε πόλιν ὀχυρὰν πρὸς ἣν ἐπενόουν ἀγωνίσασθαι· Σάγγαλα ἦν τῇ πόλει ὄνομα, καὶ αὐτοὶ οἱ Καθαῖοι εὐτολμότατοί τε καὶ τὰ πολέμια κράτιστοι ἐνομίζοντο· καὶ τούτοις κατὰ τὰ αὐτὰ Ὀξυδράκαι ἄλλο Ἰνδῶν ἔθνος, καὶ Μαλλοί, ἄλλο καὶ τοῦτο· ἐπεὶ καὶ ὀλίγῳ πρόσθεν στρατεύσαντας ἐπ' αὐτοὺς Πῶρόν τε καὶ Ἀβισάρην ξύν τε τῇ σφετέρᾳ δυνάμει καὶ πολλὰ ἄλλα ἔθνη τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν ἀναστήσαντας οὐδὲν πράξαντας τῆς παρασκευῆς ἄξιον ξυνέβη ἀπελθεῖν.

3. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, σπουδῇ ἤλαυνεν ὡς ἐπὶ τοὺς Καθαίους. Καὶ δευτεραῖος μὲν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ὑδραώτου πρὸς πόλιν ἦκεν ᾗ ὄνομα Πίμπραμα· τὸ δ' ἔθνος τοῦτο τῶν Ἰνδῶν Ἀδραῖσται ἐκαλοῦντο. Οὗτοι μὲν δὴ προσεχώρησαν ὁμολογίᾳ Ἀλεξάνδρῳ. (4) Καὶ Ἀλέξανδρος ἀναπαύσας τῇ ὑστεραίᾳ τὴν στρατιάν, τῇ τρίτῃ προϋχώρει ἐπὶ τὰ Σάγγαλα, ἵνα οἵ Καθαῖοί τε καὶ οἱ ἄλλοι πρόσχωροι αὐτοῖς ξυνελήλυθότες πρὸ τῆς πόλεως παρατεταγμένοι ἦσαν ἐπὶ γηλόφου οὐ πάντη ἀποτόμου· κύκλῳ δὲ τοῦ γηλόφου ἁμάξας περιστήσαντες ἐντὸς αὐτῶν ἐστρατοπέδευον, ὡς τριπλοῦν χάρακα προβεβλῆσθαι πρὸ τῶν ἁμαξῶν. (5) Ἀλέξανδρος δὲ τό τε πλῆθος κατιδὼν τῶν βαρβάρων καὶ τοῦ χωρίου τὴν φύσιν, ὡς μάλιστα πρὸς τὰ παρόντα ἐν καιρῷ οἱ ἐφαίνετο παρετάσσετο· καὶ τοὺς μὲν ἱπποτοξότας εὐθὺς ὡς εἶχεν ἐκπέμπει ἐπ' αὐτούς, ἀκροβολίζεσθαι κελεύσας παριππεύοντας, ὡς μήτε ἐκδρομήν τινα ποιήσασθαι τοὺς Ἰνδοὺς πρὶν ξυνταχθῆναι αὐτῷ τὴν στρατιὰν καὶ ὡς πληγὰς γίγνεσθαι αὐτοῖς καὶ πρὸ τῆς μάχης ἐντὸς τοῦ ὀχυρώματος. (6) Αὐτὸς δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ δεξιοῦ κέρως τῶν ἱππέων τὸ ἄγημα κατέστησε καὶ τὴν Κλείτου ἵππαρχίαν, ἐχομένους δὲ τούτων τοὺς ὑπασπιστάς, καὶ ἐπὶ τούτοις τοὺς Ἀγριᾶνας· κατὰ δὲ τὸ εὐώνυμον Περδίκκας αὐτῷ ἐτέτακτο, τήν τε αὐτοῦ ἔχων ἵππαρχίαν καὶ τὰς τῶν πεζεταίρων τάξεις· ἐπὶ κέρως δὲ ἑκατέρου οἱ τοξόται αὐτῷ διχῇ διακριθέντες ἐτάχθησαν. (7) Ἐκτάσσοντι δὲ αὐτῷ παρεγένοντο καὶ οἱ ἀπὸ τῆς ὀπισθοφυλακίας πεζοί τε καὶ ἱππεῖς. Καὶ τούτων τοὺς μὲν ἱππέας ἐπὶ τὰ κέρατα διελὼν παρήγαγεν· ἀπὸ δὲ τῶν πεζῶν τῶν προσγενομένων πυκνοτέραν τὴν ξύγκλεισιν τῆς φάλαγγος ποιήσας, αὐτὸς ἀναλαβὼν τὴν ἵππον τὴν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ τεταγμένην παρήγαγεν ἐπὶ

Atque iis quidem qui utribus transportati sunt facilem trajectum fuisse : eorum vero qui navibus transvecti sunt, quum pleræque cautibus illisæ rumperentur, non paucos in amne periisse. Ex quibus verbis facile quis colligere queat, non multum a vero abhorrere quod de Indi amnis magnitudine scriptum est ab iis qui latitudinem XL stadiorum esse statuunt ubi latissimus is sit : ubi vero angustissimus et ob angustiam profundissimus, in XV stadia contrahi. Atque hanc quidem mediam fere esse Indi fluminis plerisque in locis latitudinem. Etenim existimaverim Alexandrum ad Acesinem quoque trajiciendam eam partem delegisse qua maxime amplus ejus cursus eaque de causa minus rapidus esset.

CAP. XXI.

Transmisso itaque flumine, Cœnum cum suis copiis ad ripam relinquit, qui reliqui exercitus transitum curaret, qui et frumentum et alia necessaria ex regione Indorum quæ ei jam parebat allaturi erant. (2) Porum in regnum suum remittit, mandatis additis, ut lectissimis Indorum qui bellicosissimi haberentur copiis, et elephantis (si quos haberet) collectis ad se veniret. Ipse vero alium illum Porum hominem malum, qui deserta provincia cui præerat fugisse nuntiabatur, cum expeditissimo milite insequi statuit. (3) Porus enim hic, quamdiu Alexander cum altero Poro bellum gerebat, legationes ad Alexandrum mittens se pariter et regionem cui imperabat Alexandro dedebat, magis odio Pori quam amore Alexandri motus. Quum autem Porum ad Alexandrum venisse, et regnum suum idque multo auctius ei restitutum esse cognovit, non tam Alexandri quam Pori, qui ejusdem cum ipso nominis erat, metu e provincia sua aufugit, omnibus iis qui bello apti essent, (quibus quidem persuadere potuit ut fugæ comites essent) secum sumptis.

4. In hunc profectus Alexander ad Hydraoten alium Indiæ fluvium pervenit, latitudine quidem Acesine nihilo minorem, cursus vero rapiditate inferiorem. Et per omnem regionem præsidia idoneis locis posuit, ut Craterus et Cœnus tuto ad se pervenirent, frumento per maximam regionis partem direpto. (5) Deinde Hephæstioni partem exercitus committens, peditum scilicet phalanges duas, ex equitibus Demetrii agmen et suum ipsius, et sagittariorum dimidiam partem, eum in Pori illius qui aufugerat regionem mittit, eamque ut alteri Poro tradat jubet. Et siquæ aliæ ad ripam Hydraotis fluvii gentes Indorum essent libere suis legibus viventes, earum omnium gubernationem Poro det. (6) Ipse Hydraoten fluvium non ita difficulter atque Acesinem trajecit. Dehinc ultra ripam Hydraotis progressus, plerosque deditione recepit : nonnullos etiam cum armis occurrentes, alios vero fugientes captos vi subegit.

CAP. XXII.

Inter hæc Alexandro nuntiatur alios quosdam Indos liberos Cathæos paratos esse, si eo exercitum duceret, pugnam experiri, reliquosque finitimos, qui sicut ipsi libere viverent, ad societatem sollicitare : (2) urbem vero ad quam confligere statuissent, nomine Sangala, munitam esse. Cathæi quoque strenui in primis reique bellicæ peritissimi habebantur. Cum his conspirasse Oxydracas aliam Indorum gentem, et Mallos aliam ab his diversam; adversus quos paulo ante et Abisares et Porus conjunctis copiis, ac multis Indorum in societatem adscitis, profecti, quum nihil tanto belli apparatu dignum gessissent, recesserant.

3. Hæc ut Alexandro nuntiata sunt, confestim in Cathæos contendit, et secundis castris ab Hydraote fluvio ad urbem pervenit cui Pimprama nomen est. Ea Indorum gens Adraistæ vocabantur. Ii statim pactionibus deditionem fecerunt. (4) Alexander postero die militibus ad quietem dato, tertio die Sangala profectus est, ubi et Cathæi aliique his finitimi qui sese iis conjunxerant, ante urbem in colle non omnino arduo instructa acie stabant. Hunc collem velut triplici vallo in orbem curribus dispositis munierant, castris in medio locatis. (5) Alexander naturam loci hostiumque multitudinem contemplatus, quomodo commodissimum visum est aciem instruxit, et sagittarios equestres, uti erant, continuo qui adequitantes hostem telis lacessant emittit, ne nimirum Indi nondum satis instructa Macedonum acie excursionem aliquam faciant, utque Indis intra ipsa munimenta consistentibus ante pugnam damnum inferretur. (6) Dehinc equitum agema ad dextrum cornu constituit, quibus Cliti equitum præfecturam adjunxit. Proximos his scutatos locat, deinde Agrianos. Ad sinistrum cornu Perdiccam statuit, sua equestri præfectura et peditum amicorum agminibus instructum; sagittarios in utrumque cornu divisit. (7) Alexandro ita aciem instruente, pedites atque equites qui novissimo agmini præsidio erant adveniunt. Atque ex his quidem equites cornibus admovit : ex peditibus vero qui accesserant, phalangis structura confertiore effecta, ipse assumto equitatu quem ad dextram

τὰς κατὰ τὸ εὐώνυμον τῶν Ἰνδῶν ἁμάξας. Ταύτῃ γὰρ εὐπροσοδώτερον αὐτῷ ἐφαίνετο τὸ χωρίον καὶ οὐ πυκναὶ ὡσαύτως αἱ ἅμαξαι ἐφειστήκεσαν.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Ὡς δὲ ἐπὶ τὴν ἵππον προσαγαγοῦσαν οὐκ ἐξέδραμον οἱ Ἰνδοὶ ἔξω τῶν ἁμαξῶν, ἀλλ' ἐπιβεβηκότες αὐτῶν ἀφ' ὑψηλοῦ ἠκροβολίζοντο, γνοὺς Ἀλέξανδρος ὅτι οὐκ εἴη τῶν ἱππέων τὸ ἔργον, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου πεζὸς ἐπῆγε τῶν πεζῶν τὴν φάλαγγα. (2) Καὶ ἀπὸ μὲν τῶν πρώτων ἁμαξῶν οὐ χαλεπῶς ἐβιάσαντο οἱ Μακεδόνες τοὺς Ἰνδούς· πρὸ δὲ τῶν δευτέρων οἱ Ἰνδοὶ παραταξάμενοι ῥᾷον ἀπεμάχοντο, οἷα δὴ πυκνότεροί τε ἐφεστηκότες ἐν ἐλάττονι τῷ κύκλῳ καὶ τῶν Μακεδόνων οὐ κατ' εὐρυχωρίαν ὡσαύτως προσαγόντων σφίσιν, ἐν ᾧ τάς τε πρώτας ἁμάξας ὑπεξῆγον καὶ κατὰ τὰ διαλείμματα αὐτῶν ὡς ἑκάστοις προὐχώρει ἀτάκτως προσέβαλλον· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τούτων ὅμως ἐξώσθησαν οἱ Ἰνδοὶ βιασθέντες πρὸς τῆς φάλαγγος. (3) Οἱ δὲ οὐκέτι ἐπὶ τῶν τρίτων ἔμενον, ἀλλ' ὡς τάχους εἶχον φυγῇ εἰς τὴν πόλιν κατεκλείσθησαν. Καὶ Ἀλέξανδρος ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν περιεστρατοπέδευσε τοῖς πεζοῖς τὴν πόλιν ὅσα γε ἠδυνήθη αὐτῷ περιβαλεῖν ἡ φάλαγξ· ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐπέχον τὸ τεῖχος τῷ στρατοπέδῳ κυκλώσασθαι οὐ δυνατὸς ἐγένετο· (4) κατὰ δὲ τὰ διαλείποντα αὐτοῦ, ἵνα καὶ λίμνη οὐ μακρὰν τοῦ τείχους ἦν, τοὺς ἱππέας ἐπέταξεν ἐν κύκλῳ τῆς λίμνης, γνοὺς οὐ βαθεῖαν οὖσαν τὴν λίμνην καὶ ἅμα εἰκάσας ὅτι φοβεροὶ γενόμενοι οἱ Ἰνδοὶ ἀπὸ τῆς προτέρας ἥττης ἀπολείψουσι τῆς νυκτὸς τὴν πόλιν. (5) Καὶ ξυνέβη οὕτως ὅπως εἴκασεν· ἀμφὶ γὰρ δευτέραν φυλακὴν ἐκπίπτοντες ἐκ τοῦ τείχους οἱ πολλοὶ αὐτῶν ἐνέκυρσαν ταῖς προφυλακαῖς τῶν ἱππέων, καὶ οἱ μὲν πρῶτοι αὐτῶν κατεκόπησαν πρὸς τῶν ἱππέων· οἱ δὲ ἐπὶ τούτοις αἰσθόμενοι ὅτι φυλάσσεται ἐν κύκλῳ ἡ λίμνη ἐς τὴν πόλιν αὖθις ἀνεχώρησαν.

6. Ἀλέξανδρος δὲ χάρακί τε διπλῷ περιβάλλει ἵναπερ μὴ εἶργεν ἡ λίμνη τὴν πόλιν καὶ φυλακὰς ἐν κύκλῳ τῆς λίμνης ἀκριβεστέρας κατέστησεν. Αὐτὸς δὲ μηχανὰς προσάγειν τῷ τείχει ἐπενόει, ὡς κατασείειν τὸ τεῖχος. Αὐτομολήσαντες δὲ αὐτῷ τῶν ἐκ τῆς πόλεώς τινες φράζουσιν ὅτι ἐν νῷ ἔχοιεν αὐτῆς ἐκείνης τῆς νυκτὸς ἐκπίπτειν ἐκ τῆς πόλεως οἱ Ἰνδοὶ κατὰ τὴν λίμνην ἵναπερ τὸ ἐλκλιπὲς ἦν τοῦ χάρακος. (7) Ὁ δὲ Πτολεμαῖον τὸν Λάγου ἐπιτάττει ἐνταῦθα, τῶν τε ὑπασπιστῶν αὐτῷ δοὺς χιλιαρχίας τρεῖς καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας ξύμπαντας καὶ μίαν τάξιν τῶν τοξοτῶν, ἀποδείξας τὸ χωρίον ἦπερ μάλιστα εἰκαζε βιάσεσθαι τοὺς βαρβάρους· Σὺ δὲ ἐπειδὰν αἴσθῃ, ἔφη, βιαζομένους ταύτῃ, αὐτὸς μὲν ξὺν τῇ στρατιᾷ εἴργειν τοὺς βαρβάρους τοῦ πρόσω, τὸν δὲ σαλπιγκτὴν κέλευε σημαίνειν· ὑμεῖς δέ, ἄνδρες ἡγεμόνες, ἐπειδὰν σημανθῇ, ξὺν τοῖς καθ' αὑτοὺς ἕκαστοι

statuerat, in currus Indorum ad lævam collocatos duxit. Hac enim facilior ad collem aditus fore videbatur, neque ita densus erat ex hac parte curruum ordo.

CAP. XXIII.

Postquam vero Indi adversus adductum equitatum extra currus non procurrerent, sed conscensis iis tela ex editiore loco torquerent, equitatum parum idoneum ad hanc rem ratus, desiliens ex equo Alexander pedes ipse peditum phalangem in eos duxit. (2) Atqui a prima curruum serie non difficulter Indi a Macedonibus sunt repulsi. Ad secundum vero ordinem conferti facilius sese tuebantur, quippe quod et densiores in minori orbe curribus insisterent, et Macedones non ita spatioso loco in eos ferrentur dum et primos currus submovebant, et per illorum interstitia, prout quisque poterat, inordinate irrumpebant. Ceterum iis etiam curribus Indi a phalange depulsi sunt. (3) Neque in tertio curruum ordine diutius restiterunt, sed fuga quam celerrima potuerunt sese in urbem receperunt: quibus ea conclusis, Alexander eo ipso die peditum copiis, quatenus phalanx sufficiebat, oppidum obsedit. Murus enim in circuitu amplior erat, quam ut ab exercitu totus in orbem cingi posset. (4) Vacuis vero peditatu locis, ubi et stagnum quoddam non procul a muris situm erat, equitatum circa hoc stagnum collocavit, sciens stagnum id parum profundum esse simulque facile conjiciens, Indos cladis acceptæ metu perculsos noctu urbem deserturos. (5) Quod quidem ita ut cogitarat evenit. Nam circiter secundam noctis vigiliam plerique eorum urbe elapsi, in equitum procubias inciderunt. Quorum quidem primi ab equitibus cæsi sunt: alii hos secuti quum stagnum equitatu circumsessum esse sensissent, rursus in urbem sese receperunt.

6. Alexander urbem, ea parte qua stagnum impediebat excepta, duplici vallo in orbem cingit, et accuratiores ad circuitum stagni custodias locat. Ipse tormenta muris admovere eosque quatere statuit, quum transfugæ quidam ex urbe ad eum venientes nuntiarunt Indos ea nocte ex urbe sese subducere constituisse circa stagnum ea parte qua vallum desinebat. (7) Alexander Ptolemæum Lagi F. eo loco statuit, scutatorum tria millia ei adjungens, Agrianos omnes, unumque sagittariorum agmen, ostenso loco qua verisimile erat barbaros erupturos: mandatis additis, ut simulac eos eruptionem tentantes sensisset, ipse cum exercitu transitu prohibeat: tubicini ut signum tuba det jubeat. Ducibus etiam imperat, ut statim audito signo cum suis quisque

ξυντεταγμένοι ἰέναι ἐπὶ τὸν θόρυβον ἵν' ἂν ἡ σάλπιγξ παρακαλῇ. Ἀποστατήσω δὲ οὐδὲ ἐγὼ τοῦ ἔργου.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Ὁ μὲν ταῦτα παρήγγειλε· Πτολεμαῖος δὲ ἁμάξας τε ἐκ τῶν ἀπολελειμμένων ἐν τῇ πρώτῃ φυγῇ ἁμαξῶν ταύτῃ ξυναγαγὼν ὡς πλείστας κατέστησεν ἐγκαρσίας, ἵνα πολλὰ ἐν νυκτὶ τὰ ἄπορα φαίνηται τοῖς φεύγουσι, καὶ τοῦ χάρακος τοῦ κεκομμένου τε καὶ οὐ καταπηχθέντος συννῆσαι ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐκέλευσεν ἐν μέσῳ τῆς τε λίμνης καὶ τοῦ τείχους. Καὶ ταῦτα αὐτῷ οἱ στρατιῶται ἐν τῇ νυκτὶ ἐξειργάσαντο. (2) Ἤδη τε ἦν ἀμφὶ τετάρτην φυλακὴν καὶ οἱ βάρβαροι, καθάπερ ἐξήγγελτο Ἀλεξάνδρῳ, ἀνοίξαντες τὰς ὡς ἐπὶ τὴν λίμνην πύλας δρόμῳ ἐπ' αὐτὴν ἐφέροντο. Οὐ μὴν ἔλαθον τὰς ταύτη φυλακὰς οὐδὲ Πτολεμαῖον τὸν ἐπ' αὐταῖς τεταγμένον· ἀλλὰ ἐν τούτῳ οἵ τε σαλπιγκταὶ ἐσήμαινον αὐτῷ καὶ αὐτὸς τὴν στρατιὰν ὡπλισμένην τε καὶ ξυντεταγμένην ἔχων ἐχώρει ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. (3) Τοῖς δὲ αἵ τε ἅμαξαι ἐμποδὼν ἦσαν καὶ ὁ χάραξ ἐν μέσῳ καταβεβλημένος. Ὡς δὲ ἥ τε σάλπιγξ ἐφθέγξατο καὶ οἱ ἀμφὶ Πτολεμαῖον προσέκειντο αὐτοῖς, τοὺς ἀεὶ ἐκπίπτοντας διὰ τῶν ἁμαξῶν κατακαίνοντες, ἐνταῦθα δὴ ἀποστρέφονται αὖθις ἐς τὴν πόλιν. Καὶ ἀπέθανον αὐτῶν ἐν τῇ ἀποχωρήσει ἐς πεντακοσίους.

4. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Πῶρος ἀφίκετο, τούς τε ὑπολοίπους ἐλέφαντας ἅμα οἷ ἄγων καὶ τῶν Ἰνδῶν ἐς πεντακισχιλίους· αἵ τε μηχαναὶ Ἀλεξάνδρῳ ξυμπεπηγμέναι ἦσαν καὶ προσήγοντο ἤδη τῷ τείχει. Ἀλλὰ οἱ Μακεδόνες, πρὶν καὶ κατασεισθῆναί τι τοῦ τείχους, ὑπορύττοντές τε αὐτοὶ πλίνθινον ὂν τὸ τεῖχος καὶ τὰς κλίμακας ἐν κύκλῳ πάντῃ προσθέντες αἱροῦσι κατὰ κράτος τὴν πόλιν. (5) Καὶ ἀποθνήσκουσι μὲν ἐν τῇ καταλήψει τῶν Ἰνδῶν ἐς μυρίους καὶ ἑπτακισχιλίους, ἑάλωσαν δὲ ὑπὲρ τὰς ἑπτὰ μυριάδας καὶ ἅρματα τριακόσια καὶ ἵππεῖς πεντακόσιοι. Τῆς δὲ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατιᾶς ἀπέθανον μὲν ὀλίγον ἀποδέοντες τῶν ἑκατὸν ἐν τῇ πάσῃ πολιορκίᾳ· τραυματίαι δὲ οὐ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν ἐγένοντο, ἀλλ' ὑπὲρ τοὺς χιλίους καὶ διακοσίους, καὶ ἐν τούτοις τῶν ἡγεμόνων ἄλλοι τε καὶ Λυσίμαχος ὁ σωματοφύλαξ.

6. Θάψας δὲ ὡς νόμος αὐτῷ τοὺς τελευτήσαντας, Εὐμένη τὸν γραμματέα ἐκπέμπει ἐς τὰς δύο πόλεις τὰς ξυναφεστώσας τοῖς Σαγγάλοις, δοὺς αὐτῷ τῶν ἱππέων ἐς τριακοσίους, φράσοντας τοῖς ἔχουσι τὰς πόλεις τῶν τε Σαγγάλων τὴν ἅλωσιν καὶ ὅτι αὐτοῖς οὐδὲν ἔσται χαλεπὸν ἐξ Ἀλεξάνδρου ὑπομένουσί τε καὶ δεχομένοις φιλίως Ἀλέξανδρον· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἄλλοις τισὶ γενέσθαι τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν ὅσοι ἑκόντες σφᾶς ἐνέδοσαν. (7) Οἱ δέ (ἤδη γὰρ ἐξήγγελτο αὐτοῖς κατὰ κράτος ἑαλωκότα πρὸς Ἀλεξάνδρου τὰ Σάγγαλα) φοβεροὶ γενόμενοι ἔφευγον ἀπολιπόντες τὰς πόλεις. Καὶ Ἀλέξανδρος,

copiis, quo tuba vocaverit advolent. Se quoque pugnæ non defuturum promittit.

CAP. XXIV.

Atque hæc quidem Alexander quum imperasset, Ptolemæus multis curribus qui in prima illa fuga relicti fuerant collectis, transversos eos in via disponit, ut plures fugientibus per noctem difficultates apparerent; præterea quod erat vallorum jam cæsum at nondum in terram depactum connecti inter se hic illic in loco inter stagnum et murum medio jubet. Quod quidem ea nocte a militibus confectum est. (2) Barbari sub quartam noctis vigiliam, quemadmodum Alexandro significatum fuerat, effusi portis quæ ad stagnum vergebant, cursim eo ferebantur, sed neque procubias, neque Ptolemæum post eas constitutum latere potuerunt. In hoc rerum statu tubicines signum dant; ipse cum exercitu armato atque in ordinem redacto in barbaros contendit. (3) At vero currus et vallum loco inter stagnum medio ductum, magno barbaris impedimento erant. Quum vero ad tubæ sonitum Ptolemæi copiæ acriter in eos ferrentur, magnamque eorum qui subinde per currus penetrabant stragem ederent, rursus in urbem confugiunt: quingenti barbari in ea fuga cæsi.

4. Interea Porus advenit reliquos elephantos adducens, et Indorum VM. Jamque et machinæ Alexandro confectæ erant et muris admovebantur. Macedones vero vel antequam ullam mœnium partem quassarent, lateritio muro suffosso scalisque omni ex parte admotis, urbem vi capiunt. (5) In ejus urbis expugnatione XVII millia Indorum trucidata sunt: capti supra LXX millia, currus CCC, equites D. De Alexandri exercitu circiter centum in universa obsidione desiderati, vulnerati fuerunt non pro numero cæsorum, supra mille et ducentos; mille enim circiter in his cum alii duces tum Lysimachus corporis custos.

6. Posthæc Alexander, cæsis patrio more sepultis, Eumenem scribam ad duas urbes, quæ una cum Sangalis defecerant, mittit, trecentis equitibus ei adjunctis, qui oppidanis denuntient, Sangala urbem abs se expugnatam esse, nihil vero ipsis sinistri eventurum, si Alexandri imperium non detrectantes amice eum excipiant; ut nec aliis Indis libere viventibus accidisset, qui voluntariam deditionem fecissent. (7) Sed hi jam antea de Sangalorum expugnatione certiores facti, metu perculsi desertis urbibus fugerant. Quorum fuga cognita, Alexander acriter eos insecutus est. At multi eorum fuga evaserunt; multo

ἐπειδὴ ἐξηγγέλθη αὐτῷ ἡ φυγή, σπουδῇ ἐδίωκεν· ἀλλὰ οἱ πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἔφθασαν ἀποφυγόντες, διὰ μακροῦ γὰρ ἡ δίωξις ἐγίγνετο· ὅσοι δὲ κατὰ τὴν ἀποχώρησιν ἀσθενείᾳ ὑπελείποντο, οὗτοι ἐγκαταληφθέντες πρὸς τῆς στρατιᾶς ἀπέθανον ἐς πεντακοσίους μάλιστα. (8) Ὡς δὲ ἀπέγνω διώκειν τοῦ πρόσω τοὺς φεύγοντας, ἐπανελθὼν ἐς τὰ Σάγγαλα, τὴν πόλιν μὲν κατέσκαψε, τὴν χώραν δὲ τῶν Ἰνδῶν τοῖς πάλαι μὲν αὐτονόμοις, τότε δὲ ἑκουσίως προσχωρήσασι προσέθηκε. Καὶ Πῶρον μὲν ξὺν τῇ δυνάμει τῇ ἀμφ' αὐτὸν ἐκπέμπει ἐπὶ τὰς πόλεις αἳ προσκεχωρήκεσαν, φρουρὰς εἰσάξοντα εἰς αὐτάς· αὐτὸς δὲ ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐπὶ τὸν Ὕφασιν ποταμὸν προὐχώρει, ὡς καὶ τοὺς ἐπ' ἐκεῖνα Ἰνδοὺς καταστρέψαιτο. Οὐδὲ ἐφαίνετο αὐτῷ πέρας τι τοῦ πολέμου ἔστε ὑπελείπετό τι πολέμιον.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Τὰ δὲ δὴ πέραν τοῦ Ὑφάσιος ποταμοῦ εὐδαίμονά τε τὴν χώραν εἶναι ἐξηγγέλλετο καὶ ἀνθρώπους ἀγαθοὺς μὲν γῆς ἐργάτας, γενναίους δὲ τὰ πολέμια καὶ ἐς τὰ ἴδια δὲ σφῶν ἐν κόσμῳ πολιτεύοντας· πρὸς γὰρ τῶν ἀρίστων ἄρχεσθαι τοὺς πολλούς, τοὺς δὲ οὐδὲν ἔζω τοῦ ἐπιεικοῦς ἐξηγεῖσθαι. Πλῆθός τε ἐλεφάντων εἶναι τοῖς ταύτῃ ἀνθρώποις πολύ τι ὑπὲρ τοὺς ἄλλους Ἰνδοὺς καὶ μεγέθει μεγίστους καὶ ἀνδρείᾳ. (2) Ταῦτα δὲ ἐξαγγελλόμενα Ἀλέξανδρον μὲν παρώξυνεν ἐς ἐπιθυμίαν τοῦ πρόσω ἰέναι· οἱ Μακεδόνες δὲ ἐξέκαμνον ἤδη ταῖς γνώμαις, πόνους τε ἐκ πόνων καὶ κινδύνους ἐκ κινδύνων ἐπαναιρούμενον ὁρῶντες τὸν βασιλέα· ξύλλογοί τε ἐγίγνοντο κατὰ τὸ στρατόπεδον τῶν μὲν τὰ σφέτερα ὀδυρομένων, ὅσοι ἐπιεικέστατοι, τῶν δὲ οὐκ ἀκολουθήσειν, οὐδ' ἢν ἄγῃ Ἀλέξανδρος, ἐπισχυριζομένων. Ταῦτα ὡς ἐπύθετο Ἀλέξανδρος, πρὶν καὶ ἐπὶ μεῖζον προελθεῖν τὴν ταραχὴν τοῖς στρατιώταις καὶ τὴν ἀθυμίαν, ξυγκαλέσας τοὺς ἡγεμόνας τῶν τάξεων ἔλεξεν ὧδε.

3. « Ὁρῶν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Μακεδόνες τε καὶ ξύμμαχοι, οὐχ ὁμοίᾳ ἔτι τῇ γνώμῃ ἑπομένους μοι ἐς τοὺς κινδύνους, ξυνήγαγον ἐς ταὐτό, ὡς ἢ πείσας ἄγειν τοῦ πρόσω ἢ πεισθεὶς ὀπίσω ἀποστρέφεσθαι. Εἰ μὲν δὴ μεμπτοί εἰσιν ὑμῖν οἱ μέχρι δεῦρο πονηθέντες πόνοι καὶ αὐτὸς ἐγὼ ἡγούμενος, οὐδὲν ἔτι προὔργου λέγειν μοί ἐστιν. (4) Εἰ δὲ Ἰωνία τε πρὸς ὑμῶν διὰ τούσδε τοὺς πόνους ἔχεται καὶ Ἑλλήσποντος καὶ Φρύγες ἀμφότεροι καὶ Καππάδοκες καὶ Παφλαγόνες καὶ Αυδοὶ καὶ Κᾶρες καὶ Λύκιοι καὶ Παμφυλία τε καὶ Φοινίκη καὶ Αἴγυπτος ξὺν τῇ Λιβύῃ τῇ Ἑλληνικῇ καὶ Ἀραβίας ἔστιν ἃ καὶ Συρία ἥ τε κοίλη καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν, (5) καὶ Βαβυλὼν δὲ ἔχεται καὶ τὸ Σουσίων ἔθνος καὶ Πέρσαι καὶ Μῆδοι καὶ ὅσων Πέρσαι καὶ Μῆδοι ἐπῆρχον, καὶ ὅσων δὲ οὐκ ἦρχον, τὰ ὑπὲρ τὰς Κασπίας πύλας, τὰ ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ Καυκάσου, ὅ τι ἂν ἐς τὰ πρόσω ἔτι τοῦ Ταναΐδος,

enim postea quam fugerant tempore insequi cœptum est. Quotquot vero e fuga ob valetudinem relicti sunt, quingenti circiter, ab exercitu comprehensi cæsique sunt. (8) Deposita itaque spe assequendi fugientes, Sangala reversus, urbem solo æquavit: regionem autem ipsam Indis, qui antea libere legibus suis vivebant et sponte deditionem fecerant, attribuit. Ac Porum quidem cum copiis suis ad urbes quæ deditionem fecerant mittit, præsidia iis impositurum; ipse cum exercitu ad Hyphasin amnem processit, Indos qui trans flumen habitabant, subacturus. Neque enim ullum belli finem cernebat, quamdiu aliquid hostile superesset.

CAP. XXV.

Porro regionem illam trans Hyphasin opulentam esse audierat, incolas et bonos agricolas et strenuos milites esse, privatim etiam composite vivere; plerasque enim civitates ab optimatibus regi nihilque ab iis inique decerni: majorem apud hosce quam apud ullos Indos elephantorum copiam esse et molę corporis roboreque excellere. (2) Quæ quidem Alexandro nuntiata, vehementi ejus animum ulterius procedendi studio exstimulabant. Macedonum vero animi jam fatiscere cœperant, quum regem labores ex laboribus suscipientem, pericula ex periculis adeuntem viderent. Conventus etiam in castris agebant, aliis, qui modestiores erant, fortunam suam deplorantibus: aliis se non secuturos etiam ducente rege affirmantibus. Quæ postquam cognovit Alexander, priusquam tumultus militaris simul et animorum abjectio longius serperet viresque acciperet convocatis ordinum ducibus ita disseruit.

3. « Quum intelligam vos, o Macedones et socii, non eadem qua soletis voluntate pericula mecum adire, idcirco hac mihi apud vos concione utendum esse putavi uti aut persuadens ulterius ducam, aut persuasus pedem referam. Porro, si neque labores in hunc usque diem actos, neque me qui ad eos subeundos dux vobis fui, probatis, non est quod pluribus vobiscum agam: (4) sin autem Ionia vobis hisce laboribus, Hellespontus, Phrygia utraque, Cappadocia, Paphlagonia, Lydia, Caria, Lycia, Pamphylia, Phœnice, et Ægyptus cum ea Libyæ parte quam Græci tenent, parta est: si Arabiæ etiam aliquam partem, et Syriam quæ Cœle et eam quæ Mesopotamia dicitur, (5) Babylonem præterea gentemque Susiorum subegistis: adhæc Persas ac Medos, gentesque omnes quæ horum imperio parebant, quæque non parebant: si regiones etiam trans portas Caspias, ultraque Caucasum positas, et qui ultra Tanaim habitant,

Βακτριανοί, Ὑρκάνιοι, ἡ θάλασσα ἡ Ὑρκανία, Σκύθας τε ἀνεστείλαμεν ἔστε ἐπὶ τὴν ἔρημον, ἐπὶ τούτοις μέντοι καὶ ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς διὰ τῆς ἡμετέρας ῥεῖ, ὁ Ὑδάσπης διὰ τῆς ἡμετέρας, ὁ Ἀκεσίνης, ὁ Ὑδραώτης, τί ὀκνεῖτε καὶ τὸν Ὕφασιν καὶ τὰ ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ Ὑφάσιος γένη προσθεῖναι τῇ ὑμετέρᾳ Μακεδόνων ἀρχῇ; (6) ἢ δέδιτε μὴ δέξωνται ὑμᾶς ἔτι ἄλλοι βάρβαροι ἐπιόντας; ὧν γε οἱ μὲν προσχωροῦσιν ἑκόντες, οἱ δὲ φεύγοντες ἁλίσκονται, οἱ δὲ ἀποφυγόντες τὴν χώραν ἡμῖν ἔρημον παραδιδόασιν, ἡ δὲ τοῖς ξυμμάχοις τε καὶ τοῖς ἑκουσίως προσχωρήσασι προστίθεται.

ΚΕΦ. ΚΣ'.

Πέρας δὲ τῶν πόνων γενναίῳ μὲν ἀνδρὶ οὐδὲν δοκῶ ἔγωγε ὅτι μὴ αὐτοὺς τοὺς πόνους, ὅσοι αὐτῶν ἐς καλὰ ἔργα φέρουσιν. Εἰ δέ τις καὶ αὐτῷ τῷ πολεμεῖν ποθεῖ ἀκοῦσαι ὅ τιπερ ἔσται πέρας, μαθέτω ὅτι οὐ πολλὴ ἔτι ἡμῖν ἡ λοιπή ἐστιν ἔστε ἐπὶ τὸν ποταμόν τε Γάγγην καὶ τὴν ἑῴαν θάλασσαν· ταύτῃ δὲ λέγω ὑμῖν ξυναφὴς φανεῖται ἡ Ὑρκανία θάλασσα· ἐκπεριέρχεται γὰρ γῆν περὶ πᾶσαν ἡ μεγάλη θάλασσα. (2) Καὶ ἐγὼ ἐπιδείξω Μακεδόσι τε καὶ τοῖς ξυμμάχοις τὸν μὲν Ἰνδικὸν κόλπον ξυῤῥοῦν ὄντα τῷ Περσικῷ, τὴν δὲ Ὑρκανίαν τῷ Ἰνδικῷ, ἀπὸ δὲ τοῦ Περσικοῦ εἰς Λιβύην περιπλευσθήσεται στόλῳ ἡμετέρῳ τὰ μέχρι Ἡρακλέους Στηλῶν· ἀπὸ δὲ Στηλῶν ἡ ἐντὸς Λιβύη πᾶσα ἡμετέρα γίγνεται, καὶ ἡ Ἀσία δὴ οὕτω πᾶσα, καὶ ὅροι τῆς ταύτῃ ἀρχῆς οὕσπερ καὶ τῆς γῆς ὅρους ὁ θεὸς ἐποίησε. (3) Νῦν δὲ δὴ ἀποτρεπομένων πολλὰ μὲν μάχιμα ὑπολείπεται γένη ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ Ὑφάσιος ἔστε ἐπὶ τὴν ἑῴαν θάλασσαν, πολλὰ δὲ ἀπὸ τούτων ἔτι ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν ὡς ἐπὶ βορρᾶν ἄνεμον, καὶ τὰ Σκυθικὰ γένη οὐ πόῤῥω τούτων, ὥστε δέος μὴ ἀπελθόντων ὀπίσω καὶ τὰ νῦν κατεχόμενα οὐ βέβαια ὄντα ἐπαρθῇ πρὸς ἀπόστασιν πρὸς τῶν μήπω ἐχομένων. (4) Καὶ τότε δὴ ἀνόνητοι ἡμῖν ἔσονται οἱ πολλοὶ πόνοι ἢ ἄλλων αὖθις ἐξ ἀρχῆς δεήσει πόνων τε καὶ κινδύνων. Ἀλλὰ παραμείνατε, ἄνδρες Μακεδόνες καὶ ξύμμαχοι. Πονούντων τοι καὶ κινδυνευόντων τὰ καλὰ ἔργα· καὶ ζῆν τε ξὺν ἀρετῇ ἡδὺ καὶ ἀποθνήσκειν κλέος ἀθάνατον ὑπολειπομένους. (5) Ἢ οὐκ ἴστε ὅτι ὁ πρόγονος ὁ ἡμέτερος οὐκ ἐν Τίρυνθι οὐδ' ἐν Ἄργει, ἀλλ' οὐδὲ ἐν Πελοποννήσῳ ἢ Θήβαις μένων ἐς τοσόνδε κλέος ἦλθεν ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου γενέσθαι ἢ δοκεῖν; οὐ μὲν οὖν δὴ οὐδὲ Διονύσου, ἀκροτέρου τούτου θεοῦ ἢ καθ' Ἡρακλέα, ὀλίγοι πόνοι. Ἀλλὰ ἡμεῖς γε καὶ ἐπ' ἐκεῖνα τῆς Νύσης ἀφίγμεθα καὶ ἡ Ἄορνος πέτρα ἡ τῷ Ἡρακλεῖ ἀνάλωτος πρὸς ἡμῶν ἔχεται. (6) Ὑμεῖς δὲ καὶ τὰ ἔτι ὑπόλοιπα τῆς Ἀσίας πρόσθετε τοῖς ἤδη κεκτημένοις καὶ τὰ ὀλίγα τοῖς πολλοῖς. Ἐπεὶ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τί ἂν μέγα καὶ καλὸν κατεπέπρακτο, εἰ ἐν Μακεδονίᾳ καθήμενοι ἱκανὸν ἐποιούμεθα ἀπόνως τὴν οἰκείαν διασώζειν, Θρᾷκας

Bactrianos, Hyrcanios mareque Hyrcanium nobis subjecimus: si Scythas in solitudines repulimus, perfecimusque ut Indus amnis, Hydaspes, Acesines et Hydraotes per nostram ditionem fluant: quid cunctamini Hyphasin etiam, quæque ultra Hyphasin sunt gentes nostro Macedonum imperio adjicere? (6) An veremini ne alii adhuc barbari nos bellum inferentes excipiant? quum alii sua sponte deditionem faciant, alii fugientes capiantur, alii fuga elapsi regiones nobis ab incolis desertas relinquant, quas sociis et iis qui voluntarie sese dediderunt concedimus.

CAP. XXVI.

Ego vero nullum generoso viro laborum finem statuo, quam labores ipsos qui ad gloriam ac decus ducunt. Siquis tamen cupit cognoscere, quisnam bellandi finis futurus sit, is intelligat parum terræ nobis usque ad Gangem fluvium et orientalem Oceanum restare. Ibi (inquam) Hyrcanium mare huic conjunctum cernetis: ambit enim universum terrarum orbem Oceanus. (2) Tum ego vobis, Macedones ac socii, commonstrabo, Indicum quidem sinum cum Persico confluere, Hyrcanium vero cum Indico. A sinu vero Persico in Libyam usque ad Herculis columnas navigabimus. A columnis universa interior Libya nostra erit, tota etiam Asia: iidemque limites qui a deo orbi terrarum positi sunt, imperium nostrum terminabunt. (3) At si nunc revertamur, multæ quidem ultra Hyphasin ad orientalem usque oceanum bellicosæ gentes relinquuntur, multæ etiam septentrionem versus, ad mare usque Hyrcanium. Scythicæ quoque gentes non procul ab his remotæ sunt. Quare timendum nobis est ne retrocedentibus nobis ea etiam quæ nunc tenemus nondum satis stabilita, ab iis qui nondum subacti sunt ad defectionem incitentur. (4) Tum vero omnes acti labores nobis perierint, aut certe novi labores novaque pericula adeunda erunt. Quamobrem persistite, Macedones ac socii. Laborantium enim et periclitantium sunt præclara facinora; et vivere cum virtute jucundum est et mori immortalem nominis sui gloriam relinquentibus. (5) An ignoratis progenitorem nostrum nunquam ad tantam gloriam perventurum fuisse ut ex homine deus fieret aut haberetur, si apud Tirynthem aut Argos vel Peloponnesum aut Thebas deses mansisset? Sed neque Bacchi, cujus quidem sublimius quam Herculis numen est, exigui labores memorantur. Nos etiam ultra Nysam progressi sumus, et Aornos petra Herculi ipsi inexpugnabilis in nostra potestate est. (6) Vos itaque, quicquid in Asia reliqui est, iis quæ tenemus, pauca nimirum multis, adjicite. Siquidem nos etiam quidnam magnum ac memorabile in vita egissemus, si desides in Macedonia satis habuissemus, laboris expertes domesticam terram tueri,

τοὺς ὁμόρους ἢ Ἰλλυριοὺς ἢ Τριβαλλοὺς ἢ καὶ τῶν Ἑλλήνων ὅσοι οὐκ ἐπιτήδειοι ἐς τὰ ἡμέτερα ἀναστέλλοντες;

7. Εἰ μὲν δὴ ὑμᾶς πονοῦντας καὶ κινδυνεύοντας αὐτὸς ἀπόνως καὶ ἀκινδύνως ἐξηγούμενος ἦγον, οὐκ ἀπεικότως ἂν προεκάμνετε ταῖς γνώμαις, τῶν μὲν πόνων μόνοις ὑμῖν μετόν, τὰ δὲ ἆθλα αὐτῶν ἄλλοις περιποιοῦντες· νῦν δὲ κοινοὶ μὲν ἡμῖν οἱ πόνοι, ἴσον δὲ μέτεστι τῶν κινδύνων, τὰ δὲ ἆθλα ἐν μέσῳ κεῖται ξύμπασιν· (8) ἥ τε [γὰρ] χώρα ὑμετέρα καὶ ὑμεῖς αὐτῆς σατραπεύετε· καὶ τῶν χρημάτων τὸ μέρος νῦν τε ἐς ὑμᾶς τὸ πολὺ ἔρχεται καὶ ἐπειδὰν ἐπεξέλθωμεν τὴν Ἀσίαν, τότε οὐκ ἐμπλήσας μὰ Δί' ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ ὑπερβαλὼν ὅσα ἕκαστος ἐλπίζει ἀγαθὰ ἔσεσθαι τοὺς μὲν ἀπιέναι οἴκαδε ἐθέλοντας εἰς τὴν οἰκείαν ἀποπέμψω ἢ ἐπανάξω αὐτός· τοὺς δὲ αὐτοῦ μένοντας ζηλωτοὺς τοῖς ἀπερχομένοις ποιήσω. »

Thracas finitimos aut Illyrios aut Triballos vel eos qui ex Græcis nobis infesti erant propulsantes?

7. Quod si vobis labores et pericula adeuntibus ego dux vester nullam ipse laborum et periculorum partem subirem, non immerito animis caderetis, quippe qui labores vestros esse intelligeretis, præmiis vero laborum alios frui. At labores communes mihi vobiscum sunt, pericula ex æquo vobiscum adeo : præmia in medio proposita sunt omnibus. (8) Nam et regio ipsa vestra est, et vos ei præestis, et pecuniarum maxima pars ad vos pervenit. Quum vero tota Asia subacta fuerit, tum medius fidius spem exspectationemque cujusque vestrum non explebo tantum, verumetiam superabo. Quique in domos suas reverti voluerint dimittam, aut reducam ipse : qui vero permanserint, faxo ut iis qui discesserint invidiosi sint. »

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα εἰπόντος Ἀλεξάνδρου πολὺν μὲν χρόνον σιωπὴ ἦν οὔτε ἀντιλέγειν τολμώντων πρὸς τὸν βασιλέα ἐκ τοῦ εὐθέος οὔτε ξυγχωρεῖν ἐθελόντων. Ἐν δὲ τούτῳ πολλάκις μὲν Ἀλέξανδρος ἐκέλευε λέγειν τὸν βουλόμενον, εἰ δή τις τὰ ἐναντία τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεχθεῖσι γιγνώσκει· ἔμενε δὲ καὶ ὡς ἐπὶ πολὺ ἡ σιωπή· ὀψὲ δέ ποτε θαρσήσας Κοῖνος ὁ Πολεμοκράτους ἔλεξε τοιάδε.

2. « Ἐπειδὴ αὐτός, ὦ βασιλεῦ, οὐ κατὰ πρόσταγμα ἐθέλεις Μακεδόνων ἐξηγεῖσθαι, ἀλλὰ πείσας μὲν ἄξειν φῄς, πεισθεὶς δὲ οὐ βιάσεσθαι, οὐχ ὑπὲρ ἡμῶν τῶνδε ποιήσομαι ἐγὼ τοὺς λόγους, οἳ καὶ προτιμώμενοι τῶν ἄλλων καὶ τὰ ἆθλα τῶν πόνων ὧν πολλοὶ ἤδη κεκομισμένοι καὶ τῷ κρατιστεύειν παρὰ τοὺς ἄλλους πρόθυμοί σοι ἐς πάντα ἐσμέν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς τῆς πολλῆς. (3) Οὐδὲ ὑπὲρ ταύτης τὰ καθ' ἡδονὴν ἐκείνοις ἐρῶ, ἀλλ' ἃ νομίζω ξύμφορά τέ σοι ἐς τὰ παρόντα καὶ ἐς τὰ μέλλοντα μάλιστα ἀσφαλῆ εἶναι. Δίκαιος δέ εἰμι καθ' ἡλικίαν τε μὴ ἀποκρύπτεσθαι τὰ δοκοῦντα βέλτιστα καὶ κατὰ τὴν ἐκ σοῦ μοι οὖσαν ἐς τοὺς ἄλλους ἀξίωσιν καὶ κατὰ τὴν ἐν τοῖς πόνοις τε καὶ κινδύνοις ἐς τόδε ἀπροφάσιστον τόλμαν. (4) Ὅσῳ γάρ τοι πλεῖστα καὶ μέγιστά σοί τε ἡγουμένῳ καταπέπρακται καὶ τοῖς ἅμα σοὶ οἴκοθεν ὁρμηθεῖσι, τοσῷδε μᾶλλόν τι ξύμφορόν μοι δοκεῖ πέρας τι ἐπιθεῖναι τοῖς πόνοις τε καὶ κινδύνοις. Αὐτὸς γάρ τοι ὁρᾷς ὅσοι μὲν Μακεδόνων τε καὶ Ἑλλήνων ἅμα σοὶ ὡρμήθημεν, ὅσοι δὲ ὑπολελείμμεθα· (5) ὧν Θετταλοὺς μὲν ἀπὸ Βάκτρων εὐθύς, οὐ προθύμους ἔτι ἐς τοὺς πόνους αἰσθόμενος, οἴκαδε, καλῶς ποιῶν, ἀπέπεμψας· τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων οἱ μὲν ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς πρὸς σοῦ οἰκισθείσαις κατῳκισμένοι οὐδ' οὕτοι πάντη ἑκόντες μένουσιν· οἱ δέ,

CAP. XXVII.

Hæc aliaque in hanc sententiam quum dixisset Alexander, altum quoddam silentium subsecutum est : quum neque aperte regis voluntati refragari auderent, neque assentiri vellent. Quumque identidem juberet Alexander, ut siquis rem secus atque ipse dixisset intelligeret, sententiam suam declararet : magnum tamen nihilominus omnes silentium tenuit. Tandem Cœnus Polemocratis F. sumpta audacia hunc in modum orsus est.

2. « Quoniam ipse, o rex, negas te imperiose Macedonibus præfuturum, sed, si persuaseris, ducturum te ulterius dicis : sin ipsi tibi persuaserint, nequaquam coacturum : non pro nobis copiarum ducibus, qui præ cæteris honore abs te affecti sumus et præmia laborum plerique jam accepimus, quique, quod nos præ aliis imperare voluisti, parati ad omnia tibi sumus, sed pro universo exercitu dicam. (3) Sed ne ea quidem quæ militibus cordi sint dicturus sum, sed quæ tibi cum in præsentia salutaria, tum in posterum tutissima fore censeo. Porro et ætas mea id postulat, ut quæ maxime expedire videantur non celem, et dignitas qua me etiam præ aliis ornare voluisti, tot denique a me labores, tot pericula audacter citra ullam tergiversationem adita. (4) Quo enim plura præclarioraque facinora cum abs te duce tum ab iis qui te e domibus suis secuti sunt, gesta fuerunt, eo magis e re esse judico finem aliquem laboribus ac periculis imponere. Vides enim ipse ex tanta Macedonum et Græcorum qui te secuti sumus multitudine, quam pauci reliqui simus. (5) Ex quibus Thessalos quidem statim a Bactris, quum alacritatem ad perferendos labores in eis imminutam sentires, domum, et recte quidem, remisisisti; reliquorum vero Græcorum alios in urbibus abs te conditis collocasti, qui nec ipsi quidem libenter ibi

ξυμπονοῦντές τε ἔτι καὶ ξυγκινδυνεύοντες αὐτοί τε καὶ ἡ Μακεδονικὴ στρατιά, τοὺς μὲν ἐν ταῖς μάχαις ἀπολωλέκασιν, οἱ δὲ ἐκ [τῶν] τραυμάτων ἀπόμαχοι γεγενημένοι ἄλλοι ἄλλῃ τῆς Ἀσίας ὑπολελειμμένοι εἰσίν· (6) οἱ πλείους δὲ νόσῳ ἀπολώλασιν, ὀλίγοι δὲ ἐκ πολλῶν ὑπολείπονται, καὶ οὔτε τοῖς σώμασιν ἔτι ὡσαύτως ἐρρωμένοι, ταῖς τε γνώμαις πολὺ ἔτι μᾶλλον προκεκμηκότες. Καὶ τούτοις ξύμπασι πόθος μὲν γονέων ἐστίν, ὅσοις ἔτι σώζονται, πόθος δὲ γυναικῶν καὶ παίδων, πόθος δὲ δὴ τῆς γῆς αὐτῆς τῆς οἰκείας, ἣν ξὺν τῷ ἐκ σοῦ πορισθέντι σφίσι κόσμῳ, μεγάλοι τε ἀντὶ μικρῶν καὶ πλούσιοι ἐκ πενήτων ἀναστρέφοντες, ξύγγνωστοί εἰσιν ἐπιδεῖν ποθοῦντες. (7) Σὺ δὲ νῦν μὴ ἄγειν ἄκοντας· οὐδὲ γὰρ ὁμοίοις ἔτι χρήσῃ ἐς τοὺς κινδύνους, οἷς τὸ ἑκούσιον ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀπέσταται· ἐπανελθὼν δὲ αὐτός τε, εἰ δοκεῖ, ἐς τὴν οἰκείαν καὶ τὴν μητέρα τὴν σαυτοῦ ἰδὼν καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων καταστησάμενος καὶ τὰς νίκας ταύτας τὰς πολλὰς καὶ μεγάλας ἐς τὸν πατρῷον οἶκον κομίσας, οὕτω δὴ ἐξ ἀρχῆς ἄλλον στόλον στέλλεσθαι, εἰ μὲν βούλει, ἐπ' αὐτὰ ταῦτα τὰ πρὸς τὴν ἕω ᾠκισμένα Ἰνδῶν γένη· εἰ δὲ βούλει, ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον· εἰ δέ, ἐπὶ Καρχηδόνα καὶ τὰ ἐπ' ἐκεῖνα Καρχηδονίων τῆς Λιβύης. (8) Ταῦτα δὲ σὸν ἤδη ἐξηγεῖσθαι. Ἕψονται δέ σοι ἄλλοι Μακεδόνες καὶ ἄλλοι Ἕλληνες, νέοι τε ἀντὶ γερόντων καὶ ἀκμῆτες ἀντὶ κεκμηκότων, καὶ οἷς τὰ τοῦ πολέμου διὰ τὸ ἀπείρατον ἔς τε τὸ παραυτίκα οὐ φοβερὰ καὶ κατὰ τὴν τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα ἐν σπουδῇ ἔσται· οὓς καὶ ταύτῃ ἔτι προθυμότερον ἀκολουθήσειν σοι εἰκός, ὁρῶντας τοὺς πρότερον ξυμπονήσαντάς τε καὶ ξυγκινδυνεύσαντας ἐς τὰ σφέτερα ἤθη ἐπανεληλυθότας, πλουσίους τε ἀντὶ πενήτων καὶ ἀντὶ ἀφανῶν τῶν πάλαι εὐκλεεῖς. (9) Καλὸν δέ, ὦ βασιλεῦ, εἴπερ τι καὶ ἄλλο, καὶ ἡ ἐν τῷ εὐτυχεῖν σωφροσύνη. Σοὶ μὲν γὰρ αὐτῷ ἡγουμένῳ καὶ στρατιὰν τοιαύτην ἄγοντι ἐκ μὲν πολεμίων δέος οὐδέν· τὰ δὲ ἐκ τοῦ δαιμονίου ἀδόκητά τε καὶ ταύτῃ καὶ ἀφύλακτα τοῖς ἀνθρώποις ἐστί. »

manent, alii tecum labores ac pericula adeuntes cum Macedonico exercitu, partim in præliis cæsi sunt, partim vulneribus inutiles ad pugnam effecti, in diversis Asiæ partibus relicti : (6) maxima vero pars morbo periit : pauci denique ex tanta multitudine supersunt, iique nec corporibus sunt perinde firmis, animis vero multo magis fracti. Atque iis quidem omnibus desiderium est parentum quibus adhuc supersunt, uxorum, liberorum, patriæ et soli natalis. Quorum desiderio si tanguntur, ornati præsertim abs te atque aucti, divitesque ex pauperibus effecti revertentes, certe veniam merentur. (7) Tu vero ne invitos ducito. Neque enim eosdem illos in periculis es expertus, quum voluntas adeundi certamina in iis non sit futura. Quin potius tu quoque, si placet, domum reversus matrem invisas, Græcorum simul res compositurus et tot tamque ingentes victorias in paternam domum reportaturus. Tum licebit tibi denuo novam expeditionem suscipere, sive adversus istas Indorum gentes quæ orientem versus sitæ sunt, sive malis in pontum Euxinum, sive in Carthaginem et Libyam quæ ultra Carthaginem est. (8) Tunc enim tui muneris erit exercitum quo libuerit ducere. Sequentur autem te alii Macedones, juniores pro senioribus, integri pro defessis, et quibus bellum, utpote inexpertis, non statim tanto terrori, et futurorum commodorum spe in votis erit : quos etiam tanto alacrius te secuturos esse verisimile est, quum eos qui tibi laborum atque periculorum socii exstiterunt in suas domos reversos videbunt, ex pauperibus opulentos, et ex obscuris claros. (9) Præclarum etiam est, o rex, si quicquam aliud, animo in secundis rebus moderari posse. Tibi quidem imperatori atque hujusmodi exercitum ducenti nihil ab hoste metuendum est : fortunæ vero inopinati sunt eventus, atque ideo hominibus inevitabiles. »

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Τοιαῦτα εἰπόντος τοῦ Κοίνου θόρυβον γενέσθαι ἐκ τῶν παρόντων ἐπὶ τοῖς λόγοις· πολλοῖς δὲ δὴ καὶ δάκρυα προχυθέντα ἔτι μᾶλλον δηλῶσαι τό τε ἀκούσιον τῆς γνώμης ἐς τοὺς πρόσω κινδύνους καὶ τὸ καθ' ἡδονὴν σφισιν εἶναι τὴν ἀναχώρησιν. Ἀλέξανδρος δὲ τότε μὲν ἀχθεσθεὶς τοῦ τε Κοίνου τῇ παῤῥησίᾳ καὶ τῷ ὄχνῳ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων διέλυσε τὸν ξύλλογον· (2) ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν ξυγκαλέσας αὖθις ξὺν ὀργῇ τοὺς αὐτοὺς αὐτὸς μὲν ἰέναι ἔφη τοῦ πρόσω, βιάσεσθαι δὲ οὐδένα ἄκοντα Μακεδόνων ξυνέπεσθαι· ἕξειν γὰρ τοὺς ἀκολουθήσοντας τῷ βασιλεῖ σφῶν ἑκόντας· τοῖς δὲ καὶ ἀπιέναι οἴκαδε ἐθέλουσιν ὑπάρχειν ἀπιέναι καὶ ἐξαγγέλλειν τοῖς οἰκείοις ὅτι τὸν βασιλέα σφῶν ἐν μέσοις

CAP. XXVIII.

Hæc Cœni oratio fremitu quodam audientium excepta est. Multorum etiam lacrimæ subsecutæ sunt, quod ipsum majori documento erat, invitos sese ulteriora pericula adituros, reditum vero in patriam perjucundum ipsis fore. Alexander, Cœni libertate loquendi et reliquorum ducum ignavia offensus, concionem dimisit. (2) Qua postridie rursum iracunde convocata, se quidem ulterius perrecturum dixit; neminem vero Macedonum ad sequendum coacturum : neque enim defuturos qui regem suum sua sponte sequerentur; iis autem qui abire statuissent per se liberum esse, utque amicis nuntiarent sese rege suo in mediis hostibus destituto domum reverti. (3) Hæc quum dixisset, in

τοῖς πολεμίοις ἐπανήκουσιν ἀπολιπόντες. (3) Ταῦτα εἰπόντα ἀπελθεῖν ἐς τὴν σκηνήν, μηδέ τινα τῶν ἑταίρων προσέσθαι αὐτῆς τε ἐκείνης τῆς ἡμέρας καὶ ἐς τὴν τρίτην ἔτι ἀπ' ἐκείνης, ὑπομένοντα εἰ δή τις τροπὴ ταῖς γνώμαις τῶν Μακεδόνων τε καὶ ξυμμάχων, οἷα δὴ ἐν ὄχλῳ στρατιωτῶν τὰ πολλὰ φιλεῖ γίγνεσθαι, ἐμπεσοῦσα εὐπειθεστέρους παρέξει αὐτούς. (4) Ὡς δὲ σιγὴ αὖ πολλὴ ἦν ἀνὰ τὸ στρατόπεδον καὶ ἀχθόμενοι μὲν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ δῆλοι ἦσαν, οὐ μὴν μεταβαλλόμενοί γε ὑπ' αὐτῆς, ἐνταῦθα δὴ λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ὅτι ἐπὶ τῇ διαβάσει οὐδὲν μεῖον ἐθύετο, θυομένῳ δὲ οὐκ ἐγίγνετο αὐτῷ τὰ ἱερά. Τότε δὴ τοὺς πρεσβυτάτους τε τῶν ἑταίρων καὶ μάλιστα τοὺς ἐπιτηδείους αὐτῷ συναγαγών, ὡς πάντα ἐς τὴν ὀπίσω ἀναχώρησιν αὐτῷ ἔφερεν, ἐκφαίνει ἐς τὴν στρατιὰν ὅτι ἔγνωσται ὀπίσω ἀποστρέφειν.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Οἱ δὲ ἑβόων τε οἷα ἂν ὄχλος ξυμμιγὴς χαίρων βοήσειε καὶ ἐδάκρυον οἱ πολλοὶ αὐτῶν· οἱ δὲ καὶ τῇ σκηνῇ τῇ βασιλικῇ πελάζοντες εὔχοντο Ἀλεξάνδρῳ πολλὰ καὶ ἀγαθά, ὅτι πρὸς σφῶν μόνων νικηθῆναι ἠνέσχετο. Ἔνθα δὴ διελὼν κατὰ τάξεις τὴν στρατιὰν δώδεκα βωμοὺς κατασκευάζειν προστάττει, ὕψος μὲν κατὰ τοὺς μεγίστους πύργους, εὖρος δὲ μείζονας ἔτι ἢ κατὰ πύργους, χαριστήρια τοῖς θεοῖς τοῖς ἐς τοσόνδε ἀγαγοῦσιν αὐτὸν νικῶντα καὶ μνημεῖα τῶν αὐτοῦ πόνων. (2) Ὡς δὲ κατεσκευασμένοι αὐτῷ οἱ βωμοὶ ἦσαν, θύει δὴ ἐπ' αὐτῶν ὡς νόμος καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικόν τε καὶ ἱππικόν. Καὶ τὴν μὲν χώραν τὴν μέχρι τοῦ Ὑφάσιος ποταμοῦ Πώρῳ ἄρχειν προσέθηκεν, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν Ὑδραώτην ἀνέστρεφε. Διαβὰς δὲ τὸν Ὑδραώτην, ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην αὖ ἐπανήει ὀπίσω. (3) Καὶ ἐνταῦθα καταλαμβάνει τὴν πόλιν ἐξῳκοδομημένην ἥντινα Ἡφαιστίων αὐτῷ ἐκτειχίσαι ἐτάχθη· καὶ ἐς ταύτην ξυνοικίσας τῶν τε προσχώρων ὅσοι ἐθελονταὶ κατῳκίζοντο καὶ τῶν μισθοφόρων ὅ τιπερ ἀπόμαχον, αὐτὸς τὰ ἐπὶ τῷ κατάπλῳ παρεσκευάζετο τῷ ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν.

4. Ἐν τούτῳ δὲ ἀφίκοντο πρὸς αὐτὸν Ἀρσάκης τε ὁ τῆς ὁμόρου Ἀβισάρῃ χώρας ὕπαρχος καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἀβισάρου καὶ οἱ ἄλλοι οἰκεῖοι, δῶρά τε κομίζοντες ἃ μέγιστα παρ' Ἰνδοῖς καὶ τοὺς παρ' Ἀβισάρου ἐλέφαντας, ἐς τριάκοντα τὸν ἀριθμόν· Ἀβισάρην γὰρ νόσῳ ἀδύνατον γενέσθαι ἐλθεῖν. Συνέβαινον δὲ τούτοις καὶ οἱ παρ' Ἀλεξάνδρου ἐκπεμφθέντες πρέσβεις πρὸς Ἀβισάρην. (5) Καὶ ταῦτα οὐ χαλεπῶς πιστεύσας οὕτως ἔχειν Ἀβισάρῃ τε τῆς αὐτοῦ χώρας σατραπεύειν ἔδωκε καὶ Ἀρσάκην τῇ Ἀβισάρου ἐπικρατείᾳ προσέθηκε· καὶ φόρους οὔστινας ἀποίσουσι τάξας θύει αὖ καὶ ἐπὶ τῷ Ἀκεσίνῃ ποταμῷ. Καὶ τὸν Ἀκεσίνην αὖ διαβὰς ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην ἦκεν, ἵνα καὶ τῶν πόλεων τῆς τε Νικαίας καὶ τῶν Βουκεφάλων ὅσα πρὸς τῶν ὄμβρων πεπονηκότα ἦν ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐπεσκεύασε καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὴν χώραν ἐκόσμει.

tabernaculum se recepit, neque quemquam amicorum ad tertium ab eo diem in colloquium admisit : exspectans siqua forte animorum mutatio, ut plerunque in turba militari evenire solet, Macedonibus ac sociis incideret, quæ faciliores persuasu eos redderet. (4) Ceterum quum exercitus in eodem silentio persisteret, satisque intelligeretur milites indignatione Alexandri vehementer commotos esse, animis tamen non mutari : tum, ut auctor est Ptolemæus Lagi F., nihilominus pro transitu sacrum fecit. Quumque exta infaustos eventus portendissent, convocatis amicis qui et ætate grandiores maximeque familiares ei erant, quoniam omnia illum ab ulteriore profectione revocarent, exercitui declarasse, statutum sibi esse domum reverti.

CAP. XXIX.

Hanc vocem lamore, qualis a multitudine lætitiam significante edi solet exceptam fuisse : multis lacrymas erupisse. Alios ad regium tabernaculum accessisse, multa Alexandro fausta precantes, quod ab ipsis solis vinci se passus esset. Eo loci diviso per ordines exercitu, XII aras exstrui jubet, altitudine quidem maximis turribus bellicis pares, latitudine, quam quæ turrium est, majore. Quibus diis gratias agebat quod ipsum eo usque victorem perduxissent, et laborum suorum monumenta consecrabat. (2) Exstructis itaque aris, sacrificium patrio more in aris illis peragit. Ludos etiam gymnicos et equestres facit : totique regioni ad Hyphasin amnem usque Porum præficit. Ipse ad Hydraoten fluvium redit. Quo trajecto ad Acesinem retrocedit. (3) Atque ibi urbem exædificatam reperit, ad quam condendam Hephæstion ab eo relictus fuerat : in quam inductis colonis ex finitimis quicunque in eam commigrare vellent, et mercenariis ad militiam ineptis, ipse quæ ad navigationem Oceani necessaria erant parare cœpit.

4. In hoc rerum statu Arsaces, provinciæ Abisari finitimæ præses, et frater Abisaris aliique amici ad eum venerunt, dona adferentes quæ apud Indos censentur maxima : elephantos etiam ab Abisare missos triginta : Abisarem ipsum morbo impeditum venire non potuisse dicentes. Quod quum et legati qui ab Alexandro ad Abisarem missi fuerant confirmarent, (5) facile persuasus rem ita se habere, Abisarem provinciæ ipsius satrapam constituit atque Arsacem Abisaris imperio adjunxit : et tributis quæ penderent imperatis, ad Acesinem fluvium rursus sacrificium fecit. Quo transmisso, ad Hydaspen venit. Ubi quicquid

BIBAION ΕΚΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α'.

Ἀλέξανδρος δέ, ἐπειδὴ παρεσκευάσθησαν αὐτῷ ἐπὶ τοῦ Ὑδάσπου ταῖς ὄχθαις πολλαὶ μὲν τριακόντοροι καὶ ἡμιόλιαι, πολλὰ δὲ καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα καὶ ἄλλα ὅσα ἐς παρακομιδὴν στρατιᾶς ποταμῷ εὔπορα, ἔγνω καταπλεῖν κατὰ τὸν Ὑδάσπην ὡς ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν. (2) Πρότερον μέν γε ἐν τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ κροκοδείλους ἰδών, μόνῳ τῶν ἄλλων ποταμῶν πλὴν Νείλου, πρὸς δὲ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἀκεσίνου κυάμους πεφυκότας ὁποίους ἡ γῆ ἐκφέρει ἡ Αἰγυπτία, καὶ ἀκούσας ὅτι ὁ Ἀκεσίνης ἐμβάλλει εἰς τὸν Ἰνδόν, ἔδοξεν ἐξευρηκέναι τοῦ Νείλου τὰς ἀρχάς, (3) ὡς τὸν Νεῖλον ἐνθένδε ποθὲν ἐξ Ἰνδῶν ἀνίσχοντα καὶ δι' ἐρήμου πολλῆς γῆς ῥέοντα καὶ ταύτῃ ἀπολλύοντα τὸν Ἰνδὸν τὸ ὄνομα, ἔπειτα ὁπόθεν ἄρχεται διὰ τῆς οἰκουμένης χώρας ῥεῖν Νεῖλον ἤδη πρὸς Αἰθιόπων τε τῶν ταύτῃ καὶ Αἰγυπτίων καλούμενον, ὡς Ὅμηρος ἐποίησεν ἐπώνυμον τῆς Αἰγύπτου Αἴγυπτον, οὕτω δὴ ἐκδιδόναι ἐς τὴν ἐντὸς θάλασσαν. (4) Καὶ δὴ καὶ πρὸς Ὀλυμπιάδα γράφοντα ὑπὲρ τῶν Ἰνδῶν τῆς γῆς ἄλλα τε γράψαι καὶ ὅτι δοκοίη αὐτῷ ἐξευρηκέναι τοῦ Νείλου τὰς πηγάς, μικροῖς δή τισι καὶ φαύλοις ὑπὲρ τῶν τηλικούτων τεκμαιρόμενον. (5) Ἐπεὶ μέντοι ἀτρεκέστερον ἐξήλεγξε τὰ ἀμφὶ τῷ ποταμῷ τῷ Ἰνδῷ, οὕτω δὴ μαθεῖν παρὰ τῶν ἐπιχωρίων τὸν μὲν Ὑδάσπην τῷ Ἀκεσίνῃ, τὸν Ἀκεσίνην δὲ τῷ Ἰνδῷ τό τε ὕδωρ ξυμβάλλοντας καὶ τῷ ὀνόματι ξυγχωροῦντας, τὸν Ἰνδὸν δὲ ἐκδιδόντα ἤδη ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν, δίστομον τὸν Ἰνδὸν ὄντα, οὐδέν τι αὐτῷ προσῆκον τῆς γῆς τῆς Αἰγυπτίας, τηνικαῦτα δὲ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τὴν μητέρα τοῦτο τὸ ἀμφὶ τῷ Νείλῳ γραφὲν ἀφελεῖν. (6) Καὶ τὸν κατάπλουν τὸν κατὰ τοὺς ποταμοὺς ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν ἐπινοοῦντα παρασκευασθῆναί οἱ ἐπὶ τῷδε κελεῦσαι τὰς ναῦς. Αἱ δὲ ὑπηρεσίαι αὐτῷ ἐς τὰς ναῦς ξυνεπληρώθησαν ἐκ τῶν ξυνεπομένων τῇ στρατιᾷ Φοινίκων καὶ Κυπρίων καὶ Καρῶν καὶ Αἰγυπτίων.

ΚΕΦ. Β'.

Ἐν δὲ τούτῳ Κοῖνος μέν, ἐν τοῖς πιστοτάτοις Ἀλεξάνδρῳ ὢν τῶν ἑταίρων, νόσῳ τελευτᾷ· καὶ τοῦτον θάπτει ἐκ τῶν παρόντων μεγαλοπρεπῶς. Αὐτὸς δὲ ξυναγαγὼν τούς τε ἑταίρους καὶ ὅσοι Ἰνδῶν πρέσβεις παρ'

in Nicæa et Bucephalis imbres corruperant, militum opera instauravit, aliaque ad regionis illius custodiam pertinentia curavit.

LIBER SEXTUS.

CAP. I.

Alexander quum jam ad Hydaspis ripas multas triginta remorum naves et biremes paratas haberet, multas etiam transmittendis equis aptas, cæteraque omnia ad vehendum exercitum necessaria, per Hydaspem ad Oceanum navigare statuit. (2) Quumque antea in Indo amne, solo ex reliquis fluminibus præter Nilum, crocodilos vidisset, fabas etiam ad Acesinis ripas, quales Ægyptia tellus fert, audissetque Acesinem in Indum fluere : Nili se caput reperisse arbitrabatur : (3) suspicatus Nilum inde uspiam in India oriri et per ingentes solitudines fluere, ibique Indum nomen amittere : deinde unde incipit per cultam regionem labi, et Nilum jam ab Æthiopibus ea loca colentibus atque Ægyptiis vocatum, quemadmodum etiam Homerus Nilum communi cum Ægypti regione nomine Ægyptum nominavit, atque ita in interius mare fluere. (4) Itaque Alexander ad Olympiadem de Indorum regione scribens, inter alia hoc scribebat, existimare se fontes Nili reperisse : parvis quibusdam atque inanibus conjecturis in re tanti momenti usus. (5) Quum vero accuratius de Indo flumine inquisisset, ab incolis edoctus est Hydaspem in Acesinem, hunc autem in Indum, nomina sua amittentes labi, Indum porro duplici ostio in Oceanum ferri, nec ad eum quicquam Ægyptum pertinere : ac tum demum id quod ad matrem suam de Nilo scripserat ex epistola delevisse : (6) navigationeque ad Oceanum per flumina decreta, naves ad hoc parari jussisse. Ministeria navium ei a Phœnicibus, Cypriis, Caribus et Ægyptiis exercitum sequutis expleta sunt.

CAP. II.

Per id tempus Cœnus ex intimis fidelissimisque Alexandri amicis, morbo interiit. Quo magnifice pro eo ac tempus ferebat sepulto, ipse convocatis amicis, omnibusque Indorum legatis ad se profectis, universæ Indicæ regionis

αὐτὸν ἀφιγμένοι ἦσαν, βασιλέα μὲν τῆς ἑαλωκυίας ἤδη Ἰνδῶν γῆς ἀπέδειξε Πῶρον ἑπτὰ μὲν ἐθνῶν τῶν ξυμπάντων, πόλεων δὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τὰς δισχιλίας. (2) Τὴν στρατιὰν δὲ διένειμεν ὧδε. Αὐτὸς μὲν τοὺς ὑπασπιστάς τε ἅμα οἱ ξύμπαντας ἐπὶ τὰς ναῦς ἀνεβίβασε καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τὸ ἄγημα τῶν ἱππέων. Κράτερος δὲ αὐτῷ μοῖράν τε τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ Ὑδάσπου τὴν ἐν δεξιᾷ ἦγε· κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν ὄχθην τὸ πλεῖστόν τε καὶ κράτιστον τῆς στρατιᾶς καὶ τοὺς ἐλέφαντας Ἡφαιστίων προὐχώρει ἄγων, ἤδη ὄντας ἐς διακοσίους· τούτοις δὲ ἦν παρηγγελμένον ὡς τάχιστα ἄγειν ἴναπερ τὰ Σωπείθου βασίλεια· (3) Φιλίππῳ δὲ τῷ σατράπῃ τῆς ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ Ἰνδοῦ ὡς ἐπὶ Βακτρίους γῆς διαλιπόντι τρεῖς ἡμέρας παρήγγελτο ἕπεσθαι ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν. Τοὺς ἱππέας δὲ τοὺς Νυσαίους ὀπίσω ἀποπέμπει ἐς τὴν Νύσαν. Τοῦ μὲν δὴ ναυτικοῦ παντὸς Νέαρχος αὐτῷ ἐξηγεῖτο, τῆς δὲ αὐτοῦ νεὼς κυβερνήτης Ὀνησίκριτος, ὃς ἐν τῇ ξυγγραφῇ ἥντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε καὶ τοῦτο ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας, κυβερνήτην ὄντα. (4) Ἦν δὲ τὸ ξύμπαν πλῆθος τῶν νεῶν, ὡς λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ᾧ μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι, τριακόντοροι μὲν ἐς ὀγδοήκοντα· τὰ δὲ πάντα πλοῖα σὺν τοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ κερκούροις καὶ ὅσα ἄλλα ποτάμια ἢ τῶν πάλαι πλεόντων κατὰ τοὺς ποταμοὺς ἢ ἐν τῷ τότε ποιηθέντων οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν δισχιλίων.

abs se victæ Porum regem constituit, gentium quidem ormnino septem, urbium autem quas gentes illæ incolebant supra IIM. (2) Post hæc exercitum ita dividit. Scutatos omnes et sagittarios atque Agrianos et equitum agema secum navibus imponit : Craterus ei peditum atque equitum partem ad dexteram Hydaspis ripam duxit. Ad sinistram ripam Hephæstionem cum majore melioreque exercitus parte, atque elephantis quorum jam erant circa CC procedere jubet. His imperatum erat ut quam celerrime ad Sopithi regiam contendant. (3) Philippo autem præfecto regionis ultra Indum sitæ quæ ad Bactrianos vergit, jussum erat elapso triduo cum suis copiis sequi. Nysæos vero equites Nysam remittit. Nearchum universæ classi præficit. Onesicritum navis suæ gubernatorem constituit, qui quidem in ea historia quam de Alexandro conscripsit etiam hoc mentitur, quod se classis præfectum fuisse scribit, quum gubernator navis tantum esset. (7) Erat autem navium omnium numerus, ut Ptolemæus Lagi filius tradit, quem ego potissimum sequor, naves triginta remorum circa LXXX, et in universum omnes naves, tam quæ equos vehebant, quam actuariæ et fluviales, quæ aut multo ante, aut tum temporis constructæ fuerant, circiter IIM.

ΚΕΦ. Γ'.

Ὡς δὲ ξύμπαντα αὐτῷ παρεσκεύαστο, ὑπὸ τὴν ἕω ὁ μὲν στρατὸς ἐπέβαινε τῶν νεῶν, αὐτὸς δὲ ἔθυε τοῖς θεοῖς ὡς νόμος καὶ τῷ ποταμῷ τῷ Ὑδάσπῃ ὅπως οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο. Καὶ ἐπιβὰς τῆς νεὼς ἀπὸ τῆς πρῴρας ἐκ χρυσῆς φιάλης ἔσπενδεν ἐς τὸν ποταμόν, τόν τε Ἀκεσίνην ξυνεπικαλούμενος τῷ Ὑδάσπῃ, ὄντινα μέγιστον αὖ τῶν ἄλλων ποταμῶν ξυμβάλλειν τῷ Ὑδάσπῃ ἐπέπυστο καὶ οὐ πόρρω αὐτῶν εἶναι τὰς ξυμβολάς, καὶ τὸν Ἰνδόν, ἐς ὄντινα ὁ Ἀκεσίνης ξὺν τῷ Ὑδάσπῃ ἐμβάλλει. (2) Ἐπεὶ δὲ Ἡρακλεῖ τε τῷ προπάτορι σπείσας καὶ Ἄμμωνι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ὅσοις αὐτῷ νόμος σημῆναι ἐς ἀναγωγὴν κελεύει τῇ σάλπιγγι. Ἅμα τε δὴ ἐσημάνθη καὶ ἀνήγοντο ἐν κόσμῳ. Παρήγγελτο γὰρ ἐφ' ὅσον τε τὰ σκευοφόρα πλοῖα ἐχρῆν τετάχθαι καὶ ἐφ' ὅσον τὰ ἱππαγωγά, ἐφ' ὅσον τε τὰς μαχίμους τῶν νεῶν, ὡς μὴ συμπίπτειν ἀλλήλαις κατὰ τὸν πόρον εἰκῇ πλεούσας· καὶ ταῖς ταχυναυτούσαις φθάνειν οὐκ ἐφίετο ἔξω τῆς τάξεως. (3) Ἦν δὲ ὅ τε κτύπος τῆς εἰρεσίας οὐδενὶ ἄλλῳ ἐοικώς, ἅτε ἀπὸ πολλῶν νεῶν ἐν ταὐτῷ ἐρεσσομένων, καὶ βοὴ ἀπό τε τῶν κελευστῶν ἐνδιδόντων τὰς ἀρχάς τε καὶ ἀναπαύλας τῆς εἰρεσίας, καὶ τῶν ἐρετῶν ὁπότε ἀθρόοι ἐμπίπτοντες τῷ ῥοθίῳ ἐπαλαλάξειαν· αἵ τε ὄχθαι, ὑψηλότεραι τῶν νεῶν πολλαχῇ οὖσαι, ἐς στενόν τε τὴν βοὴν ξυνάγουσαι καὶ τῇ ξυναγωγῇ αὐτῇ ἐπὶ μέγα ἠὐξημένην ἐς ἀλλήλας ἀντέπεμπον· καί που καὶ νάπαι ἑκατέρωθεν τοῦ ποταμοῦ τῇ τε ἐρημίᾳ καὶ τῇ ἀντιπέμψει τοῦ κτύπου καὶ αὗται ξυνεπελάμβανον· (4) οἵ τε ἵπποι διαφαινόμενοι διὰ τῶν ἱππαγωγῶν πλοίων, οὐ πρόσθεν ἵπποι ἐπὶ νεῶν ὀφθέντες ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, (καὶ γὰρ καὶ τὸν Διονύσου ἐπ' Ἰνδοὺς στόλον οὐκ ἐμέμνηντο γενέσθαι ναυτικόν,) ἔκπληξιν παρεῖχον τοῖς θεωμένοις τῶν βαρβάρων, ὥστε οἱ μὲν αὐτῶν αὐτόθεν τῇ ἀναγωγῇ παραγενόμενοι ἐπὶ πολὺ ἐφωμάρτουν· (5) ἐς ὅσους δὲ τῶν ἤδη Ἀλεξάνδρῳ προσκεχωρηκότων Ἰνδῶν ἡ βοὴ τῶν ἐρετῶν ἢ ὁ κτύπος τῆς εἰρεσίας ἐξίκετο, καὶ οὗτοι ἐπὶ τῇ ὄχθῃ κατέθεον καὶ ξυνείποντο ἐπᾴδοντες βαρβαρικῶς. Φιλῳδοὶ γάρ, εἴπερ τινὲς ἄλλοι, Ἰνδοὶ καὶ φιλορχήμονες ἀπὸ Διονύσου ἔτι καὶ τῶν ἅμα Διονύσῳ βακχευσάντων κατὰ τὴν Ἰνδῶν γῆν.

hementiorem illum compressione redditum repercutiebant, et alicubi etiam nemora utrimque ripis circumjecta sonitum illum remorum excipientia multo auctiorem sua solitudine et repercussione efficiebant. (4) Equi etiam in hippaginibus visi, (neque enim unquam antea Indi equos navibus vehi viderant, neque Bacchi in Indos expeditionem navalem fuisse memorabant) magnam barbaris admirationem inferebant, adeo ut ii qui jam aderant quum classis deduceretur per longum prosequerentur : (5) quotquot vero Indi Alexandro amici e remotioribus locis remigiorum sonitum exaudierant, etiam hi ad ripam accurrerent et barbarico ritu accinentes comitarentur. Studiosi enim musices, si qui alii, sunt Indi : saltationibus quoque addicti jam inde a Baccho eorumque qui in India simul bacchati sunt tempore.

CAP. III.

Omnibus itaque rebus ad navigationem præparatis, exercitus sub auroram naves conscendit. Ipse patrio more diis et Hydaspi flumini ex vatum præscripto sacrum fecit : conscensaque nave, ex aurea phiala a prora in flumen libavit, Acesinem simul et Hydaspen invocans, quem quidem Acesinem reliquorum fluviorum maximum in Hydaspen fluere acceperat, et confluentes non procul inde abesse, Indum etiam invocans, in quem Acesines cum Hydaspe fertur. (2) Deinde quum Herculi progenitori libasset, simulque Ammoni et aliis diis quibus consueverat, signum deducendis navibus tuba dari jubet : quo audito, statim naves ordine deducuntur. Imperatum enim erat quanto spatio onerarias, quanto hippagines, quanto bellicas naves sejunctas inter se esse oporteret : ne temere nulloque ordine navigantes colliderentur, neque iis quæ velociores erant interrupto ordine alias prævertere permittebatur. (3) Miranda res erat, remorum sonitum exaudire, tot navibus uno temporis momento remigantibus, et hortatoribus suo celeusmate remigationis initium intermissionemque præscribentibus, tot remigum uno impetu flumen remis verberantium clamoribus sublatis. Ripæ etiam ipsæ navibus multo altiores, clamorem in arctum redigentes multo ve-

ΚΕΦ. Δ'.

Οὕτω δὴ πλέων τρίτῃ γε ἡμέρᾳ κατέσχεν ἴναπερ Ἡφαιστίωνί τε καὶ Κρατέρῳ κατὰ τὸ αὐτὸ στρατοπεδεύειν ἐπὶ ταῖς ἀντιπέραν ὄχθαις παρήγγελτο. Μείνας δὲ ἐνταῦθα ἡμέρας δύο, ὡς καὶ Φίλιππος αὐτῷ ξὺν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ ἀφίκετο, τοῦτον μὲν ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν ἐκπέμπει ξὺν οἷς ἔχων ἦκε, τάξας παρὰ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὴν ὄχθην πορεύεσθαι· τοὺς δὲ ἀμφὶ Κράτερόν τε καὶ Ἡφαιστίωνα αὖθις ἐκπέμπει, παραγγείλας ὅπως χρὴ τὴν πορείαν ποιεῖσθαι. (2) Αὐτὸς δὲ ἔπλει κατὰ τὸν Ὑδάσπην ποταμόν, οὐδαμοῦ μείονα ἐν τῷ κατάπλῳ εἴκοσι σταδίων τὸ εὖρος. Προσορμιζόμενος δὲ ὅπῃ τύχοι ταῖς ὄχθαις τοὺς προσοικοῦντας τῷ Ὑδάσπῃ Ἰνδῶν τοὺς μὲν ἐνδιδόντας σφᾶς ὁμολογίαις κατελάμβανεν· ἤδη δέ τινας καὶ ἐς ἀλκὴν χωρήσαντας βίᾳ κατεστρέψατο. (3) Αὐτὸς δὲ ὡς ἐπὶ τὴν Μαλλῶν τε καὶ Ὀξυδρακῶν γῆν σπουδῇ ἔπλει, πλείστους τε καὶ μαχιμωτάτους τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν πυνθανόμενος καὶ ὅτι ἐξηγγέλλοντο αὐτῷ παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας ἀποτεθεῖσθαι ἐς τὰς ὀχυρωτάτας τῶν πόλεων, αὐτοὶ δὲ ἐγνωκέναι διὰ μάχης ἰέναι πρὸς αὐτόν· ἐφ' ὅτῳ δὴ καὶ σπουδῇ πλείονι ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, ὅπως μὴ καθεστηκόσιν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἐν τῷ ἐνδεεῖ τε ἔτι τῆς παρασκευῆς καὶ τεταραγμένῳ προσφέρηται. (4) Ἔνθεν δὲ ὡρμήθη τὸ δεύτερον, καὶ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀφίκετο ἐπὶ τὴν ξυμβολὴν τοῦ τε Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ἀκεσίνου. Ἵνα δὲ ξυμβάλλουσιν οἱ ποταμοὶ οὗτοι, στενώτατος εἷς ποταμὸς ἐκ τοῖν δυοῖν γίγνεται καὶ τὸ ῥεῦμα αὐτῷ ὀξὺ ἐπὶ τῇ στενότητι καὶ δῖναι ἄτοποι ὑποστρέφοντος τοῦ ῥοῦ, καὶ τὸ ὕδωρ κυμαίνεταί τε καὶ καχλάζει ἐπὶ μέγα, ὡς καὶ πόρρω ἔτι ὄντων ἐξακούεσθαι τὸν κτύπον τοῦ κύματος. (5) Καὶ ἦν μὲν προεξηγγελμένα ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ ἐκ τῶν ἐγχωρίων καὶ Ἀλεξάνδρου τῇ στρατιᾷ· ὅμως δὲ ἐπειδὴ ἐπέλαζεν αὐτῷ ταῖς ξυμβολαῖς ὁ στρατός, ἐς τοσόνδε ὁ ἀπὸ τοῦ ῥοῦ κτύπος κατεῖχεν,

CAP. IV.

Alexander hoc pacto navigans tertio die eo loci appulit, quo Craterum et Hephæstionem in utraque ripa castra locare jusserat. Biduum ibi commoratus dum Philippus cum reliquo exercitu advenisset, hunc quidem cum iis quos adduxit ad Acesinem fluvium mittit, juxta fluminis ripam iter facere jussum. Craterum etiam et Hephæstionem rursus emittit, itineris quod tenerent ratione præscripta. (2) Ipse per Hydaspen fluvium navigationem persequebatur, nusquam XX stadiorum spatio angustiorem. Ubicunque appellebat, Indos Hydaspis ripam accolentes partim deditionem facientes in amicitiam ac fidem recipiebat, partim ad arma confugientes vi subigebat. (3) Porro magna celeritate in Mallos et Oxydracas contendebat, quod et plurimos eos et bellicosissimos illius tractus esse acceperat : quodque liberis atque uxoribus in munitissima oppida traductis, ipsi prælio cum Alexandro decernere statuisse nuntiarentur : tantoque magis accelerandum sibi putabat, ut eos nondum constitutos sed apparandis rebus perturbatos opprimeret. (4) Itaque inde rursum movit, et quinto die ad confluentem Hydaspis et Acesinis pervenit. Ubi vero hi duo fluvii confunduntur, unus ex duobus isque angustissimus alveus efficitur, rapidusque ejus ob angustiam cursus fit, et ingentes vortices ex revertente fluxu : æstuantesque et magnopere strepentes undæ sonitum in loca longissime inde remota transmittunt. (5) Quæ quidem multo ante Alexandro ejusque exercitui ab incolis prædicta fuerant : postquam tamen confluentibus appropinquavit, tantus flu-

ὥστε ἐπέστησαν τὰς εἰρεσίας οἱ ναῦται, οὐκ ἐκ παραγγέλματος, ἀλλὰ τῶν τε κελευστῶν ὑπὸ θαύματος ἐκσιωπησάντων καὶ αὐτοὶ μετέωροι πρὸς τὸν κτύπον γενόμενοι.

ΚΕΦ. Ε'.

Ὡς δὲ οὐ πόρρω τῶν ξυμβολῶν ἦσαν, ἐνταῦθα δὴ οἱ κυβερνῆται παραγγέλλουσιν ὡς βιαιοτάτῃ εἰρεσίᾳ χρωμένους ἐξελαύνειν ἐκ τῶν στενῶν, τοῦ μὴ ἐμπιπτούσας τὰς ναῦς ἐς τὰς δίνας ἀναστρέφεσθαι πρὸς αὐτῶν, ἀλλὰ κρατεῖν γὰρ τῇ εἰρεσίᾳ τῶν ἐπιστροφῶν τοῦ ὕδατος. (2) Τὰ μὲν δὴ στρογγύλα πλοῖα ὅσα καὶ ἔτυχεν αὐτῶν περιστραφέντα πρὸς τοῦ ῥοῦ, οὐδέν τι παθόντα ἐν τῇ ἐπιστροφῇ, ὅτι μὴ συνταράξαντα τοὺς ἐμπλέοντας, κατέστη ἐς εὐθύ, πρὸς αὐτοῦ τοῦ ῥοῦ ὀρθωθέντα· αἱ δὲ μακραὶ νῆες οὐχ ὡσαύτως ἀπαθεῖς ἀπῆλθον ἐν τῇ ἐπιστροφῇ, οὔτε μετέωροι ἐπὶ τοῦ καχλάζοντος κύματος ὡσαύτως οὖσαι, ὅσαι τε δίκροτοι αὐτῶν τὰς κάτω κώπας οὐκ ἐπὶ πολὺ ἔξω ἔχουσαι τοῦ ὕδατος· (3) καὶ αἱ κῶπαι δὲ αὐτοῖς, πλαγίοις ἐν ταῖς δίναις γενομένοις, συνετρίβοντο, ὅσων γε ἐγκατελήφθησαν ὑπὸ τοῦ ὕδατος οὐ φθασάντων αὐτὰς μετεωρίσαι, ὡς πολλὰς μὲν πονῆσαι τῶν νεῶν, δύο δὲ δὴ περιπεσούσας ἀλλήλαις αὐτάς τε διαφθαρῆναι καὶ τῶν ἐμπλεόντων ἐν αὐταῖς πολλούς. Ὡς δὲ ἐς πλάτος ἤδη ὁ ποταμὸς διέσχεν, ἐνταῦθα δὴ ὅ τε ῥοῦς οὐκέτι ὡσαύτως χαλεπὸς ἦν καὶ αἱ δῖναι οὐχ ὁμοίᾳ τῇ βίᾳ ἐπέστρεφον. (4) Προσορμίσας οὖν τῇ ἐν δεξιᾷ ὄχθῃ ὁ Ἀλέξανδρος τὸν στρατόν, ἵνα σκέπη τε ἦν τοῦ ῥοῦ καὶ προσβολὴ ταῖς ναυσὶ καί τις καὶ ἄκρα τοῦ ποταμοῦ ἐπιτηδείως ἀνεῖχεν ἐς τῶν ναυαγίων τε τὴν ξυναγωγὴν καὶ εἴ τινες ἐπ' αὐτῶν ζῶντες ἔτι ἐφέροντο, τούτους τε διέσωσε καὶ ἐπισκευάσας τὰς πεπονηκυίας τῶν νεῶν, Νέαρχον μὲν καταπλεῖν κελεύει ἔστ' ἂν ἀφίκηται ἐπὶ τὰ ὅρια τοῦ Μαλλῶν ἔθνους· αὐτὸς δὲ τῶν βαρβάρων τῶν οὐ προσχωρούντων καταδρομὴν τῆς χώρας ποιησάμενος καὶ κωλύσας ἐπικουρῆσαι αὐτοὺς τοῖς Μαλλοῖς, οὕτω δὴ αὖθις ξυνέμιξε τῷ ναυτικῷ.

5. Καὶ ἐνταῦθα Ἡφαιστίων τε αὐτῷ καὶ Κράτερος καὶ Φίλιππος ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτοὺς ὁμοῦ ἤδη ἦσαν. Ὁ δὲ τοὺς μὲν ἐλέφαντας καὶ τὴν Πολυσπέρχοντος τάξιν καὶ τοὺς ἱπποτοξότας καὶ Φίλιππον ξὺν τῇ ἀμφ' αὐτὸν στρατιᾷ διαβιβάσας [τὸν Ὑδάσπην ποταμὸν] Κρατέρῳ ἄγειν προσέταξε· Νέαρχον δὲ ξὺν τῷ ναυτικῷ πέμπει, τρισὶν ἡμέραις τὴν στρατιὰν κελεύσας φθάνειν κατὰ τὸν πλοῦν. (6) Τὸν δὲ ἄλλον στρατὸν τριχῇ διένειμε· καὶ Ἡφαιστίωνα μὲν πέντε ἡμέραις προϊέναι ἔταξεν, ὡς εἴ τινες τοὺς ξὺν αὐτῷ τεταγμένους φεύγοντες ἐς τὸ πρόσω κατὰ σπουδὴν ἴοιεν, τοῖς ἀμφ' Ἡφαιστίωνα ἐμπίπτοντες ἁλίσκωνται· Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου, δοὺς καὶ τούτῳ τῆς στρατιᾶς μέρος, τρισὶν ἡμέραις ὑπολειπόμενον ἕπεσθαι ἐκέλευσεν, ὡς ὅσοι τοὔμπαλιν ὑποστρέφοιεν αὐτὸν φεύγοντες, οὗτοι δὲ ἐς τοὺς ἀμφὶ τὸν Πτολεμαῖον ἐμπίπτοιεν. (7) Ἐπὰν δὲ ἀφίκωνται ἐς τὰς ξυμβολὰς τοῦ τε Ἀκεσίνου καὶ τοῦ Ὑδραώτου ποταμοῦ, ἐνταῦθα δὲ τούς τε φθάνοντας ὑπομένειν ἐκέλευσεν ἔστ' ἂν ἥκῃ αὐτὸς καὶ τοὺς ἀμφὶ Κράτερον καὶ Πτολεμαῖον αὐτῷ ξυμβαλεῖν.

minum concurrentium sonitus remigum aures pervasit, ut nautæ remos remitterent, non quod ita eis imperatum esset, sed quod hortatores admiratione rei perculsi conticescerent, et ipsi nautæ soni vehementia attonitis similes redditi essent.

CAP. V.

Quum vero jam ad confluentes ventum esset, gubernatores navium imperant ut summa vi remigantes ex angustiis naves protrudant, ne a vorticibus correptæ subverterentur, sed remigiorum impulsu fluctuum vim frangant: (2) et rotundiora quidem navigia, quæ vorticibus circumagi contigit, nihil aliud quam eorum qui in iis navigabant perturbationem passa, in rectum cursum ipso fluxu constituta sunt. Oblongæ vero naves, quum minus facile quasi suspensæ supra undas æstuantes ferrentur, majus a vorticibus damnum acceperunt: ut et biremes, quarum inferiores remi parum admodum supra undas eminent. (3) Nam remi quum transversi in ipsis fluctibus hærerent, confringebantur, quotquot eorum aqua occupavit, nec citius nautæ elevarunt. Multæ itaque naves quassatæ, duæ inter se collisæ, cum multis qui eis vehebantur, perierunt. At postquam fluminis alveus sese aperire cœpit, mitiore jam cursu, minusque violentis vorticibus redditis, (4) Alexander classe ad dextram ripam appulsa, quod ibi tutela contra fluxum erat et appulsus navibus et rupes quoque fluvii opportune prominebat ad colligenda naufragia et siqui adhuc vivi inessent, tum eos recepit. Posthæc refectis navibus, Nearchum navigationem, donec ad Mallorum fines perveniat, continuare jubet: ipse vero in barbaros qui deditionem non fecerant excursione facta, quum ne Mallis uppetias ferrent impedivisset, ad classem reversus est.

5. Ibi Hephæstionem, Craterum et Philippum cum suis quemque copiis reperit. Ipse, elephantis et Polysperchontis copiis, et sagittariis equestribus ac Philippo (per Hydaspen) transmissis, Cratero eas ducendas dat. Nearchum vero cum classe mittit, præcipiens uti trium dierum itinere exercitum prævertat. (6) Reliquas copias in tres partes divisit: atque Hephæstionem quidem quinque dierum iter præcedere jubet, ut siqui Alexandri adventum fugientes in ulteriora sese celeriter proriperent, in Hephæstionem incidentes caperentur. Ptolemæum autem Lagi filium, data etiam huic exercitus parte, triduo post suum discessum sequi jubet: eo consilio ut qui fugientes retrorsum se reciperent, in Ptolemæi copias inciderent. (7) Quum vero ad confluentes Acesinis et Hydraotis pervenissent, eos qu prægressi erant exspectare jussit, dum et ipse eo veniat, et Crateri ac Ptolemæi copiæ ei conjunctæ sint.

ΚΕΦ. Ϛ'.

gerebat. (4) Postquam vero urbi quæ illius imperii caput est, (Sindimana ei nomen erat) appropinquavit, portæ urbis ei apertæ sunt, quique Sambo familiares ac domestici erant cum numerata pecunia et elephantis occurrerunt, declarantes Sambum non hostili animo in Alexandrum fugisse, sed Musicani dimissi metu. (5) Quibus in fidem receptis, aliam quandam urbem quæ defecerat cepit, et Brachmanorum nonnullos, qui quidem sophistæ sive sapientes apud Indos habentur, quos defectionis auctores fuisse constabat, interfecit: de quorum sapientia, si modo ulla est, in Indica historia tractabimus.

CAP. XVII.

Dum hæc geruntur, Musicani defectio nuntiatur. Quapropter Pithone Agenoris filio, satrapa, cum idoneo exercitu in eum misso, ipse urbes Musicano subditas adortus, alias direptas subvertit, aliis præsidia imposuit, arcesque in iis exstruxit. (2) His gestis, ad castra et classem rediit, quo Musicanus a Pithone captus adducitur. Hunc Alexander crucifigi in sua regione jubet, unaque cum eo quotquot Brachmani Musicanum ad defectionem instigarant. Eodem tempore ad eum venit Pattalorum regulus, quam regionem Indum amnem in literæ Δ figuram secare dixi, majoremque quam est Ægyptium delta efficere, se suasque ditiones Alexandri fidei committens. (3) Atque hunc quidem imperio suo restitutum omnia quæ ad excipiendum exercitum necessaria essent parare jussit. Ipse Craterum Attali agmen ducentem et Meleagri atque Antigenis nonnullosque ex sagittariis, ex amicis etiam et aliis Macedonibus quos inutiles bello factos in Macedoniam missurus erat, in Carmaniam per Arachotos et Zarangos proficisci, elephantosque ducere jubet. (4) Reliquo exercitui, præter eas copias quæ secum in maritimam oram navigabant, Hephæstionem præfecit. Pithonem vero, qui equestres jaculatores et Agrianos ducebat, in ulteriorem Indi ripam traductum, non eam qua Hephæstion exercitum ducturus erat, ut colonos in urbes abs se conditas ducat imperat, et siquid apud finitimos Indos novatum esset, rebus compositis ad Pattala se cum reliquis copiis conjungat.

5. Quumque jam triduo navigasset, nuntiatum ei est Pattalorum regulum, cum majore Pattalensium parte urbe destituta aufugisse. Quo nuntio accepto Alexander properantius classem agit. Quumque Pattala pervenit, urbem incolis, agrum agricolis vacuum reperit. (6) Inde expeditissimis

καταλαμβάνει τῶν ἐνοικούντων τε καὶ ἐπεργαζομένων. (6) Ὁ δὲ κατὰ δίωξιν τῶν φευγόντων ἐκπέμψας τῆς στρατιᾶς τοὺς κουφοτάτους, ἐπεί τινες αὐτῶν ξυνελήφθησαν, ἀποπέμπει τούτους παρὰ τοὺς ἄλλους, ἐντειλάμενος ἐπανιέναι θαῤῥοῦντας· εἶναι γὰρ αὐτοῖς τήν τε πόλιν οἰκεῖν ὡς πρόσθεν καὶ τὴν χώραν ἐργάζεσθαι. Καὶ ἐπανῆλθον οἱ πολλοὶ αὐτῶν.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Αὐτὸς δὲ Ἡφαιστίωνι προστάξας τειχίζειν ἐν τοῖς Πατταλίοις ἄκραν ἀποπέμπει ἐς τὴν ἄνυδρον τῆς πλησίον γῆς φρεάτά τε ὀρύξοντας καὶ οἰκήσιμον τὴν χώραν κατασκευάσοντας. Καὶ τούτοις ἐπέθεντο τῶν προσχώρων τινὲς βαρβάρων. Καὶ ἔστι μὲν οὓς διέφθειραν αὐτῶν ἄφνω προσπεσόντες, πολλοὺς δὲ καὶ σφῶν ἀποβαλόντες ἔφυγον ἐς τὴν ἔρημον, ὥστε ἐπιτελεσθῆναι τοῖς ἐκπεμφθεῖσι τὰ ἔργα, προσγενομένης αὐτοῖς καὶ ἄλλης στρατιᾶς, ἣν Ἀλέξανδρος πυθόμενος τῶν βαρβάρων τὴν ἐπίθεσιν ἐστάλκει μεθέξοντας τοῦ ἔργου.

2. Περὶ δὲ τοῖς Πατταλίοις σχίζεται τοῦ Ἰνδοῦ τὸ ὕδωρ ἐς δύο ποταμοὺς μεγάλους, καὶ οὗτοι ἀμφότεροι σώζουσι τοῦ Ἰνδοῦ τὸ ὄνομα ἔστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Ἐνταῦθα ναύσταθμόν τε καὶ νεωσοίκους ἐποίει Ἀλέξανδρος. Ὡς δὲ προὐχεχωρήκει αὐτῷ τὰ ἔργα, ὁ δὲ καταπλεῖν ἐπενόει ἔστε ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ ἐν δεξιᾷ ῥέοντος ποταμοῦ ἐς τὴν θάλασσαν. (3) Λεοννάτον μὲν δή, δοὺς αὐτῷ τῶν τε ἱππέων ἐς χιλίους καὶ τῶν ὁπλιτῶν τε καὶ ψιλῶν ἐς ὀκτακισχιλίους, κατὰ τὴν νῆσον τὰ Πάτταλα ἐκπέμπει ἀντιπαράγειν τῷ στόλῳ· αὐτὸς δὲ τὰς μάλιστα τῶν νεῶν ταχυναυτούσας ἀναλαβὼν ὅσαι τε ἡμιόλιαι καὶ τὰς τριακοντόρους πάσας καὶ τῶν κερκούρων ἔστιν οὓς ἔπλει κατὰ τὸν ποταμὸν τὸν ἐν δεξιᾷ. (4) Οὐκ ἔχοντι δὲ αὐτῷ ἡγεμόνα τοῦ πλοῦ, ὅτι πεφεύγεσαν οἱ ταύτῃ Ἰνδοί, ἀπορώτερα τὰ τοῦ κατάπλου ἦν· χειμών τε ἐπιγίγνεται ἐς τὴν ὑστεραίαν ἀπὸ τῆς ἀναγωγῆς καὶ ὁ ἄνεμος τῷ ῥόῳ πνέων ὑπεναντίος κοίλον τε ἐποίει τὸν ποταμὸν καὶ τὰ σκάφη διέσειεν, ὥστε ἐπόνησαν αὐτῷ αἱ πλεῖσται τῶν νεῶν· τῶν δὲ τριακοντόρων ἔστιν αἳ καὶ πάντη διελύθησαν. Ἔφθασαν δὲ ἐποκείλαντες αὐτὰς πρὶν παντάπασι διαπεσεῖν ἐν τῷ ὕδατι. Ἕτεραι οὖν ξυνεπήγνυντο. (5) Καὶ τῶν ψιλῶν τοὺς κουφοτάτους ἐκπέμψας ἐς τὴν προσωτέρω τῆς ὄχθης χώραν ξυλλαμβάνει τινὰς τῶν Ἰνδῶν, καὶ οὗτοι τὸ ἀπὸ τοῦδε ἐξηγοῦντο αὐτῷ τὸν πόρον. Ὡς δὲ ἦκον ἵναπερ ἀναχεῖται ἐς εὖρος ὁ ποταμός, ὡς καὶ διακοσίους ταύτῃ σταδίους ἐπέχειν ἦπερ εὐρύτατος αὐτὸς αὑτοῦ ἦν, τό τε πνεῦμα κατῄει μέγα ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάσσης καὶ αἱ κῶπαι ἐν κλύδωνι χαλεπῶς ἀνεφέροντο, ξυμφεύγουσιν αὖ ἐς διώρυχα ἐς ἥντινα οἱ ἡγεμόνες αὐτῷ καθηγήσαντο.

quibusque e toto exercitu qui fugientes insequerentur missis, quum nonnulli eorum capti essent, confestim eos ad alios adhuc fugientes misit, qui illos ut fidenti animo rediret hortarentur; liberam enim illis fore ut antea et urbis habitationem et agri culturam. Ac plurimi eorum rediere.

CAP. XVIII.

Deinde Hephæstione in Pattalis arcem ædificare jusso, alios in vicinam regionem quæ aquarum inopia laborabat mittit qui puteos foderent, regionemque habitabilem facerent. Hos barbarorum finitimorum nonnulli ex improviso adorti, quum aliquot interfecissent, multis etiam suorum desideratis, in solitudinem sese receperunt. Alexander, cognito barbarorum insultu, alias copias mittit quæ se prioribus adjungant, quo tutius opera jam incepta absolvant.

2. Porro apud Pattala Indus amnis in duos ingentes fluvios scinditur, quorum uterque Indi appellationem ad mare usque retinet. Hoc loco etiam Alexander portum et navalia exstrui jussit. Quumque res omnes ex animi sententia successissent, statuit usque ad ostium fluminis quod dextrorsum in mare ferebatur navigare. (3) Itaque Leonnatum emittit cum mille equitibus et peditibus graviter leviterque armatis circiter VIIIIM, qui ad Pattala insulam e regione classis procedat. Ipse delectis navibus quæ velociores erant, ut biremibus et omnibus triginta remorum navibus actuariisque nonnullis, per dexteriorem amnem vehi cœpit. (4) Cæterum quum ipse neminem navigationis ducem haberet, Indi enim qui ea loca habitabant, profugerant, difficilis ea in primis fuit. Postridie enim quam solverant orta tempestas ventusque fluminis cursui contrarius cavas undas ciebat navesque disjiciebat: adeo ut pleræque quassatæ, nonnullæ vero ex triginta remorum navibus prorsus dissolutæ fuerint, ægreque ad ripam, priusquam a vorticibus plane absorberentur, appulsæ sint. (5) Aliis igitur navibus fabricatis, et nonnullis qui inter levis armaturæ milites expeditissimi essent in remotiora a ripa emissis, Indos aliquot cepit, quibus deinceps in eo flumine navigationis ducibus est usus. Postquam vero eo perventum est ubi amnis latitudo in CC stadia extenditur, qua nimirum parte amplissimus est, quum ventus a mari vehementior incubuisset remique ægre inter fluctus attollerentur, rursus in sinum quendam quem duces navigationis iis monstrarunt se recipiunt.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Ἐνταῦθα ὁρμισάντων τὸ πάθημα ἐπιγίγνεται τῆς μεγάλης θαλάσσης ἡ ἄμπωτις, ὥστε ἐπὶ ξηροῦ ἀπελείφθησαν αὐτοῖς αἱ νῆες. Καὶ τοῦτο οὔπω πρότερον ἐγνωκόσι τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἔκπληξιν μὲν καὶ αὐτὸ οὐ σμικρὰν παρέσχε· πολὺ δὲ δὴ ἔτι μείζονα ὁπότε διελθούσης τῆς ὥρας προσῄει τε τὸ ὕδωρ καὶ τὰ σκάφη ἐμετεωρίζοντο. (2) Ὅσας μὲν δὴ τῶν νεῶν ἐν τῷ πηλῷ ἑδραίας κατέλαβεν, αὗται δὲ ἀβλαβῶς τε ἐμετεωρίσθησαν καὶ οὐδὲν χαλεπὸν παθοῦσαι ἔπλεον αὖθις· ὅσαι δὲ ἐν ξηροτέρᾳ τε τῇ γῇ καὶ οὐ βεβαίως γε τὴν στάσιν ἔχουσαι ὑπελείφθησαν, αὗται δὲ ἀθρόου ἐπελθόντος τοῦ κύματος αἱ μὲν αὐτῶν ξυμπεσοῦσαι ἐς ἀλλήλας, αἱ δὲ πρὸς τῇ γῇ ἀραχθεῖσαι ξυνετρίβησαν. (3) Ταῦτά τε οὖν ἐπεσκεύασεν Ἀλέξανδρος ἐκ τῶν παρόντων καὶ ἐν κερκούροιν δυοῖν προπέμπει κατὰ τὸν ποταμὸν τοὺς κατασκεψομένους τὴν νῆσον ἐς ἥντινα οἱ ἐπιχώριοι ἔφασκον ὁρμιστέα εἶναι αὐτῷ κατὰ τὸν πλοῦν τὸν ἐπὶ θάλασσαν· Κιλλουτὰ δὲ τῇ νήσῳ τὸ ὄνομα ἔλεγον. Ὡς δὲ ἐξηγγέλθη ὅτι ὅρμοι τε ἐν τῇ νήσῳ εἰσὶ καὶ αὐτὴ μεγάλη καὶ ὕδωρ ἔχουσα, ὁ μὲν ἄλλος αὐτῷ στόλος ἐς τὴν νῆσον κατέσχεν· αὐτὸς δὲ ταῖς ἄριστα πλεούσαις τῶν νεῶν ἐπ' ἐκεῖνα προὐχώρει, ὡς ἀπιδεῖν τοῦ ποταμοῦ τὴν ἐκβολὴν τὴν ἐς τὴν θάλασσαν, εἰ παρέχοι τὸν ἔκπλουν εὔπορον. (4) Προελθόντες δὲ ἀπὸ τῆς νήσου σταδίους ὅσον διακοσίους ἀφορῶσιν ἄλλην νῆσον, ταύτην ἤδη ἐν τῇ θαλάσσῃ. Τότε μὲν δὴ ἐπανῆλθον ἐς τὴν ἐν τῷ ποταμῷ νῆσον, καὶ πρὸς τοῖς ἄκροις αὐτῆς καθορμισθεὶς θύει τοῖς θεοῖς Ἀλέξανδρος ὅσοις ἔφασκεν ὅτι παρὰ τοῦ Ἄμμωνος ἐπηγγελμένον ἦν θῦσαι αὐτῷ. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν κατέπλει ὡς ἐπὶ τὴν ἄλλην τὴν ἐν τῷ πόντῳ νῆσον· καὶ προσσχὼν καὶ ταύτῃ ἔθυε καὶ ἐνταῦθα ἄλλας αὖ θυσίας ἄλλοις τε θεοῖς καὶ ἄλλῳ τρόπῳ· καὶ ταύτας δὲ κατ' ἐπιθεσπισμὸν θύειν τοῦ Ἄμμωνος. (5) Αὐτὸς δὲ ὑπερβαλὼν τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὰς ἐκβολὰς ἐς τὸ πέλαγος ἀνέπλει, ὡς μὲν ἔλεγεν, ἀπιδεῖν εἴ πού τις χώρα πλησίον ἀνίσχει ἐν τῷ πόντῳ· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, οὐχ ἥκιστα ὡς πεπλευκέναι τὴν μεγάλην τὴν ἔξω Ἰνδῶν θάλασσαν. Ἐνταῦθα ταύρους τε σφάξας τῷ Ποσειδῶνι ἀφῆκεν ἐς τὴν θάλασσαν καὶ σπείσας ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τήν τε φιάλην, χρυσῆν οὖσαν, καὶ κρατῆρας χρυσοῦς ἐνέβαλλεν ἐς τὸν πόντον χαριστήρια, εὐχόμενος σῶόν οἱ παραπέμψαι τὸν στρατὸν τὸν ναυτικόν, ὅντινα ξὺν Νεάρχῳ ἐπενόει στέλλειν ὡς ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν καὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγρητος.

ΚΕΦ. Κ'.

Ἐπανελθὼν δὲ ὀπίσω ἐς τὰ Πάτταλα τήν τε ἄκραν τετειχισμένην καταλαμβάνει καὶ Πείθωνα ξὺν τῇ στρατιᾷ ἀφιγμένον καὶ τούτῳ ξύμπαντα καταπεπραγμένα ἐφ' οἷσπερ ἐστάλη. Ἡφαιστίων μὲν δὴ ἐτάχθη παρα-

CAP. XIX.

Ibi quum in statione essent, accidit quod in Magno mari accidere solet; recedente enim æstu naves siccæ in limo hærebant. quod quum Græci antea ignorassent, tanto majori illis admirationi fuit: multo tamen majori, quum stato tempore recurrens æstus naves sublevavit: (2) et quidem quæ limo firmiter insederant naves, citra ullum detrimentum sublatæ rursus navigarunt; quæ vero in sicciore terra parum firmiter hæserant, earum aliæ recurrentis æstus impetu invicem illisæ, aliæ in ripam propulsæ dissilierunt. (3) His omnibus pro eo ac tempus ferebat reparatis, Alexander duabus actuariis navibus secundo flumine præmittit qui insulam explorent, in quam indigenæ aiebant ipsi descendendum esse ad Oceanum naviganti. Eam insulam Cillutam vocabant. Qui postquam renuntiaverunt ipsam insulam magnam esse, portusque commodos et aquam habere, reliquam classem eo agi jubet. Ipse cum lectioribus navibus ulterius progreditur, exploraturus an ea parte qua flumen in mare exit facilis classi transitus futurus esset: (4) progressusque ab insula CC circiter stadia, aliam insulam prospicit jam in mari sitam. Tum ad priorem fluminis insulam redit, atque ad ejus promontorium appulsus diis quibus ab Ammone se sacrificare jussum esse dicebat sacrum facit. Postero die ad insulam in Oceano sitam navigat. Quo ubi venit, aliis hostiis, aliis etiam diis, alio quoque modo sacrificat, id quoque ex Ammonis oraculo facere se prædicans. (5) Ipse Indi amnis ostia prætergressus in vasto pelago navigavit, exploraturus ut ipse quidem dicebat, an aliqua regio vicina in mari appareret: meo vero judicio, præcipue ut in Oceano qui ultra Indos est navigasse diceretur. Ibi tauros Neptuno cæsos in mare projecit, libationeque sacrificio superaddita, phialam auream et crateras aureos gratias agens in undas immisit, precatus ut exercitum navalem, quem cum Nearcho in sinum Persicum atque ostia Euphratis et Tigritis mittere statuerat, salvum et incolumem traducat.

CAP. XX.

Post hæc Pattala reversus arcem exædificatam reperit, et Pithonem cum copiis rediisse, omnibus iis rebus ad quas missus fuerat peractis. Igitur Hephæstioni portus et nava-

σκευάζειν τὰ πρὸς τὸν ἐκτειχισμόν τε τοῦ ναυστάθμου καὶ τῶν νεωσοίκων τὴν κατασκευήν· καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα ἐπενόει στόλον ὑπολείπεσθαι νεῶν οὐκ ὀλίγων πρὸς τῇ πόλει τοῖς Πατταλοις, ἵναπερ ἐσχίζετο ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδός.

2. Αὐτὸς δὲ κατὰ τὸ ἕτερον στόμα τοῦ Ἰνδοῦ [ποταμοῦ] κατέπλει αὖθις ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν, ὡς καταμαθεῖν ὅπη εὐπορωτέρα ἡ ἐκβολὴ τοῦ Ἰνδοῦ ἐς τὸν πόντον γίγνεται· ἀπέχει δὲ ἀλλήλων τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰνδοῦ ἐς σταδίους μάλιστα ὀκτακοσίους καὶ χιλίους. (3) Ἐν δὲ τῷ κατάπλῳ ἀφίκετο τῆς ἐκβολῆς τοῦ ποταμοῦ ἐς λίμνην μεγάλην, ἥντινα ἀναχεόμενος ὁ ποταμός, τυχὸν δὲ καὶ ἐκ τῶν πέριξ ὑδάτων ἐμβαλόντων ἐς αὐτήν, μεγάλην τε ποιεῖ καὶ κόλπῳ θαλάσσης μάλιστα ἐοικυῖαν· καὶ γὰρ καὶ ἰχθύες ἤδη ἐν αὐτῇ τῶν ἀπὸ θαλάσσης ἐφαίνοντο μείζονες τῶν ἐν τῇδε τῇ ἡμετέρᾳ θαλάσσῃ. Προσορμισθεὶς οὖν κατὰ τὴν λίμνην ἵναπερ οἱ καθηγεμόνες ἐξηγοῦντο, τῶν μὲν στρατιωτῶν τοὺς πολλοὺς καταλείπει σὺν Λεοννάτῳ αὐτοῦ καὶ τοὺς κερκούρους ξύμπαντας. (4) Αὐτὸς δὲ ταῖς τριακοντόροις τε καὶ ἡμιολίαις ὑπερβαλὼν τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἰνδοῦ καὶ προελθὼν καὶ ταύτῃ ἐς τὴν θάλασσαν, εὐπορωτέραν τε κατέμαθε τὴν ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ἐκβολήν, καὶ αὐτὸς προσορμισθεὶς τῷ αἰγιαλῷ καὶ τῶν ἱππέων τινὰς ἅμα οἳ ἔχων παρὰ θάλασσαν ἦει σταθμοὺς τρεῖς, τήν τε χώραν ὁποία τίς ἐστιν ἡ ἐν τῷ παράπλῳ ἐπισκεπτόμενος καὶ φρέατα ὀρύσσεσθαι κελεύων, ὅπως ἔχοιεν ὑδρεύεσθαι οἱ πλέοντες. (5) Αὐτὸς μὲν δὴ ἐπανελθὼν ἐπὶ τὰς ναῦς ἀνέπλει ἐς τὰ Πάτταλα· μέρος δέ τι τῆς στρατιᾶς τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐργασομένους κατὰ τὴν παραλίαν ἔπεμψεν, ἐπανιέναι καὶ τούτοις προστάξας ἐς τὰ Πάτταλα. Αὖθις δὲ ὡς ἐπὶ τὴν λίμνην καταπλεύσας ἄλλον ναύσταθμον καὶ ἄλλους νεωσοίκους ἐνταῦθα κατεσκεύασε, καὶ φυλακὴν καταλιπὼν τῷ χωρίῳ σῖτόν τε ὅσον καὶ ἐς τέσσαρας μῆνας ἐξαρκέσαι τῇ στρατιᾷ ἐπηγάγετο καὶ τἆλλα ὅσα ἐν τῷ παράπλῳ παρεσκεύασεν.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Ἦν δὲ ἐν μὲν τῷ τότε ἄπορος ἡ ὥρα ἐς τὸν πλοῦν· οἱ γὰρ ἐτήσιοι ἄνεμοι κατεῖχον, οἳ δὴ τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ οὐ καθάπερ παρ' ἡμῖν ἀπ' ἄρκτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς μεγάλης θαλάσσης κατὰ νότον μάλιστα ἄνεμον ἵστανται. (2) Ἀπὸ δὲ τοῦ χειμῶνος τῆς ἀρχῆς τὸ ἀπὸ Πλειάδων δύσεως ἔστε ἐπὶ τροπὰς ἃς ἐν χειμῶνι ὁ ἥλιος ἐπιστρέφει πλόϊμα εἶναι ταύτῃ ἐξηγγέλλετο· τότε γὰρ κατὰ γῆν μᾶλλον, οἷα δὴ πολλῷ ὕδατι ἐξ οὐρανοῦ βεβρεγμένην, αὔρας ἵστασθαι μαλθακὰς καὶ ἐς τὸν παράπλουν ταῖς τε κώπαις καὶ τοῖς ἱστίοις ξυμμέτρους.

3. Νέαρχος μὲν δὴ ἐπιταχθεὶς τῷ ναυτικῷ προσέμενε τὴν ὥραν τοῦ παράπλου· αὐτὸς δὲ ἄρας ἐκ Παττάλων ἔστε μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἀράβιον ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ προὐχώρει. Ἐκεῖθεν δέ, ἀναλαβὼν τῶν ὑπασπιστῶν τε

lium struendorum negotium dat. Statuerat enim partem classis ad urbem Pattala, ubi Indus amnis dividitur, relinquere.

2. Ipse per alterum Indi ostium rursus in Oceanum navigat, ut qua parte facilior minusque vehemens ejus in mare irruptio sit cognoscat. Distant autem inter se duo hæc Indi amnis ostia stadiis MDCCC. (3) Quumque jam non procul ab ostiis fluminis abesset, ad magnum quendam lacum pervenit, qui aut ab ipso flumine late diffuso efficitur aut ab aquis ex circumvicinis locis influentibus flumenque auctius et marino sinui perquam simile reddentibus. Nam et pisces marini jam in eo conspiciebantur majores quam nostrum mare fert. Ad eam itaque lacus partem quam duces navigationis monstrabant appulsus plerosque militum cum Leonnato ibi relinquit actuariasque naves omnes : (4) ipse cum aliquot navibus triginta remorum et biremibus superato fluminis ostio, ea quoque parte in Oceanum excurrit, faciliusque ea parte classem in mare subduci posse cognovit. Deinde in littus cum equitibus aliquot egressus ad maris oram tridui iter fecit, et regionis quam adnavigabat ratione explorata puteos complures effodi jubet, unde aqua classi suppetere posset. (5) Hinc ipse conscensis rursus navibus Pattala remeat : partem vero exercitus ad puteos illos effodiendos in maritimam oram mittit, mandatis additis ut absoluto opere Pattala redeant. Ipse denuo in lacum navigans alium ibi portum aliaque navalia exstruxit : præsidioque ibidem relicto frumentum in quattuor menses convexit, aliaque ad navigationem necessaria paravit.

CAP. XXI.

Erat vero id anni tempus ad navigandum ineptum. Etesiæ enim spirabant, qui quidem ea anni parte non a septentrione ut apud nos, sed ab Oceano ex austro potissimum exsurgunt. (2) Verum ab initio hiemis, quæ simul cum occasu Pleiadum incipit, ad solstitium hibernum usque navigabilem iis in locis Oceanum esse narrabant. Tum enim temporis in terra multis pluviis madida lenes auras excitari, et ad navigationem tam velis quam remis faciendam accommodatas.

3. Nearchus itaque classis præfectus tempus ad navigandum opportunum exspectabat. Ipse ex Pattalis solvens, ad Arabium amnem cum exercitu processit. Inde assumta scutatorum et sagittariorum dimidia parte, agminibusque

καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας καὶ τῶν πεζεταίρων καλουμένων τὰς τάξεις καὶ τῆς ἵππου τῆς ἑταιρικῆς τό τε ἄγημα καὶ ἴλην ἀφ' ἑκάστης ἱππαρχίας καὶ τοὺς ἱπποτοξότας σύμπαντας, ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἐν ἀριστερᾷ ἐτράπετο, ὕδατά τε ὀρύσσειν, ὡς κατὰ τὸν παράπλουν ἄφθονα εἶναι τῇ στρατιᾷ τῇ παραπλεούσῃ καὶ ἅμα ὡς τοῖς Ὠρείταις τοῖς ταύτῃ Ἰνδοῖς, αὐτονόμοις ἐκ πολλοῦ οὖσιν, ἄφνω ἐπιπεσεῖν, ὅτι μηδὲν φίλιον αὐτοῖς ἐς αὐτόν τε καὶ τὴν στρατιὰν ἐπέπρακτο. Τῆς δὲ ὑπολειφθείσης δυνάμεως Ἡφαιστίων αὐτῷ ἀφηγεῖτο. (4) Ἀραβῖται μὲν δή, ἔθνος καὶ τοῦτο αὐτόνομον τῶν περὶ τὸν Ἀράβιον ποταμὸν νεμομένων, οὔτε ἀξιόμαχοι δόξαντες εἶναι Ἀλεξάνδρῳ οὔτε ὑποδῦναι ἐθελήσαντες, ὡς προσάγοντα ἐπύθοντο Ἀλέξανδρον, φεύγουσιν ἐς τὴν ἔρημον. Ἀλέξανδρος δὲ διαβὰς τὸν Ἀράβιον ποταμόν, στενόν τε καὶ ὀλίγου ὕδατος, καὶ διελθὼν ἐν νυκτὶ τῆς ἐρήμου τὴν πολλήν, ὑπὸ τὴν ἕω πρὸς τῇ οἰκουμένῃ ἦν· καὶ τοὺς μὲν πεζοὺς ἐν τάξει ἐκέλευσεν ἕπεσθαι, τοὺς δὲ ἱππέας ἀναλαβὼν αὐτὸς καὶ ἐς ἴλας κατανείμας, ὅπως ἐπὶ πλεῖστον τοῦ πεδίου ἐπέχοιεν, ἐφήει τὴν χώραν τῶν Ὠρειτῶν. (5) Ὅσοι μὲν δὴ ἐς ἀλκὴν ἐτράποντο αὐτῶν κατεκόπησαν πρὸς τῶν ἱππέων· πολλοὶ δὲ καὶ ζῶντες ἑάλωσαν. Ὁ δὲ τότε μὲν κατεστρατοπέδευσε πρὸς οὐ πολλῷ ὕδατι· ὡς δὲ καὶ οἱ περὶ Ἡφαιστίωνα αὐτῷ ὁμοῦ ἤδη ἦσαν, προὐχώρει ἐς τὸ πρόσω. Ἀφικόμενος δὲ ἐς κώμην ἥπερ ἦν μεγίστη τοῦ ἔθνους τοῦ Ὠρειτῶν, Ῥαμβακία ἐκαλεῖτο ἡ κώμη, τόν τε χῶρον ἐπῄνεσε καὶ ἐδόκει ἂν αὐτῷ πόλις ξυνοικισθεῖσα μεγάλη καὶ εὐδαίμων γενέσθαι. Ἡφαιστίωνα μὲν δὴ ἐπὶ τούτοις ὑπελείπετο.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν αὖθις τῶν ὑπασπιστῶν καὶ τῶν Ἀγριάνων τοὺς ἡμίσεας καὶ τὸ ἄγημα τῶν ἱππέων καὶ τοὺς ἱπποτοξότας προήει ὡς ἐπὶ τὰ ὅρια τῶν τε Γαδρωσῶν καὶ Ὠρειτῶν, ἵναπερ στενή τε ἡ πάροδος αὐτῷ εἶναι ἐξηγγέλλετο καὶ οἱ Ὠρεῖται τοῖς Γαδρωσοῖς ξυντεταγμένοι πρὸ τῶν στενῶν στρατοπεδεύειν, ὡς εἴρξοντες τῆς παρόδου Ἀλέξανδρον. (2) Καὶ ἦσαν μὲν ταύτῃ τεταγμένοι· ὡς δὲ προσάγων ἤδη ἐξηγγέλλετο, οἱ μὲν πολλοὶ ἔφυγον ἐκ τῶν στενῶν λιπόντες τὴν φυλακήν· οἱ δὲ ἡγεμόνες τῶν Ὠρειτῶν ἀφίκοντο παρ' αὐτὸν σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὸ ἔθνος ἐνδιδόντες. Τούτοις μὲν δὴ προστάττει, ξυγκαλέσαντας τὸ πλῆθος τῶν Ὠρειτῶν πέμπειν ἐπὶ τὰ σφέτερα ἤθη, ὡς δεινὸν οὐδὲν πεισομένους· σατράπην δὲ καὶ τούτοις ἐπιτάσσει Ἀπολλοφάνην. (3) Καὶ ξὺν τούτῳ ἀπολείπει Λεοννάτον τὸν σωματοφύλακα ἐν Ὥροις, ἔχοντα τούς τε Ἀγριᾶνας ξύμπαντας καὶ τῶν τοξοτῶν ἔστιν οὓς καὶ τῶν ἱππέων καὶ ἄλλους πεζούς τε καὶ ἱππέας Ἕλληνας μισθοφόρους, καὶ τό τε ναυτικὸν ὑπομένειν ἔστ' ἂν περιπλεύσῃ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν ξυνοικίζειν καὶ τὰ κατὰ τοὺς Ὠρείτας κοσμεῖν, ὅπως μᾶλλόν τι προσέχοιεν τῷ σατράπῃ τὸν νοῦν. Αὐτὸς δὲ ξὺν τῇ

eorum qui pedites amici vocantur, agemate etiam equitatus ex amicis et ex singulis præfecturis equitum turma una equestribusque sagittariis omnibus, ad Oceanum lævam versus convertitur : puteosque fodi jussit, ut exercitui præternaviganti aqua abunde suppeteret, simulque ut Oritas Indorum gentem jam inde a multo tempore liberam, insperato adoriretur : quod nullam amicitiæ erga se aut exercitum significationem edidissent. Reliquas copias Hephæstioni ducendas tradit. (4) Cæterum Arabitæ, ipsi quoque liberi, Arabium flumen accolentes, quum neque satis virium haberent ut cum Alexandro confligerent, neque tamen sese subjicere ei vellent, simulatque eum cum exercitu adventare senserunt, in solitudines aufugerunt. Alexander transito amne, qui et angustus et modicæ altitudinis erat, magnam solitudinis partem ea nocte transgressus, sub auroram cultæ habitatæque regioni appropinquavit. Tum peditibus instructa acie sequi jussis, ipse sumtis equitibus, iisque per turmas distributis atque expansis, ut magnam campi partem occuparent, Oritarum fines invadit. (5) Quotquot eorum ad arma confugerant ab equitatu cæsi : non pauci etiam vivi in potestatem venerunt. Post hæc modico fluvio reperto, juxta eum castra locat. Deinde ubi Hephæstion cum reliquis copiis advenit, ulterius progressus est. Quumque ad pagum quendam venisset, qui erat ejus gentis maximus, Rambacia ei nomen erat, situm loci laudavit, urbemque magnam et opulentam colonia in eam deducta fore judicabat. Atque Hephæstioni quidem id negotii dat.

CAP. XXII.

Ipse sumpta rursus secum scutatorum atque Agrianorum dimidia parte equitumque agemate et sagittariis equestribus, ad fines Gadrosorum atque Oritarum contendit, qua angustus ad eos aditus patere nuntiabatur, ad quem Oritæ Gadrosis conjuncti castra locassent, Alexandrum transitu prohibituri. (2) Atque ii quidem acie instructa stantes simulac adventare Alexandrum audierunt, deserto præsidio ex angustiis profugerunt. At vero duces Oritarum ad eum profecti et se et gentem in ejus potestatem dederunt. His imperat ut convocata Oritarum multitudine, domum eos remittant : nihil incommodi, si id faciant, accepturos. (3) Satrapam iis constituit Apollophanem, Leonnato corporis custode illi adjuncto, qui in Oris Agrianos omnes, et sagittariorum equitumque nonnullos aliosque pedites et equites Græcos mercenarios apud se habeat, et classem exspectans dum illa regionem circumnavigarit, urbem inhabitandam curet et Oritarum res componat, ut satrapæ magis dicto

στρατιᾷ τῇ πολλῇ (καὶ γὰρ καὶ Ἡφαιστίων ἀφίκετο ἄγων αὐτῷ τοὺς ὑπολειφθέντας) προὐχώρει ὡς ἐπὶ Γαδρωσοὺς ἔρημον τὴν πολλήν.

4. Καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ λέγει Ἀριστόβουλος σμύρνης πολλὰ δένδρα πεφυκέναι μείζονα ἢ κατὰ τὴν ἄλλην σμύρναν· καὶ τοὺς Φοίνικας τοὺς κατ' ἐμπορίαν τῇ στρατιᾷ ξυνεπομένους ξυλλέγοντας τὸ δάκρυον τῆς σμύρνης (πολὺ γὰρ εἶναι, οἷα δὴ ἐκ μεγάλων τε τῶν πρέμνων καὶ οὔπω πρόσθεν ξυλλελεγμένον) ἐμπλήσαντας τὰ ὑποζύγια ἄγειν. (5) Ἔχειν δὲ τὴν ἔρημον ταύτην καὶ νάρδου ῥίζαν πολλήν τε καὶ εὔοδμον· καὶ ταύτην ξυλλέγειν τοὺς Φοίνικας· πολὺ δὲ εἶναι αὐτῆς τὸ κατατρατούμενον πρὸς τῆς στρατιᾶς, καὶ ἀπὸ τοῦ πατουμένου ὀδμὴν ἡδεῖαν κατέχειν ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας, τοσόνδε εἶναι τὸ πλῆθος. (6) Εἶναι δὲ καὶ ἄλλα δένδρα ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὸ μέν τι δάφνῃ ἐοικὸς τὸ φύλλον, καὶ τοῦτο ἐν τοῖς προσκλυζομένοις τῇ θαλάσσῃ χωρίοις πεφυκέναι· καὶ ἀπολείπεσθαι μὲν τὰ δένδρα πρὸς τῆς ἀμπώτεως ἐπὶ ξηροῦ, ἐπελθόντος δὲ τοῦ ὕδατος ἐν τῇ θαλάσσῃ πεφυκότα φαίνεσθαι· τῶν δὲ καὶ ἀεὶ τὰς ῥίζας τῇ θαλάσσῃ ἐπικλύζεσθαι, ὅσα ἐν κοίλοις χωρίοις ἐπεφύκει, ἔνθενπερ οὐχ ὑπενόστει τὸ ὕδωρ, καὶ ὅμως οὐ διαφθείρεσθαι τὸ δένδρον πρὸς τῆς θαλάσσης. (7) Εἶναι δὲ τὰ δένδρα ταύτῃ πήχεων καὶ τριάκοντα ἔστιν ἃ αὐτῶν, τυχεῖν τε ἀνθοῦντα ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, καὶ τὸ ἄνθος εἶναι τῷ λευκῷ μάλιστα ἴῳ προσφερές, τὴν ὀδμὴν δὲ πολύ τι ὑπερφέρον. Καὶ ἄλλον εἶναι καυλὸν ἐκ γῆς πεφυκότα ἀκάνθης, καὶ τούτῳ ἐπεῖναι ἰσχυρὰν τὴν ἄκανθαν, ὥστε ἤδη τινῶν καὶ παριππευόντων ἐμπλακεῖσαν τῇ ἐσθῆτι κατασπάσαι ἀπὸ τοῦ ἵππου μᾶλλόν τι τὸν ἱππέα ἢ αὐτὴν ἀποσχισθῆναι ἀπὸ τοῦ καυλοῦ. (8) Καὶ τῶν λαγῶν λέγεται ὅτι παραθεόντων ἔχονται ἐν ταῖς θριξὶν αἱ ἄκανθαι, καὶ οὕτω τοι ἡλίσκοντο οἱ λαγῴ, καθάπερ ὑπὸ ἰξοῦ αἱ ὄρνιθες ἢ τοῖς ἀγκίστροις οἱ ἰχθύες· σιδήρῳ δὲ ὅτι διακοπῆναι οὐ χαλεπὴ ἦν· καὶ ὀπὸν ὅτι ἀνίει πολὺν ὁ καυλὸς τῆς ἀκάνθης τεμνομένης, ἔτι πλείονα ἢ αἱ συκαῖ τοῦ ἦρος καὶ δριμύτερον.

audientes sint. Ipse cum magna exercitus parte (jam enim Hephæstion advenerat reliquas copias adducens) in Gadrosorum regionem via maxima ex parte deserta contendit.

4. In hac solitudine tradit Aristobulus multas myrrhæ arbores nasci, vulgari myrrha majores. Phœnices autem qui mercimoniorum causa exercitum comitabantur, collecta lacrima myrrhæ (ingens enim ejus copia erat, quippe quod et rami magni erant et nunquam antea quicquam ex iis collectum fuerat) jumenta onerasse. (5) Habere præterea eam solitudinem magnam nardi odoratæ radicum copiam, et Phœnices magnam quoque ejus vim legisse. Multum etiam ab exercitu proculcatum fuisse, atque ex ea protritione suavissimum odorem late diffusum. Tantam ibi ejus esse copiam. (6) Alia præterea ibi nasci arborum genera, quarum folia lauri foliis sint similia. Atque eas quidem iis locis quos mare alluit nasci, et recedente æstu in sicco destitui : accedente vero æstu mari nata videri. Aliarum vero radices semper mari allui, quotquot scilicet in concavis atque sinuosis locis nascantur, ubi mare non recedat; sed ne sic quidem arbores a mari corrumpi. (7) Harum arborum nonullas altitudine ibi esse triginta cubitorum : ac tum quidem temporis floruisse : florem albæ violæ persimilem esse, odoris tamen suavitate longe superare. Alium quoque spinæ esse caulem e terra ortum eique adeo validam spinam adnasci, ut si cujus adequitantis vesti implicata fuerit, eques citius equo detrahatur quam ipsa a caule avellatur. (8) Leporum etiam prætercurrentium pilis ita adhærescere spinæ dicuntur, ut perinde ac visco aves aut hamis pisces, ita lepores spinis istis capiantur. Ferro tamen non difficulter incidi, spinaque dissecta multum succi e caule emitti, multoque uberiorem quam ex ficubus verno tempore, ac magis austerum.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Ἔνθεν δὲ διὰ τῆς Γαδρωσῶν χώρας ἦει ὁδὸν χαλεπὴν καὶ ἄπορον τῶν ἐπιτηδείων, τῶν τε ἄλλων καὶ ὕδωρ πολλαχοῦ τῇ στρατιᾷ οὐκ ἦν· ἀλλὰ νύκτωρ ἠναγκάζοντο γῆν πολλὴν πορεύεσθαι καὶ προσωτέρω ἀπὸ θαλάσσης, ἐπεὶ αὐτῷ γε ἐν σπουδῇ ἦν ἐπελθεῖν τὰ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς χώρας καὶ λιμένας τε ἰδεῖν τοὺς ὄντας καὶ ὅσα γε ἐν παρόδῳ δυνατὰ γένοιτο τῷ ναυτικῷ παρασκευάσαι, ἢ φρέατα ὀρύξαντας ἢ ἀγορᾶς που ἢ ὅρμου ἐπιμεληθέντας. (2) Ἀλλὰ ἦν γὰρ ἔρημα παντάπασι τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ τῆς Γαδρωσῶν γῆς, ὁ δὲ Θόαντα τὸν Μανδροδώρου καταπέμπει ἐπὶ θάλασσαν ξὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι, κατασκεψόμενον εἴ πού τις ὅρμος ὢν τυγχάνει ταύτῃ ἢ ὕδωρ οὐ πόρρω ἀπὸ θαλάσσης ἢ τι ἄλλο τῶν ἐπιτη-

CAP. XXIII

Exinde Alexander per Gadrosorum regionem profectus est via difficili et rerum necessariarum indiga. Atque inter alia, magna sæpe aquæ penuria exercitus laborabat, noctuque multum itineris conficere longeque a mari discedere cogebatur. Cupiebat ipse quidem Alexander regionem mari vicinam obire et quinam portus propinqui essent perlustrare, simulque per transitum quæ classi necessaria essent præparare et puteos effodere, foraque et portus præbere : (2) verum Gadrosorum regio mare versus deserta penitus erat. Thoantem tamen Mandrodori filium cum modico equitatu ad mare speculatum mittit, visurum an ullus uspiam portus, aut aqua non procul a mari aut aliud quicquam necessariorum reperiatur. (3) Qui reversus nuntiavit, piscatores quosdam abs se in littore inventos sub angustis tuguriis degentes. Ea tuguria ex conchis congestis facta esse, tecta ex piscium spinis. Eos vero ipsos piscatores modica aqua uti quam magna cum difficultate e sabulo effodissent, ac ne illa quidem omnino dulci.

δείων. (3) Καὶ οὗτος ἐπανελθὼν ἀπήγγειλεν ἁλιέας τινὰς καταλαβεῖν ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐν καλύβαις πνιγηραῖς· πεποιῆσθαι δὲ τὰς καλύβας ξυνθέντας τὰς κόγχας· στέγην δὲ εἶναι αὐταῖς τὰς ἀκάνθας τῶν ἰχθύων· καὶ τούτους τοὺς ἁλιέας ὕδατι ὀλίγῳ διαχρῆσθαι, χαλεπῶς διαμωμένους τὸν κάχληκα, καὶ οὐδὲ τούτῳ πάντη γλυκεῖ τῷ ὕδατι.

4. Ὡς δὲ ἀφίκετο Ἀλέξανδρος ἐς χῶρόν τινα τῆς Γαδρωσίας ἵνα ἀφθονώτερος ἦν σῖτος, διανέμει ἐς τὰ ὑποζύγια τὸν καταληφθέντα· καὶ τοῦτον σημηνάμενος τῇ ἑαυτοῦ σφραγῖδι, κατακομίζεσθαι κελεύει ὡς ἐπὶ θάλασσαν. Ἐν ᾧ δὲ ἦει ὡς ἐπὶ τὸν σταθμὸν ἔνθενπερ ἐγγυτάτω ἦν ἡ θάλασσα, ἐν τούτῳ ὀλίγα φροντίσαντες οἱ στρατιῶται τῆς σφραγῖδος αὐτοί τε οἱ φύλακες τῷ σίτῳ ἐχρήσαντο καὶ ὅσοι μάλιστα λιμῷ ἐπιέζοντο καὶ τούτοις μετέδωκαν. (5) Ἐς τοσόνδε πρὸς τοῦ κακοῦ ἐνικῶντο ὡς τὸν πρόδηλον καὶ παρόντα ἤδη ὄλεθρον τοῦ ἀφανοῦς τε καὶ πρόσω ἔτι ὄντος ἐκ τοῦ βασιλέως κινδύνου ξὺν λογισμῷ ἔδοξε σφίσιν ἔμπροσθεν ποιήσασθαι. Καὶ Ἀλέξανδρος καταμαθὼν τὴν ἀνάγκην συνέγνω τοῖς πράξασιν. Αὐτὸς δὲ ὅσα ἐκ τῆς χώρας ἐπιδραμὼν ξυναγαγεῖν ἠδυνήθη εἰς ἐπισιτισμὸν τῇ στρατιᾷ τῇ περιπλεούσῃ σὺν τῷ στόλῳ, ταῦτα κομίσοντα πέμπει Κρηθέα τὸν Καλλατιανόν. (6) Καὶ τοῖς ἐγχωρίοις προσετάχθη ἐκ τῶν ἄνω τόπων σῖτόν τε ὅσον δυνατοὶ ἦσαν κατακομίσαι ἀλέσαντας καὶ τὰς βαλάνους τὰς τῶν φοινίκων καὶ πρόβατα ἐς ἀγορὰν τῷ στρατῷ. Καὶ ἐς ἄλλον αὖ τόπον Τήλεφον κατέπεμψε τῶν ἑταίρων σὺν σίτῳ οὐ πολλῷ ἀληλεσμένῳ.

tores quosdam abs se in littore inventos sub angustis tuguriis degentes. Ea tuguria ex conchis congestis facta esse, tecta ex piscium spinis. Eos vero ipsos piscatores modica aqua uti quam magna cum difficultate e sabulo effodissent, ac ne illa quidem omnino dulci.

4. Posteaquam vero Alexander in locum quendam Gadrosiæ venit, ubi copiosius erat frumentum, id acceptum et sigillo suo obsignatum jumentisque impositum ad mare vehi jussit. Interea vero dum in portum mari proximum it, milites neglecto sigillo atque ipsi adeo custodes frumento usi sunt, iisque qui maxime fame premebantur partiti. (5) Quæ quidem adeo ingens erat, ut manifestæ ac præsentis jam mortis potius quam incerti et procul remoti periculi ab rege ipsis timendi rationem habendam sibi putarent. Alexander cognita necessitate qua adacti id fecissent iis ignovit. Ipse quicquid frumenti peragrata ea regione conquiri potuit Cretheum Callatianum mittit qui ad classem cum exercitu navigantem adducat. (6) Indigenis etiam imperat ut ex superioribus locis quantum possent frumenti moliti, palmarum etiam fructus et pecudes ad mercatum adferant. Telephum quoque, unum ex amicis, in alium locum cum frumento molito non multo misit.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Αὐτὸς δὲ προὐχώρει ὡς ἐπὶ τὰ βασίλεια τῶν Γαδρωσῶν, ὁ δὲ χῶρος Πεῦρα ὀνομάζεται, ἵναπερ ἀφίκετο ἐξ Ὥρων ὁρμηθεὶς ἐν ἡμέραις ταῖς πάσαις ἑξήκοντα. Καὶ λέγουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ξυγγραφάντων τὰ ἀμφ' Ἀλέξανδρον οὐδὲ τὰ ξύμπαντα ὅσα ἐταλαιπώρησεν αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἡ στρατιὰ ξυμβληθῆναι ἄξια εἶναι τοῖς τῇδε πονηθεῖσι πόνοις. (2) Οὐ μὴν ἀγνοήσαντα Ἀλέξανδρον τῆς ὁδοῦ τὴν χαλεπότητα, ταύτῃ ἐλθεῖν (τοῦτο μὲν μόνος Νέαρχος λέγει ὧδε), ἀλλὰ ἀκούσαντα γὰρ ὅτι οὔπω τις πρόσθεν διελθὼν ταύτῃ ξὺν στρατιᾷ ἀπεσώθη ὅτι μὴ Σεμίραμις ἐξ Ἰνδῶν ἔφυγε· καὶ ταύτην δὲ ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι ξὺν εἴκοσι μόνοις τῆς στρατιᾶς ἀποσωθῆναι· Κῦρον δὲ τὸν Καμβύσου σὺν ἑπτὰ μόνοις καὶ τοῦτον. (3) Ἐλθεῖν γὰρ δὴ καὶ Κῦρον ἐς τοὺς χώρους τούτους ὡς ἐσβαλοῦντα ἐς τὴν Ἰνδῶν γῆν, φθάσαι δὲ ὑπὸ τῆς ἐρημίας τε καὶ ἀπορίας τῆς ὁδοῦ ταύτης ἀπολέσαντα τὴν πολλὴν τῆς στρατιᾶς. Καὶ ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ ἐξαγγελλόμενα ἔριν ἐμβαλεῖν πρὸς Κῦρον καὶ Σεμίραμιν. Τούτων τε οὖν ἕνεκα καὶ ἅμα ὡς τῷ ναυτικῷ ἐγγύθεν ἐκπορίζεσθαι τὰ ἀναγκαῖα, λέγει Νέαρχος ταύτην τραπῆναι Ἀλέξανδρον. (4) Τό τε οὖν καῦμα

CAP. XXIV.

Ipse ad Gadrosorum regiam contendit (locus is Pura dicebatur), ad quam sexagesimo postquam ex Oris discessit die pervenit. At vero plurimi eorum qui Alexandri res gestas conscripserunt, tradunt, labores quoscunque exercitus per Asiam perpessus esset iis quos in hac regione pertulit comparandos non fuisse. (2) Alexandrum vero non ignorata ejus itineris difficultate, illac proficisci voluisse (hoc autem unus Nearchus scribit) quum videlicet audisset neminem adhuc ducem exercitum per ea loca salvum traduxisse, excepta Semiramide ex Indis fugiente : quam quidem indigenæ narrabant cum viginti solis ex toto exercitu evasisse : Cyrum vero Cambysis filium cum VII solis. (3) Venisse enim etiam in hæc loca Cyrum, ut Indorum regionem invaderet; priusquam vero eam attingeret magnam exercitus sui partem per solitudines difficillimaque itinera amisisse. Atque hæc quidem Alexandro nuntiata æmulationem quandam Cyri et Semiramidis in ejus animo excitasse. His igitur de causis, simulque ut classi non procul remotæ necessaria subministraret, tradit Nearchus Alexandrum hac via rediisse. (4) Ingenti vero solis ardore aqua-

ἐπιφλέγον καὶ τοῦ ὕδατος τὴν ἀπορίαν πολλὴν τῆς στρατιᾶς διαφθεῖραι καὶ μάλιστα δὴ τὰ ὑποζύγια· ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τοῦ βάθους τε τῆς ψάμμου καὶ τῆς θέρμης, ὅτι κεκαυμένη ἦν, τὰ πολλὰ δὲ καὶ δίψει ἀπόλλυσθαι· καὶ γὰρ καὶ γηλόφοις ἐπιτυγχάνειν ὑψηλοῖς ψάμμου βαθείας, οὐ νεναγμένης, ἀλλ' οἵας δέχεσθαι καθάπερ ἐς πηλὸν ἢ ἔτι μᾶλλον ἐς χιόνα ἀπάτητον ἐπιβαίνοντας. (5) Καὶ ἅμα ἐν ταῖς προσβάσεσί τε καὶ καταβαίνοντας τούς τε ἵππους καὶ τοὺς ἡμιόνους ἔτι μᾶλλον κακοπαθεῖν τῷ ἀνωμάλῳ τῆς ὁδοῦ καὶ ἅμα οὐ βεβαίῳ. Τῶν δὲ σταθμῶν τὰ μήκη πιέσαι οὐχ ἥκιστα τὴν στρατιάν· ἀπορία γὰρ ὕδατος οὐ ξύμμετρος οὖσα μᾶλλόν τι ἦγε πρὸς ἀνάγκην τὰς πορείας ποιεῖσθαι. (6) Ὁπότε μὲν δὴ τῆς νυκτὸς ἐπελθόντες τὴν ὁδὸν ἤντινα ἀνῦσαι ἐχρῆν ἕωθεν πρὸς ὕδωρ ἦλθοιεν, οὐ πάντη ἐταλαιπωροῦντο· προχωρούσης δὲ τῆς ἡμέρας ὑπὸ μήκους τῆς ὁδοῦ, εἰ δοιπορουῦντες ἔτι ἐγκαταληφθεῖεν, ἐνταῦθα ἂν ἐταλαιπώρουν πρὸς τοῦ καύματός τε καὶ ἅμα δίψει ἀπαύστῳ συνεχόμενοι.

rum que inopia magnam exercitus partem, ac præcipue jumenta exstincta esse. Hæc enim ob altitudinem arenæ et calorem (ardenti enim similis erat), plurima vero etiam siti interiisse. Incidisse enim in altos colles quos arena accumulata effecerat, in quibus alia atque alia supergradientia, perinde ac cœno aut potius nivi nondum calcatæ infixa hærebant. (5) Simul etiam in ascensu ac descensu equi pariter et muli ob inæqualitatem viæ, et quidem illius non firmæ, vehementer affligebantur. Longa etiam stationum intervalla exercitum magnopere angebant, siquidem summa aquæ inopia iter accelerare cogebat. (6) Ac noctu quidem via, quam confici oportebat, peragrata, si mane ad aliquam aquam venirent, non usque adeo vehementer gravabantur. Procedente vero die si adhuc præ longitudine viæ in itinere hærebant, tum ingenti æstu et immensa siti conficiebantur.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Τῶν δὲ δὴ ὑποζυγίων πολὺς ὁ φθόρος καὶ ἑκούσιος τῇ στρατιᾷ ἐγίγνετο· ξυνιόντες γάρ, ὁπότε ἐπιλείποι σφᾶς τὰ σιτία, καὶ τῶν ἵππων τοὺς πολλοὺς ἀποσφάζοντες καὶ τῶν ἡμιόνων τὰ κρέα ἐσιτοῦντο, καὶ ἔλεγον δίψει ἀποθανεῖν αὐτοὺς ἢ ὑπὸ καμάτου ἐκλιπόντας· καὶ ὁ τὴν ἀτρέκειαν τοῦ ἔργου ἐξελέγξων ὑπό τε τοῦ πόνου οὐδεὶς ἦν καὶ ὅτι ξύμπαντες τὰ αὐτὰ ἡμάρτανον. (2) Καὶ Ἀλέξανδρον μὲν οὐκ ἐλελήθει τὰ γιγνόμενα, ἔστιν δὲ τῶν παρόντων ἑώρα τὴν τῆς ἀγνοίας προσποίησιν μᾶλλόν τι ἢ τὴν ὡς γιγνωσκομένων ἐπιχώρησιν. Οὔκουν οὐδὲ τοὺς νόσῳ κάμνοντας τῆς στρατιᾶς οὐδὲ τοὺς διὰ κάματον ὑπολειπομένους ἐν ταῖς ὁδοῖς ἄγειν ἔτι ἦν εὐμαρῶς ἀπορία τε τῶν ὑποζυγίων καὶ ὅτι τὰς ἁμάξας αὐτοὶ κατέκοπτον, ἀπόρους οὔσας αὐτοῖς ὑπὸ βάθους τῆς ψάμμου ἄγεσθαι, καὶ ὅτι ἐν τοῖς πρώτοις σταθμοῖς διὰ ταῦτα ἐξηναγκάζοντο οὐ τὰς βραχυτάτας ἰέναι τῶν ὁδῶν, ἀλλὰ τὰς εὐπορωτάτας τοῖς ζεύγεσι. (3) Καὶ οὕτως οἱ μὲν νόσῳ κατὰ τὰς ὁδοὺς ὑπελείποντο, οἱ δὲ ὑπὸ καμάτου ἢ καύματος ἢ τῷ δίψει οὐκ ἀντέχοντες, καὶ οὔτε οἱ ἄξοντες ἦσαν οὔτε οἱ μένοντες θεραπεύσοντες· σπουδῇ γὰρ πολλῇ ἐγίγνετο ὁ στόλος, καὶ ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ παντὸς προθύμῳ τὸ καθ' ἑκάστους ξὺν ἀνάγκῃ ἠμελεῖτο· οἱ δὲ καὶ ὕπνῳ κάτοχοι κατὰ τὰς ὁδοὺς γενόμενοι, οἷα δὴ νυκτὸς τὸ πολὺ τὰς πορείας ποιούμενοι, ἔπειτα ἐξαναστάντες, οἷς μὲν δύναμις ἔτι ἦν κατὰ τὰ ἴχνη τῆς στρατιᾶς ἑφομαρτήσαντες ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν· οἱ πολλοὶ δὲ ὥσπερ ἐν πελάγει ἐκπεσόντες τῇ ψάμμῳ ἀπώλοντο.

Multa etiam jumenta milites ipsi sua sponte interficiebant. Quum enim frumentum ipsos deficeret, concursu facto equos plerosque trucidantes et mulorum carnibus vescentes æstu atque labore defecisse vel siti exstinctos esse dicebant. Neque quisquam erat qui de rei veritate serio inquireret, quum et molestum esset et omnes in eadem culpa versarentur. (2) Et Alexander quidem factum non ignorabat, sed præsentis rerum status remedium potius in simulatione ignorationis, quam facti abs se cogniti permissione consistere judicabat. Jamque ne ægri quidem nec qui præ defatigatione in via relicti erant vehi amplius poterant, partim jumentorum inopia, partim quod currus confregissent ipsi: quippe qui ob altitudinem arenæ duci non possent, quodque propter currus in primis stationibus non brevissima itinera, sed quæ curribus ducendis erant accommodatiora persequi coacti fuissent. (3) Atque ita alii præ morbo, alii præ nimia defatigatione, æstu ac siti in itinere relicti sunt. Neque qui eos veherent, aut remanentes curare ægros vellent, ulli erant: quippe agmen raptim agebatur, et præ communis salutis studio singulorum cura necessario negligebatur. Si quos autem nocturni itineris longitudine defatigatos somnus oppresserat, ii postea excitati, si modo vires suppetebant, per vestigia agmen sequentes pauci e multis incolumes pervenerunt. Plerique in arenas tanquam vastum pelagus delati perierunt.

4. Ξυνηνέχθη δὲ τῇ στρατιᾷ καὶ ἄλλο πάθημα, ὃ δὴ οὐχ ἥκιστα ἐπίεσεν αὐτούς τε καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια. Ὕεται γὰρ ἡ Γαδρωσίων γῆ ὑπ' ἀνέμων ἐτησίων, καθάπερ οὖν καὶ ἡ Ἰνδῶν γῆ, οὐ τὰ πεδία τῶν Γαδρωσίων, ἀλλὰ τὰ ὄρη, ἵναπερ προσφέρονταί τε αἱ νεφέλαι ἐκ τοῦ πνεύματος καὶ ἀναχέονται, οὐχ ὑπερβάλλουσαι τῶν ὀρῶν τὰς κορυφάς. (5) Ὡς δὲ νηλίσθη ἡ στρατιὰ πρὸς χειμάρρῳ ὀλίγου ὕδατος, αὐτοῦ δὴ ἕνεκα τοῦ ὕδατος, ἀμφὶ δευτέραν φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἐμπλησθεὶς ὑπὸ τῶν ὄμβρων ὁ χείμαρρος ὁ ταύτῃ ῥέων, ἀφανῶν τῇ στρατιᾷ γεγενημένων τῶν ὄμβρων, τοσούτῳ ἐπῆλθε τῷ ὕδατι, ὡς γύναια καὶ παιδάρια τὰ πολλὰ τῶν ἑπομένων τῇ στρατιᾷ διαφθεῖραι καὶ τὴν κατασκευὴν τὴν βασιλικὴν ξύμπασαν ἀφανίσαι καὶ τῶν ὑποζυγίων ὅσα ἀπελείπετο, αὐτοὺς δὲ μόλις καὶ χαλεπῶς ξὺν τοῖς ὅπλοις οὐδὲ τούτοις πᾶσιν ἀποσωθῆναι. (6) Οἱ πολλοὶ δὲ καὶ πίνοντες, ὁπότε ἐκ καύματός τε καὶ δίψους ὕδατι ἀθρόῳ ἐπιτύχοιεν, πρὸς αὐτοῦ τοῦ ἀπαύστου ποτοῦ ἀπώλοντο, καὶ τούτων ἕνεκα Ἀλέξανδρος τὰς στρατοπεδείας οὐ πρὸς τοῖς ὕδασιν αὐτοῖς τὸ πολὺ ἐποιεῖτο, ἀλλὰ ἀπέχων ὅσον εἴκοσι σταδίους μάλιστα, ὡς μὴ ἀθρόους ἐμπίπτοντας τῷ ὕδατι αὐτούς τε καὶ τὰ κτήνη ἀπόλλυσθαι καὶ ἅμα τοὺς μάλιστα ἀκράτορας σφῶν ἐπεμβαίνοντας ἐς τὰς πηγὰς ἢ τὰ ῥεύματα διαφθείρειν καὶ τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ τὸ ὕδωρ.

admodum et Indorum regio, non quidem in planis Gadrosorum locis, sed montanis, ubi nubes a ventis coguntur ac refunduntur, montium cacumina non excedentes. (5) Quumque exercitus prope torrentem quendam aquæ causa consedisset, circiter vigiliam noctis secundam torrens imbribus improvisis auctus (neque enim exercitus pluviam senserat) tanto impetu exundavit, ut plerasque fœminas et pueros agmen sequentes omnemque apparatum regium et jumenta quæ reliqua erant secum rapuerit, atque ipsi milites ægre cum armis, ac ne iis quidem omnibus, evaserint. (6) Multi ardore sitique pressi, aquarum copiam nacti immodico potu interierunt. Qua de causa Alexander deinceps nequaquam castra prope torrentem locavit, sed xx minimum stadiis remota, ne confertim ad aquam proruentes ipsi simul et jumenta exstinguerentur, neve qui vehementiore siti premebantur fontes aut rivos pedibus ingressi aquam reliquo exercitui turbidam inutilemque efficerent.

ΚΕΦ. ΚΣ'.

Ἔνθα δὴ ἔργον καλὸν εἴπερ τι ἄλλο τῶν Ἀλεξάνδρου οὐκ ἐδοξέ μοι ἀφανίσαι, ἢ ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ πραχθὲν ἢ ἔτι ἔμπροσθεν ἐν Παραπαμισάδαις, ὡς μετεξέτεροι ἀνέγραψαν. Ἰέναι μὲν τὴν στρατιὰν διὰ ψάμμου τε καὶ τοῦ καύματος ἤδη ἐπιφλέγοντος, ὅτι πρὸς ὕδωρ ἐχρῆν ἐξανύσαι· τὸ δὲ ἦν πρόσω τῆς ὁδοῦ· καὶ αὐτόν τε Ἀλέξανδρον δίψει κατεχόμενον μόλις μὲν καὶ χαλεπῶς, πεζὸν δὲ ὅμως ἠγεῖσθαι· ὥστε καὶ τοὺς ἄλλους στρατιώτας, οἷάπερ φιλεῖ ἐν τῷ τοιῷδε, κουφοτέρως φέρειν τοὺς πόνους ἐν ἰσότητι τῆς ταλαιπωρήσεως. (2) Ἐν δὲ τούτῳ τῶν ψιλῶν τινας κατὰ ζήτησιν ὕδατος ἀποτραπέντας ἀπὸ τῆς στρατιᾶς εὑρεῖν ὕδωρ συλλελεγμένον ἔν τινι χαράδρᾳ οὐ βαθείᾳ, ὀλίγην καὶ φαύλην πίδακα· καὶ τοῦτο θυλάκῳ συλλέξαντας σπουδῇ ἰέναι παρ' Ἀλέξανδρον, ὡς μέγα δή τι ἀγαθὸν φέροντας· ὡς δὲ ἐπέλαζον ἤδη, ἐμβαλόντας ἐς κράνος τὸ ὕδωρ προσενεγκεῖν τῷ βασιλεῖ. (3) Τὸν δὲ λαβεῖν μὲν καὶ ἐπαινέσαι τοὺς κομίσαντας· λαβόντα δὲ ἐν ὄψει πάντων ἐκχέαι· καὶ ἐπὶ τῷδε τῷ ἔργῳ ἐς τοσόνδε ἐπιῤῥωσθῆναι τὴν στρατιὰν ξύμπασαν ὥστε εἰκάσαι ἄν τινα πότον γενέσθαι πᾶσιν ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ τὸ πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐκχυθέν. Τοῦτο ἐγώ, εἴπερ τι ἄλλο, τὸ ἔργον εἰς καρτερίαν τε καὶ ἅμα στρατηγίαν ἐπαινῶ Ἀλεξάνδρου.

4. Ξυνηνέχθη δέ τι καὶ τοιόνδε τῇ στρατιᾷ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ. Οἱ γὰρ ἡγεμόνες τῆς ὁδοῦ τελευτῶντες οὐκέτι μεμνῆσθαι ἔφασκον τὴν ὁδόν, ἀλλ' ἀφανισθῆναι τὰ σημεῖα αὐτῆς πρὸς τοῦ ἀνέμου ἐπιπνεύσαντος· καὶ

CAP. XXV.

Multa etiam jumenta milites ipsi sua sponte interficiebant. Quum enim frumentum ipsos deficeret, concursu facto equos plerosque trucidantes et mulorum carnibus vescentes æstu atque labore defecisse vel siti exstinctos esse dicebant. Neque quisquam erat qui de rei veritate serio inquireret, quum et molestum esset et omnes in eadem culpa versarentur. (2) Et Alexander quidem factum non ignorabat, sed præsentis rerum status remedium potius in simulatione ignorationis, quam facti abs se cogniti permissione consistere judicabat. Jamque ne ægri quidem nec qui præ defatigatione in via relicti erant vehi amplius poterant, partim jumentorum inopia, partim quod currus confregissent ipsi: quippe qui ob altitudinem arenæ duci non possent, quodque propter currus in primis stationibus non brevissima itinera, sed quæ curribus ducendis erant accommodatiora persequi coacti fuissent. (3) Atque ita alii præ morbo, alii præ nimia defatigatione, æstu ac siti in itinere relicti sunt. Neque qui eos veherent, aut remanentes curare ægros vellent, ulli erant: quippe agmen raptim agebatur, et præ communis salutis studio singulorum cura necessario negligebatur. Si quos autem nocturni itineris longitudine defatigatos somnus oppresserat, ii postea excitati, si modo vires suppetebant, per vestigia agmen sequentes pauci e multis incolumes pervenerunt. Plerique in arenas tanquam vastum pelagus delati perierunt.

4. Accessit et alia exercitui calamitas, quæ vel præcipue ipsos pariter atque equos et jumenta afflixit. Gadrosorum enim regio, flantibus Etesiis, imbribus obnoxia est, quem-

CAP. XXVI.

Eo loci egregium quoddam facinus, si quod aliud, ab Alexandro editum nequaquam silentio prætereundum putavi, sive id in hac solitudine sive antea apud Parapamisadas, ut alii scribunt, factum fuerit. Id hujusmodi fuit: quum exercitus per arenas solis ardore jam flagrantes iter faceret, quod quidem ad aquæ locum, qui longe aberat, conficiendum erat, Alexandrum ipsum siti pressum, quamvis ægre atque difficulter, peditum agmen duxisse, ut reliqui milites, quemadmodum in ejusmodi rerum statu fieri solet, ob æqualitatem ærumnarum labores facilius ferrent. (2) Interea nonnullos levis armaturæ milites ad aquam quærendum ab exercitu digressos, in torrentis cujusdam alveo non profundo exiguum quendam fontem neque purum illum invenisse, collectaque folliculo aqua confestim ad Alexandrum accurrisse, veluti magnum aliquod bonum regi adferentes. Quumque propius ad Alexandrum venissent, aquam galeæ infusam regi obtulisse. (3) Atque illum quidem accepisse, laudatis qui attulerant, eam vero protinus in conspectu omnium in terram profudisse. Eoque facto ita militum animos confirmatos fuisse, perinde ac si illius aquæ ab Alexandro effusæ potu totus exercitus refocillatus fuisset. Quod certe Alexandri factum, si quod aliud, cum ob tolerantiam, tum ob præclarum boni imperatoris exemplum laudo.

4. Ad hæc mala hoc etiam exercitui accidit: duces, deletis a vento viæ vestigiis, postremo viæ sese non amplius meminisse dicebant. Neque enim in arena quæ densa æquaque omni ex parte viam obduxerat eam cognosci posse,

οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ ψάμμῳ πολλῇ τε καὶ ὁμοίᾳ πάντη νενημένῃ ὅτῳ τεκμηριώσονται τὴν ὁδόν, οὔτ' οὖν δένδρα ξυνήθη παρ' αὐτὴν πεφυκότα, οὔτε τινὰ γήλοφον βέβαιον ἀνεστηκότα· οὐδὲ πρὸς τὰ ἄστρα ἐν νυκτὶ ἢ μεθ' ἡμέραν πρὸς τὸν ἥλιον μεμελετῆσθαί σφισι τὰς πορείας, καθάπερ τοῖς ναύταις πρὸς τῶν ἄρκτων τὴν μὲν Φοίνιξι, τὴν ὀλίγην, τὴν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, τὴν μείζονα. (5) Ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρον ξυνέντα ὅτι ἐν ἀριστερᾷ [δεῖ] ἀποκλίναντα ἄγειν, ἀναλαβόντα ὀλίγους ἅμα οἱ ἵπποι ἐξέκαμνον ὑπὸ τοῦ καύματος, ἀπολιπεῖν καὶ τούτων τοὺς πολλούς, αὐτὸν δὲ ξὺν πέντε τοῖς πᾶσιν ἀφιππάσασθαι, καὶ εὑρεῖν τὴν θάλασσαν· διαμησάμενόν τε αὐτὸν ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ τὸν κάλληκα ἐπιτυχεῖν ὕδατι γλυκεῖ καὶ καθαρῷ, καὶ οὕτω μετελθεῖν τὴν στρατιὰν πᾶσαν· καὶ ἐς ἑπτὰ ἡμέρας ἰέναι παρὰ τὴν θάλασσαν, ὑδρευομένους ἐκ τῆς ἠϊόνος. Ἔνθεν δέ, ἤδη γὰρ γιγνώσκειν τὴν ὁδὸν τοὺς ἡγεμόνας, ἐπὶ τῆς μεσογαίας ποιεῖσθαι τὸν στόλον.

quod neque arbores juxta viam positæ essent, neque firmus aliquis certusque collis exstaret : neque ex astris noctu, aut ex sole interdiu itineris rationem observare soliti essent : quemadmodum nautæ ex Ursis, Phœnices quidem ex minore, reliqui vero mortales ex majore. (5) Ibi Alexandrum conjectura assequutum, ad sinistram deflectendum esse, paucis equitibus assumptis processisse. Quorum equis nimio æstu defatigatis, multos in itinere relictos : ipsum cum quinque in universum equis evasisse et mare invenisse sabuloque in littore effosso aquam dulcem ac puram, atque ita universum exercitum eo traductum, eumque septem ferme dies propter mare ivisse aquam petentes ex litore. Tum duces itineris viam agnovisse, et ad interiorem regionem duxisse.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Ὡς δὲ ἀφίκετο ἐς τῶν Γαδρωσίων τὰ βασίλεια, ἀναπαύει ἐνταῦθα τὴν στρατιάν. Καὶ Ἀπολλοφάνην μὲν παύει τῆς σατραπείας, ὅτι οὐδενὸς ἔγνω ἐπιμεληθέντα τῶν προεπηγγελμένων· Θόαντα δὲ σατραπεύειν τῶν ταύτῃ ἔταξε· τούτου δὲ νόσῳ τελευτήσαντος Σιβύρτιος τὴν σατραπείαν ἐκδέχεται· ὁ αὐτὸς δὲ καὶ Καρμανίας σατράπης ἦν νεωστὶ ἐξ Ἀλεξάνδρου ταχθείς· τότε δὲ τούτῳ μὲν Ἀραχωτῶν τε καὶ τῶν Γαδρωσίων ἄρχειν ἐδόθη· Καρμανίαν δὲ ἔσχε Τληπόλεμος ὁ Πυθοφάνους. (2) Ἤδη τε ἐπὶ Καρμανίας προὐχώρει ὁ βασιλεὺς καὶ ἀγγέλλεται αὐτῷ Φίλιππον τὸν σατράπην τῆς Ἰνδῶν γῆς ἐπιβουλευθέντα πρὸς τῶν μισθοφόρων δόλῳ ἀποθανεῖν, τοὺς δὲ ἀποκτείναντας ὅτι οἱ σωματοφύλακες τοῦ Φιλίππου οἱ Μακεδόνες τοὺς μὲν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, τοὺς δὲ καὶ ὕστερον λαβόντες ἀπέκτειναν. Ταῦτα δὲ ὡς ἔγνω, ἐκπέμπει γράμματα ἐς Ἰνδοὺς παρὰ Εὔδαμόν τε καὶ Ταξίλην ἐπιμελεῖσθαι τῆς χώρας τῆς πρόσθεν ὑπὸ Φιλίππῳ τεταγμένης ἔστ' ἂν αὐτὸς σατράπην ἐκπέμψῃ ἐπ' αὐτῆς.

3. Ἤδη δ' ἐς Καρμανίαν ἥκοντος Ἀλεξάνδρου Κρατερος ἀφικνεῖται, τήν τε ἄλλην στρατιὰν ἅμα οἳ ἄγων καὶ τοὺς ἐλέφαντας καὶ Ὀρδάνην τὸν ἀποστάντα καὶ νεωτερίσαντα συνειληφώς. Ἐνταῦθα δὲ [καὶ] Στασάνωρ τε ὁ Ἀρείων καὶ ὁ Ζαράγγων σατράπης ἦκε καὶ ξὺν αὐτοῖς Φαρισμάνης ὁ Φραταφέρνου τοῦ Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίων σατράπου παῖς. Ἦκον δὲ καὶ οἱ στρατηγοὶ οἱ ὑπολειφθέντες ἅμα Παρμενίωνι ἐπὶ τῆς στρατιᾶς τῆς ἐν Μηδίᾳ, Κλέανδρός τε καὶ Σιτάλκης καὶ Ἡράκων, τὴν πολλὴν τῆς στρατιᾶς καὶ οὗτοι ἄγοντες. (4) Τοὺς μὲν δὴ ἀμφὶ Κλέανδρόν τε καὶ Σιτάλκην πολλὰ ἐπικαλούντων αὐτοῖς τῶν τε ἐγχωρίων καὶ τῆς στρατιᾶς αὐτῆς, ὡς

CAP. XXVII.

Postquam vero in Gadrosorum regiam pervenit, militibus ibi quietem dedit. Apollophanem, quod nihil eorum quæ imperata ei fuerant perfecisset, satrapatu deponit, Thoante in ejus locum suffecto : qui quum ex morbo decessisset, Sibyrtius ei successor est datus. Hic ipse Carmaniæ satrapa erat, nuper admodum id muneris ab Alexandro consequutus : tum vero Arachotorum et Gadrosorum imperium illi collatum est. Carmaniam vero Tlepolemus Pythophanis filius tenuit. (2) Jamque Carmaniam versus processerat rex, quum ei nuntiatur Philippum Indorum satrapam mercenariorum fraude ex insidiis interemtum. Ac percussores quidem a Macedonibus, qui Philippo corporis custodes erant, partim in ipsa cæde, partim post perpetratum facinus captos, interfectos esse. Quo cognito, Eudemo et Taxili per literas jubet, ut regionis quæ antea Philippo subdita fuerat curam administrationemque suscipiant, tantisper dum ipse satrapam aliquem eo mittat.

3. Alexandro jam Carmaniam ingresso, Craterus ad eum venit, reliquum exercitum et elephantos secum ducens unaque Ordanem, quem quod defectionem molitus esset ceperat. Eodem etiam Stasanor Ariorum et Zarangum satrapes venit et cum his Pharismanes Phrataphernis Parthorum et Hyrcanorum satrapæ filius. Venerunt etiam duces copiarum, quas cum Parmenione in Media reliquerat, Cleander, Sitalces et Heracon, magnam et ipsi exercitus partem ducentes. (4) E quibus Cleander et Sitalces accusati sunt ab indigenis pariter atque exercitu ipso, quod templa spoliassent, veteraque monimenta movissent mul-

ἱερά τε πρὸς αὐτῶν σεσυλημένα καὶ θήκας παλαιὰς κεκινημένας καὶ ἄλλα ἄδικα ἔργα ἐς τοὺς ὑπηκόους τετολμημένα καὶ ἀτάσθαλα, ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη, τοὺς μὲν ἀπέκτεινεν, ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις δέος εἶναι ὅσοι σατράπαι ἢ ὕπαρχοι ἢ νομάρχαι ἀπολείποιντο, τὰ ἴσα ἐκείνοις πλημμελοῦντας πείσεσθαι. (5) (Καὶ τοῦτο, εἴπερ τι ἄλλο, κατέσχεν ἐν κόσμῳ τὰ ἔθνη τὰ ἐξ Ἀλεξάνδρου δορυάλωτα ἢ ἑκόντα προσχωρήσαντα, τοσαῦτα μὲν πλήθει ὄντα, τόσον δὲ ἀλλήλων ἀφεστηκότα, ὅτι οὐκ ἐξῆν ὑπὸ τῇ Ἀλεξάνδρου βασιλείᾳ ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀρχομένους ὑπὸ τῶν ἀρχόντων.) Ἡράκων δὲ τότε μὲν ἀφείθη τῆς αἰτίας· ὀλίγον δὲ ὕστερον ἐξελεγχθεὶς πρὸς ἀνδρῶν Σουσίων σεσυληκέναι τὸ ἐν Σούσοις ἱερὸν καὶ οὗτος ἔδωκε δίκην. (6) Οἱ δὲ ξὺν Στασάνορι καὶ Φραταφέρνῃ πλῆθός τε ὑποζυγίων παρ' Ἀλέξανδρον ἄγοντες ἦλθον καὶ καμήλους πολλάς, ὡς ἔμαθον ὅτι τὴν ἐπὶ Γαδρωσίων ἄγει, εἰκάσαντες ὅτι (τὰ) αὐτὰ ἐκεῖνα πείσεται αὐτῷ ἡ στρατιὰ ἃ δὴ ἔπαθε. Καὶ οὖν καὶ ἐν καιρῷ μὲν καὶ οὗτοι ἀφίκοντο, ἐν καιρῷ δὲ οἱ κάμηλοί τε καὶ τὰ ὑποζύγια· διένειμε γὰρ ξύμπαντα Ἀλέξανδρος τοῖς μὲν ἡγεμόσι κατ' ἄνδρα, τοῖς δὲ κατ' ἴλας τε καὶ ἑκατοστύας, τοῖς δὲ κατὰ λόχους, ὅπως τὸ πλῆθος τῶν ὑποζυγίων τε καὶ καμήλων αὐτῷ ξυνέβαινεν.

taque alia in subditos improbe atque avare perpetrassent. Quæ ut nuntiata sunt, necari eos jussit, ut et reliqui satrapæ aut principes qui iis locis constituerentur, metuerent si officium non fecissent sese eodem supplicio affectum iri. (5) Quod certe, si quid aliud, gentes quæ ab Alexandro vi subactæ erant, vel sua sponte deditionem fecerant, quarum tanta erat multitudo, quique tanto locorum intervallo inter se disjungebantur, in officio continuit. Neque enim licebat sub Alexandri imperio cuiquam præfecto subditos injuria afficere. Heracon quidem tum temporis criminationem subterfugerat : cæterum paulo post a Susiis convictus, quod eorum templum diripuisset, etiam ipse pœnas dedit. (6) Stasanor vero et Phrataphernes magnam jumentorum atque camelorum copiam ad Alexandrum duxerunt, simulac eum in Gadrosios exercitum ducere intellexerunt, existimantes exercitum eadem illa incommoda quæ passus fuerat subiturum. Et quidem peropportune cum ipsi, tum cameli et jumenta advenerunt : omniaque partim in singulos præfectos, partim per turmas et centurias et cohortes pro numero jumentorum et camelorum partitus est.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Ἤδη δέ τινες καὶ τοιάδε ἀνέγραψαν, οὐ πιστὰ ἐμοὶ λέγοντες, ὡς συζεύξας δύο ἁρμαμάξας κατακείμενος ξὺν τοῖς ἑταίροις καταυλούμενος τὴν διὰ Καρμανίας ἦγεν, ἡ στρατιὰ δὲ αὐτῷ ἐστεφανωμένη τε καὶ παίζουσα εἵπετο, προὔκειτο δὲ αὐτῇ σῖτά τε καὶ ὅσα ἄλλα ἐς τρυφὴν παρὰ τὰς ὁδοὺς συγκεκομισμένα πρὸς τῶν Καρμανίων, καὶ ταῦτα πρὸς μίμησιν τῆς Διονύσου Βακχείας ἀπεικάσθη Ἀλεξάνδρῳ, (2) ὅτι καὶ ὑπὲρ ἐκείνου λόγος ἐλέγετο καταστρεψάμενον Ἰνδοὺς Διόνυσον οὕτω τὴν πολλὴν τῆς Ἀσίας ἐπελθεῖν, καὶ Θριαμβόν τε αὐτὸν ἐπικληθῆναι τὸν Διόνυσον καὶ τὰς ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς ἐκ πολέμου πομπὰς ἐπὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ θριάμβους. Ταῦτα δὲ οὔτε Πτολεμαῖος ὁ Λάγου οὔτε Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου ἀνέγραψαν οὐδέ τις ἄλλος ὄντινα ἱκανὸν ἂν τις ποιήσαιτο τεκμηριῶσαι ὑπὲρ τῶν τοιῶνδε. Καί μοι ὡς οὐ πιστὰ ἀναγεγράφθαι ἐξήρκεσαν. (3) Ἀλλ' ἐκεῖνα ἤδη Ἀριστοβούλῳ ἑπόμενος ξυγγράφω, θῦσαι ἐν Καρμανίᾳ Ἀλέξανδρον χαριστήρια τῆς κατ' Ἰνδῶν νίκης καὶ ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς, ὅτι ἀπεσώθη ἐκ Γαδρωσίων, καὶ ἀγῶνα διαθεῖναι μουσικόν τε καὶ γυμνικόν· κατατάξαι δὲ καὶ Πευκέσταν ἐς τοὺς σωματοφύλακας, ἤδη μὲν ἐγνωκότα σατράπην καταστῆσαι τῆς Περσίδος, ἐθέλοντα δὲ πρὸ τῆς σατραπείας μηδὲ ταύτης τῆς τιμῆς καὶ πίστεως ἀπείρατον εἶναι, ἐπὶ τῷ ἐν Μαλλοῖς ἔργῳ· (4) εἶναι δὲ αὐτῷ ἑπτὰ εἰς τότε σωματοφύλακας, Λεοννάτον Ἀντέου, Ἡφαιστίωνα τὸν Ἀμύντορος, Λυσίμαχον Ἀγαθοκλέους, Ἀρι-

taque alia in subditos improbe atque avare perpetrassent. Quæ ut nuntiata sunt, necari eos jussit, ut et reliqui satrapæ aut principes qui iis locis constituerentur, metuerent si officium non fecissent sese eodem supplicio affectum iri. (5) Quod certe, si quid aliud, gentes quæ ab Alexandro vi subactæ erant, vel sua sponte deditionem fecerant, quarum tanta erat multitudo, quique tanto locorum intervallo inter se disjungebantur, in officio continuit. Neque enim licebat sub Alexandri imperio cuiquam præfecto subditos injuria afficere. Heracon quidem tum temporis criminationem subterfugerat : cæterum paulo post a Susiis convictus, quod eorum templum diripuisset, etiam ipse pœnas dedit. (6) Stasanor vero et Phrataphernes magnam jumentorum atque camelorum copiam ad Alexandrum duxerunt, simulac eum in Gadrosios exercitum ducere intellexerunt, existimantes exercitum eadem illa incommoda quæ passus fuerat subiturum. Et quidem peropportune cum ipsi, tum cameli et jumenta advenerunt : omniaque partim in singulos præfectos, partim per turmas et centurias et cohortes pro numero jumentorum et camelorum partitus est.

CAP. XXVIII.

Sunt etiam nonnulli qui scribant, quod quidem mihi verisimile non videtur, Alexandrum duobus curribus junctis, inter amicos musicis modulationibus aures ejus demulcentes stratum per Carmaniam exercitum duxisse : milites coronatos ludentesque sequutos, frumentum aliasque res quæ ad voluptatem pertinent ad viam Carmaniis apponentibus. Atque hæc quidem æmulatione quadam Dionysiacæ bacchationis ab Alexandro facta esse. (2) Fama enim tenebat Bacchum, Indis devictis, hoc etiam pacto magnam Asiæ partem peragrasse : et Bacchum ipsum Triumphum vocatum esse, et pompas quæ ob bellicas victorias fiunt ea de causa triumphos dici. Cæterum hæc neque Ptolemæus Lagi neque Aristobulus Aristobuli filius neque alius quispiam auctor, cui hac in parte fides haberi possit, memoriæ prodidit : suffeceritque hæc a me tanquam indigna fide relata esse. (3) Illa vero Aristobulum sequutus scribo, nempe Alexandrum in Carmania gratias diis agentem sacrum fecisse ob victoriam de Indis partam et ob exercitum ex Gadrosiis servatum : ludos etiam musicos et gymnicos edidisse : præterea Peucestam in corporis sui custodes adscripsisse, quem quidem jam Persidis satrapam constituere decreverat, sed antequam illi satrapatum deferret, ne hoc quidem honore fideique testimonio carere eum voluit, ob eximiam ejus operam apud Mallos præstitam. (4) Fuisse autem illi tum temporis septem corporis custodes Leonnatum Antei, Hephæstionem Amyntoris, Lysimachum Agathoclis, Aristo-

στόνουν Πεισαίου, τούτους μὲν Πελλαίους, Περδίκκαν δὲ Ὀρόντου ἐκ τῆς Ὀρεστίδος, Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου καὶ Πείθωνα Κρατεᾶ Ἐορδαίους· ὄγδοον δὲ προσγενέσθαι αὐτοῖς Πευκέσταν τὸν Ἀλεξάνδρου ὑπερασπίσαντα.

5. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Νέαρχος περιπλεύσας τὴν Ὠρων τε καὶ Γαδρωσίων γῆν καὶ τὴν Ἰχθυοφάγων κατῆρεν ἐς τῆς Καρμανίας τὰ πρὸς θάλασσαν ᾠκισμένα· ἔνθεν δὲ ἀνελθὼν σὺν ὀλίγοις Ἀλεξάνδρῳ ἀπήγγειλε τὰ ἀμφὶ τὸν περίπλουν τὸν γενόμενον αὐτῷ κατὰ τὴν ἔξω θάλασσαν. (6) Τοῦτον μὲν δὴ καταπέμπει αὖθις, ἐκπεριπλεύσοντα ἔστε ἐπὶ τὴν Σουσιανῶν τε γῆν καὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ τὰς ἐκβολάς· ὅπως δὲ ἐπλεύσθη αὐτῷ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν Περσικὴν καὶ τὸ στόμα τοῦ Τίγρητος, ταῦτα ἰδίᾳ ἀναγράψω αὐτῷ Νεάρχῳ ἑπόμενος, ὡς καὶ τήνδε εἶναι ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου Ἑλληνικὴν ξυγγραφήν. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν ὑστέρῳ ἔσται τυχὸν εἰσότε θυμός τέ με καὶ ὁ δαίμων ταύτῃ ἄγῃ.

7. Ἀλέξανδρος δὲ Ἡφαιστίωνα μὲν σύν τε τῇ πλείστῃ μοίρᾳ τῆς στρατιᾶς καὶ τοῖς ὑποζυγίοις, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἅμα οἳ ἔχοντα τὴν παρὰ θάλασσαν ἀπὸ [τῆς] Καρμανίας ὡς ἐπὶ τὴν Περσίδα ἄγειν ἐκέλευσεν, ὅτι χειμῶνος ὥρᾳ γιγνομένου αὐτῷ τοῦ στόλου τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ τῇ Περσίδος ἀλεεινά τε ἦν, καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἀφθόνως ἔχοντα.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς κουφοτάτοις τῶν πεζῶν καὶ ξὺν τοῖς ἑταίροις τῶν ἱππέων καὶ μέρει τινὶ τῶν τοξοτῶν ᾖει τὴν ἐπὶ Πασαργάδας τῆς Περσίδος· Στασάνορα δὲ καταπέμπει ἐπὶ τὴν χώραν τὴν ἑαυτοῦ. (2) Ὡς δὲ ἐπὶ τοῖς ὅροις ἦν τῆς Περσίδος, Φρασαόρτην μὲν οὐ κατέλαβε σατραπεύοντα ἔτι (νόσῳ γὰρ τετελευτηκὼς ἐτύγχανεν ἐν Ἰνδοῖς ἔτι Ἀλεξάνδρου ὄντος), Ὀρξίνης δὲ ἐπεμέλετο τῆς Περσίδος, οὐ πρὸς Ἀλεξάνδρου καταστασθείς, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπηξίωσεν αὐτὸν ἐν κόσμῳ Πέρσας διαφυλάξαι Ἀλεξάνδρῳ, οὐκ ὄντος ἄλλου ἄρχοντος. (3) Ἦλθε δὲ ἐς Πασαργάδας καὶ Ἀτροπάτης ὁ Μηδίας σατράπης, ἄγων Βαρυάξην ἄνδρα Μῆδον συνειλημμένον, ὅτι ὀρθὴν τὴν κίδαριν περιθέμενος βασιλέα προσεῖπεν αὐτὸν Περσῶν τε καὶ Μήδων, καὶ ξὺν τούτῳ τοὺς μετασχόντας αὐτῷ τοῦ νεωτερισμοῦ τε καὶ τῆς ἀποστάσεως. Τούτους μὲν δὴ ἀπέκτεινεν Ἀλέξανδρος.

4. Ἐλύπησε δὲ αὐτὸν ἡ παρανομία ἡ ἐς τὸν Κύρου τοῦ Καμβύσου τάφον, ὅτι διορωρυγμένον τε καὶ σεσυλημένον κατέλαβε τοῦ Κύρου τὸν τάφον, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. Εἶναι γὰρ ἐν Πασαργάδαις ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ βασιλικῷ Κύρου ἐκείνου τάφον, καὶ περὶ αὐτὸν ἄλσος πεφυτεῦσθαι δένδρων παντοίων, καὶ ὕδατι εἶναι κατάρρυτον καὶ πόαν βαθεῖαν πεφυκέναι ἐν τῷ λειμῶνι· (5) αὐτὸν δὲ τὸν τάφον τὰ μὲν κάτω λίθου τετραπέδου ἐς τετράγωνον σχῆμα πεποιῆσθαι· ἄνωθεν δὲ οἶκημα

num Pisæi filium : et hos quidem Pellæos : porro Perdiccam Orontis ex Orestide, Ptolemæum Lagi et Pithonem Crateæ filium. Eordenses : octavum vero iis accessisse Peucestam qui Alexandrum scuto suo protexerat.

5. Inter hæc Nearchus, quum jam Oreorum et Gadrosorum atque Ichthyophagorum regionem circumnavigasset, ad maritimam Carmaniæ oram appulit. Inde cum paucis ad Alexandrum profectus, omnia quæ per navigationem suam in maris extero viderat ei refert. (6) Hunc mox ad classem remittit, ut ad Susianorum regionem et Tigridis fluminis ostia naviget. Quomodo autem ab Indo flumine ad mare Persicum et Tigridis ostia enavigarit, seorsim con cribam, Nearchum sequens, ut etiam hæc Græca exstet de rebus Alexandri historia. Quod quidem fortassis posthac a me præstabitur, si me animus et deus eo ducat.

7. Alexander Hephæstionem cum majore exercitus parte cumque jumentis et elephantis secus mare ex Carmania in Persidem mittit; quod quum per hiemis tempus expeditionem faceret, maritima Persidis essent calida et omnium rerum copia abundarent.

CAP. XXIX.

Ipse cum expeditissimis peditum cumque amicorum equitatu et aliqua sagittariorum parte versus Pasargadas Persidis profectus est : Stasanorem vero in suam provinciam mittit. (2) Quumque ad Persidis fines venisset, Phrasaortem ibi satrapatu fungentem non reperit (qui, Alexandro adhuc apud Indos res gerente, morbo decesserat), Orxines vero præsidem agebat, non quidem ab Alexandro constitutus, sed quod non indignum censuerat Persas Alexandro in officio continere, quamdiu nemo esset qui ejus provinciæ curam gereret. (3) Accessit quoque ad eum in Pasargadas Atropates Mediæ satrapa, isque Baryaxem Medum captum adducebat, quod recta cidari capiti imposita Persarum ac Medorum regem se appellasset, et cum eo omnes novarum rerum et defectionis socios : quos Alexander necari jussit.

4. Ægerrime vero ferebat scelus in Cyri Cambysis filii sepulcrum admissum. Quod quidem perfractum spoliatumque reperit, ut auctor est Aristobulus. Esse enim apud Pasargadas in hortis regiis Cyri illius sepulcrum, et circum id lucum omnis generis arboribus consitum aquisque irriguum atque alto gramine hortum ipsum refertum esse : (5) sepulcrum ipsum ab ima parte saxo quadrato structum quadrangularem formam præ se ferre. In editiore parte ædiculam esse lapideo fornice contectam, portulamque habere

ἐπεῖναι λίθινον ἐστεγασμένον, θυρίδα ἔχον φέρουσαν εἴσω στενήν, ὡς μόλις ἂν ἑνὶ ἀνδρὶ οὐ μεγάλῳ πολλὰ κακοπαθοῦντι παρελθεῖν. Ἐν δὲ τῷ οἰκήματι πύελον χρυσῆν κεῖσθαι, ἵνα τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἐτέθαπτο, καὶ κλίνην παρὰ τῇ πυέλῳ· πόδας δὲ εἶναι τῇ κλίνῃ χρυσοῦς σφυρηλάτους, καὶ τάπητα ἐπιβλημάτων Βαβυλωνίων, καὶ καυνάκας πορφυροῦς ὑποστρώματα. (6) Ἐπεῖναι δὲ καὶ κάνδυς καὶ ἄλλους χιτῶνας τῆς Βαβυλωνίου ἐργασίας. Καὶ ἀναξυρίδες Μηδικαὶ καὶ στολαὶ ὑακινθινοβαφεῖς λέγει ὅτι ἔκειντο, αἱ δὲ πορφύρας, αἱ δὲ ἄλλης καὶ ἄλλης χρόας, καὶ στρεπτοὶ καὶ ἀκινάκαι καὶ ἐνώτια χρυσοῦ τε καὶ λίθων κολλητά, καὶ τράπεζα ἔκειτο. Ἐν μέσῳ δὲ τῆς κλίνης ἡ πύελος ἔκειτο ἡ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἔχουσα. (7) Εἶναι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου πρὸς τῇ ἀναβάσει τῇ ἐπὶ τὸν τάφον φερούσῃ οἴκημα σμικρὸν τοῖς Μάγοις πεποιημένον, οἳ δὴ ἐφύλασσον τὸν Κύρου τάφον, ἔτι ἀπὸ Καμβύσου τοῦ Κύρου, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι τὴν φυλακήν. Καὶ τούτοις πρόβατόν τε ἐς ἡμέραν ἐδίδοτο ἐκ βασιλέως καὶ ἀλεύρων τε καὶ οἴνου τεταγμένα καὶ ἵππος κατὰ μῆνα ἐς θυσίαν τῷ Κύρῳ. Ἐπεγέγραπτο δὲ ὁ τάφος Περσικοῖς γράμμασι· (8) καὶ ἐδήλου Περσιστὶ τάδε· ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρός εἰμι ὁ Καμβύσου ὁ τὴν ἀρχὴν Πέρσαις καταστησάμενος καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύσας. Μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος.

9. Ἀλέξανδρος δέ (ἐπιμελὲς γὰρ ἦν αὐτῷ, ὁπότε ἕλοι Πέρσας, παριέναι ἐς τοῦ Κύρου τὸν τάφον) τὰ μὲν ἄλλα καταλαμβάνει ἐκπεφορημένα πλὴν τῆς πυέλου καὶ τῆς κλίνης· οἱ δὲ καὶ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἐλωβήσαντο, ἀφελόντες τὸ πῶμα τῆς πυέλου, καὶ τὸν νεκρὸν ἐξέβαλον· αὐτὴν δὲ τὴν πύελον ἐπειρῶντο εὐογκόν σφισι ποιήσασθαι καὶ ταύτῃ εὔφορον τὰ μὲν παρακόπτοντες, τὰ δὲ ξυνθλῶντες αὐτῆς. Ὡς δὲ οὐ προὐχώρει αὐτοῖς τοῦτο τὸ ἔργον, οὕτω δὴ ἐάσαντες τὴν πύελον ἀπῆλθον. (10) Καὶ λέγει Ἀριστόβουλος αὐτὸς ταχθῆναι πρὸς Ἀλεξάνδρου κοσμῆσαι ἐξ ὑπαρχῆς τῷ Κύρῳ τὸν τάφον· καὶ τοῦ μὲν σώματος ὅσαπερ ἔτι σῶα ἦν καταθεῖναι ἐς τὴν πύελον καὶ τὸ πῶμα ἐπιθεῖναι· ὅσα δὲ λελώβητο αὐτῆς κατορθῶσαι· καὶ τὴν κλίνην ἐντεῖναι ταινίαις καὶ τἆλλα ὅσα ἐς κόσμον ἔκειτο κατ' ἀριθμόν τε καὶ τοῖς πάλαι ὅμοια ἀποθεῖναι, καὶ τὴν θυρίδα δὲ ἀφανίσαι τὰ μὲν αὐτῆς λίθῳ ἐνοικοδομήσαντα, τὰ δὲ πηλῷ ἐμπλάσαντα· καὶ ἐπιβαλεῖν τῷ πηλῷ τὸ σημεῖον τὸ βασιλικόν. (11) Ἀλέξανδρος δὲ ξυλλαβὼν τοὺς Μάγους τοὺς φύλακας τοῦ τάφου ἐστρέβλωσεν, ὡς κατειπεῖν τοὺς δράσαντας· οἱ δὲ οὐδὲν οὔτε σφῶν οὔτε ἄλλου κατεῖπον στρεβλούμενοι, οὐδὲ ἄλλῃ πῃ ξυνηλέγχοντο ξυνειδότες τῷ ἔργῳ· καὶ ἐπὶ τῷδε ἀφείθησαν ἐξ Ἀλεξάνδρου.

quæ in eam ducat, ita angustam ut ægerrime unus aliquis, neque is magnæ staturæ, ingredi possit. In ædicula solium aureum esse positum, in quo Cyri corpus conditum servatur : lecticam solio adstare, cujus pedes ex solido auro fabricati sint. (6) Hanc tapetis Babyloniis stratam, stragulis purpureis substratis : lecticæ candyn regiam aliasque vestes Babylonii operis impositas esse. Femoralia etiam Medica; stolas quoque hyacinthino colore tinctas ibi positas fuisse; atque has quidem purpurei, alias varii coloris; torques quoque ac gladios et inaures auro et gemmis ligatos; mensa præterea ibi posita erat. In media vero lectica solium corpus Cyri continens. (7) Esse præterea intra ambitum in ipso ad sepulcrum ascensu exiguam quandam ædiculam, Magis exstructam, qui quidem sepulcrum custodiebant, jam inde a Cambyse Cyri filio custodiæ munere a patribus in filios transmisso. Atque his quidem ovis in singulos dies ab rege dabatur, vinique et farinæ certus modus : singulis etiam mensibus equus unus quem Cyro sacrificarent. (8) Titulus sepulcri Persicis literis inscriptus, hoc significabat, O MORTALIS, CYRUS EGO SUM CAMBYSIS F. QUI PERSIS REGNUM CONSTITUI ASIÆQUE IMPERAVI. ITAQUE NE MEO MONUMENTO INVIDEAS.

9. Alexander (incesserat enim eum cupido, quando Persas vicisset, adeundi istius sepulcri) reliqua omnia furto sublata præter solium et lectum reperit. Nonnulli ne ipsius quidem corpori pepercerant. Sublato enim solii operculo corpus ejecerant : ipsum vero solium imminuere conati fuerant, ut commodius auferri posset : partim præscindentes, partim contundentes atque confringentes : quumque opus non succederet ex sententia, relicto tandem solio abierunt. (10) Aristobulus ab Alexandro designatum se fuisse ait, qui sepulcrum de integro instauraret corporisque partes quæ superarent in solio conderet, operculoque tegeret : quæque rupta essent reficeret, lectum tæniis intenderet pristinoque ornatu restitueret, et alia quæcunque ad ornatum posita fuerant, secundum numerum pristinis paria reponeret. Ad hæc ædiculæ portam lapide et calce obstrueret, regio signo illi impresso. (11) Post hæc Alexander Magos sepulcri custodes comprehensos in quæstionem dari jubet, uti auctores facinoris indicent. Qui quidem torti neque de se neque de aliis quicquam confessi sunt, neque alio ullo modo rei conscii esse sunt deprehensi. Quapropter ab Alexandro dimissi.

ΚΕΦ. Α'.

Ἔνθεν δὲ ἐς τὰ βασίλεια ἦει τὰ Περσῶν, ἃ δὴ πρόσθεν κατέφλεξεν αὐτός, ὥς μοι λέλεκται ὅτε οὐκ ἐπήνουν τὸ ἔργον· ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐπανελθὼν ἐπῄνει. Καὶ μὲν δὴ καὶ κατὰ Ὀρξίνου πολλοὶ λόγοι ἐλέχθησαν πρὸς Περσῶν, ὃς ἦρξε Περσῶν ἐπειδὴ Φρασαόρτης ἐτελεύτησε. (2) Καὶ ἐξηλέγχθη Ὀρξίνης ἱερά τε ὅτι σεσυλήκει καὶ τάφους βασιλικούς, καὶ Περσῶν πολλοὺς ὅτι οὐ ξὺν δίκῃ ἀπέκτεινε. Τοῦτον μὲν δὴ οἷς ἐτάχθη ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐκρέμασαν. Σατράπην δὲ Πέρσαις ἔταξε Πευκέσταν τὸν σωματοφύλακα, πιστόν τέ οἱ ἐς τὰ μάλιστα τιθέμενος, τά τε ἄλλα καὶ ἐπὶ τῷ ἐν Μαλλοῖς ἔργῳ, ἵνα προεκινδύνευσέ τε καὶ συνεξέσωσεν Ἀλέξανδρον, καὶ ἄλλως τῷ βαρβαρικῷ τρόπῳ τῆς διαίτης οὐκ ἀξύμφορον· (3) ἐδήλωσε δὲ ἐσθῆτά τε εὐθὺς ὡς κατεστάθη σατραπεύειν Περσῶν μόνος τῶν ἄλλων Μακεδόνων μεταλαβὼν τὴν Μηδικὴν καὶ φωνὴν τὴν Περσικὴν ἐκμαθὼν καὶ τἄλλα ξύμπαντα ἐς τρόπον τὸν Περσικὸν κατασκευασάμενος. Ἐφ' οἷς Ἀλέξανδρός γε ἐπῄνει αὐτὸν καὶ οἱ Πέρσαι ὡς τὰ παρὰ σφίσι πρὸ τῶν πατρίων πρεσβεύοντι ἔχαιρον.

BIBΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

ΚΕΦ. Α'.

Ὡς δὲ ἐς Πασαργάδας τε καὶ ἐς Περσέπολιν ἀφίκετο Ἀλέξανδρος, πόθος καταλαμβάνει αὐτὸν καταπλεῦσαι κατὰ τὸν Εὐφράτην τε καὶ κατὰ τὸν Τίγρητα ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν Περσικὴν καὶ τῶν τε ποταμῶν ἰδεῖν τὰς ἐκβολὰς τὰς ἐς τὸν πόντον, καθάπερ τοῦ Ἰνδοῦ, καὶ τὴν ταύτῃ θάλασσαν. (2) Οἱ δὲ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ὅτι ἐπενόει Ἀλέξανδρος περιπλεῦσαι τήν τε Ἀραβίαν τὴν πολλὴν καὶ τὴν Αἰθιόπων γῆν καὶ τὴν Λιβύην τε καὶ τοὺς Νομάδας τοὺς ὑπὲρ τὸν Ἄτλαντα τὸ ὄρος ὡς ἐπὶ Γάδειρα εἶσω ἐς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν· καὶ τὴν Λιβύην τε καταστρεψάμενος καὶ Καρχηδόνα οὕτω δὴ τῆς Ἀσίας πάσης δικαίως ἂν βασιλεὺς καλεῖσθαι· (3) τοὺς γάρ τοι Περσῶν καὶ Μήδων βασιλέας, οὐδὲ τοῦ πολλοστοῦ μέρους τῆς Ἀσίας ἐπάρχοντας, οὐ σὺν δίκῃ καλεῖν σφᾶς μεγάλους βασιλέας. Ἔνθεν δὲ οἱ μὲν [λέγουσιν] ὅτι ἐς τὸν πόντον τὸν Εὔξεινον ἐσπλεῖν ἐπενόει ἐς Σκύθας τε καὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην, οἱ δέ, ὅτι ἐς Σικελίαν τε καὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν· ἤδη γὰρ καὶ ὑποκινεῖν αὐτὸν τὸ Ῥωμαίων ὄνομα προχωροῦν ἐπὶ μέγα.

4. Ἐγὼ δὲ ὁποῖα μὲν ἦν Ἀλεξάνδρου τὰ ἐνθυμήματα οὔτε ἔχω ἀτρεκῶς ξυμβαλεῖν οὔτε μέλει ἔμοιγε εἰ-

CAP. XXX.

Inde in regiam Persarum profectus est, quam ipse antea concremarat. Quod quidem factum neque ego probavi, neque Alexander ipse reversus laudavit. Ibi multa Orxini (qui Persas post Phrasaortis obitum rexerat) crimina objecta sunt: (2) quod templa et sepulcra regia spoliasset, multosque Persarum injuste peremisset. Atque hunc quidem jussu Alexandri in crucem sustulerunt. Dehinc Peucesten corporis custodem, quod fidem ejus egregiam cum aliis in rebus tum apud Mallos expertus esset, ubi magno suo periculo Alexandrum servarat, Persis satrapam constituit, qui quidem barbarica morum ratione ab illorum ingeniis minime alienus erat. (3) Quod quidem declaravit, quum statim atque satrapatum apud Persas gerere cœpit, solus ex omnibus Macedonibus veste Medica recepta, linguam Persicam didicit, reliquaque omnia ad Persicum modum accommodavit. Quo quidem nomine Alexander cum collaudavit: et Persæ, quod Persicum cultum patrio prætulisset, gavisi sunt.

LIBER SEPTIMUS.

CAP. I.

Postquam Alexander Pasargadas ac Persepolim venit, cupido eum cepit navigandi per Euphratem ac Tigrim in Persicum mare, fluminumque in mare exitus visendi, quemadmodum Indi ostia et quod ex ea parte est viderat mare. (2) Sunt etiam qui tradant Alexandrum in animo habuisse magnam Arabiæ partem circumnavigare et Æthiopum regionem Libyamque et Numidas, atque ita superato Atlante monte ad Gades in nostrum mare, Africa Carthagineque subacta, penetrare. Ita enim merito totius Asiæ [?] regem vocari posse. (3) Persarum enim ac Medorum reges, quum ne millesimam quidem Asiæ partem tenerent, inique sese magnos reges vocasse. (4) Hinc sunt qui dicant eum per Euxinum pontum navigare voluisse in Scythas et Mæotim paludem: alii, in Siciliam et Iapygium promontorium. Jam tum enim Romanorum nomen late diffusum animum ejus commovisse.

4. Ego vero quid in animo suo agitarit neque certo affirmare possum, neque curæ mihi est id conjecturis assequi.

κάζειν· ἐκεῖνο δὲ καὶ αὐτὸς ἂν μοι δοκῶ ἰσχυρίσασθαι, οὔτε μικρόν τι καὶ φαῦλον ἐπινοεῖν Ἀλέξανδρον οὔτε μεῖναι ἂν ἀτρεμοῦντα ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἤδη κεκτημένων, οὐδὲ εἰ τὴν Εὐρώπην τῇ Ἀσίᾳ προσέθηκεν, οὐδ' εἰ τὰς Βρεττανῶν νήσους τῇ Εὐρώπῃ, ἀλλὰ ἔτι ἂν ἐπ' ἐκεῖνα ζητεῖν τι τῶν ἠγνοημένων, εἰ καὶ μὴ ἄλλῳ τῳ, ἀλλὰ αὐτόν γε αὑτῷ ἐρίζοντα. (5) Καὶ ἐπὶ τῷδε ἐπαινῶ τοὺς σοφιστὰς τῶν Ἰνδῶν, ὧν λέγουσιν ἔστιν οὓς καταληφθέντας ὑπ' Ἀλεξάνδρου ὑπαιθρίους ἐν λειμῶνι, ἵναπερ αὐτοῖς διατριβαὶ ἦσαν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ποιῆσαι πρὸς τὴν ὄψιν αὐτοῦ τε καὶ τῆς στρατιᾶς, κρούειν δὲ τοῖς ποσὶ τὴν γῆν ἐφ' ἧς βεβηκότες ἦσαν. Ὡς δὲ ἤρετο Ἀλέξανδρος δι' ἑρμηνέων ὅ τι νοοῖ αὐτοῖς τὸ ἔργον, τοὺς δὲ ἀποκρίνασθαι ὧδε· (6) Ὦ βασιλεῦ Ἀλέξανδρε, ἄνθρωπος μὲν ἕκαστος τοσόνδε τῆς γῆς κατέχει ὅσονπερ τοῦτό ἐστιν ἐφ' ὅτῳ βεβήκαμεν· σὺ δὲ ἄνθρωπος ὢν παραπλήσιος τοῖς ἄλλοις, πλήν γε δὴ ὅτι πολυπράγμων καὶ ἀτάσθαλος, ἀπὸ τῆς οἰκείας τοσαύτην γῆν ἐπεξέρχῃ πράγματα ἔχων τε καὶ παρέχων ἄλλοις. Καὶ οὖν καὶ ὀλίγον ὕστερον ἀποθανὼν τοσοῦτον καθέξεις τῆς γῆς ὅσον ἐξαρκεῖ ἐντεθάφθαι τῷ σώματι.

ΚΕΦ. Β'.

Κἀνταῦθα ἐπῄνεσε μὲν Ἀλέξανδρος τούς τε λόγους αὐτοὺς καὶ τοὺς εἰπόντας, ἔπρασσε δὲ ὅμως ἄλλα καὶ τἀναντία οἷς ἐπῄνεσεν. Ἐπεὶ καὶ Διογένην τὸν ἐκ Σινώπης θαυμάσαι λέγεται, ἐν Ἰσθμῷ ἐντυχὼν τῷ Διογένει κατακειμένῳ ἐν ἡλίῳ, ἐπιστὰς ξὺν τοῖς ὑπασπισταῖς καὶ τοῖς πεζεταίροις καὶ ἐρόμενος εἴ του δέοιτο· ὁ δὲ Διογένης ἄλλου μὲν ἔφη δεῖσθαι οὐδενός, ἀπὸ τοῦ ἡλίου δὲ ἀπελθεῖν ἐκέλευσεν αὐτόν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. (2) Οὕτω τοι οὐ πάντη ἔξω ἦν τοῦ ἐπινοεῖν τὰ κρείττω Ἀλέξανδρος, ἀλλ' ἐκ δόξης γὰρ δεινῶς ἐκρατεῖτο. Ἐπεὶ καὶ ἐς Τάξιλα αὐτῷ ἀφικομένῳ καὶ ἰδόντι τῶν σοφιστῶν Ἰνδῶν τοὺς γυμνοὺς πόθος ἐγένετο ξυνεῖναί τινά οἱ τῶν ἀνδρῶν τούτων, ὅτι τὴν καρτερίαν αὐτῶν ἐθαύμασε· καὶ ὁ μὲν πρεσβύτατος τῶν σοφιστῶν, ὅτου ὁμιληταὶ οἱ ἄλλοι ἦσαν, Δάνδαμις ὄνομα, οὔτε αὐτὸς ἔφη παρ' Ἀλέξανδρον ἥξειν οὔτε τοὺς ἄλλους εἴα. (3) Ἀλλ' ἀποκρίνασθαι γὰρ λέγεται ὡς Διὸς υἱὸς καὶ αὐτὸς εἴη, εἴπερ οὖν καὶ Ἀλέξανδρος, καὶ ὅτι οὔτε δέοιτό του τῶν παρ' Ἀλεξάνδρου, ἔχειν γάρ οἱ εὖ τὰ παρόντα, καὶ ἅμα ὁρᾶν τοὺς ξὺν αὐτῷ πλανωμένους τοσαύτην γῆν καὶ θάλασσαν ἐπ' ἀγαθῷ οὐδενί, μηδὲ πέρας τι αὐτοῖς γινόμενον τῶν πολλῶν πλανῶν, οὔτ' οὖν ποθεῖν τι αὐτὸς ὅτου κύριος ἦν Ἀλέξανδρος δοῦναι, οὔτ' αὖ δεδιέναι, ὅτου κρατοίη ἐκεῖνος, ἔστιν οὗ εἴργεσθαι· (4) ζῶντι μὲν γάρ οἱ τὴν Ἰνδῶν γῆν ἐξαρκεῖν, φέρουσαν τὰ ὡραῖα· ἀποθανόντα δὲ ἀπαλλαγήσεσθαι οὐκ ἐπιεικοῦς ξυνοίκου τοῦ σώματος. Οὔκουν οὐδὲ Ἀλέξανδρον ἐπιχειρῆσαι βιάσασθαι, γνόντα ἐλεύθερον ὄντα τὸν ἄνδρα· ἀλλὰ Κάλανον γὰρ ἀναπεισθῆναι τῶν

CAP. II.

Atque Alexander quidem sapientum sententiam laudavit: non destitit tamen alia, et quidem iis quæ laudarat contraria, persequi. Siquidem et Diogenem Sinopensem in Isthmo admiratus fuisse dicitur, quum illum ad solem stratum apricantemque offendisset, cum scutatorum et peditum amicorum manu propius accessisse, rogasseque num aliqua re indigeret: cui Diogenes nulla se re egere respondit, simulque Alexandrum cum suo comitatu recedere jussit, ne objectu corporum solis calorem interciperent. (2) Ita non plane alienus erat ab optimarum rerum consideratione, sed gloriæ cupiditas transversum eum rapiebat. Nam et quum ad Taxila urbem venisset, Indorum sapientes nudos conspicatus, aliquem eorum sibi adjungi optabat, incredibilem in eis laborum tolerantiam admiratus. At qui inter illos sapientes erat natu maximus, cujus reliqui sectatores erant, Dandamis nomine, respondit, neque se ad Alexandrum venturum, neque aliis ut irent permissurum. Se enim etiam Jovis filium esse, perinde atque Alexandrum, neque ulla re ab Alexandro egere: iis enim quæ haberet contentum esse. Addidit præterea videre se, iis qui una cum eo tantum terrarum ac maris pervagati essent, nihil boni propositum esse, neque ullum erroribus eorum finem statui. Nihil itaque se expetere eorum quæ Alexander largiri posset: neque contra quidquam timere cujus ille potestatem habeat impediendi. (4) Quamdiu enim viveret, Indorum regionem tempestivos statis anni partibus fructus ferentem ipsi sufficere: quum vero mori contingeret, se a corpore ut socio non satis æquo discessurum. Quæ quum audisset Alexander, noluit invitum cogere, quod liberum hominem esse intelligeret;

ταύτῃ σοφιστῶν, ὅντινα μάλιστα δὴ αὐτοῦ ἀκράτορα Μεγασθένης ἀνέγραψεν αὐτοὺς τοὺς σοφιστὰς λέγειν, κακίζοντας τὸν Κάλανον ὅτι ἀπολιπὼν τὴν παρὰ σφίσιν εὐδαιμονίαν, ὁ δὲ δεσπότην ἄλλον ἢ τὸν θεὸν ἐθεράπευε.

ΚΕΦ. Γ'.

Ταῦτα ἐγὼ ἀνέγραψα, ὅτι καὶ ὑπὲρ Καλάνου ἐχρῆν εἰπεῖν ἐν τῇ περὶ Ἀλεξάνδρου ξυγγραφῇ· μαλακισθῆναι γάρ τι τῷ σώματι τὸν Κάλανον ἐν τῇ Περσίδι γῇ, οὕπω πρόσθεν νοσήσαντα· οὔκουν οὐδὲ δίαιταν διαιτᾶσθαι ἐθέλειν ἀῤῥώστου ἀνδρός, ἀλλὰ εἰπεῖν γὰρ πρὸς Ἀλέξανδρον, καλῶς αὐτῳ ἔχειν ἐν τῷ τοιῷδε καταστρέψαι, πρίν τινος ἐς πεῖραν ἐλθεῖν παθήματος ὅ τιπερ ἐξαναγκάσει αὐτὸν μεταβάλλειν τὴν πρόσθεν δίαιταν. (2) Καὶ Ἀλέξανδρον ἀντειπεῖν μὲν αὐτῷ ἐπὶ πολύ· ὡς δ' οὐχ ἡττησόμενον ἑώρα, ἀλλὰ ἄλλως ἂν ἀπαλλαγέντα, εἰ μή τις ταύτῃ ὑπεικάθοι, οὕτω δὴ ὅπῃ ἐπήγγελλεν αὐτός, κελεῦσαι νησθῆναι αὐτῷ πυράν, καὶ ταύτης ἐπιμεληθῆναι Πτολεμαῖον τὸν Λάγου τὸν σωματοφύλακα. Οἱ δὲ καὶ πομπήν τινα προπομπεῦσαι αὐτοῦ λέγουσιν ἵππους τε καὶ ἄνδρας, τοὺς μὲν ὡπλισμένους, τοὺς δὲ θυμιάματα παντοῖα τῇ πυρᾷ ἐπιφέροντας· οἱ δὲ καὶ ἐκπώματα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ καὶ ἐσθῆτα βασιλικὴν λέγουσιν ὅτι ἔφερον. (3) Αὐτῷ δὲ παρασκευασθῆναι μὲν ἵππον, ὅτι βαδίσαι ἀδυνάτως εἶχεν ὑπὸ τῆς νόσου· οὐ μὴν δυνηθῆναί γε οὐδὲ τοῦ ἵππου ἐπιβῆναι, ἀλλὰ ἐπὶ κλίνης γὰρ κομισθῆναι φερόμενον, ἐστεφανωμένον τε τῷ Ἰνδῶν νόμῳ καὶ ᾄδοντα τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ. Οἱ δὲ Ἰνδοὶ λέγουσιν ὅτι ὕμνοι θεῶν ἦσαν καὶ αὐτῶν ἔπαινοι. (4) Καὶ τὸν μὲν ἵππον τοῦτον ὅτου ἐπιβήσεσθαι ἔμελλε, βασιλικὸν ὄντα τῶν Νυσαίων, πρὶν ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν πυρὰν Λυσιμάχῳ χαρίσασθαι, τῶν τινι θεραπευόντων αὐτὸν ἐπὶ σοφίᾳ· τῶν δὲ δὴ ἐκπωμάτων ἢ στρωμάτων ὅσα ἐμβληθῆναι ἐς τὴν πυρὰν κόσμον αὐτῷ τετάχει Ἀλέξανδρος, ἄλλα ἄλλοις δοῦναι τῶν ἀμφ' αὐτόν. (5) Οὕτω δὴ ἐπιβάντα τῇ πυρᾷ κατακλιθῆναι μὲν ἐν κόσμῳ, δρᾶσθαι δὲ πρὸς τῆς στρατιᾶς ξυμπάσης. Ἀλεξάνδρῳ δὲ οὐκ ἐπιεικὲς φανῆναι τὸ θέαμα ἐπὶ φίλῳ ἀνδρὶ γιγνόμενον· ἀλλὰ τοῖς γὰρ ἄλλοις θαῦμα παρασχέσθαι οὐδέν τι παρακινήσαντα ἐν τῷ πυρὶ τοῦ σώματος. (6) Ὡς δὲ τὸ πῦρ ἐς τὴν πυρὰν ἐνέβαλον οἷς προστεταγμένον ἦν, τάς τε σάλπιγγας φθέγξασθαι λέγει Νέαρχος, οὕτως ἐξ Ἀλεξάνδρου προστεταγμένον, καὶ τὴν στρατιὰν ἐπαλαλάξαι πᾶσαν ὁποῖόν τι καὶ ἐς τὰς μάχας ἰοῦσα ἐπηλάλαζε, καὶ τοὺς ἐλέφαντας συνεπηχῆσαι τὸ ὀξὺ καὶ πολεμικόν, τιμῶντας Κάλανον. Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ὑπὲρ Καλάνου τοῦ Ἰνδοῦ ἱκανοὶ ἀναγεγράφασιν, οὐκ ἀχρεῖα πάντη ἐς ἀνθρώπους, ὅτῳ γνῶναι ἐπιμελές, ὅτι ὡς καρτερόν τε ἐστι καὶ ἀνίκητον γνώμη ἀνθρωπίνη ὅ τιπερ ἐθέλει ἐξεργάσασθαι.

Calano tamen persuasisse, uni ex sapientum numero: quem quidem incontinentem fuisse Megasthenes scribit: reliquosque sapientes judicasse perperam id a Calano factum fuisse, quod relicta felicitate quam sese consecutos censebant, alium dominum quam deum coleret.

CAP. III.

Atque hæc quidem commemoravi, quoniam et Calani mentionem fieri oportebat in historia Alexandri. Is namque quum in Perside corpore esset imbecillo, qui nunquam antea æger fuerat, non patiebatur se ad ægrotantium regulam ac diætam curari: quin potius Alexandro dicebat, præclare secum agi, quod in eo statu mori sibi contingeret, priusquam aliquod incommodum experiretur, quod pristinam vivendi rationem immutare cogeret: (2) Alexander contra ejus sententiæ acriter reluctabatur. Quum vero ab instituto deduci eum non posse cerneret, sed aliud genus mortis quæsiturum, nisi istud ei concederetur, crederet, rogum ei, ut petierat, accendi jussit: ejusque rei negotium dat Ptolemæo Lagi F. corporis custodi. Sunt qui asserant pompam etiam ab Alexandro præmissam fuisse, equosque et viros, alios quidem armatos, alios varii generis odoramenta ad rogum afferentes: alii etiam pocula aurea et argentea, atque adeo vestem regiam illatam aiunt. (3) Ipsi vero, quum præ morbo incedere non posset, equum adductum fuisse. Quumque ne equum quidem conscendere posset, lectica vectum atque Indico more coronatum fuisse, hymnos patria lingua canentem: quos quidem Indi laudes deorum et ipsorum continere dicebant. (4) Porro equum quem fuerat inscensurus (erat autem regius, ex genere Nysæorum) priusquam in rogum se immitteret, Lysimacho, uni ex iis qui eum sapientiæ nomine observarant ac coluerant, dedit. Pocula vero et stragula quæ Alexander ornandi ejus causa in rogum conjici jusserat, aliis atque aliis qui ei aderant distributa sunt. (5) Dehinc conscenso rogo decore se reclinasse in conspectu totius exercitus. Alexander indecorum censuit spectaculo interesse, quod amicus esset: reliquis summæ admirationi fuit, in mediis flammis corpus non movens. (6) Simulac vero ii quibus id negotii datum erat ignem rogo immiserunt, tubas clanxisse Nearchus tradit, (ita enim ab Alexandro imperatum erat) universumque exercitum clamores sustulisse, perinde atque quum prælium inire consuevit: elephantos etiam ingentem quendam bellicumque fremitum edidisse, Calanum cohonestantes. Hæc aliaque hujusmodi auctores fide digni de Calano conscripsere, non inutilia prorsus hominibus quibus curæ est intelligere, quam fortis atque invictus sit humanus animus, si aliquid sibi firmiter proponat.

ΚΕΦ. Δ'.

Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλέξανδρος Ἀτροπάτην μὲν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ σατραπείαν ἐκπέμπει παρελθὼν ἐς Σοῦσα· Ἀβουλίτην δὲ καὶ τὸν τούτου παῖδα Ὀξάθρην, ὅτι κακῶς ἐπεμελεῖτο τῶν Σουσίων, συλλαβὼν ἀπέκτεινε. (2) Πολλὰ μὲν δὴ πεπλημμέλητο ἐκ τῶν κατεχόντων τὰς χώρας ὅσαι δορύκτητοι πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐγένοντο ἔς τε τὰ ἱερὰ καὶ τάφους καὶ αὐτοὺς τοὺς ὑπηκόους, ὅτι χρόνιος ὁ εἰς Ἰνδοὺς στόλος ἐγεγένητο τῷ βασιλεῖ καὶ οὐ πιστὸν ἐφαίνετο ἀπονοστήσειν αὐτὸν ἐκ τοσῶνδε ἐθνῶν καὶ τοσῶνδε ἐλεφάντων, ὑπὲρ τὸν Ἰνδόν τε καὶ Ὑδάσπην καὶ τὸν Ἀκεσίνην καὶ Ὕφασιν φθειρόμενον. (3) Καὶ αἱ ἐν Γαδρωσίοις δὲ αὐτῷ ξυμφοραὶ ξυνενεχθεῖσαι ἔτι μᾶλλον ἐπῆραν τοὺς ταύτῃ σατραπεύοντας καταφρονῆσαι αὐτοῦ τῆς οἴκοι ἀπονοστήσεως. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ὀξύτερος λέγεται γενέσθαι ἐν τῷ τότε ἐς τὸ πιστεῦσαί τε τοῖς ἐπικαλουμένοις, ὡς πιθανοῖς δὴ ἐν παντὶ οὖσι, καὶ ἐπὶ τὸ τιμωρήσασθαι μεγάλως τοὺς καὶ ἐπὶ μικροῖς ἐξελεγχθέντας, ὅτι καὶ τὰ μεγάλα ἂν ἐδόκουν αὐτῷ τῇ αὐτῇ γνώμῃ ἐξεργάσασθαι.

4. Ὁ δὲ καὶ γάμους ἐποίησεν ἐν Σούσοις αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἑταίρων· αὐτὸς μὲν τῶν Δαρείου θυγατέρων τὴν πρεσβυτάτην Βαρσίνην ἠγάγετο, ὡς δὲ λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ ἄλλην πρὸς ταύτῃ, τῶν Ὤχου θυγατέρων τὴν νεωτάτην Παρύσατιν. Ἤδη δὲ ἦν αὐτῷ ἠγμένη καὶ ἡ Ὀξυάρτου τοῦ Βακτρίου παῖς Ῥωξάνη. (5) Δρύπετιν δὲ Ἡφαιστίωνι δίδωσι, Δαρείου παῖδα καὶ ταύτην, ἀδελφὴν τῆς αὐτοῦ γυναικός, ἐθέλειν γάρ οἱ ἀνεψιοὺς τῶν παίδων γενέσθαι τοὺς Ἡφαιστίωνος παῖδας· Κρατέρῳ δὲ Ἀμαστρίνην τὴν Ὀξυάρτου τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ παῖδα· Περδίκκᾳ δὲ τὴν Ἀτροπάτου τοῦ Μηδίας σατράπου παῖδα ἔδωκε· (6) Πτολεμαίῳ δὲ τῷ σωματοφύλακι καὶ Εὐμένει τῷ γραμματεῖ τῷ βασιλικῷ τὰς Ἀρταβάζου παῖδας τῷ μὲν Ἀρτακαμᾶν, τῷ δὲ Ἄρτωνιν· Νεάρχῳ δὲ τὴν Βαρσίνης τε καὶ Μέντορος παῖδα· Σελεύκῳ δὲ τὴν Σπιταμένους τοῦ Βακτρίου παῖδα· ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἑταίροις τὰς δοκιμωτάτας Περσῶν τε καὶ Μήδων παῖδας ἐς ὀγδοήκοντα. (7) Οἱ γάμοι δὲ ἐποιήθησαν νόμῳ τῷ Περσικῷ· θρόνοι ἐτέθησαν τοῖς νυμφίοις ἐφεξῆς καὶ μετὰ τὸν πότον ἦκον αἱ γαμούμεναι καὶ παρεκαθέζοντο ἑκάστη τῷ ἑαυτῆς· οἱ δὲ ἐδεξιώσαντό τε αὐτὰς καὶ ἐφίλησαν· πρῶτος δὲ ὁ βασιλεὺς ἦρξεν· ἐν τῷ αὐτῷ γὰρ πάντων ἐγίγνοντο οἱ γάμοι. Καὶ τοῦτο, εἴπερ τι ἄλλο, ἔδοξε δημοτικόν τε καὶ φιλέταιρον πρᾶξαι Ἀλέξανδρον. (8) Οἱ δὲ παραλαβόντες ἀπῆγον τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος· προῖκας δὲ ξυμπάσαις ἐπέδωκεν Ἀλέξανδρος. Καὶ ὅσοι δὲ ἄλλοι ἡγμένοι ἦσαν Μακεδόνες τῶν Ἀσιανῶν τινας γυναικῶν, ἀπογραφῆναι ἐκέλευσε καὶ τούτων τὰ ὀνόματα, καὶ ἐγένοντο ὑπὲρ τοὺς μυρίους, καὶ τούτοις δωρεαὶ Ἀλεξάνδρου ἐδόθησαν ἐπὶ τοῖς γάμοις.

CAP. IV.

Post hæc Alexander Atropatem in satrapatum suum mittit, ipse Susa proficiscitur. Abulitem ejusque filium Oxathrem, quod res Susiorum non recte administrarant, comprehensos necavit. (2) Multa porro flagitia admissa erant ab iis, qui regiones ab Alexandro debellatas administrabant, cum in templa et sepulcra, tum in subditos ipsos. Diuturna enim regis in Indos expeditio fuerat, neque verisimile eis fiebat eum ex tot gentibus totque elephantis sospitem rediturum, sed trans Indum, Hydaspem, Acesinem atque Hyphasim interiturum. (3) Calamitas etiam illa quæ exercitui apud Gadrosios acciderat, satrapas illius regionis magis exstimularat, ut de ipsius reditu omnem cogitationem deponerent. Porro Alexander pronior jam ad fidem delationibus adhibendam factus erat atrocibusque suppliciis leviter etiam delinquentes afficiebat, quippe quos item majora delicta animo agitare cogitabat.

4. Posthæc ad nuptias et suas et amicorum Susis celebrandas animum convertit: atque ipse quidem Barsinem ex Darii filiabus natu maximam uxorem duxit, et præter hanc aliam, ut Aristobulus tradit, Parysatin, ex filiabus Ochi natu minimam: sed et antea Roxanem Oxyartis Bactrii filiam duxerat. (5) Drypetim, Darii filiam, uxorisque suæ sororem Hephæstioni dat. Volebat enim Hephæstionis liberos suis consobrinos esse. Cratero Amastrinen Oxyartis Darii fratris filiam: Perdiccæ Atropatis Medorum satrapæ filiam: (6) Ptolemæo corporis custodi atque Eumeni scribæ regio Artabazi filias: illi quidem Artacamam, huic vero Artonim: Nearcho Spitamenis Bactrii filiam dedit, atque ita reliquis etiam amicis Persarum ac Medorum illustrium filias LXXX. matrimonio copulavit. (7) Nuptiæ Persico more celebratæ sunt. Sedilia ex ordine iis posita erant qui uxores ducturi erant, et post convivium sponsæ adductæ singulæ suis sponsis assederunt, qui mox dextris datis osculo eas exceperunt, initio a rege facto. Cunctorum enim nuptiæ simul agebantur. Quod quidem, siquid aliud, populariter atque amice ab Alexandro factum esse judicabatur. (8) Sponsi sua quisque sponsa accepta recesserunt: Alexander dotes omnibus contulit. Nomina præterea reliquorum Macedonum qui Asiaticas uxores duxissent conscribi jussit. Numerus supra decem millia fuit: et his etiam sponsalia munera ab Alexandro data sunt.

ΚΕΦ. Ε'.

Καὶ τὰ χρέα ἐπιλύσασθαι τῆς στρατιᾶς ὅσοις χρέα ἦν ἐν καιρῷ οἱ ἔδοξε, καὶ κελεύει ἀπογράφεσθαι ὁπόσον ὀφείλει ἕκαστος, ὡς ληψομένους. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα ὀλίγοι ἀπέγραψαν σφῶν τὰ ὀνόματα, δεδιότες ἐξ Ἀλεξάνδρου μὴ πεῖρα αὕτη εἴη καθειμένη, ὅτῳ οὐκ ἀποχρῶσα ἡ μισθοφορὰ τῶν στρατιωτῶν ἐστι καὶ ὅτῳ πολυτελὴς ἡ δίαιτα. (2) Ὡς δὲ ἐξήγγελτο ὅτι οὐκ ἀπογράφουσι σφᾶς οἱ πολλοί, ἀλλ' ἐπικρύπτουσιν ὅτῳ τι εἴη συμβόλαιον, τὴν μὲν ἀπιστίαν τῶν στρατιωτῶν ἐκάκισεν· οὐ γὰρ χρῆναι οὔτ' οὖν τὸν βασιλέα ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν πρὸς τοὺς ὑπηκόους, οὔτε τῶν ἀρχομένων τινὰ ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν δοκεῖν τὸν βασιλέα. (3) Καταθεὶς δὲ τραπέζας ἐν τῷ στρατοπέδῳ καὶ ἐπὶ τούτων χρυσίον, (καὶ) τοὺς ἐπιμελησομένους τῆς δόσεως ἑκάστοις ὅστις συμβόλαιον ἐπεδείκνυτο ἐπιλύεσθαι τὰ χρέα ἐκέλευεν οὐκ ἀπογραφομένους ἔτι τὰ ὀνόματα. Καὶ οὕτω δὴ ἐπίστευσάν τε ἀληθεύειν Ἀλέξανδρον καὶ σὺν χάριτι μείζονι ἐγίγνετο αὐτοῖς τὸ μὴ γνωσθῆναι μᾶλλόν τι ἢ τὸ παύσασθαι ὀφείλοντας. Λέγεται δὲ γενέσθαι ἡ δόσις αὕτη τῇ στρατιᾷ ἐς τάλαντα δισμύρια.

4. Ἔδωκε δὲ καὶ δῶρα ἄλλοις ἄλλα, ὅπως τις κατ' ἀξίωσιν ἐτιμᾶτο ἢ κατ' ἀρετὴν εἴ τις ἐπιφανὴς ἐγεγόνει ἐν τοῖς κινδύνοις. Καὶ ἐστεφάνωσε χρυσοῖς στεφάνοις τοὺς ἀνδραγαθίᾳ διαπρέποντας, (5) πρῶτον μὲν Πευκέσταν τὸν ὑπερασπίσαντα, ἔπειτα Λεοννάτον, καὶ τοῦτον ὑπερασπίσαντα, καὶ διὰ τοὺς ἐν Ἰνδοῖς κινδύνους καὶ τὴν ἐν Ὄροις νίκην γενομένην, ὅτι παρατεταγμένος σὺν τῇ ὑπολειφθείσῃ δυνάμει πρὸς τοὺς νεωτερίζοντας τῶν τε Ὀρειτῶν καὶ τῶν πλησίον τούτων ὠκισμένων τῇ τε μάχῃ ἐκράτησε καὶ τἆλλα καλῶς ἔδοξε τὰ ἐν Ὄροις κοσμῆσαι. (6) Ἐπὶ τούτοις δὲ Νέαρχον ἐπὶ τῷ περίπλῳ τῷ ἐκ τῆς Ἰνδῶν γῆς κατὰ τὴν μεγάλην θάλασσαν ἐστεφάνωσε· καὶ γὰρ καὶ οὗτος ἀφιγμένος ἤδη ἐς Σοῦσα ἦν· ἐπὶ τούτοις δὲ Ὀνησίκριτον τὸν κυβερνήτην τῆς νεὼς τῆς βασιλικῆς· ἔτι δὲ Ἡφαιστίωνα καὶ τοὺς ἄλλους σωματοφύλακας.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ἦκον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ σατράπαι οἱ ἐκ τῶν πόλεών τε τῶν νεοκτίστων καὶ τῆς ἄλλης γῆς τῆς ὁρυαλώτου, παῖδας ἡβάσκοντας ἤδη ἐς τρισμυρίους ἄγοντες, τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότας, οὓς ἐπιγόνους ἐκάλει Ἀλέξανδρος, κεκοσμημένους Μακεδονικοῖς ὅπλοις καὶ τὰ πολέμια ἐς τὸν τρόπον τὸν Μακεδονικὸν ἠσκημένους. (2) Καὶ οὗτοι ἀφικόμενοι λέγονται ἀνιᾶσαι Μακεδόνας, ὡς πάντα δὴ μηχανωμένου Ἀλεξάνδρου ὑπὲρ τοῦ μηκέτι ὡσαύτως δεῖσθαι Μακεδόνων· εἶναι γὰρ οὖν καὶ τὴν Μηδικὴν τὴν Ἀλεξάνδρου στολὴν ἄλγος οὐ σμικρὸν Μακεδόσιν ὁρωμένην, καὶ τοὺς γάμους ἐν τῷ νόμῳ τῷ Περσικῷ ποιηθέντας οὐ πρὸς θυμοῦ γενέσθαι τοῖς πολλοῖς αὐτῶν, οὐδὲ τῶν γημάντων ἔστιν οἷς, καίτοι τῇ ἰσότητι τῇ ἐς τὸν βασιλέα μεγάλως τετιμημένοις. (3) Πευκέστας τε ὁ Περσῶν σατράπης τῇ τε σκευῇ καὶ τῇ φωνῇ περσίζων ἐλύπει αὐτούς, ὅτι τῷ βαρβαρισμῷ αὐτοῦ ἔχαιρεν Ἀλέξανδρος, καὶ οἱ Βακτρίων δὲ καὶ οἱ Σογδιανῶν καὶ Ἀραχώτων ἱππεῖς, καὶ Ζαράγγων δὲ καὶ Ἀρείων καὶ Παρθυαίων καὶ ἐκ Περσῶν οἱ Εὐάκαι καλούμενοι ἱππεῖς καταλοχισθέντες ἐς τὴν ἵππον τὴν ἑταιρικὴν ὅσοι αὐτῶν κατ' ἀξίωσιν καὶ κάλλει τοῦ σώματος ἢ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ὑπερφέροντες ἐφαίνοντο, (4) καὶ πέμπτη ἐπὶ τούτοις ἱππαρχία προσγενομένη, οὐ βαρβαρικὴ ἡ πᾶσα, ἀλλὰ ἐπαυξηθέντος γὰρ τοῦ παντὸς ἱππικοῦ κατελέγησαν ἐς αὐτὸ τῶν βαρβάρων, τῷ τε ἀγήματι προσκαταλεγέντες Κωφήν τε ὁ Ἀρταβάζου καὶ Ὑδάρνης καὶ Ἀρτιβόλης οἱ Μαζαίου, καὶ Σισίνης καὶ Φραδασμένης οἱ Φραταφέρνου τοῦ Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίας σατράπου παῖδες, καὶ Ἱστάνης Ὀξυάρτου μὲν παῖς, Ῥωξάνης δὲ τῆς γυναικὸς Ἀλεξάνδρου ἀδελφός. (5) Καὶ Αὐταβάρης καὶ ὁ τούτου ἀδελφὸς Μιθροβαῖος, καὶ ἡγεμὼν ἐπὶ τούτοις ἐπισταθεὶς Ὑστάσπης ὁ Βάκτριος, καὶ τούτοις δόρατα Μακεδονικὰ ἀντὶ τῶν βαρβαρικῶν μεσαγκύλων δοθέντα, ταῦτα πάντα ἐλύπει τοὺς Μακεδόνας, ὡς πάντη δὴ βαρβαρίζοντος τῇ γνώμῃ Ἀλεξάνδρου, τὰ δὲ Μακεδονικὰ νόμιμά τε καὶ αὐτοὺς Μακεδόνας ἐν ἀτίμῳ χώρᾳ ἄγοντος.

ΚΕΦ. Ζ'.

Ἀλέξανδρος δὲ τῆς μὲν πεζῆς στρατιᾶς τὴν πολλὴν Ἡφαιστίωνα ἄγειν κέλευει ἔστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν Περσικήν. Αὐτὸς δὲ ἀναπλεύσαντος αὐτῷ τοῦ ναυτικοῦ ἐς τὴν Σουσίαν γῆν ἐπιβὰς τῶν νεῶν ξὺν τοῖς ὑπασπισταῖς τε καὶ τῷ ἀγήματι καὶ τῶν ἱππέων τῶν ἑταίρων ἀναβιβασάμενος οὐ πολλοὺς κατέπλει κατὰ τὸν Εὐλαῖον ποταμὸν ὡς ἐπὶ θάλασσαν. (2) Ἤδη δὲ πλησίον ὢν τῆς ἐκβολῆς τῆς ἐς τὸν πόντον τὰς μὲν πλείονάς τε καὶ πεπονηκυίας τῶν νεῶν καταλείπει αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ ταῖς μάλιστα ταχυναυτούσαις παρέπλει ἀπὸ τοῦ Εὐλαίου ποταμοῦ κατὰ τὴν θάλασσαν ὡς ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Τίγρητος· αἱ δὲ ἄλλαι αὐτῷ νῆες ἀνακομισθεῖσαι κατὰ τὸν Εὐλαῖον ἔστε ἐπὶ τὴν διώρυχα ἣ τέτμηται ἐκ τοῦ Τίγρητος ἐς τὸν Εὐλαῖον, ταύτῃ διεκομίσθησαν ἐς τὸν Τίγρητα.

3. Τῶν γὰρ δὴ ποταμῶν τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγρητος, οἳ τὴν μέσην σφῶν Συρίαν ἀπείργουσιν, ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα Μεσοποταμία πρὸς τῶν ἐπιχωρίων κληΐζεται, ὁ μὲν Τίγρης πολύ τι ταπεινότερος ῥέων τοῦ Εὐφράτου διώρυχάς τε πολλὰς ἐκ τοῦ Εὐφράτου ἐς αὐτὸν δέχεται καὶ πολλοὺς ἄλλους ποταμοὺς παραλαβὼν καὶ ἐξ αὐτῶν αὐξηθεὶς ἐσβάλλει ἐς τὸν πόντον τὸν Περσικόν, (4) μέγας τε καὶ οὐδαμοῦ διαβατὸς ἔστε ἐπὶ τὴν ἐκβολήν, καθότι οὐ καταναλίσκεται αὐτοῦ οὐδὲν ἐς τὴν χώραν. Ἔστι γὰρ μετεωροτέρα ἡ ταύτῃ γῆ τοῦ

CAP. V.

Ad hæc opportunum ei visum est quidquid æris alieni milites conflaverant dissolvere. Quumque quantum quisque deberet ad se referri jussisset, ut pecuniam acciperent, initio quidem pauci nomina sua conscribi passi sunt, veriti ne Alexander id eo consilii faceret, ut exploraret quibus militibus ob immoderatos sumptus quos facerent stipendium non sufficeret : (2) posteaquam vero renunciatum ei est plerosque nomina dare nolle, sed suas unumquemque rationes et contractus occultare, militum diffidentiam reprehendit dicens non debere regem erga subditos suos alium quam veracem esse, neque quenquam subditorum aliter affectum esse debere, quam ut regem veracem esse credat. (3) Deinde mensis per castra dispositis pecuniaque iis imposita, et constitutis qui largitionem illam administrarent, omnium qui rationes contractusque suos adferrent nomina dissolvi jussit, ne nominibus quidem debitorum conscriptis : ac tum demum veracem Alexandrum crediderunt, gratiusque eis accidit ignorari nomina, quam debito liberari. Ea largitio exercitui facta XX M talentum fuisse dicitur.

4. Ad hæc alia aliis pro uniuscujusque dignitate dona dedit aut pro virtute qua quis in prœliis eminuisset. Eos vero qui præclarum aliquod facinus edidissent aureis coronis donavit. (5) Ac primum quidem Peucestam qui scuto eum protexerat : deinde Leonnatum, qui etiam eum propugnarat, et ob pericula apud Indos adita et ob victoriam apud Oros partam, quodque cum copiis suis in aciem progressus Oritarum iisque finitimorum populorum motus defectionemque compescuisset et prælio superasset, multaque alia apud Oros præclare gessisset. (6) Dehinc Nearchum, quod classem ex Indorum regione per Oceanum duxisset, coronavit. Nam et hic jam Susa pervenerat. Post hunc Onesicritum gubernatorem navis regiæ : deinde Hephæstionem aliosque corporis custodes.

CAP. VI.

Post hæc satrapæ novarum urbium abs se conditarum aliarumque provinciarum quas debellarat ad Alexandrum venerunt, XXX M. adolescentum pubescentium et æqualium ducentes, quos Alexander Epigonos, *sive posteros suos,* vocabat, omnes Macedonicis armis instructos et ad militiam Macedonico more exercitatos. (2) Horum adventum Macedones ægre tulisse dicuntur, utpote machinante omnibus modis Alexandro, ne in posterum perinde Macedonibus egeret. Improbatum etiam eis vehementer, quod stola Medica Alexandrum indutum cernerent : quodque nuptiæ Persico more celebratæ essent, multis etiam eorum qui uxores duxerant displicuisse : tamesti æqualitate ac societate regiarum nuptiarum vehementer cohonestati fuissent. (3) Male etiam eos habebat, quod Peucestas Persarum satrapa cultu ipso atque sermone persizaret, quodque Alexander barbarica illa affectatione delectaretur. Præterea quod Bactriani, Sogdiani, Arachoti, Zarangi, Arii, Parthi, et qui ex Persis Euacæ vocantur equites, amicorum equitatui accensi permistique essent, quotquot dignitate aut corporis præstantia aut virtute aliqua præditi judicarentur. (4) Adhæc quod quinta equitum præfectura accessisset, non quidem tota solis barbaris constans, sed quod universo equitatu aucto nonnulli barbari in eam admissi essent, atque agemati quidem accensi fuissent Cophen Artabazi F., Hydarnes et Artiboles, Mazæi filii : et Sisines et Phradasmenes, Phrataphernis Parthorum atque Hyrcaniæ satrapæ filii : Histanes Oxyartis filius, et Roxanes Alexandri uxoris frater : (5) Autobares ejusque frater Mithrobæus : quodque horum dux esset Hystaspes Bactrianus, et quod his Macedonicæ hastæ loco barbaricorum jaculorum datæ essent : hæc omnia Macedones periniquo animo ferebant, quod Alexander in barbaricos plane mores abire videretur, Macedonum vero instituta ipsosque adeo Macedones despectui haberet.

CAP. VII.

Post hæc Alexander pedestris exercitus majorem partem Hephæstioni ad Persicum mare ducendam committit. Ipse vero classe in Susiorum regionem appulsa, conscensis navibus cum scutatis et agemate ac parte equitum amicorum, per Eulæum amnem ad mare navigavit. (2) Quumque jam non procul ab ostio quo in mare fertur abesset, plerisque navibus atque iis quæ quassatæ crant ibi relictis, ipse cum velocioribus ab Eulæo amne per mare ad Tigridis ostia contendit. Reliquæ naves per Eulæum revectæ in alveum qui ex Tigride in Eulæum amnem ducitur, in Tigrim transvectæ sunt.

3. Nam ex duobus fluviis, Euphrate nimirum et Tigri, qui Assyriam interjectam terminant, unde et Mesopotamia ab indigenis vocata est, Tigris quidem Euphrate multo humilior multos alveos ex Euphrate in se recipit : multos etiam alios fluvios admittens et ex eis auctus in pontum Persicum fertur : (4) magnus ipse, neque usquam ad ostium maris usque vado transmeabilis, quandoquidem nihil ex eo flumine in terram diffunditur quod ejus profunditatem imminuat. Est enim ea parte terra altior quam aqua. Neque hic fluvius in alios alveos aut alia flumina diffunditur,

ὕδατος, οὐδὲ ἐκδίδωσιν οὗτος κατὰ τὰς διώρυχας οὐδὲ ἐς ἄλλον ποταμόν, ἀλλὰ δέχεται γὰρ ἐκείνους μᾶλλον· ἄρδεσθαί τε ἀπὸ οὗ τὴν χώραν οὐδαμῆ παρέχει. (5) Ὁ δὲ Εὐφράτης μετέωρός τε ῥεῖ καὶ ἰσοχείλης παντα-
5 χοῦ τῇ γῇ, καὶ διώρυχές τε πολλαὶ ἀπ' αὐτοῦ πεποίηνται, αἱ μὲν ἀέναοι, ἀφ' ὧν ὑδρεύονται οἱ παρ' ἑκάτερα ᾠκισμένοι· τὰς δὲ καὶ πρὸς καιρὸν ποιοῦνται, ὁπότε σφίσιν ὕδατος ἐνδεῶς ἔχοι, ἐς τὸ ἐπάρδειν τὴν χώραν· οὐ γὰρ ὕεται τὸ πολὺ ἡ γῆ αὕτη ἐξ οὐρανοῦ· καὶ οὕτως
10 ἐς οὐ πολὺ ὕδωρ ὁ Εὐφράτης τελευτῶν καὶ τεναγῶδες τοῦτο, οὕτως ἀποπαύεται.

6. Ἀλέξανδρος δὲ περιπλεύσας κατὰ τὴν θάλασσαν ὅσον μεταξὺ τοῦ τε Εὐλαίου ποταμοῦ καὶ τοῦ Τίγρητος ἐπεῖχεν ὁ αἰγιαλὸς τοῦ κόλπου τοῦ Περσικοῦ, ἀνέπλει
15 κατὰ τὸν Τίγρητα ἔστε ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἵνα Ἡφαιστίων αὐτῷ τὴν δύναμιν πᾶσαν ἔχων ἐστρατοπεδεύκει. Ἐκεῖθεν δὲ αὖθις ἔπλει ἐς Ὤπιν, πόλιν ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ᾠκισμένην. (7) Ἐν δὲ τῷ ἀνάπλῳ τοὺς καταῤῥάκτας τοὺς κατὰ τὸν ποταμὸν ἀφανίζων ὁμαλὸν πάντη
20 ἐποίει τὸν ῥοῦν, οἳ δὴ ἐκ Περσῶν πεποιημένοι ἦσαν, τοῦ μή τινα ἀπὸ θαλάσσης ἀναπλεῦσαι εἰς τὴν χώραν αὐτῶν νηίτῃ στόλῳ κρατήσαντα. Ταῦτα δὲ μεμηχάνητο ἅτε δὴ οὐ ναυτικοῖς τοῖς Πέρσαις· οὕτω δὴ συνεχεῖς οἱ καταῤῥάκται πεποιημένοι ἄπορον τὸν ἀνάπλουν
25 ἐποίουν τὸν κατὰ τὸν Τίγρητα. Ἀλέξανδρος δὲ οὐκ ἔφη τῶν κρατούντων τοῖς ὅπλοις εἶναι τὰ τοιαῦτα σοφίσματα· οὔκουν πρὸς αὐτοῦ ἐποιεῖτο ταύτην τὴν ἀσφάλειαν, ἥντινα ἔργῳ οὐδὲ λόγου ἀξίαν ἀπέφηνεν, οὐ χαλεπῶς διακόψας τῶν Περσῶν τὰ σπουδάσματα.

ΚΕΦ. Η'.

30 Ὡς δὲ ἐς τὴν Ὤπιν ἀφίκετο, ξυναγαγὼν τοὺς Μακεδόνας προεῖπεν ὅτι τοὺς ὑπὸ γήρως ἢ πηρώσεως τοῦ σώματος ἀχρείους ἐς τὰ πολέμια ὄντας παραλύει μὲν τῆς στρατιᾶς, ἀποπέμπει δὲ ἐς τὰ σφέτερα ἤθη· ἐπιδώσει δὲ ἀπιοῦσιν ὅσα αὐτούς τε ζηλωτοτέρους ποιήσει
35 τοῖς οἴκοι καὶ τοὺς ἄλλους Μακεδόνας ἐξορμήσει ἐς τὸ ἐθέλειν τῶν αὐτῶν κινδύνων τε καὶ πόνων μετέχειν. (2) Ἀλέξανδρος μὲν ὡς χαριούμενος δῆθεν τοῖς Μακεδόσι ταῦτα ἔλεγεν· οἱ δὲ ὡς ὑπερορώμενοί τε ἤδη πρὸς Ἀλεξάνδρου καὶ ἀχρεῖοι πάντη ἐς τὰ πολέμια νομιζόμενοι οὐκ ἀλόγως αὖ τῷ λόγῳ ἠχθέσθησαν τῷ πρὸς
40 Ἀλεξάνδρου λεχθέντι, κατὰ τὴν στρατιὰν ταύτην πᾶσαν πολλοῖς καὶ ἄλλοις ἀχθεσθέντες, ὅτι πολλάκις ἤδη ἐλύπει αὐτοὺς ἥ τε ἐσθὴς ἡ Περσικὴ ἐς τοῦτο φέρουσα καὶ τῶν Ἐπιγόνων τῶν βαρβάρων ἡ ἐς τὰ Μακεδονικὰ ἦθη κόσμησις καὶ ἀνάμιξις τῶν ἀλλοφύλων ἱππέων ἐς
45 τὰς τῶν ἑταίρων τάξεις. (3) Οὔκουν σιγῇ ἔχοντες ἐκαρτέρησαν, ἀλλὰ πάντας γὰρ ἀπαλλάττειν τῆς στρατιᾶς ἐκέλευον, αὐτὸν δὲ μετὰ τοῦ πατρὸς στρατεύεσθαι, τὸν Ἄμμωνα δὴ τῷ λόγῳ ἐπικερτομοῦντες. Ταῦτα ἀκούσας Ἀλέξανδρος (ἦν γὰρ δὴ ὀξύτερός τε ἐν τῷ τότε
50

sed potius in se recipit : terram vero ipse non irrigat. (5 At Euphrates altus fluit, et passim suis aquis terræ quam alluit altitudinem exæquat, multique ex eo alvei derivantur : alii quidem perennes, ex quibus utriusque ripæ accolæ aquam petunt, alii certo tempore fiunt, quum aquæ ad irrigandam terram inopia premuntur; raro enim iis in locis imbres e cœlo cadunt: quo fit ut in aquam non omnino magnam et vadosam alioqui Euphrates desinat.

6. Alexander circumvectus mari, quidquid spatii inter Eulæum amnem et Tigrim Persici sinus littus continet, per Tigrim ad castra navigavit, ubi Hephæstion cum omnibus copiis consederat. Inde rursus Opim, urbem ad Tigrim sitam profectus est, (7) atque inter navigandum cataractas omnes tolli amnemque exæquari jubet. Quas quidem cataractas Persæ confecerant, ne quis e mari navali classe in eorum regionem penetraret. Atque ita confectæ erant a Persis, quod rei nauticæ periti non erant, et cataractarum frequentia difficilem admodum per Tigrim navigationem faciebat. Alexander hujusmodi inventa esse dicebat hominum qui armis parum valerent. Neque igitur sibi utilem futuram eam munitionem putavit, quam revera nullius momenti esse ostendit, quum Persarum molitiones parvo negotio deleret.

CAP. VIII.

Opim quum venit, convocatis Macedonibus pronunciavit, se omnes eos qui vel ætate vel membrorum mutilatione inutiles ad pugnam facti essent missos ab exercitu facere, et in domos suas redeundi potestatem dare : qui vero abirent, tantum se largiturum, ut merito iis qui domi desideant, invidiosi sint futuri aliosque Macedonas excitaturi ut libenter eadem pericula ac labores subeant. (2) Atque hæc quidem Alexander animo gratificandi Macedonibus dicebat : ipsi, ita interpretati ac si ab Alexandro despicerentur inutilesque ad res bellicas judicarentur, vehementer ea oratione commoti sunt, qua Alexander usus fuerat, postquam per totam hanc expeditionem aliæ indignationis causæ accesserunt, quod jam sæpenumero eos offenderat Persica vestis eodem pertinens, et ornatus Macedonicus barbaris adolescentibus, quos Posteros suos vocabat, concessus, deinde peregrini equites amicorum cohortibus accensi et permisti. (3) Non igitur jam amplius silentium tenuerunt, sed omnes militiæ sacramento absolvi petierunt, adjicientes, ut cum patre suo bellum gereret, Ammonem iis verbis sugillantes. Quæ quum audisset Alexander (erat enim jam magis solito ad iram

καὶ ἀπὸ τῆς βαρβαρικῆς θεραπείας οὐκέτι ὡς πάλαι ἐπιεικὴς ἐς τοὺς Μακεδόνας), καταπηδήσας σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἡγεμόσιν ἀπὸ τοῦ βήματος ξυλλαβεῖν τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ταραξάντων τὸ πλῆθος κελεύει, αὐτὸς τῇ χειρὶ ἐπιδεικνύων τοῖς ὑπασπισταῖς οὕστινας χρὴ συλλαμβάνειν· καὶ ἐγένοντο οὗτοι ἐς τρεῖς καὶ δέκα. Τούτους μὲν δὴ ἀπάγειν κελεύει τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Ὡς δὲ κατεσιώπησαν οἱ ἄλλοι ἐκπλαγέντες, ἀναβὰς αὖθις ἐπὶ τὸ βῆμα ἔλεξεν ὧδε.

ΚΕΦ. Θ'.

« Οὐχ ὑπὲρ τοῦ καταπαῦσαι ὑμῶν τὴν οἴκαδε ὁρμήν, ὦ Μακεδόνες, λεχθήσεταί μοι ὅδε ὁ λόγος, ἔξεστι γὰρ ὑμῖν ἀπιέναι ὅποι βούλεσθε ἐμοῦ γε ἕνεκα, ἀλλ' ὡς γνῶναι ὑμᾶς πρὸς ὁποίους τινὰς ἡμᾶς ὄντας ὁποῖοί τινες αὐτοὶ γενόμενοι ἀπαλλάσσεσθε. (2) Καὶ πρῶτά γε ἀπὸ Φιλίππου τοῦ πατρός, ἥπερ καὶ εἰκός, τοῦ λόγου ἄρξομαι. Φίλιππος γὰρ παραλαβὼν ὑμᾶς πλανήτας καὶ ἀπόρους, ἐν διφθέραις τοὺς πολλοὺς νέμοντας ἀνὰ τὰ ὄρη πρόβατα ὀλίγα καὶ ὑπὲρ τούτων κακῶς μαχομένους Ἰλλυριοῖς τε καὶ Τριβαλλοῖς καὶ τοῖς ὁμόροις Θραξί, χλαμύδας μὲν ὑμῖν ἀντὶ τῶν διφθερῶν φορεῖν ἔδωκε, κατήγαγε δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν ἐς τὰ πεδία, ἀξιομάχους καταστήσας τοῖς προσχώροις τῶν βαρβάρων, ὡς μὴ χωρίων ἔτι ὀχυρότητι πιστεύοντας μᾶλλον ἢ τῇ οἰκείᾳ ἀρετῇ σώζεσθαι· πόλεών τε οἰκήτορας ἀπέφηνε καὶ νόμοις καὶ ἔθεσι χρηστοῖς ἐκόσμησεν. (3) Αὐτῶν δὲ ἐκείνων τῶν βαρβάρων, ὑφ' ὧν πρόσθεν ἤγεσθε καὶ ἐφέρεσθε αὐτοί τε καὶ τὰ ὑμέτερα, ἡγεμόνας κατέστησεν ἐκ δούλων καὶ ὑπηκόων, καὶ τῆς Θρᾴκης τὰ πολλὰ τῇ Μακεδονίᾳ προσέθηκε, καὶ τῶν ἐπὶ θαλάττῃ χωρίων τὰ ἐπικαιρότατα καταλαβόμενος τὴν ἐμπορίαν τῇ χώρᾳ ἀνεπέτασε, καὶ τῶν μετάλλων τὴν ἐργασίαν ἀδεῆ παρέσχε· (4) Θεσσαλῶν δὲ ἄρχοντας, οὓς πάλαι ἐτεθνήκειτε τῷ δέει, ἀπέφηνε, καὶ τὸ Φωκέων ἔθνος ταπεινώσας τὴν ἐς τὴν Ἑλλάδα πάροδον πλατεῖαν καὶ εὔπορον ἀντὶ στενῆς τε καὶ ἀπόρου ὑμῖν ἐποίησεν· Ἀθηναίους τε καὶ Θηβαίους, ἐφεδρεύοντας ἀεὶ τῇ Μακεδονίᾳ, ἐς τοσόνδε ἐταπείνωσεν, ἤδη ταῦτά γε καὶ ἡμῶν αὐτῷ ξυμπονούντων, ὡς ἀντὶ τοῦ φόρους τελεῖν Ἀθηναίοις καὶ ὑπακούειν Θηβαίων, παρ' ἡμῶν ἐν τῷ μέρει ἐκείνους τὴν ἀσφάλειάν σφισι πορίζεσθαι. (5) Ἐς Πελοπόννησον δὲ παρελθὼν τὰ ἐκεῖ αὖ ἐκόσμησε· καὶ ἡγεμὼν αὐτοκράτωρ συμπάσης τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἀποδειχθεὶς τῆς ἐπὶ τὸν Πέρσην στρατείας οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλόν τι τὴν δόξαν τήνδε ἢ τῷ κοινῷ τῶν Μακεδόνων προσέθηκε.

6. Ταῦτα μὲν τὰ ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ ἐς ὑμᾶς ὑπηργμένα, ὡς μὲν αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν σκέψασθαι μεγάλα, μικρὰ δὲ ὥς γε δὴ πρὸς τὰ ἡμέτερα ξυμβαλεῖν· ὃς παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς χρυσᾶ μὲν καὶ ἀργυρᾶ ἐκπώματα ὀλίγα, τάλαντα δὲ οὐδὲ ἑξήκοντα ἐν τοῖς θη-

proclivus, atque ob barbaricum comitatum non ita atque olim erga Macedones facilis atque humanus) confestim cum ducibus qui eum circumstabant de tribunali desiliens, præcipuos eorum qui multitudinem ad seditionem concitabant comprehendi jubet, scutatis manu designans quosnam capi vellet : tredecim hi fuere. Quos statim ad supplicium rapi jubet. Quo facto quum reliqui attoniti silentium fecissent, conscenso rursus tribunali, in hunc modum disseruit.

CAP. IX.

« Non sum facturus verba, Macedones, ut vos ab ista domum redeundi cupiditate demoveam, siquidem per me integrum vobis est quo libuerit abire, sed ut intelligatis, quid ego vobis præstiterim, et qualem vos mihi vicem rependentes discedatis. (2) Ac primum a Philippo patre, ut par est, ordiar. Philippus enim vos incertis sedibus errantes atque inopes, et plerosque sub pellibus degentes exiguosque ovium greges in montibus pascentes ac pro iis parum feliciter adversus Illyrios, Triballos et finitimos Thraces bellum gerentes accipiens, pro pellibus chlamydes gestandas dedit, ex montibus in planitiem deduxit, paresque hostibus ad pugnandum effecit, ut non tam in locorum munitione deinceps, quam in vestra virtute salutem collocaretis : urbes vobis habitandas dedit, optimisque legibus atque institutis ornavit. (3) Idem vobis in eos ipsos barbaros qui vos assiduis populationibus lacessebant, imperium acquisivit, et dominos e servis effecit : magnam Thraciæ partem Macedoniæ adjecit, oppidisque ad maritimam oram peropportunis in potestatem suam redactis, commerciorum facultatem aperuit, et tutas metallorum fodinas suppeditavit. (4) Thessalos præterea, quorum metu olim exanimati eratis, vestro imperio subjecit : gente Phocensium afflicta aditum in Græciam amplum et expeditum pro angusto et difficili vobis patefecit. Athenienses vero et Thebanos, qui vobis insidiabantur, sic afflixit, nobis jam una cum eo militantibus, ut quum antea vectigal Atheniensibus penderemus, Thebanis pareremus, jam vice versa utramque illam civitatem in fide ac tutela nostra habeamus. (5) In Peloponnesum etiam ingressus, res illic constituit. Imperator denique totius Græciæ designatus, ut bellum adversus Persas susciperet, gloriam ejus rei non sibi magis quam genti et nomini Macedonum adjecit.

6. Atque hæc sunt patris mei erga vos beneficia, magna illa quidem, si cum aliis non comparentur : parva, si cum nostris conferantur. Nam ego patri succedens, aurea quædam pauca argenteaque pocula nactus in patriis thesauris, talenta vero ne sexaginta quidem : quanquam ære alieno

σαυροῖς, χρεῶν δὲ ὀφειλόμενα ὑπὸ Φιλίππου ἐς πεντακόσια τάλαντα, δανεισάμενος ἐπὶ τούτοις αὐτὸς ἄλλα ὀκτακόσια ὁρμηθεὶς ἐκ τῆς χώρας τῆς γε οὐδὲ ὑμᾶς αὐτοὺς βοσκούσης καλῶς εὐθὺς μὲν τοῦ Ἑλλησπόντου ὑμῖν τὸν πόρον θαλασσοκρατούντων ἐν τῷ τότε Περσῶν ἀνεπέτασα· (7) κρατήσας δὲ τῇ ἵππῳ τοὺς σατράπας τοῦ Δαρείου τήν τε Ἰωνίαν πᾶσαν τῇ ὑμετέρᾳ ἀρχῇ προσέθηκα καὶ τὴν Αἰολίδα πᾶσαν καὶ Φρύγας ἀμφοτέρους καὶ Λυδούς, καὶ Μίλητον εἷλον πολιορκίᾳ· τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἑκόντα προσχωρήσαντα λαβὼν ὑμῖν καρποῦσθαι ἔδωκα· (8) καὶ τὰ ἐξ Αἰγύπτου καὶ Κυρήνης ἀγαθά, ὅσα ἀμαχεὶ ἐκτησάμην, ὑμῖν ἔρχεται· ἥ τε κοίλη Συρία καὶ ἡ Παλαιστίνη καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν ὑμέτερον κτῆμά εἰσι· καὶ Βαβυλὼν καὶ Βάκτρα καὶ Σοῦσα ὑμέτερα· καὶ ὁ Λυδῶν πλοῦτος καὶ οἱ Περσῶν θησαυροὶ καὶ τὰ Ἰνδῶν ἀγαθὰ καὶ ἡ ἔξω θάλασσα ὑμέτερα· ὑμεῖς σατράπαι, ὑμεῖς στρατηγοί, ὑμεῖς ταξιάρχαι. (9) Ὡς ἔμοιγε αὐτῷ τί περίεστιν ἀπὸ τούτων τῶν πόνων ὅτι μὴ αὖτη ἡ πορφύρα καὶ τὸ διάδημα τοῦτο; κέκτημαι δὲ ἰδίᾳ οὐδέν, οὐδὲ ἔχει τις ἀποδεῖξαι θησαυροὺς ἐμοὺς ὅτι μὴ ταῦτα ὑμέτερα κτήματα ἢ ὅσα ἕνεκα ὑμῶν φυλάττεται. Ἐπεὶ οὐδὲ ἔστιν ἰδίᾳ μοι ἐς ὅ τι φυλάξω αὐτούς, σιτουμένῳ τε τὰ αὐτὰ ὑμῖν σιτία καὶ ὕπνον τὸν αὐτὸν αἱρουμένῳ· καίτοι οὐδὲ σιτία ἐμοὶ δοκῶ τὰ αὐτὰ τοῖς τρυφῶσιν ὑμῶν σιτεῖσθαι· προαγρυπνῶν δὲ ὑμῶν οἶδα, ὡς καθεύδειν ἔχητε ὑμεῖς.

pressus, quod mihi pater ad quingenta circiter talenta reliquerat, tamen contracto novo ære alieno talentûm octingentorum, ex Macedonia, quæ vos vix alere poterat, castra movi: ac protinus fretum Hellesponti vobis patefeci, Persis, qui tum imperium maris tenebant, superatis: (7) devictis deinde Darii ducibus equestri prælio totam Ioniam, Æoliam, utramque Phrygiam, Lydiam quoque imperio Macedonum adjeci, Miletum obsidione cepi: ceteras gentes et nationes, quæ voluntariam fecerunt deditionem, vobis subjeci, stipendiariasque feci. (8) Ægypti Cyrenesque opes, quibus potiti sumus sine vi, eæ quoque ad vos accesserunt: Cœlesyria, Palæstina, Mesopotamia possessiones vestræ sunt: Babylon, Bactra, Susa, in vestra potestate sunt: opes Lydorum vestræ sunt, thesauri Persarum, opes Indorum, vester denique Oceanus est: vos satrapæ, vos duces, vos ordinum principes et ductores. (9) Nam mihi ipsi ex tot laboribus quid aliud superest quam ista purpura, et istud diadema? privatim enim nihil habeo: neque est qui meos demonstrare possit thesauros, præter ea quæ vos tenetis, vel quæ servantur vestri causa. Quandoquidem non habeo ad quid eos reservem in privatum usum, quippe qui iisdem utar cibis atque vos, et æque somnum capiam atque vos. Quin vilioribus etiam cibis utor quam vos, quicunque vivitis deliciosius: ac ante vos vigilare me certo scio, ut ipsi nimirum placide quieteque dormiatis.

ΚΕΦ. Ι'.

« Ἀλλὰ ταῦτα γὰρ ὑμῶν πονούντων καὶ ταλαιπωρουμένων ἐκτησάμην αὐτὸς ἀπόνως καὶ ἀταλαιπώρως ἐξηγούμενος. Καὶ τίς ὑμῶν πονήσας οἶδεν ἐμοῦ μᾶλλον ἢ ἐγὼ ὑπὲρ ἐκείνου; ἄγε δὴ καὶ ὅτῳ τραύματα ὑμῶν ἐστὶ γυμνώσας αὐτὰ ἐπιδειξάτω καὶ ἐγὼ τὰ ἐμὰ ἐπιδείξω ἐν μέρει· (2) ὡς ἔμοιγε οὐκ ἔστιν ὅ τι τοῦ σώματος τῶν γε δὴ ἔμπροσθεν μερῶν ἄτρωτον ὑπολέλειπται, οὐδὲ ὅπλον τι ἔστιν ἢ ἐκ χειρὸς ἢ τῶν ἀφιεμένων οὗ γε οὐκ ἴχνη ἐν ἐμαυτῷ φέρω· ἀλλὰ καὶ ξίφει ἐκ χειρὸς τέτρωμαι καὶ τετόξευμαι ἤδη καὶ ἀπὸ μηχανῆς βέβλημαι καὶ λίθοις πολλαχῇ καὶ ξύλοις παιόμενος ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας δόξης καὶ τοῦ ὑμετέρου πλούτου, νικῶντας ὑμᾶς ἄγω διὰ πάσης γῆς καὶ θαλάσσης καὶ πάντων ποταμῶν καὶ ὀρῶν καὶ πεδίων πάντων. (3) Γάμους τε ὑμῖν τοὺς αὐτοὺς γεγάμηκα καὶ πολλῶν ὑμῶν οἱ παῖδες συγγενεῖς ἔσονται τοῖς παισὶ τοῖς ἐμοῖς. Ἔτι δὲ ᾧ χρέα ἦν, οὐ πολυπραγμονήσας ἐφ' ὅτῳ ἐγένετο, τοσαῦτα μὲν μισθοφορούντων, τοσαῦτα δὲ ἁρπαζόντων, ὁπότε ἐκ πολιορκίας ἁρπαγὴ γίγνοιτο, διαλέλυμαι ταῦτα. Στέφανοί τε χρυσοῖ τοῖς πλείστοις ὑμῶν εἰσὶ μνημεῖα τῆς τε ἀρετῆς τῆς ὑμετέρας καὶ τῆς ἐξ ἐμοῦ τιμῆς ἀθάνατα. (4) Ὅστις δὲ δὴ καὶ ἀπέθανεν, εὐκλεὴς μὲν αὐτῷ ἡ τελευτὴ ἐγένετο, περιφανὴς δὲ ὁ

CAP. X.

« Sed fortasse hæc omnia, vobis labores et pericula subeuntibus, ipse vester imperator laborum et periculorum omnium immunis adeptus sum. Et quisnam vestrûm ausit dicere se plures labores quam me pro ipso subiisse? Age etiam quicunque vestrum habet vulnera, denudet corpus, ostendat cicatrices: ostendam ipse quoque vicissim meas. (2) Nam nulla est adversa corporis pars quæ cicatrice careat: neque ullum sane teli genus est, quod cominus tractetur, vel eminus jaciatur, cujus in meo corpore aliqua vestigia non exstent: sed et gladio cominus sauciatus sum, et sagittis vulneratus, et catapultis male habitus et lapidibus et lignis passim pro vobis vestraque gloria et opibus appetitus vos duco victores per omnes terras, omniaque maria, per flumina, per montes, per loca plana. (3) Nuptias etiam perinde atque vos celebravi, ut liberi bonæ partis vestrum futuri sint cognati meis liberis. Præterea æs alienum, quo quis vestrum premebatur, non curiosius exquirens qua de re fuerit contractum, ipse dissolvi: quamvis et stipendium militare ingens persolverem, et vos ex urbium direptione quæstus ingentes faceretis. Adde quod plerosque vestrum coronis aureis donavi, quæ vestræ virtutis et honorum quos vobis tribui æterna monumenta futuræ essent. (4) Quod si cui fortiter pugnanti contigit occumbere, is præter mortis honestatem et gloriam quam adeptus est,

τάφος· χαλκαῖ δὲ αἱ εἰκόνες τῶν πλείστων οἴκοι ἑστᾶσιν, οἱ γονεῖς δ' ἔντιμοί εἰσι, λειτουργίας τε ξυμπάσης καὶ εἰσφορᾶς ἀπηλλαγμένοι· οὐ γάρ τίς γε φεύγων ὑμῶν ἐτελεύτα ἐμοῦ ἄγοντος.

5. « Καὶ νῦν τοὺς ἀπολέμους ὑμῶν ζηλωτοὺς τοῖς οἴκοι ἀποπέμψειν ἔμελλον· ἀλλ' ἐπειδὴ πάντες ἀπιέναι βούλεσθε, ἅπιτε πάντες, καὶ ἀπελθόντες οἴκοι ἀπαγγείλατε ὅτι τὸν βασιλέα ὑμῶν Ἀλέξανδρον, νικῶντα μὲν Πέρσας καὶ Μήδους καὶ Βακτρίους καὶ Σάκας, (6) καταστρεψάμενον δὲ Οὐξίους τε καὶ Ἀραχώτους καὶ Δράγγας, κεκτημένον δὲ καὶ Παρθυαίους καὶ Χωρασμίους καὶ Ὑρκανίους ἕστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν Κασπίαν, ὑπερβάντα δὲ τὸν Καύκασον ὑπὲρ τὰς Κασπίας πύλας, καὶ περάσαντα Ὦξόν τε ποταμὸν καὶ Τάναϊν, ἔτι δὲ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν, οὐδενὶ ἄλλῳ ὅτι μὴ Διονύσῳ περαθέντα, καὶ τὸν Ὑδάσπην καὶ τὸν Ἀκεσίνην καὶ τὸν Ὑδραώτην, (7) καὶ τὸν Ὕφασιν διαπεράσαντα ἄν, εἰ μὴ ὑμεῖς ἀπωκνήσατε, καὶ εἰς τὴν μεγάλην θάλασσαν κατ' ἀμφότερα τοῦ Ἰνδοῦ τὰ στόματα ἐμβαλόντα, καὶ διὰ τῆς Γαδρωσίας τῆς ἐρήμου ἐλθόντα, ᾗ οὐδείς πω πρόσθεν ξὺν στρατιᾷ ἦλθε, καὶ Καρμανίαν ἐν παρόδῳ προσκτησάμενον καὶ τὴν Ὠρειτῶν γῆν, περιπεπλευκότος δὲ ἤδη αὐτῷ τοῦ ναυτικοῦ τὴν ἀπ' Ἰνδῶν γῆς εἰς Πέρσας θάλασσαν, ὡς εἰς Σοῦσα ἐπανηγάγετε, ἀπολιπόντες οἴχεσθε, παραδόντες φυλάσσειν τοῖς νενικημένοις βαρβάροις. Ταῦτα ὑμῖν καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἴσως εὐκλεᾶ καὶ πρὸς θεῶν ὅσια δήπου ἔσται ἀπαγγελθέντα. Ἅπιτε. »

monumento insigni decoratus est. Plerisque domi æneæ statuæ sunt erectæ: parentibus eorum honores tributi sunt et immunitas a publicis muneribus atque tributis concessa. Nam nemo adhuc vestrum sub meis auspiciis fugiens cecidit.

5. Jamque mecum constitueram domum remittere quicunque vestrum militiæ oneribus sustinendis pares non sunt, honoribus et præmiis ita decoratos ut sui cives eos fortunatos et beatos essent existimaturi. Sed posteaquam idem abeundi animus omnibus est, abite omnes, ac domum renuntiate vos regem vestrum Alexandrum, qui Persas, Medos, Bactrianos, Sacas vicit, (6) qui Uxios, Arachotos et Drangas subegit, qui tenet Parthos, Chorasmios, Hyrcanos, ad mare usque Caspium: qui Caucasum montem superavit portasque Caspias, qui Oxum flumen Tanainque transmisit, Indum etiam a nullo antea nisi a Baccho superatum: qui etiam Hydaspen, Acesinem et Hydraoten transmisit, (7) Hyphasinque trajecisset, ni per vos stetisset, qui eum sequi noluistis: qui denique in Oceanum per utrumque Indi ostium ingressus, per solitudines et fines Gadrosiorum, quo nemo ante eum cum exercitu venit, iter habuit, et Carmaniam ex itinere atque Oritas subegit: quem, classe jam ejus circumvecta ex finibus Indorum in mare Persicum, victorem Susa reduxistis: eum (inquam) civibus vestris renuntiate vos deseruisse, atque discessisse, et fidei barbarorum qui ab eo sunt devicti, commisisse. Hæc scilicet renuntiata gloriam apud homines, opinionem pietatis apud deos sunt vobis adjunctura. Jam itaque abite. »

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ταῦτα εἰπὼν κατεπήδησέ τε ἀπὸ τοῦ βήματος ὀξέως καὶ ἐς τὰ βασίλεια παρελθὼν οὔτε ἐθεράπευσε τὸ σῶμα οὔτε τῳ ὤφθη τῶν ἑταίρων· ἀλλ' οὐδὲ ἐς τὴν ὑστεραίαν ὤφθη. Τῇ τρίτῃ δὲ καλέσας εἴσω τῶν Περσῶν τοὺς ἐπιλέκτους, τάς τε ἡγεμονίας αὐτοῖς τῶν τάξεων διένειμε καὶ ὅσους συγγενεῖς ἀπέφηνε, τούτοις δὲ νόμιμον ἐποίησε φιλεῖν αὐτὸν μόνοις. (2) Οἱ δὲ Μακεδόνες ἓν τε τῷ παραυτίκα ἀκούσαντες τῶν λόγων ἐκπεπληγμένοι σιγῇ ἔμενον αὐτοῦ πρὸς τῷ βήματι, οὐδέ τις ἠκολούθησε τῷ βασιλεῖ ἀπαλλαττομένῳ ὅτι μὴ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροί τε καὶ οἱ σωματοφύλακες· οἱ δὲ πολλοὶ οὔτε μένοντες ὅ τι πράττουσιν ἢ λέγουσιν εἶχον, οὔτε ἀπαλλάσσεσθαι ἤθελον. (3) Ὡς δὲ τὰ Περσῶν τε καὶ Μήδων αὐτοῖς ἐξηγγέλλετο, αἵ τε ἡγεμονίαι Πέρσαις διδόμεναι καὶ ἡ στρατιὰ ἡ βαρβαρικὴ ἐς λόχους τε καταλεγομένη καὶ τὰ Μακεδονικὰ ὀνόματα ἄγημά τι Περσικὸν καλούμενον, καὶ πεζέταιροι Πέρσαι καὶ πεζέταιροι ἄλλοι καὶ ἀργυρασπίδων τάξις Περσικὴ καὶ ἡ τῶν ἑταίρων ἵππος, καὶ ταύτης ἄλλο ἄγημα βασιλικόν, οὐκέτι καρτεροὶ σφῶν ἦσαν· (4) ἀλλὰ ξυνδραμόντες ὡς πρὸς τὰ βασίλεια τὰ μὲν ὅπλα αὐτοῦ πρὸ τῶν θυρῶν ἐῤῥίπτουν, ἱκετηρίας ταύτας τῷ βασιλεῖ· αὐτοὶ δ' ἐβόων πρὸ τῶν

CAP. XI.

Hæc loquutus desiliit celeriter de tribunali, regiamque ingressus neque corpus curavit, neque amicorum quenquam eo die admisit; sed ne postridie quidem. Tertio autem die vocatis ad se Persarum principibus ducatus agminum inter eos partitus est, et quotquot cognatos effecerat, iis solis ut deosculari ipsum liceret sanxit. (2) At Macedones regis oratione commoti, attonitis similes apud tribunal taciti consistebant. Neque quisquam regem discedentem comitatus est, præterquam qui circa eum erant amici et custodes corporis. Plerique vero neque manentes quid dicerent, neque quid facerent sciebant: neque discedere volebant. (3) Postquam vero quid de Medis ac Persis statuisset cognoverunt, ducatus nimirum Persis datos esse, barbarosque per varios ordines distributos, et Macedonico nomine Persicum agema vocari, et peditum amicorum agmen ex Persis constitutum, aliosque pedites amicos, argyraspidum etiam agmen Persicum et amicorum equitatum, aliudque agema regium, non amplius sese continere potuerunt: (4) sed concursu ad regiam facto, arma ante januam projecerunt, quæ regi supplicationis loco

θυρῶν ἑστηκότες δεόμενοι παρελθεῖν εἴσω· τούς τε αἰτίους τῆς ἐν τῷ τότε ταραχῆς καὶ τοὺς ἄρξαντας τῆς βοῆς ἐκδιδόναι ἐθέλειν· οὔκουν ἀπαλλαγήσεσθαι τῶν θυρῶν οὔτε ἡμέρας οὔτε νυκτός, εἰ μή τινα οἶκτον σφῶν ἕξει Ἀλέξανδρος.

5. Ταῦτα ὡς ἀπηγγέλλετο αὐτῷ, ὁ δὲ σπουδῇ ἐξέρχεται, καὶ ἰδών τε ταπεινῶς διακειμένους καὶ ἀκούσας σὺν οἰμωγῇ τῶν πολλῶν βοώντων, καὶ αὐτῷ προχεῖται δάκρυα. Καὶ ὁ μὲν ἀνήγετο ὥς τι ἐρῶν· οἱ δὲ ἔμενον λιπαροῦντες. (6) Καί τις αὐτῶν καθ' ἡλικίαν τε καὶ ἱππαρχίαν τῆς ἵππου τῆς ἑταιρικῆς οὐκ ἀφανής, Καλλίνης ὄνομα, τοιαῦτα εἶπεν· Ὦ βασιλεῦ, τὰ λυποῦντά ἐστι Μακεδόνας ὅτι σὺ Περσῶν μέν τινας ἤδη πεποίησαι σαυτῷ συγγενεῖς, καὶ καλοῦνται Πέρσαι συγγενεῖς Ἀλεξάνδρου καὶ φιλοῦσί σε· Μακεδόνων δὲ οὔπω τις γέγευται ταύτης τῆς τιμῆς. (7) Ἔνθα δὴ ὑπολαβὼν Ἀλέξανδρος, Ἀλλ' ὑμᾶς γε, ἔφη, ξύμπαντας ἐμαυτῷ τίθεμαι συγγενεῖς καὶ τό γε ἀπὸ τούτου οὕτω καλέσω. Ταῦτα εἰπόντα προσελθὼν ὁ Καλλίνης τε ἐφίλησεν καὶ ὅστις ἄλλος φιλῆσαι ἤθελε. Καὶ οὕτω δὴ ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα βοῶντές τε καὶ παιανίζοντες ἐς τὸ στρατόπεδον ἀπῆσαν. (8) Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ τούτοις θυσίαν τε θύει τοῖς θεοῖς οἷς αὐτῷ νόμος καὶ θοίνην δημοτελῆ ἐποίησε, καθήμενός τε αὐτὸς καὶ πάντων καθημένων ἀμφ' αὐτὸν μὲν Μακεδόνων, ἐν δὲ τῷ ἐφεξῆς τούτων Περσῶν, ἐπὶ δὲ τούτοις τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὅσοι κατ' ἀξίωσιν ἤ τινα ἄλλην ἀρετὴν πρεσβευόμενοι, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἀρυόμενοι ἔσπενδον τὰς αὐτὰς σπονδάς, καταρχομένων τῶν τε Ἑλλήνων μάντεων καὶ τῶν Μάγων. (9) Εὔχετο δὲ τά τε ἄλλα ἀγαθὰ καὶ ὁμόνοιάν τε καὶ κοινωνίαν τῆς ἀρχῆς [τοῖς τε] Μακεδόσι καὶ Πέρσαις. Εἶναι δὲ κατέχει λόγος τοὺς μετασχόντας τῆς θοίνης ἐς ἐννακισχιλίους, καὶ τούτους πάντας μίαν τε σπονδὴν σπεῖσαι καὶ ἐπ' αὐτῇ παιανίσαι.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Ἔνθα δὴ ἐθελονταὶ ἤδη αὐτῷ ἀπῆσαν τῶν Μακεδόνων ὅσοι διὰ γῆρας ἤ τινα ἄλλην ξυμφορὰν ἀπόλεμοι ἦσαν· καὶ οὗτοι αὐτῷ ἐγένοντο ἐς τοὺς μυρίους. Τούτοις δὲ τήν τε μισθοφορὰν οὐ τοῦ ἐξήκοντος ἤδη χρόνου ἔδωκεν Ἀλέξανδρος μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐς τὴν ἀπονόστησιν τὴν οἴκαδε ξυμβαίνοντος. (2) Ἐπέδωκε δὲ καὶ τάλαντον ἑκάστῳ ὑπὲρ τὴν μισθοφοράν· παῖδες δὲ εἴ τῳ ἦσαν ἐκ τῶν Ἀσιανῶν γυναικῶν, παρὰ οἷ καταλιπεῖν ἐκέλευσε μηδὲ στάσιν κατάγειν ἐς Μακεδονίαν ἀλλοφύλους τε καὶ ἐκ τῶν βαρβάρων γυναικῶν παῖδας τοῖς οἴκοι ὑπολελειμμένοις παισί τε καὶ μητράσιν αὐτῶν· αὐτὸς δὲ ἐπιμελήσεσθαι ὡς ἐκτρέφοιντο Μακεδονικῶς, τά τε ἄλλα καὶ ἐς τὰ πολέμια κοσμούμενοι· γενομένους δὲ ἄνδρας ἄξειν αὐτὸς ἐς Μακεδονίαν καὶ παραδώσειν τοῖς πατράσι. (3) Ταῦτά τε ἀπαλλαττο-

essent. Ipsi pro foribus stantes clamorem tollebant, intromitti postulantes, auctores tumultus quique clamandi initium fecerant dedituri: neque a janua interdiu vel noctu discessuri, nisi Alexander eorum commiseratione tangeretur.

5. Quæ ut Alexandro nuntiata sunt, confestim ad eos egreditur, humilesque ac demissos conspicatus, et communi omnium mœrore atque ejulatu commotus collacrimatus est. Quumque aliquantum veluti aliquid dicturus constitisset, ipsi supplices permanserunt. (6) Tum Callines quidam et ætate et præfectura in amicorum equitatu non obscurus, ita loquutus est: Hoc est, o rex, quod Macedonum animos male habet, quod jam nonnullos Persarum tibi cognatos effecisti, quodque Persæ cognati Alexandri appellantur. Hos te deosculari sinis, Macedonibus ab hujuscemodi honore exclusis. (7) Tum Alexander ejus orationem interrumpens, Omnes vos, inquit, cognatos mihi facio, ac deinceps ita vocabo. His dictis Callines progressus eum deosculatus est, aliique quibus id cordi fuit. Atque ita receptis armis clamantes et pæana canentes ad castra redierunt. (8) Post hæc Alexander sacrificium diis quibus consueverat fecit, epulumque publicum curavit, accumbente ipso pariter, omnibusque circa eum Macedonibus, deinde Persis ac deinceps reliquis gentibus, prout quisque aut dignitate aut virtute bellica illustris esset. Tum ex eodem cratere et rex et qui una accumbebant libarunt, Græcis vatibus et Magis vota nuncupantibus: (9) et Macedonibus Persisque cum alia fausta ac prospera, tum concordiam imperiique societatem precatus est. Novem millia convivarum huic epulo adfuisse memorant, eosque omnes eandem libationem fecisse, et post hoc pæanem cecinisse.

CAP. XII.

Dehinc Macedones voluntarii ab eo dimissi sunt, qui aut per ætatem aut aliquam membrorum mutilationem inutiles bello erant: decem circiter millia fuere. Quibus quidem non exacti tantum temporis stipendia persolvit, sed etiam temporis in reditionem domum incidentis. (2) Singulis etiam talentum ultra stipendium numeravit. Si quibus autem filii ex Asiaticis mulieribus essent, apud se relinqui jussit, ne seditionem aliquam in Macedonia excitarent barbararum mulierum liberi pueris domi relictis matribusque permisti: Macedonicis eos moribus imbui bellicaque disciplina instrui curaturus: quumque jam viri facti essent, parentibus redditurus. (3) Atque hæc qui-

μένοις ἀστάθμητα καὶ ἀτέκμαρτα ἀπηγγέλλετο καὶ ὅπως ἔχει φιλίας τε καὶ πόθου ἐς αὐτοὺς τὸ ἀτρεκέστατον τεκμήριον ἐκεῖνο ποιεῖσθαι ἠξίου, ὅτι τὸν πιστότατόν τε αὐτῷ καὶ ὄντινα ἴσον τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ ἄγει, Κράτερον ξυμπέμπει αὐτοῖς φύλακά τε καὶ ἡγούμενον τοῦ στόλου. Οὕτω δὴ ἀσπασάμενος ξύμπαντας αὐτός τε δακρύων καὶ δακρύοντας ἐκείνους ἀπὸ οὗ ἀπήλλαξε. (4) Κρατέρῳ δὲ τούτους τε ἄγειν ἐκέλευε καὶ ἀπαγαγόντι Μακεδονίας τε καὶ Θρᾴκης καὶ Θετταλῶν ἐξηγεῖσθαι καὶ τῶν Ἑλλήνων τῆς ἐλευθερίας· Ἀντίπατρον δὲ διαδόχους τοῖς ἀποπεμπομένοις ἄγειν Μακεδόνας τῶν ἀκμαζόντων ἐκέλευσεν. Ἔστειλε δὲ καὶ Πολυσπέρχοντα ὁμοῦ τῷ Κρατέρῳ, δεύτερον δὲ ἀπὸ Κρατέρου ἡγεμόνα, ὡς εἴ τι κατὰ τὴν πορείαν Κρατέρῳ ξυμπίπτοι, ὅτι καὶ μαλακῶς τὸ σῶμα ἔχοντα ἀπέπεμπεν αὐτόν, μὴ ποθῆσαι στρατηγὸν τοὺς ἰόντας.

5. Λόγος δέ τις καὶ οὗτος ἐφοίτα ἀφανὴς παρὰ τοῖς τὰ βασιλικὰ πράγματα, ὅσῳ ἐπικρύπτεται, τοσῷδε φιλοτιμότερον ἐξηγουμένοις, καὶ τὸ πιστὸν ἐς τὸ χεῖρον μᾶλλον, ἢ τὸ εἰκός τε καὶ ἡ αὐτῶν μοχθηρία ἄγει, ἢ πρὸς τὸ ἀληθὲς ἐκτρέπουσιν, ἐξηττώμενον Ἀλέξανδρον ἤδη τῆς μητρὸς τῶν διαβολῶν τῶν ἐς Ἀντίπατρον, ἀπαλλάξαι ἐθέλειν ἐκ Μακεδονίας Ἀντίπατρον. (6) Καὶ τυχὸν οὐκ ἐς ἀτιμίαν τὴν Ἀντιπάτρου ἡ μετάπεμψις αὐτοῦ ἔφερεν, ἀλλ' ὡς μή τι ἐκ τῆς διαφορᾶς αὐτοῖς γένοιτο ἄχαρι ἐς ἀλλήλους καὶ οὐδὲ αὐτῷ ἰάσιμον. Ἐπεὶ οὐδὲν ἐπαύοντο Ἀλεξάνδρῳ γράφοντες ὁ μὲν τὴν αὐθάδειάν τε τῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀξύτητα καὶ πολυπραγμοσύνην, ἥκιστα δὴ τῇ Ἀλεξάνδρου μητρὶ εὐσχήμονα, ὥστε καὶ λόγος τις τοιόσδε ἐφέρετο Ἀλεξάνδρου ἐφ' οἷς ὑπὲρ τῆς μητρὸς αὐτῷ ἐξηγγέλλετο, βαρὺ δὴ τὸ ἐνοίκιον τῶν δέκα μηνῶν εἰσπράττεσθαι αὐτὸν τὴν μητέρα· (7) ἡ δέ, ὑπέρογκον εἶναι τῇ τε ἀξιώσει καὶ τῇ ἄλλῃ θεραπείᾳ Ἀντίπατρον οὐδὲ μεμνῆσθαι τοῦ καταστήσαντος ἔτι, ἀλλ' αὐτὸν γὰρ ἀξιοῦν τὰ πρῶτα φέρεσθαι ἐν τοῖς ἄλλοις Μακεδόσι τε καὶ Ἕλλησι. Καὶ ταῦτα μᾶλλόν τι ἰσχύειν παρ' Ἀλεξάνδρῳ ἐφαίνετο, ὅσα ἐς τοῦ Ἀντιπάτρου τὴν διαβολὴν φέροντα ἦν, οἷα δὴ καὶ φοβερώτερα ἐν βασιλείᾳ ὄντα. Οὐ μέντοι καταφανές γέ τι ἢ ἔργον ἢ λόγος ἐξηγγέλλετο Ἀλεξάνδρου ἐφ' ὅτου ἄν τις συνέθηκεν οὐχ ὡσαύτως εἶναι αὐτῷ πρὸς θυμοῦ Ἀντίπατρον. **** Ἡφαιστίων.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Τούτῳ τῷ λόγῳ ὑπείξαντα Ἡφαιστίωνα συναλλαγῆναι Εὐμένει, οὐχ ἑκόντα ἑκόντι. Ἐν ταύτῃ τῇ ὁδῷ καὶ τὸ πεδίον λέγεται ἰδεῖν Ἀλέξανδρον τὸ ἀνειμένον ταῖς ἵπποις ταῖς βασιλικαῖς, αὐτό τε πεδίον Νυσαῖον καλούμενον καὶ αἱ ἵπποι ὅτι Νυσαῖαι κληίζονται λέγει Ἡρόδοτος εἶναι δὲ πάλαι μὲν ἐς πεντεκαίδεκα μυριάδας τῶν ἵππων· τότε δὲ Ἀλέξανδρον οὐ πολὺ πλείονας τῶν πέντε καταλαβεῖν· πρὸς λῃστῶν γὰρ διαρπαγῆναι τὰς πολλὰς αὐτῶν.

dem discedentibus incerta inexploratæque promisit: illud vero certissimum amoris benevolentiæque erga eos suæ documentum edere voluit, quod Craterum, quem fidelissimum sibi habebat, et æque ac caput suum amabat, custodem et ducem itineris eis adjunxit. Ita tandem salutatos omnes, lacrimans lacrimantes etiam ipsos dimisit, Craterumque eos ducere, deinde Macedoniæ, Thraciæ et Thessaliæ ac libertati Græcorum præesse jubet. Antipatrum vero in eorum qui dimissi essent locum alios Macedones ætate ac viribus florentes adducere jubet. Polysperchontem etiam cum Cratero misit, qui secundus a Cratero dux esset, ne, siquid humani Cratero in itinere accideret, quippe qui quum mitteretur corpore erat parum firmo, ducem itineris desiderarent.

5. Porro obscurus quidam rumor spargebatur ab iis qui regum negotia, quo magis occultantur, eo magis evulgare concupiscunt, fidemque semper in deteriorem partem potius quam in saniorem scelerate inclinant, Alexandrum jam tum matris suæ calumniis quibus Antipatrum onerarat victum, Antipatrum e Macedonia amovere voluisse. (6) Sed fortasse hæc Antipatri evocatio nequaquam ad ejus ignominiam spectabat, sed potius ne quid ex illorum dissensione mali oriretur, cui ne ipse quidem mederi posset. Frequentes enim literæ ad Alexandrum adferebantur, quibus hic Olympiadis arrogantiam, acerbitatem curiositatemque incusabat, quæ Alexandri matrem parum decerent: adeo ut hujusmodi quid ab Alexandro dictum fuisse narrent, Grave decem mensium habitationis pretium a matre exigi. (7) Olympias vero Antipatrum ut insolentem ex imperio et popularium observantia, neque jam amplius meminisse ejus a quo tantam potestatem accepisset: sed dignum se judicare qui inter Macedones et Græcos primas obtineat. Atqui Alexandri fides magis in eam partem inclinabat quæ ad Antipatri calumniam pertinebat, utpote quod regno magis extimescendum erat. Nullum tamen Alexander vel dictum vel factum edidit, e quo quispiam suspicari posset, eum alieniore ab Antipatro animo esse. **** Hephæstio.

CAP. XIII.

Hoc sermone deterritum Hephæstionem non libenter Eumeni, ejus rei cupido, reconciliatum fuisse. In hoc ipso itinere fertur Alexander vidisse campum in quo equæ regiæ pasci solent, quem quidem campum Herodotus Nysæum, equasque Nysæas vocatas fuisse ait: fuisseque olim in his campis equarum circiter CL millia: tunc vero Alexandrum non multo plures quinquaginta millibus reperisse: plerasque enim a prædonibus furto sublatas.

2. Ἐνταῦθα λέγουσιν ὅτι Ἀτροπάτης ὁ τῆς Μηδίας σατράπης γυναῖκας ἑκατὸν αὐτῷ ἔδωκε, ταύτας φάσκων εἶναι τῶν Ἀμαζόνων, καὶ ταύτας σκευῇ ἀνδρῶν ἱππέων ἐσταλμένας, πλήν γε δὴ ὅτι πελέκεις ἀντὶ δοράτων ἐφόρουν καὶ ἀντὶ ἀσπίδων πέλτας· οἱ δὲ καὶ τὸν μαστὸν λέγουσιν ὅτι μείονα εἶχον τὸν δεξιόν, ὃν δὴ καὶ ἔξω εἶχον ἐν ταῖς μάχαις. (3) Ταύτας μὲν δὴ ἀπαλλάξαι τῆς στρατιᾶς Ἀλέξανδρον, μή τι νεωτερισθείη κατ' αὐτὰς ἐς ὕβριν πρὸς τῶν Μακεδόνων ἢ βαρβάρων· κελεῦσαι δὲ ἀπαγγεῖλαι πρὸς τὴν βασίλισσαν σφῶν ὅτι αὐτὸς ἥξει πρὸς αὐτὴν παιδοποιησόμενος. Ταῦτα δὲ οὔτε Ἀριστόβουλος οὔτε Πτολεμαῖος οὔτε τις ἄλλος ἀνέγραψεν ὅστις ἱκανὸς ὑπὲρ τῶν τοιούτων τεκμηριῶσαι. (4) Οὐδὲ δοκεῖ μοι ἐν τῷ τότε σώζεσθαι τὸ γένος τῶν Ἀμαζόνων, οὐδ' ἔτι πρὸ Ἀλεξάνδρου Ξενοφῶν ἀνεμνήσθη αὐτῶν, Φασιανῶν τε μνησθεὶς καὶ Κόλχων καὶ ὅσα ἄλλα ἀπὸ Τραπεζοῦντος ὁρμώμενοι ἢ πρὶν ἐς Τραπεζοῦντα κατελθεῖν οἱ Ἕλληνες ἐπῆλθον ἔθνη βαρβαρικά, ἵναπερ καὶ ταῖς Ἀμαζόσιν ἂν ἐντετυχήκεσαν, εἴπερ οὖν ἔτι ἦσαν Ἀμαζόνες. (5) Μὴ γενέσθαι μὲν γὰρ παντελῶς τὸ γένος τούτων τῶν γυναικῶν οὐ πιστὸν δοκεῖ ἔμοιγε, πρὸς τοσούτων καὶ τοιούτων ὑμνηθέν. Ὡς Ἡρακλέα τε ἐπ' αὐτὰς λόγος κατέχει ὅτι ἐστάλη καὶ ζωστῆρά τινα Ἱππολύτης τῆς βασιλίσσης αὐτῶν ὅτι ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐκόμισε, καὶ οἱ ξὺν Θησεῖ Ἀθηναῖοι ὅτι ἐπιούσας τὰς γυναῖκας ταύτας τὴν Εὐρώπην πρῶτοι μάχῃ νικήσαντες ἀνέστειλαν· καὶ γέγραπται ἡ Ἀθηναίων καὶ Ἀμαζόνων μάχη πρὸς Κίμωνος οὐ μεῖον ἢ περ ἡ Ἀθηναίων καὶ Περσῶν. (6) Καὶ Ἡροδότῳ πολλάκις περὶ τῶν γυναικῶν τούτων πεποίηται, καὶ ὅσοι Ἀθηναίων τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας λόγῳ ἐκόσμησαν, καὶ τοῦ πρὸς Ἀμαζόνας ἔργου Ἀθηναίων ἐν τοῖς μάλιστα μνήμην ἐποιήσαντο. Εἰ δὲ ἱππικὰς δή τινας γυναῖκας Ἀτροπάτης ἔδειξεν Ἀλεξάνδρῳ, βαρβάρους τινὰς ἄλλας γυναῖκας ἱππεύειν ἠσκημένας δοκῶ ὅτι ἔδειξεν ἐς τὸν λεγόμενον δὴ τῶν Ἀμαζόνων κόσμον ἐσταλμένας.

2. Eo loci Atropates Mediæ satrapa centum ei mulieres dedit, quas Amazones esse dicebat, habitu virorum equitum ornatas, præterquam quod secures pro lanceis gestabant, et peltas pro scutis. Sunt qui dicant eas etiam dextras mammas minores habuisse, easque in præliis exseruisse. (3) Has Alexander ab exercitu remisit, nequid a Macedonibus aut barbaris probri paterentur. Jussit autem ut reginæ nuntiarent, se ad eam generandæ prolis causa profecturum. Verum hæc neque Aristobulus neque alius quispiam fide dignus auctor tradidit. (4) Mihi vero non videtur Amazonum gens ea tempestate superfuisse, nec ante Alexandri tempora Xenophon earum meminit, qui tamen et Colchorum et Phasiorum mentionem fecit, cæterarumque barbararum gentium, quas Græci Trapezunte profecti, aut etiam priusquam Trapezunta venirent, percurrerunt, quibus in locis etiam in Amazones incidissent, siqua adhuc iis temporibus earum soboles exstitisset. (5) Neque enim mihi credibile videtur, hoc mulierum genus nunquam exstitisse: quum sint a tam multis et claris autoribus celebratæ. Quandoquidem et Herculem in eas missum fuisse fama est atque Hippolytes reginæ balteum in Græciam reportasse, et Athenienses primo Theseo duce has mulieres Europam invadentes prælio superatas repulisse. Picta etiam est a Cimone Atheniensium cum Amazonibus pugna, non minus accurate quam Atheniensium et Persarum. (6) Præterea et Herodotus frequenter harum mulierum mentionem facit, et quotquot Athenienses scriptores eos qui in bello mortui sunt scriptis ornarunt, bellum ab Atheniensibus adversus Amazonas gestum in primis celebrarunt. Si vero equestres quasdam mulieres Atropates Alexandro exhibuit, aliud quoddam barbararum mulierum genus fuisse crediderim, quæ equitandi peritæ, et eo quem diximus Amazonum more armatæ fuerint.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Ἐν Ἐκβατάνοις δὲ θυσίαν τε ἔθυσεν Ἀλέξανδρος, ὥσπερ αὐτῷ ἐπὶ ξυμφοραῖς ἀγαθαῖς νόμος καὶ ἀγῶνα ἐπετέλει γυμνικόν τε καὶ μουσικόν, καὶ πότοι αὐτῷ ἐγίγνοντο παρὰ τοῖς ἑταίροις. Καὶ ἐν τούτῳ Ἡφαιστίων ἔκαμε τὸ σῶμα· ἑβδόμη τε ἡμέρα ἦδη ἦν αὐτῷ τῆς νόσου καὶ λέγουσι τὸ μὲν στάδιον πλῆρες εἶναι· παίδων γὰρ ἀγὼν ἦν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γυμνικός· ἐπεὶ δὲ ἐξηγγέλλετο Ἀλεξάνδρῳ ὅτι κακῶς ἔχει Ἡφαιστίων, ὁ δὲ παρ' αὐτὸν ἐλθὼν σπουδῇ οὐκέτι ζῶντα κατέλαβεν.

2. Ἔνθα δὴ καὶ ἄλλοι ἄλλα ἀνέγραψαν ὑπὲρ τοῦ πένθους τοῦ Ἀλεξάνδρου· μέγα μὲν γενέσθαι αὐτῷ τὸ πένθος, πάντες τοῦτο ἀνέγραψαν, τὰ δὲ πραχθέντα ἐπ' αὐτῷ ἄλλοι ἄλλα, ὡς ἕκαστος ἢ εὐνοίας πρὸς Ἡφαιστίωνα ἢ φθόνου εἶχεν ἢ καὶ πρὸς αὐτὸν Ἀλέξανδρον. (3) Ὧν οἱ τὰ ἀτάσθαλα ἀναγράψαντες οἱ μὲν ἐς κόσμον φέρειν μοι δοκοῦσιν οἰηθῆναι Ἀλεξάνδρῳ ὅσα ὑπεραλγήσας ἔδρασεν ἢ εἶπεν ἐπὶ τῷ πάντων δὴ ἀνθρώπων φιλτάτῳ· οἱ δὲ ἐς αἰσχύνην μᾶλλόν τι ὡς οὐ πρέποντα οὔτ' οὖν βασιλεῖ οὔτε Ἀλεξάνδρῳ, οἱ μέν, τὸ πολὺ μέρος τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐρριμμένον ἐπὶ τοῦ σώματος τοῦ ἑταίρου ὀδύρεσθαι οὐδ' ἐθέλειν ἀπαλλαγῆναι, πρίν γε δὴ πρὸς βίαν ἀπηνέχθη πρὸς τῶν ἑταίρων· (4) οἱ δέ, τήν τε ἡμέραν ὅλην καὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐρρῖφθαι ἐπὶ τῷ σώματι· οἱ δὲ καί, τὸν ἰατρὸν Γλαυκίαν ὅτι ἐκρέμασε, καὶ τοῦτον ὡς ἐπὶ φαρμάκῳ κακῶς δοθέντι, οἱ δέ, ὅτι οἴνου περιεῖδεν ἐμπλησθέντα θεωρῶν αὐτός· καὶ κείρασθαι Ἀλέξανδρον ἐπὶ τῷ νεκρῷ τὴν κόμην, τά τε ἄλλα οὐκ ἀπεικότα τίθεμαι καὶ κατὰ ζῆλον τὸν Ἀχιλλέως, πρὸς ὄντινα ἐκ παιδὸς φιλοτιμία ἦν αὐτῷ· (5) οἱ δὲ καί, τὸ ἅρμα ἐφ' ὅτῳ τὸ σῶμα ἐφέρετο αὐτὸς ἔστιν ὅτε ἡνιόχει, τοῦτο οὐδαμῇ πιστὸν ἔμοιγε λέγοντες· ἄλλοι δέ, ὅτι καὶ τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἔδος ἐν Ἐκβατάνοις κατασκάψαι ἐκέλευσε, βαρβαρικὸν τοῦτό γε, καὶ οὐδαμῇ Ἀλεξάνδρῳ πρόσφορον, ἀλλὰ τῇ Ξέρξου μᾶλλόν τι ἀτασθαλίᾳ τῇ ἐς τὸ θεῖον καὶ ταῖς πέδαις ἃς λέγουσιν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον καθεῖναι Ξέρξην, τιμωρούμενον δῆθεν τὸν Ἑλλήσποντον. (6) Ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο οὐ πάντη ἔξω τοῦ εἰκότος ἀναγεγράφθαι μοι δοκεῖ, ὡς ἐπὶ Βαβυλῶνος ἤει Ἀλέξανδρος, ἐντυχεῖν αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν πολλὰς πρεσβείας ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, εἶναι δὲ δὴ ἐν τούτοις καὶ Ἐπιδαυρίων πρέσβεις· καὶ τούτους ὧν τε ἐδέοντο ἐξ Ἀλεξάνδρου τυχεῖν καὶ ἀνάθημα δοῦναι αὐτοῖς Ἀλέξανδρον κομίζειν τῷ Ἀσκληπιῷ, ἐπειπόντα ὅτι Καίπερ οὐκ ἐπιεικῶς κέχρηταί μοι ὁ Ἀσκληπιός, οὐ σώσας μοι τὸν ἑταῖρον ὅντινα ἴσον τῇ ἐμαυτοῦ κεφαλῇ ἦγον. (7) Ἐναγίζειν τε ὅτι ἀεὶ ὡς ἥρωϊ ἐκέλευεν Ἡφαιστίωνι, τοῦτο μὲν πρὸς τῶν πλείστων ἀναγέγραπται· οἱ δὲ λέγουσιν ὅτι καὶ εἰς Ἄμμωνος ἔπεμψεν ἐρησομένους τὸν θεὸν εἰ καὶ ὡς θεῷ θύειν συγχωρεῖ Ἡφαιστίωνι· τὸν δὲ οὐ ξυγχωρῆσαι.

8. Ἐκεῖνα δὲ πρὸς πάντων ξυμφωνούμενα, ἐς τρίτην ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Ἡφαιστίωνος ἡμέραν μήτε σίτου γεύσασθαι Ἀλέξανδρον μήτε τινὰ θεραπείαν ἄλλην θεραπεῦσαι τὸ σῶμα, ἀλλὰ κεῖσθαι γὰρ ἢ ὀδυρόμενον ἢ πενθικῶς σιγῶντα· καὶ πυρὰν κελεῦσαι αὐτῷ ἑτοιμάζεσθαι ἐν Βαβυλῶνι ἀπὸ ταλάντων μυρίων, οἱ δὲ καὶ πλειόνων ἀνέγραψαν· (9) καὶ ὅτι πένθος ποιεῖσθαι περιηγγέλη κατὰ πᾶσαν τὴν χώραν τὴν βάρβαρον· καὶ ὅτι πολλοὶ τῶν ἑταίρων τῶν Ἀλεξάνδρου ἐς θεραπείαν τὴν ἐκείνου σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα Ἡφαιστίωνι ἀνέθεσαν ἀποθανόντι· πρῶτον δὲ Εὐμένη ἄρξαι τοῦ σοφίσματος, ὄντινα ὀλίγῳ πρόσθεν ἔφαμεν ὅτι διηνέχθη πρὸς Ἡφαιστίωνα· καὶ τοῦτο δὲ δρᾶσαι, τῷ Ἀλεξάνδρῳ ὡς μὴ ἐφήδεσθαι δοκοίη τελευτήσαντι Ἡφαιστίωνι. (10) Οὔκουν οὐδὲ ἄλλον τινὰ ἔταξεν ἀντὶ Ἡφαιστίωνος χιλίαρχον ἐπὶ τῇ ἵππῳ τῇ ἑταιρικῇ Ἀλέξανδρος, ὡς μὴ ἀπόλοιτο τὸ ὄνομα τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐκ

invidia erga Hephæstionem, aut erga Alexandrum ipsum occupatus erat: (3)quorum qui indecentiora scripserunt, alii videntur mihi censuisse ad Alexandri laudem referenda esse, quæcunque ex ingenti mœrore ob amici, quem præ reliquis mortalibus carum habebat, mortem vel dixerit vel fecerit: alii potius vitio vertebant immoderatum luctum tanquam et regi et Alexandro parum decorum. Alii Alexandrum magna diei parte ejulantem super amici corpus procubuisse narrant, neque recedere voluisse, donec ab amicis avelleretur: (4) alii diem integrum noctemque integram corpori exanimi incubuisse aiunt: alii Glauciam medicum ob potionem non recte datam in crucem tolli jussisse; alii quod quum eum immoderatius bibisse cerneret, curam ejus omisisset. Præcidisse autem Alexandrum in mortui honorem comam, cum ob alias causas non incredibile judico, tum propter studium Achillis, quem a puero æmulabatur. (5) Alii currus quo corpus Hephæstionis vehebatur ipsummet rectorem aurigamque fuisse: quod quidem mihi nequaquam verisimile videtur: alii eum Ecbatanis ædem Æsculapio sacram subverti jussisse. Sed et hoc barbarum est, neque Alexandro ulla ratione conveniens: sed Xerxis potius in deos impietate dignum, et compedibus quas illum in Hellespontum vindictæ causa demisisse ferunt. (6) Cæterum hoc non dissentaneum vero judicaverim, quod a nonnullis memoriæ traditum est: eunti versus Babylonem Alexandro multas Græcorum legationes in itinere obviam venisse, inter quos etiam Epidauriorum legati erant. Quibus quum postulata concessisset, donarium dedisse quod Æsculapio suffigerent, his verbis adjectis: « Quamquam Æsculapius parum mihi æquus fuit, qui amicum, quem ego tanquam caput meum amabam, non servarit. » (7) Hephæstioni etiam semper ut heroi parentari jussisse a plerisque scriptum est. Alii addunt misisse illum ad Ammonis templum qui deum consulerent, an Hephæstioni ut deo sacrificari permitteret. Idque Jovem negasse.

8. In his vero scriptores omnes inter se conveniunt, Alexandrum totum triduum ab Hephæstionis obitu neque cibum degustasse, neque ullam aliam corporis curam tenuisse, sed aut lamentantem, aut tacite dolorem prementem jacuisse, mandasseque illi rogum parari Babylone x. M talentûm: alii plura adscribunt. (9) Eumque per universam barbarorum regionem publicum luctum indixisse; ad hæc multos ex amicis Alexandri ad levandum dolorem et se et arma Hephæstioni devovisse: ac primum quidem omnium Eumenem illius consilii auctorem fuisse, quem paulo ante simultatem cum Hephæstione gessisse diximus. Is id officii mortuo præstabat, ne Alexander illum lætitiam ex Hephæstionis obitu percepisse suspicaretur. (10) Præter hæc Alexander neminem chiliarcham in Hephæstionis locum, qui equitatui amicorum præesset, suffecit, ne Hephæstionis nomen ex agmine interiret, sed Hephæstionis chiliarchiam vocari vo-

τῆς τάξεως· ἀλλὰ Ἡφαιστίωνός τε ἡ χιλιαρχία ἐκαλεῖτο καὶ τὸ σημεῖον αὐτῆς ἠγεῖτο ἐξ Ἡφαιστίωνος πεποιημένον. Ἀγῶνά τε ἐπενόει ποιῆσαι γυμνικόν τε καὶ μουσικὸν πλήθει τε τῶν ἀγωνιζομένων καὶ τῇ εἰς αὐτὸν χορηγίᾳ πολύ τι τῶν ἄλλων τῶν πρόσθεν ἀριδηλότερον· τρισχιλίους γὰρ ἀγωνιστὰς τοὺς ξύμπαντας παρεσκεύασε. Καὶ οὗτοι ὀλίγον ὕστερον ἐπ' Ἀλεξάνδρου τῷ τάφῳ λέγουσιν ὅτι ἠγωνίσαντο.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Χρόνος τε ἦν συχνὸς τῷ πένθει καὶ αὐτός τε αὐτὸν ἤδη μετεκάλει ἀπ' αὐτοῦ καὶ οἱ ἑταῖροι μᾶλλόν τι ἐν τῷ τοιῷδε ἦνυτον. Ἔνθα δὴ ἐξέλασιν ποιεῖται ἐπὶ Κοσσαίους, ἔθνος πολεμικόν, ὅμορον τῷ Οὐξίων. (2) Εἰσὶ δὲ ὄρειοι οἱ Κοσσαῖοι καὶ χωρία ὀχυρὰ κατὰ κώμας νέμονται, καὶ ὁπότε προσάγοι δύναμις ἐς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν, ἀποχωροῦντες ἁθρόοι ἢ ὅπως ἂν προχωρῇ ἑκάστοις οὕτω διαφεύγουσιν, ἐς ἀπορίαν βάλλοντες τοὺς ξὺν δυνάμει σφίσιν ἐπιχειροῦντας· ἀπελθόντων δὲ αὖθις εἰς τὸ λῃστεύειν τρεπόμενοι ἀπὸ τούτου τὸν βίον ποιοῦνται. (3) Ἀλέξανδρος δὲ ἐξεῖλεν αὐτῶν τὸ ἔθνος, καίπερ χειμῶνος στρατεύσας. Ἀλλ' οὔτε χειμὼν ἐγένετο ἐμποδὼν αὐτῷ οὔτε αἱ δυσχωρίαι, οὔτε αὐτῷ οὔτε Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου, ὃς μέρος τῆς στρατιᾶς ἐπ' αὐτοὺς ἦγεν. Οὕτως οὐδὲν ἄπορον Ἀλεξάνδρῳ τῶν πολεμικῶν ἦν ἐς ὅ τι ὁρμήσειε.

4. Κατιόντι δὲ αὐτῷ εἰς Βαβυλῶνα Λιβύων τε πρεσβεῖαι ἐνετύγχανον ἐπαινούντων τε καὶ στεφανούντων ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ τῆς Ἀσίας, καὶ ἐξ Ἰταλίας Βρέττιοί τε καὶ Λευκανοὶ καὶ Τυῤῥηνοὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπρέσβευον. Καὶ Καρχηδονίους τότε πρεσβεῦσαι λέγεται καὶ ἀπὸ Αἰθιόπων πρέσβεις ἐλθεῖν καὶ Σκυθῶν τῶν ἐκ τῆς Εὐρώπης, καὶ Κελτοὺς καὶ Ἴβηρας, ὑπὲρ φιλίας δεησομένους· ὧν τά τε ὀνόματα καὶ τὰς σκευὰς τότε πρῶτον ὀφθῆναι πρὸς Ἑλλήνων τε καὶ Μακεδόνων. (5) Τοὺς δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν εἰς ἀλλήλους διαφορῶν λέγουσιν ὅτι Ἀλεξάνδρῳ διακρῖναι ἐπέτρεπον· καὶ τότε μάλιστα αὐτόν τε αὐτῷ Ἀλέξανδρον καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν φανῆναι γῆς τε ἁπάσης καὶ θαλάσσης κύριον. Ἄριστος δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου ἀναγραψάντων καὶ Ῥωμαίους λέγουσιν ὅτι ἐπρέσβευσαν· καὶ ἐντυχόντα ταῖς πρεσβείαις Ἀλέξανδρον ὑπὲρ Ῥωμαίων τι τῆς ἐσομένης ἐς τὸ ἔπειτα δυνάμεως μαντεύσασθαι, τόν τε κόσμον τῶν ἀνδρῶν ἰδόντα καὶ τὸ φιλόπονόν τε καὶ ἐλευθέριον καὶ περὶ τοῦ πολιτεύματος ἅμα διαπυθανόμενον. (6) Καὶ τοῦτο οὔτε ὡς ἀτρεκὲς οὔτε ὡς ἄπιστον πάντη ἀνέγραψα· πλήν γε δὴ οὔτε τις Ῥωμαίων ὑπὲρ τῆς πρεσβείας ταύτης ὡς παρὰ Ἀλέξανδρον σταλείσης μνήμην ἐποιήσατό τινα, οὐδὲ τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων οἵστισι μᾶλλον ἐγὼ ξυμφέρομαι, Πτολεμαῖος ὁ Λάγου καὶ Ἀριστόβουλος· οὐδὲ τῷ Ῥωμαίων πολιτεύματι ἐπειοικὸς ἦν, ἐλευθέρῳ δὴ τότε

luit : signumque ei præferri in agmine et prælio quod Hephæstion confecerat. Ludos præterea gymnicos et musicos, cum certantium multitudine, tum sumptuum præmiorumque magnitudine longe prioribus omnibus illustriores instituit. Tria namque certantium millia in id præparaverat, quos quidem non multo post ad ipsius tumulum certasse ferunt.

CAP. XV.

Et jam multo tempore luctus continuatus erat, ipseque se a mœrore revocare cœperat, multumque eam ad rem amicorum consolationes juvabant : quum rursum expeditionem in Cossæos gentem bellicosam, Uxiis finitimam, suscipit. (2) Sunt hi montani populi, oppidaque munita inhabitant : ubi se valido aliquo exercitu peti vident in montium cacumina confertim sese recipiunt, aut qua cuique integrum est diffugiunt in loca quæ ab exercitu adiri non possint : deinde discedentibus hostibus rursus ad latrocinia conversi, vitam hoc pacto tuentur. (3) Alexander nihilominus illos, quantumvis hiems esset, sedibus suis ejecit. Cæterum neque bruma, neque difficultas locorum aut ipsi aut Ptolemæo Lagi, qui partem exercitus ducebat, impedimento fuit : adeo nihil ejus virtuti bellicæ inaccessum erat.

4. Dehinc Babyloniam petenti Alexandro Afrorum legati occurrerunt gratulantes, Asiæ coronam illi deferentes. Ex Italia quoque Brutii, Lucani ac Tusci eadem de causa legatos miserunt. Idem et Carthaginienses fecisse dicuntur : ab Æthiopibus quoque venerunt, et a Scythis Europam incolentibus : a Celtis etiam et Iberis, omnes amicitiam petentes : quorum nomina ac cultum tum primum Græci et Macedones cognoverunt. (5) Nonnullos etiam ut controversias quæ inter eos incidissent dirimeret, venisse ferunt. Ac tum maxime Alexandrum sibi ipsi et iis qui cum eo erant universæ terræ ac maris dominum visum esse. Aristus autem et Asclepiades, ex iis qui de Alexandri rebus gestis scripserunt, dicunt Romanos etiam legatos misisse : et Alexandrum, audita eorum legatione, jam tum de futura Romanorum potentia aliquid auguratum esse, quum et illorum modestiam et diligentiam ac generositatem animadvertisset, eorumque mores atque instituta cognovisset. (6) Ceterum hoc, ut neque omnino certum, neque prorsus incredibile, commemoravi : tametsi nullus Romanarum rerum scriptor hujus legationis ad Alexandrum missæ mentionem fecit : neque ex iis qui Alexandri res gestas conscripserunt, quos quidem eo præcipue sequor, Ptolemæus Lagi et Aristobulus. Neque vero Romanæ reipublicæ conveniens videtur, quæ

ἐς τὰ μάλιστα ὄντι, παρὰ βασιλέα ἀλλόφυλον, ἄλλως τε καὶ ἐς τοσόνδε ἀπὸ τῆς οἰκείας πρεσβεῦσαι, οὔτε φόβου ἐξαναγκάζοντος οὔτε κατ' ἐλπίδα ὠφελείας, μίσει τε, εἴπερ τινὰς ἄλλους, τοῦ τυραννικοῦ γένους τε καὶ ὀνόματος κατεχομένους.

ΚΕΦ. ΙΣ'.

Ἐκ τούτου δὴ Ἡρακλείδην τὸν Ἀργαίου ἐκπέμπει ἐς Ὑρκανίαν ναυπηγοὺς ἅμα οἳ ἄγοντα, κελεύσας ὕλην τεμόντα ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν Ὑρκανίων ναυπηγεῖσθαι ναῦς μακρὰς ἀφράκτους τε καὶ πεφραγμένας ἐς τὸν κόσμον τὸν Ἑλληνικόν. (2) Πόθος γὰρ εἶχεν αὐτὸν καὶ ταύτην ἐκμαθεῖν τὴν θάλασσαν τὴν Κασπίαν τε καὶ Ὑρκανίαν καλουμένην ποίᾳ τινὶ ξυμβάλλει θαλάσσῃ, πότερα τῇ τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου ἢ ἀπὸ τῆς ἑῴας τῆς κατ' Ἰνδοὺς ἐκπεριερχομένη ἡ μεγάλη θάλασσα ἀναχεῖται εἰς κόλπον τὸν Ὑρκάνιον, καθάπερ οὖν καὶ τὸν Περσικὸν ἐξεῦρε, τὴν Ἐρυθρὰν δὴ καλουμένην θάλασσαν, κόλπον οὖσαν τῆς μεγάλης θαλάσσης. (3) Οὐ γάρ πω ἐξεύρηντο αἱ ἀρχαὶ τῆς Κασπίας θαλάσσης, καίτοι ἔθνῶν τε αὐτὴν περιοικούντων οὐκ ὀλίγων καὶ ποταμῶν πλοίμων ἐμβαλλόντων ἐς αὐτήν· ἐκ Βάκτρων μὲν Ὦξος ποταμός, μέγιστος τῶν Ἀσιανῶν ποταμῶν, πλήν γε δὴ τῶν Ἰνδῶν, ἐξίησιν ἐς ταύτην τὴν θάλασσαν, διὰ Σκυθῶν δὲ Ἰαξάρτης· καὶ τὸν Ἀράξην δὲ τὸν ἐξ Ἀρμενίας ῥέοντα ἐς ταύτην ἐσβάλλειν ὁ πλείων λόγος κατέχει. (4) Μέγιστοι μὲν οὗτοι· πολλοὶ δὲ δὴ καὶ ἄλλοι ἔς τε τούτους ἐμβάλλοντες καὶ αὐτοὶ ἐπὶ σφῶν ἐς τὴν θάλασσαν ταύτην ἐξιᾶσιν, οἱ μὲν καὶ γινωσκόμενοι πρὸς τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἐπελθόντων τὰ ἔθνη ταῦτα, οἱ δὲ κατὰ τὰ ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ κόλπου, ὡς εἰκός, κατὰ τοὺς Σκύθας τοὺς Νομάδας, ὃ δὴ ἄγνωστον πάντη ἐστίν.

5. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς τὸν Τίγρητα ποταμὸν ξὺν τῇ στρατιᾷ διέβη ἐλαύνων ἐπὶ Βαβυλῶνος, ἐνταῦθα ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ Χαλδαίων οἱ λόγιοι, καὶ ἀπαγαγόντες ἀπὸ τῶν ἑταίρων ἐδέοντο ἐπισχεῖν τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ἔλασιν· λόγιον γὰρ γεγονέναι σφίσιν ἐκ τοῦ θεοῦ τοῦ Βήλου μὴ πρὸς ἀγαθοῦ οἱ εἶναι τὴν πάροδον τὴν ἐς Βαβυλῶνα ἐν τῷ τότε. (6) Τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς λόγον τοῦ Εὐριπίδου τοῦ ποιητοῦ ἔπος, ἔχει δὲ τὸ ἔπος Εὐριπίδῃ ὧδε·

Μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Σὺ δέ, ὦ βασιλεῦ, ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι, μὴ πρὸς δυσμὰς ἀφορῶν αὐτὸς μηδὲ τὴν στρατιὰν ταύτῃ ἐπέχουσαν ἄγων παρελθεῖν, ἀλλὰ ἐκπεριελθὼν πρὸς ἕω μᾶλλον. (7) Τῷ δὲ οὐδὲ τοῦτο εὐμαρὲς διὰ δυσχωρίαν ξυνέβη· ἀλλὰ ἦγε γὰρ αὐτὸν ταύτῃ τὸ δαιμόνιον ᾗ παρελθόντα ἐχρῆν ἤδη τελευτῆσαι. Καί που τυχὸν καὶ ἄμεινον αὐτῷ ἦν ἐν ἀκμῇ τῆς τε ἄλλης δόξης καὶ τοῦ πόθου τοῦ παρ' ἀνθρώπων ἀπηλλάχθαι, πρίν τινα ξυμβῆναι αὐτῷ ξυμφορὰν ἀνθρωπίνην, ἧς ἕνεκα καὶ Σόλωνα Κροίσῳ πα-

liberrima tum temporis erat, ad regem exterum, quique alioqui tam procul domo aberat, legatos misisse, præsertim quum neque ulla utilitatis spes eos moveret, quumque, si qui alii, odio tyrannicum et genus et nomen prosequerentur.

CAP. XVI.

Post hæc Alexander Heraclidem Argæi filium cum navium architectis in Hyrcaniam mittit, qui excisa e montibus Hyrcaniæ materia naves oblongas conficiat : partim tectas, partim apertas, Græcarum navium instar. (2) Cupiebat enim etiam illud mare, quod Caspium simul et Hyrcanium appellatur, cui mari committatur cognoscere : utrum ponto Euxino an ab oriente Indicus Oceanus circumductus in sinum Hyrcanium refundatur, quemadmodum etiam Persicum, rubrum mare alii vocant, sinum Oceani esse compererat. (3) Neque enim adhuc inventa erant Caspii maris initia, quamvis multæ gentes circum ipsum incolerent, multique amnes navigabiles in illud mare ferrentur. Nam ex Bactris Oxus maximus Asiæ fluminum, Indicis exceptis, in Caspium mare fluit : per Scythas Iaxartes. Araxem quoque, qui ab Armeniis fluit, in hoc mare ferri plerique tradunt : (4) atque hi quidem maximi amnes sunt ; multi vero præterea alii in hos fluvios illabentes et ipsi seorsum in istud mare exeunt : partim ab iis qui cum Alexandro gentes illas obierunt cogniti, partim ultra sinum, ut verisimile est, in Scytharum Nomadum regionibus labentes; quæ quidem prorsus incognita sunt.

5. Alexander quum per Tigrim flumen exercitum trajecisset, Babylonem proficiscens Chaldæos vates obvios habuit, qui eum ab amicis sevocatum rogarunt ut profectione Babylonica supersederet. Oraculo enim sese Beli dei monitos, ingressum in Babylonem nequaquam ei tum temporis faustum ac felicem fore. (6) Ipse Euripidis versum eis objiciebat, qui ita habet :

Qui conjicit bene, augur est is optimus.

Tum illi : Atqui, o rex, ne occidentem versus respicias, neque exercitum hac ducens ingrediare, sed potius circumactum agmen in orientem ducito. (7) Sed ob difficultatem viæ id præstare non potuit : fortuna sive fato eum in viam propellente, cujus transitus ipsi exitio futurus erat. Et fortasse satius ei fuit, in summo felicitatis fastigio summoque hominum desiderio vitam cum morte commutare, prausquam ei calamitas aliqua humano more accideret. Cujus rei causa Solonem Crœso suasisse verisimile est ut longæ vitæ exitum

ραινέσαι εἰκὸς τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου μηδὲ πρόσθεν τινὰ ἀνθρώπων ἀποφαίνειν εὐδαίμονα. (8) Ἐπεὶ καὶ αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ ἡ Ἡφαιστίωνος τελευτὴ οὐ σμικρὰ ξυμφορὰ γεγένητο, ἧς καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος προαπελθεῖν ἂν δοκεῖ μοι ἐθελῆσαι μᾶλλον ἢ ζῶν πειραθῆναι, οὐ μεῖον ἢ καὶ Ἀχιλλέα δοκῶ ἂν ἑλέσθαι προαποθανεῖν Πατρόκλου μᾶλλον ἢ τοῦ θανάτου αὐτοῦ τιμωρὸν γενέσθαι.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Ἦν δέ τι καὶ ὕποπτον αὐτῷ ἐς τοὺς Χαλδαίους, ὡς οὐ κατὰ μαντείαν τι μᾶλλον ἢ ἐς ὠφέλειαν τὴν αὑτῶν φέροι αὐτοῖς ἡ κώλυσις τῆς Ἀλεξάνδρου ἐς Βαβυλῶνα ἐν τῷ τότε ἐλάσεως. Ὁ γὰρ τοῦ Βήλου νεὼς ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἦν τῶν Βαβυλωνίων, μεγέθει τε μέγιστος καὶ ἐκ πλίνθου ὀπτῆς ἐν ἀσφάλτῳ ἡρμοσμένης. (2) Τοῦτον τὸν νεών, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ἱερὰ τὰ Βαβυλωνίων, Ξέρξης κατέσκαψεν, ὅτε ἐκ τῆς Ἑλλάδος ὀπίσω ἀπενόστησεν· Ἀλέξανδρος δὲ ἐν νῷ εἶχεν ἀνοικοδομεῖν, οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ἐπὶ τοῖς θεμελίοις τοῖς πρόσθεν, καὶ τούτου ἕνεκα τὸν χοῦν ἐκφέρειν ἐκέλευε τοὺς Βαβυλωνίους· οἱ δέ, ὅτι καὶ μείζονα ἔτι τοῦ πάλαι ὄντος. (3) Ἐπεὶ δὲ ἀποστάντος αὐτοῦ μαλθακῶς ἀνθήψαντο τοῦ ἔργου οἷς ταῦτα ἐπετέτραπτο, ὁ δὲ τῇ στρατιᾷ πάσῃ ἐπενόει τὸ ἔργον ἐργάσασθαι. Εἶναι δὲ τῷ θεῷ τῷ Βήλῳ πολλὴν μὲν τὴν χώραν ἀνειμένην ἐκ τῶν Ἀσσυρίων βασιλέων, πολὺν δὲ χρυσόν. (4) Καὶ ἀπὸ τοῦ πάλαι μὲν τὸν νεὼν ἐπισκευάζεσθαι καὶ τὰς θυσίας τῷ θεῷ θύεσθαι· τότε δὲ τοὺς Χαλδαίους τὰ τοῦ θεοῦ νέμεσθαι, οὐκ ὄντος ἐς ὅ τι ἀναλωθήσεται τὰ περιγιγνόμενα. Τούτων δὴ εἵνεκα ὕποπτοι Ἀλεξάνδρῳ ἦσαν οὐκ ἐθέλειν παρελθεῖν εἴσω Βαβυλῶνος Ἀλέξανδρον, ὡς μὴ δι' ὀλίγου τὸν νεὼν ἐπιτελεσθέντα ἀφελέσθαι αὐτοὺς τὰς ἐκ τῶν χρημάτων ὠφελείας. (5) Ὅμως δὲ τά γε τῆς ἐπιστροφῆς τῆς κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν ἐς τὴν πόλιν ἐθελῆσαι αὐτοῖς πεισθῆναι λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ τῇ πρώτῃ μὲν παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Εὐφράτην καταστρατοπεδεῦσαι, ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν ἐν δεξιᾷ ἔχοντα τὸν ποταμὸν παρ' αὐτὸν πορεύεσθαι, ἐθέλοντα ὑπερβάλλειν τῆς πόλεως τὸ μέρος τὸ ἐς δυσμὰς τετραμμένον, ὡς ταύτῃ ἐπιστρέψαντα πρὸς ἕω ἄγειν· (6) ἀλλὰ οὐ γὰρ δυνηθῆναι ὑπὸ δυσχωρίας οὕτως ἐλάσαι ξὺν τῇ στρατιᾷ, ὅτι τὰ ἀπὸ δυσμῶν τῆς πόλεως εἰσιόντι, εἰ ταύτῃ πρὸς ἕω ἐπέστρεφεν, ἑλώδη τε καὶ τεναγώδη ἦν. Καὶ οὕτω καὶ ἑκόντα καὶ ἄκοντα ἀπειθῆσαι τῷ θεῷ.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Ἐπεὶ καὶ τοιόνδε τινὰ λόγον Ἀριστόβουλος ἀναγέγραφεν· Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀμφιπολίτην τῶν ἑταίρων τῶν Ἀλεξάνδρου, στρατηγὸν τῆς στρατιᾶς ἣν παρὰ

spectaret, neque prius quemquam mortalium felicem judicaret. (8) Quandoquidem et Hephæstionis obitus non exigui infortunii loco Alexandro accidisse videtur, quem mea sententia prævenire ipse quam vivus experiri maluisset : non secus atque Achilli jucundius fuisset Patrocli mortem sua ipsius morte antevertisse, quam necis ejus ultor relinqui.

CAP. XVII.

Inciderat autem Alexandro suspicio quædam de Chaldæis, quod se non tam oraculi quam privatæ ipsorum utilitatis causa per id tempus ab ingressu Babylonis deterrerent. Nam Beli templum in media Babyloniorum urbe situm erat, magnitudine præclarum, atque ex laterculo coctili, bitumine interlito, coagmentatum. (2) Quod templum, quem admodum et cætera Babyloniorum loca sacra Xerxes subverterat, quum ex Græcia reverteretur. Alexander vero in animo habebat templum instaurare, atque, ut quidam scribunt, e veteribus fundamentis exædificare : eamque ob causam rudera exportare Babylonios jusserat : ut vero alii, augustius quam antea fuerat efficere statuerat. (3) Quumque ipso absente segnius quam vellet operi instarent, ipse cum universo exercitu opus aggredi cogitabat. Erat autem Belo multum agri ab Assyriis regibus consecratum, multum etiam aurum : (4) Et ex eo olim quidem templum reficiebatur et sacrificia deo offerenda comparabantur ; tunc vero quum in nullos usus conferrentur annui reditus, Chaldæis id omne quod Belo sacrum erat cedebat. Quamobrem suspicari cœpit Alexander nolle eos ipsum Babylonem ingredi, ne parvo temporis spatio exædificato templo ipsi tantis pecuniarum commodis privarentur. (5) Aristobulus tamen auctor est, Alexandrum Chaldæorum consilio de circumagendo itinere in urbem acquiescere voluisse, ac primo quidem die ad Euphratem fluvium castra posuisse : postridie vero quum flumen ei ad dextram esset, juxta ipsum processisse, cupientem prætergredi eam urbis partem quæ occasum spectabat. ut inde orientem versus se converteret : (6) sed ob difficultatem locorum ita cum exercitu ingredi non potuisse : quod nimirum quum ab occidentali urbis parte in orientalem sese convertere vellet, paludosis limosisque locis impediretur : atque ita partim volentem partim nolentem Beli oraculo non paruisse.

CAP. XVIII.

Porro Aristobulus aliud quippiam hujuscemodi narrat : Apollodorum Amphipolitam, ex amicis Alexandri, prætorem exercitus quem Alexander Mazæo Babyloniorum sa-

Μαζαίῳ τῷ Βαβυλῶνος σατράπῃ ἀπέλιπεν Ἀλέξανδρος, ἐπειδὴ συνέμιξεν ἐπανιόντι αὐτῷ ἐξ Ἰνδῶν, ὁρῶντα πικρῶς τιμωρούμενον τοὺς σατράπας ὅσοι ἐπ' ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ χώρᾳ τεταγμένοι ἦσαν, ἐπιστεῖλαι Πειθαγόρᾳ τῷ ἀδελφῷ, μάντιν γὰρ εἶναι τὸν Πειθαγόραν τῆς ἀπὸ σπλάγχνων μαντείας, μαντεύσασθαι καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τῆς σωτηρίας. (2) Ἀντεπιστεῖλαι δὲ αὐτῷ Πειθαγόραν πυνθανόμενον τίνα μάλιστα φοβούμενος χρήσασθαι ἐθέλοι τῇ μαντείᾳ. Τὸν δὲ γράψαι αὖθις ὅτι τόν τε βασιλέα αὐτὸν καὶ Ἡφαιστίωνα. Θύεσθαι δὴ τὸν Πειθαγόραν πρῶτα μὲν ἐπὶ τῷ Ἡφαιστίωνι· ὡς δὲ ἐπὶ τοῦ ἥπατος τοῦ ἱερείου ὁ λοβὸς ἀφανὴς ἦν, οὕτω δὴ ἐγγράψαντα καὶ κατασημηνάμενον τὸ γραμμάτιον πέμψαι παρὰ τὸν Ἀπολλόδωρον ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Ἐκβάτανα, δηλοῦντα μηδέν τι δεδιέναι Ἡφαιστίωνα· ἔσεσθαι γὰρ αὐτοῖς ὀλίγου χρόνου ἐκποδών. (3) Καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν λέγει Ἀριστόβουλος κομίσασθαι Ἀπολλόδωρον μιᾷ πρόσθεν ἡμέρᾳ ἢ τελευτῆσαι Ἡφαιστίωνα. Αὖθις δὲ θύεσθαι τὸν Πειθαγόραν ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ καὶ γενέσθαι καὶ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ ἄλοβον τὸ ἧπαρ τοῦ ἱερείου. Καὶ Πειθαγόραν τὰ αὐτὰ καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου γράψαι Ἀπολλοδώρῳ. Ἀπολλόδωρον δὲ οὐ κατασιωπῆσαι, ἀλλὰ φράσαι γὰρ πρὸς Ἀλέξανδρον τὰ ἐπεσταλμένα, ὡς εὔνοιαν μᾶλλόν τι ἐπιδειξόμενον τῷ βασιλεῖ, εἰ φυλάττεσθαι παραινέσειε μή τις αὐτῷ κίνδυνος ἐν τῷ τότε ξυμπέσοι. (4) Καὶ Ἀπολλόδωρόν τε λέγει ὅτι Ἀλέξανδρος ἐπήνεσε καὶ τὸν Πειθαγόραν, ἐπειδὴ παρῆλθεν εἰς Βαβυλῶνα, ἤρετο ὅτου γενομένου αὐτῷ σημείου ταῦτα ἐπέστειλε πρὸς τὸν ἀδελφόν· τὸν δὲ εἰπεῖν ὅτι ἄλοβόν οἱ τὸ ἧπαρ ἐγένετο τοῦ ἱερείου· ἐρομένου δὲ ὅ τι νοοῖ τὸ σημεῖον μέγα εἰπεῖν εἶναι χαλεπόν. Ἀλέξανδρον δὲ τοσούτου δεῆσαι χαλεπῆναι τῷ Πειθαγόρᾳ, ὡς καὶ δι' ἐπιμελείας ἔχειν αὐτὸν πλείονος, ὅτι ἀδόλως τὴν ἀλήθειάν οἱ ἔφρασε. (5) Ταῦτα αὐτὸς Ἀριστόβουλος λέγει παρὰ Πειθαγόρου πυθέσθαι· καὶ Περδίκκα δὲ μαντεύσασθαι αὐτὸν λέγει καὶ Ἀντιγόνῳ χρόνῳ ὕστερον· καὶ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἀμφοῖν γενομένου Περδίκκαν τε ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύσαντα ἀποθανεῖν καὶ Ἀντίγονον ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Σέλευκον καὶ Αυσίμαχον τῇ ἐν Ἰψῷ γενομένῃ. (6) Καὶ μὲν δὴ καὶ ὑπὲρ Καλάνου τοῦ σοφιστοῦ τοῦ Ἰνδοῦ τοιόσδε τις ἀναγέγραπται λόγος, ὁπότε ἐπὶ τὴν πυρὰν ᾔει ἀποθανούμενος, τότε τοὺς μὲν ἄλλους ἑταίρους ἀσπάζεσθαι αὐτόν, Ἀλεξάνδρῳ δὲ οὐκ ἐθελῆσαι προσελθεῖν ἀσπασόμενον, ἀλλὰ φάναι γὰρ ὅτι ἐν Βαβυλῶνι αὐτῷ ἐντυχὼν ἀσπάσεται. Καὶ τοῦτον τὸν λόγον ἐν μὲν τῷ τότε ἀμεληθῆναι· ὕστερον δέ, ἐπειδὴ ἐτελεύτησεν ἐν Βαβυλῶνι Ἀλέξανδρος, ἐς μνήμην ἐλθεῖν τῶν ἀκουσάντων, ὅτι ἐπὶ τῇ τελευτῇ ἄρα τῇ Ἀλεξάνδρου ἐθειάσθη.

trapæ reliquerat, quum ad Alexandrum ex Indis reversum convenisset, vidissetque eum in satrapas qui aliis atque aliis provinciis præfuerant, severius animadvertentem, Pithagoræ fratri suo scripsisse (vatem enim fuisse Pithagoram ex eorum genere qui exta consulunt) et de salute sua eum consuluisse : (2) Pithagoram ejus literis respondisse, rogasseque cujus potissimum metu vaticinio uti vellet : qui quum respondisset, se ab Alexandro et Hephæstione sibi metuere, Pithagoram primum pro Hephæstione exta inspexisse. Quumque jecinori fibræ deessent, literas rursum scripsisse, easque obsignatas ad Apollodorum ex Babylone in Ecbatana misisse, quibus monebat ne quicquam ab Hephæstione metueret. Propediem enim e vivis sublatum iri. (3) Quam quidem epistolam ait Aristobulus Apollodorum accepisse pridie quam Hephæstio exiret e vita. Tum Pithagoram quum rursus pro Alexandro exta consuluisset, fibrasque etiam pro Alexandro jecinori deesse reperisset, idem fratri suo de Alexandro scripsisse. Apollodorum vero id non subticuisse, sed Alexandro quæ acceperat indicasse, ut benevolo erga regem animo esse videretur, monens ut imminens periculum caveret. (4) Atque Alexandrum quidem Apollodorum collaudasse narrat : quumque Babylonem venisset, percontatum esse Pithagoram quo signo edoctus fratri suo talia de se scripsisset : qui quum respondisset, quod hostiæ jecinora absque fibris inventa essent, Alexandrum rursus interrogasse quid hoc portenderet : et Pithagoram, magnum malum portendi dixisse. Alexandrum vero tantum abfuisse ut Pithagoræ succensuerit, ut eum deinceps cariorem habuerit, quod citra dolum simpliciter ei rem ipsam dixisset. (5) Hæc Aristobulus se a Pithagora audisse testatur : ac postea Perdiccæ atque Antigono eundem vaticinatum esse. Eodemque utrique prodigio edito Perdiccam adversus Ptolemæum bellantem mortuum esse : Antigonum vero in pugna adversus Seleucum et Lysimachum ad Ipsum commissa. (6) Atqui de Calano sophista Indo etiam hujuscemodi quippiam scriptum est. Quum moriturus ad rogum iret, reliquos quidem amicos osculatum fuisse : ad Alexandrum vero deosculandi illum causa accedere noluisse, sed dixisse Babylone se illum reperturum ibique osculum daturum esse. Quæ quidem verba tum temporis neglecta parumque animadversa fuisse : postea vero mortuo Babylone Alexandro memoria repetita Alexandri mortem vaticinatum fuisse compererunt.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Παρελθόντι δ' αὐτῷ ἐς Βαβυλῶνα πρεσβεῖαι παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐνέτυχον, ὑπὲρ ὅτων μὲν ἕκαστοι πρεσβευόμενοι οὐκ ἀναγέγραπται· δοκεῖν δ' ἔμοιγε αἱ πολλαὶ στεφανούντων τε αὐτὸν ἦσαν καὶ ἐπαινούντων ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς τε ἄλλαις καὶ μάλιστα ταῖς Ἰνδικαῖς, καὶ ὅτι σῶς ἐξ Ἰνδῶν ἐπανήκει χαίρειν φασκόντων. Καὶ τούτους δεξιωσάμενός τε καὶ τὰ εἰκότα τιμήσας ἀποπέμψαι ὀπίσω λέγεται. (2) Ὅσους δὲ ἀνδριάντας ἢ ὅσα ἀγάλματα ἢ εἰ δή τι ἄλλο ἀνάθημα ἐκ τῆς Ἑλλάδος Ξέρξης ἀνεκόμισεν ἐς Βαβυλῶνα ἢ ἐς Πασαργάδας ἢ ἐς Σοῦσα ἢ ὅπη ἄλλῃ τῆς Ἀσίας, ταῦτα δοῦναι ἄγειν τοῖς πρέσβεσι, καὶ τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας τὰς χαλκᾶς οὕτω λέγεται ἀπενεχθῆναι ὀπίσω ἐς Ἀθήνας καὶ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Κελκαίας τὸ ἕδος.

3. Κατέλαβε δὲ ἐν Βαβυλῶνι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ τὸ ναυτικόν, τὸ μὲν κατὰ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἀναπεπλευκὸς ἀπὸ θαλάσσης τῆς Περσικῆς, ὅ τιπερ σὺν Νεάρχῳ ἦν· τὸ δὲ ἐκ Φοινίκης ἀνακεκομισμένον, πεντήρεις μὲν δύο τῶν ἐκ Φοινίκων, τετρήρεις δὲ τρεῖς, τριήρεις δὲ δώδεκα, τριακοντόρους δὲ ἐς τριάκοντα· ταύτας ξυντμηθείσας κομισθῆναι ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐκ Φοινίκης ἐς Θάψακον πόλιν, ἐκεῖ δὲ ξυμπηχθείσας αὖθις καταπλεῦσαι ἐς Βαβυλῶνα. (4) Λέγει δὲ ὅτι καὶ ἄλλος αὐτῷ ἐναυπηγεῖτο στόλος τέμνοντι τὰς κυπαρίσσους τὰς ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ· τούτων γὰρ μόνων τῶν δένδρων εὐπορίαν εἶναι ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων, τῶν δὲ ἄλλων ὅσα ἐς ναυπηγίαν ἀπόρως ἔχειν τὴν γῆν ταύτην· πληρώματα δὲ ἐς τὰς ναῦς καὶ τὰς ἄλλας ὑπηρεσίας πορφυρέων τε πλῆθος καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ἐργάται τῆς θαλάσσης ἀφῖχθαι αὐτῷ ἐκ Φοινίκης τε καὶ τῆς ἄλλης παραλίας· λιμένα τε ὅτι πρὸς Βαβυλῶνι ἐποίει ὀρυκτὸν ὅσον χιλίαις ναυσὶ μακραῖς ὅρμον εἶναι καὶ νεωσοίκους ἐπὶ τοῦ λιμένος. (5) Καὶ Μίκκαλος ὁ Κλαζομένιος μετὰ πεντακοσίων ταλάντων ἐπὶ Φοινίκης τε καὶ Συρίας ἐστέλλετο, τοὺς μὲν μισθῷ πείσων, τοὺς δὲ καὶ ὠνησόμενος ὅσοι θαλάττιοι ἄνθρωποι. Τήν τε γὰρ παραλίαν τὴν πρὸς τῷ κόλπῳ τῷ Περσικῷ κατοικίζειν ἐπενόει καὶ τὰς νήσους τὰς ταύτῃ. Ἐδόκει γὰρ αὐτῷ οὐ μεῖον ἂν Φοινίκης εὐδαίμων ἡ χώρα αὕτη γενέσθαι. (6) Ἦν δὲ αὐτῷ τοῦ ναυτικοῦ ἡ παρασκευὴ ὡς ἐπὶ Ἄραβας τοὺς πολλούς, πρόφασιν μέν, ὅτι μόνοι τῶν ταύτῃ βαρβάρων οὔτε πρεσβείαν ἀπέστειλαν οὔτε τι ἄλλο ἐπιεικὲς ἢ ἐπὶ τιμῇ ἐπέπρακτο Ἀραψιν ἐς αὐτόν· τὸ δὲ ἀληθές, ὥς γέ μοι δοκεῖ, ἄπληστος ἦν τοῦ κτᾶσθαί τι ἀεὶ Ἀλέξανδρος.

ΚΕΦ. Κ'.

Λόγος δὲ κατέχει ὅτι ἥκουεν Ἄραβας δύο μόνον τιμᾶν θεούς, τὸν Οὐρανόν τε καὶ τὸν Διόνυσον, τὸν μὲν Οὐρανόν τε αὐτὸν ὁρώμενον καὶ τὰ ἄστρα ἐν οἷ

CAP. XIX.

Alexandro Babylonem ingresso legationes Græcorum obviam venerunt. Quibus vero de rebus singulæ missæ fuerint non constat. Mea vero sententia, pleræque eo spectabant ut eum coronarent, utque cum ob alias victorias, tum ob Indicas ei congratularentur, lætitiamque publicam ob felicem ex Indis reditum testarentur. Quos quidem humaniter exceptos debitisque honoribus ornatos domum remisisse dicitur. (2) Quotquot autem clarorum virorum statuas aut deorum simulacra aut aliud quidvis deis consecratum Xerxes Babylonem vel Pasargadas vel Susas aut in quamvis aliam Asiæ partem ex Græcia deportaverat, ea legatis reportanda dedit. Atque ita Harmodii et Aristogitonis æneas statuas Athenas remisisse dicitur, simulque Dianæ Celcææ simulacrum.

3. Recepit autem apud Babylonios, ut Aristobulus ait, classem navalem, quæ partim per Euphratem fluvium e Persico mari subvecta erat, Nearcho duce, partim ex Phœnicia appulerat; Phœnicum quidem quinqueremes duas, quadriremes tres, triremes XII, triginta remorum naves XXX. Hæ in partes dissectæ ex Phœnicia ad Euphratem in Thapsacum urbem vectæ sunt, ibique rursus compaginatæ Babylonem navigarunt. (4) Dicit idem Alexandrum aliam quoque classem construxisse cæsis in Babylonia cupressis. Harum enim arborum tantummodo in Assyria copiam esse, reliquarum quæ conficiendis navibus aptæ sint inopia laborare. Supplementa etiam in naves aliaque ministeria, et purpuras piscantium aliorumque marinorum operariorum multitudinem ex Phœnicia atque universa maritima ora ad eum venisse. Portum præterea apud Babylonios effodi curavit, qui mille naves oblongas caperet: navalia etiam portui adjunxit. (5) Misitque Miccalum Clazomenium cum quingentis talentis in Phœniciam et Syriam, qui quoscunque maritimos posset mercede conduceret, alios vero etiam emeret. Siquidem in maritimam Persici sinus oram ejusque insulas colonias deducere statuerat. Æque enim opulenta sibi ea regio atque Phœnicia fore videbatur. (6) Classem vero in Arabas populosam gentem parabat, ea de causa quod soli ex barbaris illius regionis neque legationes ad eum misissent, neque quidquam officii aut honoris sibi detulissent: sed revera, ut mihi quidem videtur, quod nulla eum conquirendi ditiones satietas capiebat.

CAP. XX.

Fama autem tenuit, id causæ fuisse quod audisset Arabas duos tantum deos colere, Cœlum scilicet et Bacchum. Cœlum quidem, quod et ipsum conspiceretur et in

ἔχοντα τά τε ἄλλα καὶ τὸν ἥλιον, ἀφ' ὅτου μεγίστη καὶ φανοτάτη ὠφέλεια ἐς πάντα ἥκει τὰ ἀνθρώπινα· Διόνυσον δὲ κατὰ δόξαν τῆς ἐς Ἰνδοὺς στρατιᾶς. Οὐκουν ἀπαξιοῦν καὶ αὐτὸν τρίτον ἂν νομισθῆναι πρὸς Ἀράβων θεόν, οὐ φαυλότερα ἔργα Διονύσου ἀποδειξάμενον, εἴπερ οὖν καὶ Ἀράβων κρατήσας, ἐπιτρέψειεν αὐτοῖς, καθάπερ Ἰνδοῖς, πολιτεύειν κατὰ τὰ σφῶν νόμιμα. (2) Τῆς τε χώρας ἡ εὐδαιμονία ὑπεκίνει αὐτόν, ὅτι ἤκουεν ἐκ μὲν τῶν λιμνῶν τὴν κασίαν γίγνεσθαι αὐτοῖς, ἀπὸ δὲ τῶν δένδρων τὴν σμύρναν τε καὶ τὸν λιβανωτόν, ἐκ δὲ τῶν θαμνίσκων τὸ κινάμωμον τέμνεσθαι, οἱ λειμῶνες δὲ ὅτι νάρδον αὐτόματοι ἐκφέρουσι· τό τε μέγεθος τῆς χώρας, ὅτι οὐκ ἐλάττων ἡ παράλιος τῆς Ἀραβίας ἥπερ ἡ τῆς Ἰνδικῆς αὐτῷ ἐξηγγέλλετο, καὶ νῆσοι αὐτῇ προσκεῖσθαι πολλαί, καὶ λιμένες πανταχοῦ τῆς χώρας ἐνεῖναι, οἷοι παρασχεῖν μὲν ὅρμους τῷ ναυτικῷ, παρασχεῖν δὲ καὶ πόλεις ἐνοικισθῆναι καὶ ταύτας γενέσθαι εὐδαίμονας.

3. Δύο δὲ νῆσοι κατὰ τὸ στόμα τοῦ Εὐφράτου πελάγιαι ἐξηγγέλλοντο αὐτῷ, ἡ μὲν πρώτη οὐ πρόσω τῶν ἐκβολῶν τοῦ Εὐφράτου, ἐς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπέχουσα ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ τε καὶ τοῦ στόματος τοῦ ποταμοῦ, μικροτέρα δὲ αὕτη καὶ δασεῖα ὕλῃ παντοίᾳ· εἶναι δὲ ἐν αὐτῇ καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος, καὶ τοὺς οἰκήτορας αὐτοὺς ἀμφὶ τὸ ἱερὸν τὰ τῆς διαίτης ποιεῖσθαι· (4) νέμεσθαί τε αὐτὴν αἰξί τε ἀγρίαις καὶ ἐλάφοις, καὶ ταύτας ἀνεῖσθαι ἀφέτους τῇ Ἀρτέμιδι, οὐδὲ εἶναι θέμις θήραν ποιεῖσθαι ἀπ' αὐτῶν ὅτι μὴ θῦσαί τινα τῇ θεῷ ἐθέλοντα· ἐπὶ τῷδε θηρᾶν μόνον· ἐπὶ τῷδε γὰρ οὐκ εἶναι ἀθέμιτον. Καὶ ταύτην τὴν νῆσον λέγει Ἀριστόβουλος ὅτι Ἴκαρον ἐκέλευσε καλεῖσθαι Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῆς νήσου τῆς Ἰκάρου τῆς ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ, (5) ἐς ἥντινα Ἴκαρον τὸν Δαιδάλου τακέντος τοῦ κηροῦ ὅτῳ προσήρτητο τὰ πτερὰ πεσεῖν ὁ λόγος κατέχει, ὅτι οὐ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρὸς πρὸς τῇ γῇ ἐφέρετο, ἀλλὰ μετέωρος γὰρ ὑπὸ ἀνοίας πετόμενος παρέσχε τῷ ἡλίῳ θάλψαι τε καὶ ἀνεῖναι τὸν κηρόν, καὶ ἀπὸ ἑαυτοῦ τὸν Ἴκαρον τῇ τε νήσῳ καὶ τῷ πελάγει τὴν ἐπωνυμίαν ἐγκαταλιπεῖν τὴν μὲν Ἴκαρον καλεῖσθαι, τὸ δὲ Ἰκάριον. (6) Ἡ δὲ ἑτέρα νῆσος ἀπέχειν μὲν ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου ἐλέγετο ὅσον πλοῦν ἡμέρας καὶ νυκτὸς κατ' οὖρον θεούσῃ νηΐ· Τύλος δὲ αὐτῇ εἶναι ὄνομα· μεγάλη δὲ εἶναι καὶ οὔτε τραχεῖα ἡ πολλὴ οὔτε ὑλώδης, ἀλλ' οἷα καρπούς τε ἡμέρους ἐνεγκεῖν καὶ πάντα ὡραῖα.

7. Ταυτὶ ἀπηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ τὰ μὲν πρὸς Ἀρχίου, ὃς ξὺν τριακοντόρῳ ἐκπεμφθεὶς ἐπὶ κατασκοπῇ τοῦ παράπλου τοῦ ὡς ἐπὶ τοὺς Ἄραβας μέχρι μὲν τῆς νήσου τῆς Τύλου ἦλθεν, τὸ πρόσω δὲ οὐκέτι περαιωθῆναι ἐτόλμησεν· Ἀνδροσθένης δὲ ξὺν ἄλλῃ τριακοντόρῳ σταλεὶς καὶ τῆς χερρονήσου τι τῶν Ἀράβων παρέπλευσε· μακροτάτω δὲ τῶν ἐκπεμφθέντων προὐχώρησεν Ἱέρων ὁ Σολεὺς ὁ κυβερνήτης, λαβὼν καὶ οὗτος παρ' Ἀλεξάνδρου τριακόντορον. (8) Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ προστεταγμένον περιπλεῦσαι τὴν χερρόνησον τὴν Ἀρά-

se contineret sidera tum alia tum solem, a quo quamplurima manifestissimaque ad omnes humanos usus commoda manarent: Bacchum vero ob famam ducti in Indos exercitus. Quapropter non indignum censebat se, qui pro tertio deo apud Arabes haberetur (quippe qui rebus gestis Baccho nequaquam inferior esset), siquidem devictis Arabibus suis legibus vivendi potestatem, ut Indis, faceret. (2) Invitabat eum præterea opulentia regionis, quum audisset casiam palustribus locis apud eos nasci, ex arboribus myrrham et thura legi: ex fruticibus cinamomum rescindi: prata sua sponte nardum gignere. Quodque ad magnitudinem regionis attinet, Arabiam maritimam India minorem non esse acceperat, multasque ei insulas adjacere: frequentes præterea portus esse, qui et stationes receptui classis idoneas præbeant et urbes ad habitandum commodas opulentasque.

3. Duæ vero insulæ in mari sitæ ad Euphratis ostia nuntiabantur: quarum altera non procul inde ubi Euphrates in mare exit, CXX stadiis a littore fluviique faucibus distabat. Atque hanc quidem minorem et sylvis densam esse, ac Dianæ templum habere: atque ipsos indigenas templi ministeriis fungi: (4) et capras feras et cervos eam pascere, eaque animalia Dianæ sacra relinqui, neque fas esse ea capere, nisi ad sacrificium deæ faciendum. In hunc enim usum occidi nefas non esse. Hanc insulam ait Aristobulus Icarum ab Alexandro vocari jussam, ab insula Icaro in Ægæo mari sita, (5) in quam Icarum, Dædali filium, liquata cera qua alas sibi affixerat procidisse aiunt, quod non, prout pater ei imperarat, vicinus terræ volasset, sed stolide sublimem aeris regionem petens, liquata a solis radiis cera, nomen insulæ et mari a suo nomine dedisset; illam enim Icarum, mare vero Icarium dictum fuisse. (6) Altera insula ab Euphratis ostio unius diei ac noctis navigatione distare dicitur, secundo vento puppim afflante. Tylus insulæ nomen est. Quæ et magna, neque omnino aspera silvosaque est, sed mitibus maturisque fructibus gignendis idonea.

7. Hæc per Archiam Alexandro nuntiata sunt: qui cum nave triginta remorum ad explorandam navigationem in Arabiam emissus ad Tylum insulam usque pervenit: ulterius procedere non ausus. Androsthenes vero cum alia nave XXX remorum missus, etiam aliquam chersonesi Arabum partem præterlegit. Omnium autem qui emissi sunt longissime processit Hieron Solensis, gubernator, (8) cui data nave XXX remorum mandarat Alexander ut universam Arabiæ chersonesum circumnavigaret, donec ad Arabicum

βων πᾶσαν ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν πρὸς Αἰγύπτῳ τὸν Ἀράβιον τὸν καθ' Ἡρώων πόλιν· οὐ μὴν ἐτόλμησέ γε τὸ πρόσω ἐλθεῖν, καίτοι ἐπὶ τὸ πολὺ παραπλεύσας τὴν Ἀράβων γῆν· ἀλλ' ἀναστρέψας γὰρ παρ' Ἀλέξανδρον ἐξήγγειλε τὸ μέγεθός τε τῆς χερρονήσου θαυμαστόν τι εἶναι καὶ ὅσον οὐ πολὺ ἀποδέον τῆς Ἰνδῶν γῆς, ἄκραν τε ἀνέχειν ἐπὶ πολὺ τῆς μεγάλης θαλάσσης· (9) ἦν δὴ καὶ τοὺς ξὺν Νεάρχῳ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς πλέοντας, πρὶν ἐπικάμψαι ἐς τὸν κόλπον τὸν Περσικόν, οὐ πόρρω ἀνατείνουσαν ἰδεῖν τε καὶ παρ' ὀλίγον ἐλθεῖν διαβαλεῖν ἐς αὐτήν, καὶ Ὀνησικρίτῳ τῷ κυβερνήτῃ ταύτῃ δοκοῦν· ἀλλὰ Νέαρχος λέγει ὅτι αὐτὸς διεκώλυσεν, ὡς ἐκπεριπλεύσας τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν ἔχοι ἀπαγγεῖλαι Ἀλεξάνδρῳ ἐφ' οἷστισι πρὸς αὐτοῦ ἐστάλη· (10) οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ πλεῦσαι τὴν μεγάλην θάλασσαν ἐστάλθαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καταμαθεῖν τὴν χώραν τὴν προσεχῆ τῇ θαλάσσῃ καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἀνθρώπους, ὅρμους τε ἐν αὐτῇ καὶ ὕδατα καὶ τὰ νόμαια τῶν ἀνδρῶν καὶ εἴ τις ἀγαθὴ καρποὺς ἐκφέρειν ἢ εἴ τις κακή· καὶ οὖν καὶ τοῦτο αἴτιον γενέσθαι ἀποσωθῆναι Ἀλεξάνδρου τὸν στρατόν· οὐ γὰρ ἂν σωθῆναι πλεύσαντας ὑπὲρ τῆς Ἀραβίας τὰ ἔρημα, ἐφ' ὅτῳ ὁ Ἱέρων ἐπιστρέψαι ὀπίσω λέγεται.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Ἐν ᾧ δὲ αὐτῷ ἐναυπηγοῦντο μὲν αἱ τριήρεις, ὁ λιμὴν δὲ πρὸς Βαβυλῶνι ὠρύσσετο, ἐκπλεῖ ἐκ Βαβυλῶνος κατὰ τὸν Εὐφράτην ὡς ἐπὶ τὸν Παλλακόπαν [καλούμενον] ποταμόν. Ἀπέχει δὲ οὗτος τῆς Βαβυλῶνος σταδίους ὅσον ὀκτακοσίους, καὶ ἔστι διώρυξ αὕτη ὁ Παλλακόπας ἐκ τοῦ Εὐφράτου, οὐχὶ δὲ ἐκ πηγῶν τις ἀνίσχων ποταμός. (2) Ὁ γὰρ Εὐφράτης ποταμὸς ῥέων ἐκ τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν χειμῶνος μὲν ὥρᾳ προχωρεῖ κατὰ τὰς ὄχθας, οἷα δὴ οὐ πολλοῦ ὄντος αὐτῷ τοῦ ὕδατος· ἦρος δὲ ὑποφαίνοντος καὶ πολὺ δὴ μάλιστα ὑπὸ τροπὰς ἄστινας τοῦ θέρους ὁ ἥλιος ἐπιστρέφει μέγας τε ἐπέρχεται καὶ ὑπερβάλλει ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τὴν Ἀσσυρίαν. (3) Τηνικαῦτα γὰρ αἱ χιόνες αἱ ἐπὶ τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀρμενίοις κατατηκόμεναι αὔξουσιν αὐτῷ τὸ ὕδωρ ἐπὶ μέγα, ὅτι δὲ ἐπιπολῆς ἐστιν αὐτῷ καὶ ὑψηλὸς ὁ ῥοῦς, ὑπερβάλλει ἐς τὴν χώραν, εἰ μή τις ἀναστομώσας αὐτὸν κατὰ τὸν Παλλακόπαν ἐς τὰ ἕλη τε ἐκτρέψειε καὶ τὰς λίμνας, αἳ δὴ ἀρχόμεναι ἀπὸ ταύτης τῆς διώρυχος ἔστε ἐπὶ τὴν ξυνεχῆ τῇ τῶν Ἀράβων γῇ καὶ ἔνθεν μὲν ἐς τέναγος ἐπὶ πολύ, ἐκ δὲ τοῦ ἐς θάλασσαν κατὰ πολλά τε καὶ ἀφανῆ στόματα ἐκδιδοῦσι. (4) Τετηκυίας δὲ τῆς χιόνος ἀμφὶ Πλειάδων μάλιστα δύσιν ὀλίγος τε ὁ Εὐφράτης ῥέει καὶ οὐδὲν μεῖον τὸ πολὺ αὐτοῦ κατὰ τὸν Παλλακόπαν ἐκδιδοῖ ἐς τὰς λίμνας. Εἰ δή τις μὴ ἀποφράξειε τὸν Παλλακόπαν αὖθις, ὡς κατὰ τὰς ὄχθας ἐκτραπὲν φέρεσθαι τὸ ὕδωρ κατὰ τὸν πόρον, ἐκένωσεν ἂν τὸν Εὐφράτην ἐς αὐτόν, ὡς μηδ' ἐπάρδεσθαι ἀπ' αὐτοῦ τὴν Ἀσσυρίαν γῆν. (5) Ἀλλ' ἀπεφράσσοντο γὰρ αἱ ἐς τὸν Παλλα-

sinum Ægypto vicinum ad urbem Heroum pervenisset. Sed neque is ulterius progredi ausus est, quum alioqui multam fere Arabum regionem præternavigasset. Nam ad Alexandrum reversus, ingentem chersonesi magnitudinem esse nuntiavit, neque India multo minorem : ejusque promontorium esse longe in Oceanum porrectum. (9) Quod et ii qui cum Nearcho ex India navigabant, priusquam in sinum Persicum flecterent, non procul abs se remotum viderant : parumque abfuerat quin eo appellerent. Ita enim Onesicrito gubernatori visum fuerat. At Nearchus scribit se id prohibuisse, ut enavigato per circuitum sinu Persico, ea quorum gratia ab Alexandro missus erat renuntiare posset. (10) Neque enim ad navigandum Oceanum missum esse, sed ut regionem mari adjacentem cognosceret, et qui homines ea loca inhabitarent, quique in ea portus et aquæ essent, utque incolarum mores atque instituta exploraret : et quæ terra bonos, quæ malos fructus gignat. Quam quidem rem exercitui saluti fuisse asserit. Neque enim incolumes fuisse reversuros, si ultra desertam Arabiæ oram navigassent. Qua de causa Hieron quoque retro cursum flexisse fertur.

CAP. XXI.

Interea vero dum triremes parantur portusque apud Babylonem effoditur, Alexander ad Pallacopam amnem per Euphratem devectus est. Distat is a Babylone stadiis ferme DCCC. Est vero canalis hic Pallacopas ex Euphrate fossus, nec vero ex fonte oriens fluvius. (2) Euphrates enim ex montibus Armeniis oriens hiberno tempore intra ripas labitur, utpote non multum aquæ trahens : ineunte autem vere, multoque magis sub solstitium æstivum grandis exit, ripisque superatis Assyriorum campos inundat. (3) Tunc enim nives in Armeniis montibus liquatæ aquas ejus mirum in modum augent. Atque ita in magnam altitudinem elatus circumjectam regionem obruat, nisi quis nonnihil diducens per Pallacopam in paludes ac stagna eum exoneret. Quæ quidem paludes ab hoc alveo initio facto usque ad regionem Arabiæ proximam et inde quidem longe per vadosa loca ac tandem per multos et occultos meatus in mare feruntur. (4) Resolutis vero nivibus, præcipue circa Vergiliarum occasum, Euphrates minor labitur : at nihilominus magna ejus pars per Pallacopam in lacus derivatur. Nisi vero quis rursus Pallacopæ alveum obstruat, ita ut juxta ripas repulsa manet aqua per alveum, Euphratem sane in eum evacuet, adeo ut Assyriorum campi ab eo irrigari nequeant. (5) Quapropter Babyloniorum satrapa magno labore Euphratis in Pallacopam exitus obstruit (quamvis non magna cum difficultate aperiantur), quod limosa iis in partibus terra et pleraque sit cœnum, quippe quæ quum fluminis aqua perluatur, minime facilem aquæ retorsionem admittat : adeo ut ultra decem millia Assyriorum tres integros menses in hoc opere consumpserint.

6. Quæ Alexandro enarrata incitarunt eum ut aliquid in utilitatem Assyriæ meditaretur. Itaque qua in Pallacopam Euphratis fluxus derivatur, ejus exitum firmius obstruere instituit. Quumque ad stadia triginta progressus esset, petrosam terram reperit, quæ discissa si committeretur veteri fossæ Pallacopæ, non concessura esset diffundi aquam propter firmitatem soli, atque aversionem ejus certo tempore non difficulter fieri. (7) Idcirco Alexander per Pallacopam vectus, navigando per lacus descendit in Arabum regionem : ibi commodum quendam locum contemplatus, urbem ædificavit mœnibusque cinxit, et coloniam eo deduxit ex Græcis mercenariis voluntariis et qui aut senectute aut casu aliquo inepti bello facti erant.

κόπαν τοῦ Εὐφράτου ἐκβολαὶ πρὸς τοῦ σατράπου τῆς Βαβυλωνίας πολλῷ πόνῳ, καίπερ οὐ χαλεπῶς ἀναστομούμεναι, ὅτι ἰλυώδης τε ἡ ταύτῃ γῆ καὶ πηλὸς ἡ πολλὴ αὐτῆς, οἷα δεχομένη τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ μὴ εὐμαρῆ τὴν ἀποστροφὴν αὐτοῦ παρέχειν· ἀλλὰ καὶ ἐς τρίτον μῆνα Ἀσσυρίων ἄνδρες ὑπὲρ τοὺς μυρίους ἐν τῷδε τῷ πόνῳ ξυνείχοντο.

6. Ταῦτα ἀπαγγελθέντα ἐπήγαγεν Ἀλέξανδρον ὠφελῆσαί τι τὴν χώραν τῶν Ἀσσυρίων. Ἔνθεν μὲν δὴ ἐς τὸν Παλλακόπαν ἐτρέπετο τοῦ Εὐφράτου ὁ ῥοῦς, ταύτῃ δὲ ἔγνω βεβαίως ἀποκλεῖσαι τὴν ἐκβολήν· προελθόντι δὲ ὅσον σταδίους τριάκοντα ὑπόπετρος ἡ γῆ ἐφαίνετο, οἷα διακοπεῖσα, εἰ ξυναφὴς γένοιτο τῇ πάλαι διώρυχι τῇ κατὰ τὸν Παλλακόπαν, οὔτ' ἂν διαχεῖσθαι παρέχειν τὸ ὕδωρ ὑπὸ στερρότητος τῆς γῆς, τήν τε ἀποστροφὴν αὐτοῦ τῇ τεταγμένῃ ὥρᾳ μὴ χαλεπῶς γίγνεσθαι. (7) Τούτων ἕνεκα ἐπί τε τὸν Παλλακόπαν ἔπλευσε καὶ κατ' αὐτὸν καταπλεῖ ἐς τὰς λίμνας ὡς ἐπὶ τὴν Ἀράβων γῆν. Ἔνθα χῶρόν τινα ἐν καλῷ ἰδὼν πόλιν ἐξῳκοδόμησέ τε καὶ ἐτείχισε, καὶ ἐν ταύτῃ κατῴκισε τῶν Ἑλλήνων τινὰς τῶν μισθοφόρων, ὅσοι τε ἑκόντες καὶ ὅσοι ὑπὸ γήρως ἢ κατὰ πήρωσιν ἀπόλεμοι ἦσαν.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Αὐτὸς δὲ ὡς ἐξελέγξας δὴ τῶν Χαλδαίων τὴν μαντείαν, ὅτι οὐδὲν πεπονθὼς εἴη ἐν Βαβυλῶνι ἄχαρι, καθάπερ ἐκεῖνοι ἐμαντεύσαντο, ἀλλ' ἔφθη γὰρ ἐλάσας ἔξω Βαβυλῶνος πρίν τι παθεῖν, ἀνέπλει αὖθις κατὰ τὰ ἕλη θαῤῥῶν, ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὴν Βαβυλῶνα· ἵνα δὴ καὶ ἐπλανήθη αὐτῷ μέρος τοῦ ναυτικοῦ κατὰ τὰ στενὰ ἀπορίᾳ ἡγεμόνος, πρίν γε δὴ αὐτὸς πέμψας τὸν ἡγησόμενον ἐπανήγαγεν αὐτοὺς ἐς τὸν πόρον. (2) Λόγος δὲ λέγεται τοιόσδε. Τῶν βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις τε εἶναι τοὺς πολλοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι δεδομημένους. Ὡς δὲ ἔπλει Ἀλέξανδρος κατὰ τὰ ἕλη, κυβερνᾶν γὰρ αὐτὸν λόγος τὴν τριήρη, πνεύματος μεγάλου ἐμπεσόντος αὐτῷ ἐς τὴν καυσίαν καὶ τὸ διάδημα αὐτῇ συνεχόμενον, τὴν μὲν δὴ οἷα βαρυτέραν πεσεῖν ἐς τὸ ὕδωρ, τὸ διάδημα δὲ ἀπενεχθὲν πρὸς τῆς πνοῆς σχεθῆναι ἐν καλάμῳ· τὸν κάλαμον δὲ τῶν ἐπιπεφυκότων εἶναι τάφῳ τινὶ τῶν πάλαι βασιλέων. (3) Τοῦτό τε οὖν αὐτὸ πρὸ τῶν μελλόντων σημῆναι καὶ ὅτι τῶν τις ναυτῶν ἐκνηξάμενος ὡς ἐπὶ τὸ διάδημα ἀφελὼν τοῦ καλάμου αὐτὸ μετὰ χεῖρας μὲν οὐκ ἤνεγκεν, ὅτι νηχομένου ἂν αὐτοῦ ἐβρέχετο, περιθεὶς δὲ τῇ κεφαλῇ τῇ αὐτοῦ οὕτω διήνεγκε. (4) Καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀναγραψάντων τὰ Ἀλεξάνδρου λέγουσιν ὅτι τάλαντον μὲν ἐδωρήσατο αὐτῷ Ἀλέξανδρος τῆς προθυμίας εἵνεκα, ἀποτεμεῖν δὲ [ὅτι] ἐκέλευσε τὴν κεφαλήν, τῶν μάντεων ταύτῃ ἐξηγησαμένων, μὴ περιιδεῖν σώαν ἐκείνην τὴν κεφαλὴν ἥτις τὸ διάδημα ἐφόρησε τὸ βα-

CAP. XXII.

Ipse, quasi refutato sibi Chaldæorum oraculo, quod nihil adversi, quemadmodum vaticinati erant, evenisset; jam enim Babylone excesserat nullo infortunio accepto : fiducia plenus rursum per paludes navigat, Babylonem a sinistra habens. Quumque in iis angustiis pars classis inopia ducis erraret, misso duce qui viam monstraret, in alveum eos reduxit. (2) Hujuscemodi vero quiddam narrant : Multa esse Assyriorum regum sepulcra in iis paludibus ac stagnis exstructa. Quumque Alexander navigando pergeret (ipsum enim suæ triremis gubernatorem fuisse aiunt) obortum ingentem ventum causiam et diadema ei alligatum abripuisse, atque illud quidem utpote gravius, in aquam procidisse : istud vero vento abreptum arundini ad monimentum quoddam veterum regum natæ adhæsisse. (3) Idque et ipsum futuri casus prodigium habitum, et nautam quendam enatasse, qui diadema ab arundine avelleret, idque receptum non manu gestasse, ne natans madefaceret, sed capiti impositum attulisse. (4) Atqui plerique eorum qui res Alexandri scripserunt eum diligentiæ suæ causa talento donatum ab Alexandro : deinde capite plecti jussum aiunt : vatibus monentibus, ne caput illud quod diadema regium gestasset, salvum relinqui

σίλειον· Ἀριστόβουλος δὲ τάλαντον μὲν ὅτι ἔλαβε λέγει αὐτόν, ἀλλὰ πληγὰς λαβεῖν τῆς περιθέσεως ἕνεκα τοῦ διαδήματος. (5) Ἀριστόβουλος μὲν δὴ τῶν τινα Φοινίκων τῶν ναυτῶν λέγει ὅτι τὸ διάδημα τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐκόμισεν· εἶσι δὲ οἳ Σέλευκον λέγουσι. Καὶ τοῦτο τῷ τε Ἀλεξάνδρῳ σημῆναι τὴν τελευτὴν καὶ τῷ Σελεύκῳ τὴν βασιλείαν τὴν μεγάλην. Σέλευκον γὰρ μέγιστον τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον διαδεξαμένων τὴν ἀρχὴν βασιλέα γενέσθαι τήν τε γνώμην βασιλικώτατον καὶ πλείστης γῆς ἐπάρξαι μετά γε αὐτὸν Ἀλέξανδρον οὔ μοι δοκεῖ εἶναι ἐς ἀμφίλογον.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Ἐπανελθὼν δὲ ἐς Βαβυλῶνα καταλαμβάνει Πευκέσταν ἥκοντα ἐκ Περσῶν, ἄγοντα στρατιὰν Περσῶν ἐς δισμυρίους· ἦγε δὲ καὶ Κοσσαίων καὶ Ταπούρων οὐκ ὀλίγους, ὅτι καὶ ταῦτα ἔθνη τῶν προσχώρων τῇ Περσίδι μαχιμώτατα εἶναι ἐξηγγέλλετο. Ἦκε δὲ αὐτῷ καὶ Φιλόξενος στρατιὰν ἄγων ἀπὸ Καρίας καὶ Μένανδρος ἐκ Λυδίας ἄλλους καὶ Μενίδας τοὺς ἱππέας ἄγων τοὺς αὐτῷ ξυνταχθέντας. (2) Καὶ πρεσβεῖαι δὲ ἐν τούτῳ ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἦκον, καὶ τούτων οἱ πρέσβεις αὐτοί τε ἐστεφανωμένοι Ἀλεξάνδρῳ προσῆλθον καὶ ἐστεφάνουν αὐτὸν στεφάνοις χρυσοῖς, ὡς θεωροὶ δῆθεν ἐς τιμὴν θεοῦ ἀφιγμένοι. Τῷ δὲ οὐ πόρρω ἄρα ἡ τελευτὴ ἦν.

3. Ἔνθα δὴ τούς τε Πέρσας ἐπαινέσας τῆς προθυμίας, ὅτι πάντα Πευκέστα ἐπείθοντο, καὶ αὐτὸν Πευκέσταν τῆς ἐν κόσμῳ αὐτῶν ἐξηγήσεως, κατέλεγεν αὐτοὺς ἐς τὰς Μακεδονικὰς τάξεις, δεκαδάρχην μὲν τῆς δεκάδος ἡγεῖσθαι Μακεδόνα καὶ ἐπὶ τούτῳ διμοιρίτην Μακεδόνα καὶ δεκαστάτηρον, οὕτως ὀνομαζόμενον ἀπὸ τῆς μισθοφορᾶς, ἥντινα μείονα μὲν τοῦ διμοιρίτου, πλείονα δὲ τῶν οὐκ ἐν τιμῇ στρατευομένων ἔφερεν· (4) ἐπὶ τούτοις δὲ δώδεκα Πέρσας καὶ τελευταῖον τῆς δεκάδος Μακεδόνα, δεκαστάτηρον καὶ τοῦτον· ὥστε ἐν τῇ δεκάδι τέσσαρας μὲν εἶναι Μακεδόνας, τοὺς μὲν τρεῖς τῇ μισθοφορᾷ προὔχοντας, τὸν δὲ τῇ ἀρχῇ τῆς δεκάδος, δώδεκα δὲ Πέρσας, τοὺς μὲν Μακεδόνας τὴν πάτριον ὅπλισιν ὡπλισμένους, τοὺς δὲ Πέρσας τοὺς μὲν τοξότας, τοὺς δὲ καὶ μεσάγκυλα ἔχοντας.

5. Ἐν τούτῳ δὲ πολλάκις μὲν τοῦ ναυτικοῦ ἀπεπειρᾶτο, πολλαὶ δὲ ἔριδες αὐτῷ τῶν τριηρῶν καὶ ὅσαι τετρήρεις κατὰ τὸν ποταμὸν ἐγίγνοντο, καὶ ἀγῶνες τῶν τε ἐρετῶν καὶ τῶν κυβερνητῶν καὶ στέφανοι τῶν νικώντων.

6. Ἦκον δὲ καὶ παρὰ Ἄμμωνος οἱ θεωροὶ οὕστινας ἐστάλκει ἐρησομένους ὅπως θέμις αὐτῷ τιμᾶν Ἡφαιστίωνα· οἱ δὲ ὡς ἥρωϊ ἔφησαν ὅτι θύειν θέμις ὁ Ἄμμων λέγει. Ὁ δὲ ἔχαιρέ τε τῇ μαντείᾳ καὶ ἀπὸ τοῦδε ὡς ἥρωα ἐγέραιρε. Καὶ Κλεομένει, ἀνδρὶ κακῷ καὶ πολλὰ ἀδικήματα ἀδικήσαντι ἐν Αἰγύπτῳ, ἐπιστέλλει

sineret. Aristobulus vero refert quidem eum talentum accepisse, sed plagis affectum, quod diadema capiti imposuisset. (5) Eum autem quendam ex Phœnicibus nautis fuisse ait, qui Alexandro diadema retulit : nonnulli Seleucum fuisse affirmant : idque Alexandro interitum, Seleuco magnum imperium portendisse. Seleucum enim maximum post Alexandrum suscepto imperio regem fuisse, animoque maxime regio præditum, et plurimis regionibus post ipsum Alexandrum imperasse, minime dubium mihi videtur.

CAP. XXIII.

Alexander Babylonem reversus Peucestam cum XX. M Persarum reversum e Perside reperit. Is magnam quoque Cossæorum manum et Tapurorum non paucos adduxerat : quod et hæ gentes Persidi finitimæ in primis bellicosæ esse dicebantur. Venerat item Philoxenus, e Caria exercitum ducens, et Menander e Lydia, Menidas quoque cum equestribus copiis. (2) Inter hæc legati e Græcia venerunt, iique ipsi coronati Alexandrum accesserunt eumque coronis aureis coronavere, qui nimirum ut eum tanquam deum colerent venerant. Non longe interim ipse ab interitu aberat.

3. Tum Persarum studio collaudato, quod Peucestæ per omnia paruissent, simulque Peucesta ipso qui moderate sapienterque gubernasset, Macedonicis ordinibus eos accensuit. Decurionem quidem Macedonem singulis decuriis præfecit, adhæc duplarium Macedonem et decastaterem, ita vocatum a stipendio, quod quidem minus accipiebat quam duplarius, majus vero quam gregarii milites; (4) secundum hos duodecim Persas, ita tamen ut extremus decastater Macedo etiam esset. Singulæ itaque decuriæ quatuor Macedones habebant, e quibus tres ampliora quam reliqui stipendia accipiebant : quartus vero imperio reliquis præstaret; Persæ vero XII erant. Et Macedones quidem patria armatura utebantur : Persæ partim sagittis, partim amentatis jaculis.

5. Interea Alexander classem crebro ad remum exercebat. Magna erat inter triremes et quadriremes, quæ in fluvio erant, contentio, acre remigum et gubernatorum certamen. Victoribus coronæ dabantur.

6. Per hos dies venerunt etiam ab Ammone ii quos sciscitatum miserat, quosnam honores Hephæstioni tribuere fas esset. Qui quidem Ammonem respondisse nuntiabant, fas esse ut heroi sacrificare. Quo oraculo lætatus, deinceps eum ut heroem coluit. Post hæc Cleomeni homini improbo, qui Ægyptios multis injuriis affecerat, epistolam

ἐπιστολήν· καὶ ταύτην τῆς μὲν ἐς Ἡφαιστίωνα καὶ ἀποθανόντα φιλίας ἕνεκα καὶ μνήμης οὐ μέμφομαι ἔγωγε· ἄλλων δὲ πολλῶν ἕνεκα μέμφομαι. (7) Ἔλεγε γὰρ ἡ ἐπιστολὴ κατασκευασθῆναι Ἡφαιστίωνι ἡρῷον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ Αἰγυπτίᾳ, ἔν τε τῇ πόλει αὐτῇ καὶ ἐν τῇ νήσῳ τῇ Φάρῳ, ἵνα ὁ πύργος ἐστὶν ὁ ἐν τῇ νήσῳ, μεγέθει τε μέγιστον καὶ πολυτελείᾳ ἐκπρεπέστατον· καὶ ὅπως ἐπικρατήσῃ καλεῖσθαι ἀπὸ Ἡφαιστίωνος, καὶ τοῖς συμβολαίοις καθ' ὅσα οἱ ἔμποροι ἀλλήλοις ξυμβάλλουσιν ἐγγράφεσθαι τὸ ὄνομα Ἡφαιστίωνος. (8) Ταῦτα μὲν οὐκ ἔχω μέμψασθαι, πλήν γε δὴ ὅτι οὐκ ἐπὶ μεγάλοις μεγάλως διεσπουδάζετο· ἐκεῖνα δὲ καὶ πάνυ μέμφομαι. « Ἢν γὰρ καταλάβω ἐγώ, ἔλεγε τὰ γράμματα, τὰ ἱερὰ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καλῶς κατεσκευασμένα καὶ τὰ ἡρῷα τὰ Ἡφαιστίωνος, εἴ τε τι πρότερον ἡμάρτηκας, ἀφήσω σε τούτων, καὶ τὸ λοιπόν, ὁπηλίκον ἂν ἁμάρτῃς, οὐδὲν πείσῃ ἐξ ἐμοῦ ἄχαρι. » Τοῦτο ἀνδρὶ ἄρχοντι πολλῆς μὲν χώρας, πολλῶν δὲ ἀνθρώπων ἐκ βασιλέως μεγάλου ἐπεσταλμένον, ἄλλως τε καὶ κακῷ ἀνδρί, οὐκ ἔχω ἐπαινέσαι.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Ἀλλὰ γὰρ αὐτῷ ἤδη Ἀλεξάνδρῳ ἐγγὺς ἦν τὸ τέλος. Καί τι καὶ τοιόνδε πρὸ τῶν μελλόντων σημῆναι λέγει Ἀριστόβουλος· καταλοχίζειν μὲν αὐτὸν τὴν στρατιὰν τὴν ξὺν Πευκέστᾳ τε ἐκ Περσῶν καὶ ἀπὸ θαλάσσης ξὺν Φιλοξένῳ καὶ Μενάνδρῳ ἥκουσαν ἐς τὰς Μακεδονικὰς τάξεις· διῃρῆσθαι δὲ ἀποχωρῆσαι ἐκ τῆς ἕδρας καταλιπόντα ἔρημον τὸν θρόνον τὸν βασίλειον. (2) Εἶναι δὲ κλίνας ἑκατέρωθεν τοῦ θρόνου ἀργυρόποδας, ἐφ' ὧν οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι ἐκάθηντο. Τῶν τινα οὖν ἡμελημένων ἀνθρώπων, οἱ δὲ καὶ τῶν ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ ὄντα λέγουσιν, ἔρημον ἰδόντα τὸν θρόνον καὶ τὰς κλίνας, περὶ τῷ θρόνῳ δὲ ἑστηκότας τοὺς εὐνούχους, καὶ γὰρ καὶ οἱ ἑταῖροι ξυνανέστησαν τῷ βασιλεῖ ἀποχωροῦντι, διελθόντα διὰ τῶν εὐνούχων ἀναβῆναί τε ἐπὶ τὸν θρόνον καὶ καθέζεσθαι. (3) Τοὺς δὲ οὐκ ἀναστῆσαι μὲν αὐτὸν ἐκ τοῦ θρόνου κατὰ δή τινα νόμον Περσικόν, περιῤῥηξαμένους δὲ τύπτεσθαι τά τε στήθη καὶ τὰ πρόσωπα ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κακῷ. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, κελεῦσαι στρεβλωθῆναι τὸν καθίσαντα, μήποτε ἐξ ἐπιβουλῆς ξυντεταγμένον τοῦτο ἔδρασε γνῶναι ἐθέλοντα. Τὸν δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐξειπεῖν ὅτι μὴ ἐπὶ νοῦν οἱ ἐλθὸν οὕτω πρᾶξαι· ἦ δὴ καὶ μᾶλλον ἐπ' οὐδενὶ ἀγαθῷ ξυμβῆναι αὐτῷ οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο.

4. Ἡμέραι τε οὐ πολλαὶ ἐπὶ τούτῳ ἐγένοντο καὶ τεθυκὼς τοῖς θεοῖς τάς τε νομιζομένας θυσίας ἐπὶ ξυμφοραῖς ἀγαθαῖς καί τινας καὶ ἐκ μαντείας εὐωχεῖτο ἅμα τοῖς φίλοις καὶ ἔπινε πόρρω τῶν νυκτῶν. Δοῦναι δὲ λέγεται καὶ τῇ στρατιᾷ ἱερεῖα καὶ οἶνον κατὰ λόχους καὶ ἑκατοστύας. Ἀπὸ δὲ τοῦ πότου αὐτὸν μὲν ἀπαλλάττεσθαι ἐθέλειν ἐπὶ κοιτῶνι εἰσὶν οἳ ἀνέγραψαν·

scripsit. Quam quidem, memoriæ benevolentiæque erga Hephæstionem mortuum causa haud reprehenderim : multis vero aliis de causis non probo. (7) Jubebat enim ea epistola templum Hephæstioni exædificari in Alexandria Ægyptiaca, cum in ipsa urbe, tum in insula Pharo, ubi turris erat, et magnitudine et sumptu operis excellens : et hoc juris obtineret ut insula de Hephæstionis nomine appellaretur; adhæc tabulis contractuum, quoscunque negotiatores inter se conficerent, Hephæstionis nomen inscriberetur. (8) Atque hæc quidem eo tantum nomine reprehendo, quod in rebus non magnis nimis magnam operam posuit : illa vero quam maxime damno : « Si enim ego (ita scribebat) in Ægyptum veniens templa et fana rite abs te Hephæstioni exstructa invenero, non solum si quid antehac commisisti, ignoscam, sed quantumcunque deinceps deliqueris, nihil incommodi tibi a me accidet. » Hoc certe ad hominem improbum, multis et terris et viris imperantem, a magno rege scriptum nulla ratione probare possum.

CAP. XXIV.

Sed jam Alexandri interitus imminebat, quem vel hoc maxime prodigio significatum fuisse Aristobulus scribit, Copias enim quæ cum Peucesta ex Perside, et a mari cum Philoxeno et Menandro venerant, in Macedonicos ordines distribuisse, quumque sitim sentiret, nonnihil a sella recessisse, regiumque solium vacuum reliquisse. (2) Fuisse porro ab utraque solii parte lectos argenteis pedibus innixos, quibus amici circa eum insidebant. Quendam vero obscurum hominem (sunt qui aliquem qui in custodia citra vincula habebatur, fuisse dicant) quum regiam sellam lectosque vacuos videret, et eunuchos utrinque thronum circumstantes (nam et amici regem discedentem comitati erant), per medios eunuchos transisse, soliumque conscendisse et in eo consedisse. (3) Eos vero e solio eum detrahere non ausos, Persica quadam lege prohibitos : sed laceratis vestibus pectora faciemque contudisse, magnum aliquod malum ominatos. Quæ ubi Alexandro nuntiata sunt, eum qui solio insederat in quæstionem dari jussisse, num forte ex compositis insidiis id fecisset exploraturum : nihil vero confessum, præterquam quod levitate quadam animi impulsus id fecisset : tantoque majus malum vates inde portendisse.

4. Paucis post diebus quum diis consuetas sibi pro felicibus successibus hostias sacrificasset, nonnullasque ex vatum monitu adjecisset, cum amicis epulatus est, conviviumque in multam noctem produxit. Hostias etiam exercitui dedisse, vinumque per decurias et centurias distribuisse dicitur. A convivio sunt qui scribant eum in cubiculum concedere voluisse : sed Medium, unum ex amicis

Μήδιον δὲ αὐτῷ ἐντυχόντα, τῶν ἑταίρων ἐν τῷ τότε τὸν πιθανώτατον, δεηθῆναι κωμάσαι παρὰ οἷ· γενέσθαι γὰρ ἂν ἡδὺν τὸν κῶμον.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Καὶ αἱ βασίλειοι ἐφημερίδες ὧδε ἔχουσι· πίνειν παρὰ Μηδίῳ αὐτὸν κωμάσαντα· ἔπειτα ἐξαναστάντα καὶ λουσάμενον καθεύδειν τε καὶ αὖθις δειπνεῖν παρὰ Μηδίῳ καὶ αὖθις πίνειν πόρρω τῶν νυκτῶν· ἀπαλλαχθέντα δὲ τοῦ πότου λούσασθαι· καὶ λουσάμενον ὀλίγον τι ἐμφαγεῖν καὶ καθεύδειν αὐτοῦ, ὅτι ἤδη ἐπύρεσσεν. (2) Ἐκκομισθέντα δὲ ἐπὶ κλίνης πρὸς τὰ ἱερὰ θῦσαι ὡς νόμος ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρᾳ, καὶ τὰ ἱερὰ ἐπιθέντα κατακεῖσθαι ἐν τῷ ἀνδρῶνι ἕστε ἐπὶ κνέφας. Ἐν τούτῳ δὲ τοῖς ἡγεμόσι παραγγέλλειν ὑπὲρ τῆς πορείας καὶ τοῦ πλοῦ, τοὺς μὲν ὡς πεζῇ ἰόντας παρασκευάζεσθαι ἐς τετάρτην ἡμέραν, τοὺς δὲ ἅμα οἷ πλέοντας ὡς εἰς πέμπτην πλευσομένους. (3) Ἐκεῖθεν δὲ κατακομισθῆναι ἐπὶ τῆς κλίνης ὡς ἐπὶ τὸν ποταμόν, καὶ πλοίου ἐπιβάντα διαπλεῦσαι πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐς τὸν παράδεισον, κἀκεῖ αὖθις λουσάμενον ἀναπαύεσθαι. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν λούσασθαί τε αὖθις καὶ θῦσαι τὰ νομιζόμενα· καὶ εἰς τὴν καμάραν εἰσελθόντα κατακεῖσθαι διαμυθολογοῦντα πρὸς Μήδιον· παραγγεῖλαι δὲ καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἀπαντῆσαι ἕωθεν. (4) Ταῦτα πράξαντα δειπνῆσαι ὀλίγον· κομισθέντα δὲ αὖθις ἐς τὴν καμάραν πυρέσσειν ἤδη ξυνεχῶς τὴν νυκτα ὅλην· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ λούσασθαι καὶ λουσάμενον θῦσαι. Νεάρχῳ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι παραγγεῖλαι τὰ ἀμφὶ τὸν πλοῦν ὅπως ἔσται ἐς τρίτην ἡμέραν. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ λούσασθαι καὶ θῦσαι τὰ τεταγμένα, καὶ τὰ ἱερὰ ἐπιθέντα οὐκέτι ἑλινύειν πυρέσσοντα. Ἀλλὰ καὶ ὡς τοὺς ἡγεμόνας εἰσκαλέσαντα παραγγέλλειν τὰ πρὸς τὸν ἔκπλουν ὅπως αὐτῷ ἔσται ἕτοιμα· λούσασθαί τε ἐπὶ τῇ ἑσπέρᾳ, καὶ λουσάμενον ἔχειν ἤδη κακῶς. (5) Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ μετακομισθῆναι ἐς τὴν οἰκίαν τὴν πρὸς τῇ κολυμβήθρᾳ καὶ θῦσαι μὲν τὰ τεταγμένα, ἔχοντα δὲ πονήρως ὅμως ἐσκαλέσαι τῶν ἡγεμόνων τοὺς ἐπικαιροτάτους καὶ ὑπὲρ τοῦ πλοῦ αὖθις παραγγέλλειν. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ μόγις ἐκκομισθῆναι πρὸς τὰ ἱερὰ καὶ θῦσαι, καὶ μηδὲν μεῖον ἔτι παραγγέλλειν ὑπὲρ τοῦ πλοῦ τοῖς ἡγεμόσιν. (6) Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν κακῶς ἤδη ἔχοντα ὅμως θῦσαι τὰ τεταγμένα. Παραγγεῖλαι δὲ τοὺς μὲν στρατηγοὺς διατρίβειν κατὰ τὴν αὐλήν, χιλιάρχας δὲ καὶ πεντακοσιάρχας πρὸ τῶν θυρῶν. Ἤδη δὲ παντάπασι πονήρως ἔχοντα διακομισθῆναι ἐκ τοῦ παραδείσου ἐς τὰ βασίλεια. Εἰσελθόντων δὲ τῶν ἡγεμόνων γνῶναι μὲν αὐτούς, φωνῆσαι δὲ μηδὲν ἔτι, ἀλλ' εἶναι ἄναυδον· καὶ τὴν νύκτα πυρέσσειν κακῶς καὶ τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ἄλλην νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν.

tum temporis ei maxime carum, obviam factum rogasse ut secum comessatum veniret : fore enim jucundam comessationem.

CAP. XXV.

Et quidem diaria regis ita habent : ipsum apud Medium comessatum bibisse : deinde quum surrexisset seque abluiset, dormisse : rursumque edisse apud Medium et in multam noctem bibisse, quumque e convivio discessisset, lavisse, lotum nonnihil mandisse, ibique cubuisse, quod jam febricitaret : (2) deinde lectica ad sacrificia delatum sacrificasse uti consueverat per singulos dies. Sacrificiisque peractis in androne jacuisse in vesperum usque. Inter hæc iter navigationemque ducibus pronuntiasse, et quidem eos qui pedites profecturi erant, in quartum diem : qui vero secum navigaturi essent, ut in quintum diem parati essent jussisse. (3) Post hæc lectica delatum flumen versus, conscensaque nave flumen trajecisse in hortum amœnissimum : ibique rursus lotum requievisse. Postridie denuo lotum consueta sacrificia diis fecisse. Ingressumque cubiculum jacuisse cum Medio colloquentem, imperasseque ducibus ut mane adessent. (4) His peractis cœnasse modice, rursusque in cubiculum delatum continue per totam noctem febricitasse : postridie lavisse, lotumque sacrificasse, et Nearcho reliquisque ducibus navigationem in tertium diem indixisse : postero quoque die lotum consueta sacrificia diis fecisse. Sacrificiisque factis febrim non cessasse. Nihilominus tamen convocatis ducibus præcepisse ut omnia ad navigationem parata essent. Lotumque sub vesperum pejus habuisse. (5) Sequenti luce in ædes balneis vicinas translatum esse, consuetaque sacrificia peregisse. Quumque jam vis morbi invaluisset, primarios tamen duces evocasse, deque navigatione rursus mandata dedisse. Altero die difficulter admodum ad sacrificia delatum sacrificasse, nihiloque secius navigationem imperasse. (6) Postridie, quum jam pessime haberet, tamen a consuetis sacrificiis non destitisse. Jussisse vero ut duces circa aulam versarentur : et eos qui mille, quique quingentis militibus præfecti essent pro foribus custodiam agerent. Quumque jam plane langueret, ex horto in regiam translatum. Ingressisque ad eum ducibus, agnovisse quidem eos, alloqui tamen non potuisse, nullamque vocem edidisse, et tota illa nocte ac sequenti die gravissima febri correptum fuisse.

ΚΕΦ. ΚϚ'.

Οὕτως ἐν ταῖς ἐφημερίσι ταῖς βασιλείοις ἀναγέγραπται, καὶ ἐπὶ τούτοις ὅτι οἱ στρατιῶται ἐπόθησαν ἰδεῖν αὐτόν, οἱ μέν, ὡς ζῶντα ἔτι ἴδοιεν· οἱ δέ, ὅτι τεθνηκέναι ἤδη ἐξηγγέλλετο, ἐπικρύπτεσθαι δὲ αὐτοῦ ἐτόπαζον πρὸς τῶν σωματοφυλάκων τὸν θάνατον, ὡς ἔγωγε δοκῶ· τοὺς πολλοὺς δὲ ὑπὸ πένθους καὶ πόθου τοῦ βασιλέως βιάσασθαι ἰδεῖν Ἀλέξανδρον. Τὸν δὲ ἄφωνον μὲν εἶναι λέγουσι παραπορευομένης τῆς στρατιᾶς· δεξιοῦσθαι δὲ καὶ ὡς ἑκάστους τήν τε κεφαλὴν ἐπαίροντα μόγις καὶ τοῖν ὀφθαλμοῖν ἐπισημαίνοντα. (2) Λέγουσι δὲ αἱ ἐφημερίδες αἱ βασίλειοι ἐν τοῦ Σαράπιδος τῷ ἱερῷ Πείθωνά τε ἐγκοιμηθέντα καὶ Ἄτταλον καὶ Δημοφῶντα καὶ Πευκέσταν, πρὸς δὲ Κλεομένην τε καὶ Μενίδαν καὶ Σέλευκον, ἐπερωτᾶν τὸν θεὸν εἰ λῷον καὶ ἄμεινον Ἀλεξάνδρῳ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ κομισθέντα καὶ ἱκετεύσαντα θεραπεύεσθαι πρὸς τοῦ θεοῦ· καὶ γενέσθαι φήμην τινὰ ἐκ τοῦ θεοῦ μὴ κομίζεσθαι εἰς τὸ ἱερόν, ἀλλ' αὐτοῦ μένοντι ἔσεσθαι ἄμεινον. (3) Ταῦτά τε ἀπαγγεῖλαι τοὺς ἑταίρους καὶ Ἀλέξανδρον οὐ πολὺ ὕστερον ἀποθανεῖν, ὡς τοῦτο ἄρα ἦδη ὂν τὸ ἄμεινον. Οὐ πόρρω δὲ τούτων οὔτε Ἀριστοβούλῳ οὔτε Πτολεμαίῳ ἀναγέγραπται. Οἱ δὲ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ἐρέσθαι μὲν τοὺς ἑταίρους αὐτὸν ὅτῳ τὴν βασιλείαν ἀπολείπει, τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι ὅτι τῷ κρατίστῳ· οἱ δέ, προσθεῖναι πρὸς τούτῳ τῷ λόγῳ ὅτι μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα ὁρᾷ ἐφ' αὑτῷ ἐσόμενον.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα οἶδα ἀναγεγραμμένα ὑπὲρ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς, καὶ φάρμακον ὅτι ἐπέμφθη παρὰ Ἀντιπάτρου Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἐκ τοῦ φαρμάκου ὅτι ἀπέθανε· καὶ τὸ φάρμακον ὅτι Ἀριστοτέλης μὲν Ἀντιπάτρῳ ἐξεῦρε, δεδοικὼς ἤδη Ἀλέξανδρον Καλλισθένους ἕνεκα, Κάσανδρος δὲ ὁ Ἀντιπάτρου ἐκόμισεν· οἱ δὲ καὶ ὅτι ἐν ἡμιόνου ὁπλῇ ἐκόμισε καὶ τοῦτο ἀνέγραψαν. (2) Δοῦναι δὲ αὐτὸ Ἴόλλαν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κασάνδρου τὸν νεώτερον· εἶναι γὰρ οἰνοχόον βασιλικὸν τὸν Ἴόλλαν καί τι καὶ λελυπῆσθαι πρὸς Ἀλεξάνδρου ὀλίγῳ πρόσθεν τῆς τελευτῆς· οἱ δὲ καὶ Μήδιον μεταστεῖν τοῦ ἔργου, ἐραστὴν ὄντα τοῦ Ἴόλλα· καὶ αὐτὸν γὰρ εἶναι τὸν εἰσηγητὴν γενόμενον Ἀλεξάνδρῳ τοῦ κώμου· ὀδύνην τε αὐτῷ ἐπὶ τῇ κύλικι γενέσθαι ὀξεῖαν, καὶ ἐπὶ τῇ ὀδύνῃ ἀπαλλαγῆναι ἐκ τοῦ πότου. (3) Ἤδη δέ τις οὐκ ἠσχύνθη ἀναγράψαι ὅτι αἰσθόμενος οὐ βιώσιμον ὄντα αὐτὸν Ἀλέξανδρος ἐς τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἦει ἐμβαλῶν, ὡς ἀφανὴς ἐξ ἀνθρώπων γενόμενος πιστοτέραν τὴν δόξαν παρὰ τοῖς ἔπειτα ἐγκαταλείποι ὅτι ἐκ θεοῦ τε αὐτῷ ἡ γένεσις ξυνέβη καὶ παρὰ θεοὺς ἡ ἀποχώρησις. Ῥωξάνην δὲ τὴν γυναῖκα οὐ λαθεῖν ἐξιόντα, ἀλλὰ εἰργόμενον γὰρ πρὸς αὐτῆς ἐποιμώξαντα

CAP. XXVI.

Ita in diariis regiis scriptum legitur, dein vero milites desiderio ejus videndi captos esse. Et nonnullis vivum cernere cupientibus : nonnullis, quod jam mortuus esse diceretur, mortemque ejus a custodibus corporis celari, (mea sententia) suspicantibus, plerosque præ dolore ac desiderio regis, vi ad illum videndum irrupisse. Sed jam regem ingrediente exercitu vocem defecisse : capite tantum ægre sublevato atque oculis indicium aliquod animi facientibus, singulis dextram præbuisse. (2) Iisdem diariis regiis continetur, in Serapidis æde pernoctasse Pithonem, Attalum, Demophontem et Peucestam; et præter hos Cleomenem et Menidam ac Seleucum. Et percontantibus deum, an melius satiusque esset Alexandrum in templum suum, ut a se curaretur, deferri, oraculum redditum, Non oportere eo deferri : sed melius ei si ibi maneat fore. (3) Idque amicos Alexandro renuntiasse, neque multo post Alexandrum decessisse quasi id magis in rem ipsius esset. Ptolemæus et Aristobulus præterea nihil afferunt. Sunt autem qui hoc etiam addant : interrogatum ab amicis, cuinam regnum relinqueret, respondisse, Optimo. Alii adjecisse eum ad hæc verba aiunt, ingens certamen inter eos de se futurum.

CAP. XXVII.

Neque vero me præterit multa alia præter hæc de Alexandri obitu scripta esse : veluti venenum ei ab Antipatro missum esse, quo interiit. Aristotelemque id Antipatro confecisse, Alexandrum ob Callisthenis necem metuentem : idque a Casandro Antipatri filio allatum. Alii in mulæ ungula allatum scribunt : (2) et per Iollam minorem Casandri fratrem regi traditum. Fuisse enim Iollam regi a poculis, eique ab Alexandro paulo ante ejus mortem acerbi aliquid accidisse. Alii Medium, quod Iollæ amator esset, sceleris conscium fuisse scribunt. Nam et hunc Alexandro auctorem comessationis fuisse, statimque post haustum poculum vehementem dolorem sensisse, ita ut convivio excedere sit coactus. (3) Quidam etiam scribere non erubuit, Alexandrum quum jam de salute desperaret, ad Euphratem se contulisse conjiciendi se in flumen animo, uti sublatus ex hominum oculis, certiorem apud posteros fidem faceret, se ex deorum genere ortum ad deos rediisse. Roxanem vero conjugem, consilio ejus intellecto, inhibuisse, plo-

εἰπεῖν ὅτι ἐφθόνησεν ἄρα αὐτῷ δόξης τῆς ἐς ἅπαν, ὡς θεῷ δὴ γεγενημένῳ. Καὶ ταῦτα ἐμοὶ ὡς μὴ ἀγνοεῖν δόξαιμι μᾶλλον ὅτι λεγόμενά ἐστιν ἢ ὡς πιστὰ ἐς ἀφήγησιν ἀναγεγράφθω.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Ἐτελεύτα μὲν δὴ Ἀλέξανδρος τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ Ἡγησίου ἄρχοντος Ἀθήνησιν· ἐβίω δὲ δύο καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ τοῦ τρίτου μῆνας ἐπέλαβεν ὀκτώ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ἐβασίλευσε δὲ δώδεκα ἔτη καὶ τοὺς ὀκτὼ τούτους μῆνας, τό τε σῶμα κάλλιστος καὶ φιλοπονώτατος καὶ ὀξύτατος τὴν γνώμην γενόμενος καὶ ἀνδρειότατος καὶ φιλοτιμότατος καὶ φιλοκινδυνότατος καὶ τοῦ θείου ἐπιμελέστατος· (2) ἡδονῶν δὲ τῶν μὲν τοῦ σώματος ἐγκρατέστατος, τῶν δὲ τῆς γνώμης ἐπαίνου μόνου ἀπληστότατος· ξυνιδεῖν δὲ τὸ δέον ἔτι ἐν τῷ ἀφανεῖ ὂν δεινότατος, καὶ ἐκ τῶν φαινομένων τὸ εἰκὸς ξυμβαλεῖν ἐπιτυχέστατος, καὶ τάξαι στρατιὰν καὶ ὁπλίσαι τε καὶ κοσμῆσαι δαημονέστατος· καὶ τὸν θυμὸν τοῖς στρατιώταις ἐπᾶραι καὶ ἐλπίδων ἀγαθῶν ἐμπλῆσαι καὶ τὸ δεῖμα ἐν τοῖς κινδύνοις τῷ ἀδεεῖ τῷ αὑτοῦ ἀφανίσαι, ξύμπαντα ταῦτα γενναιότατος. (3) Καὶ οὖν καὶ ὅσα ἐν τῷ ἀφανεῖ πρᾶξαι, ξὺν μεγίστῳ θάρσει ἔπραξεν· ὅσα τε φθάσας ὑφαρπάσαι τῶν πολεμίων, πρὶν καὶ δεῖσαί τινα αὐτὰ ὡς ἐσόμενα, προλαβεῖν δεινότατος· καὶ τὰ μὲν ξυντεθέντα ἢ ὁμολογηθέντα φυλάξαι βεβαιότατος, πρὸς δὲ τῶν ἐξαπατώντων μὴ ἁλῶναι ἀσφαλέστατος· χρημάτων δὲ ἐς μὲν ἡδονὰς τὰς αὐτοῦ φειδωλότατος, ἐς δὲ εὐποιίαν τῶν πέλας ἀφθονώτατος.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Εἰ δέ τι ἐπλημμελήθη Ἀλεξάνδρῳ δι' ὀξύτητα ἢ ὑπ' ὀργῆς, ἢ εἴ τι ἐς τὸ ὑπερογκότερον προήχθη βαρβαρίσαι, οὐ μεγάλα τίθεμαι ἔγωγε, εἰ τὴν νεότητά τέ τις τὴν Ἀλεξάνδρου μὴ ἀνεπιεικῶς ἐνθυμηθείη καὶ τὸ διηνεκὲς τῆς εὐτυχίας καὶ τοὺς πρὸς ἡδονὴν οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ τοῖς βασιλεῦσι ξυνόντας τε καὶ ἐπὶ κακῷ ξυνεσομένους· ἀλλὰ μεταγνῶναί γε ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησε μόνῳ οἶδα τῶν πάλαι βασιλέων Ἀλεξάνδρῳ ὑπάρξαι ὑπὸ γενναιότητος. (2) Οἱ δὲ πολλοί, εἰ καί τι ἔγνωσαν πλημμελήσαντες, οἱ δὲ τῷ προηγορεῖν αὐτοῦ, ὡς καλῶς δὴ πραχθέντος, ἐπικρύψειν οἴονται τὴν ἁμαρτίαν, κακῶς γιγνώσκοντες. Μόνη γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ ἴασις ἁμαρτίας ὁμολογεῖν τε ἁμαρτόντα καὶ ὂν ἧλον εἶναι ἐπ' αὐτῷ μεταγινώσκοντα, ὡς τοῖς παθοῦσί τι ἄχαρι οὐ πάντη χαλεπὰ τὰ παθήματα φαινόμενα, εἰ ὁ ὁράσας αὐτὰ ξυγχωροίη ὅτι οὐ καλὰ ἔδρασεν, αὐτῷ τέ τινι ἐς τὸ μέλλον ταύτην ἐλπίδα ἀγαθὴν ὑπολειπομένην, μή

rantemque ipsum dixisse : invidere illam sibi divinitatis partæ gloriam. Quæ quidem ideo potius a me commemorantur, ne ignorasse videar ea tum sparsa fuisse, quam quod fide digna existimem.

CAP. XXVIII.

Decessit autem Alexander Olympiade CXIIII, archonte Athenis Hegesia. Vixit annos XXXII, menses VIII, ut autor est Aristobulus. Regnavit annos XII, menses VIII. Statura corporis pulcherrima fuit, laboris summa patientia, summo mentis acumine, magna animi fortitudine præditus, honoris ot gloriæ appetentissimus, periculorum amantissimus, divini cultus observantissimus : (2) corporis voluptatum moderatissimus : quæ ad animum pertinent, sola laude inexplebilis, summa consilii dexteritate quid in rebus obscuris facto esset opus cernebat : et ex verisimilibus felicissime eventus rerum conjectabat : ordinandi exercitus, armandi gubernandique peritissimus. Idem ad militum animos excitandos et bona spe replendos, et metum periculorum privati periculi contemptione profligandum eximius. (3) Res dubias summa audacia aggrediebatur : ad anticipandos hostes eosque corripiendos, priusquam quod eventurum erat timerent, solertissimus, promissi pactique religiosissimus observator : neve aliorum fraudibus caperetur, instructissimus : pecunias in privatas voluptates parcissime convertebat · in amicos summa cum liberalitate erogabat.

CAP. XXIX.

Si quid vero ab Alexandro iræ vehementia rapiditateque commissum est, aut si insolentius barbarorum fastum imitatus est, equidem non tanti faciendum censuerim, siquis juvenilem Alexandri ætatem non inique æstimet, si perpetuum felicitatis cursum, si assentatores, qui voluptatis causa cum regibus magno eorum malo versantur et versabuntur, animadvertat. Cæterum delicti pœnitentia duci, id ego soli ipsi inter veteres reges tanquam eximium ac genuinum quiddam adscribo. (2) Plerique enim, tametsi alicujus delicti conscii sibi sint, tuentes id ut recte factum obtegere se culpam suam putant, inique statuentes. Unicam enim peccati medicinam esse censeo peccati agnitionem et confessionem, manifestumque pœnitentiæ documentum edere. Nam qui injuriam accepit, non ita graviter læsum sese judicat, si is qui læsit perperam sese fecisse fateatur : et bona alicui spes fit, se non amplius

ποτε ἂν παραπλήσιόν τι ἁμαρτεῖν, εἰ τοῖς πρόσθεν πλημμεληθεῖσιν ἀχθόμενος φαίνοιτο. (3) Ὅτι δὲ ἐς θεὸν τὴν γένεσιν τὴν αὑτοῦ ἀνέφερεν, οὐδὲ τοῦτο ἐμοὶ δοκεῖ μέγα εἶναι αὐτῷ τὸ πλημμέλημα, εἰ μὴ καὶ σόφισμα ἦν τυχὸν ἐς τοὺς ὑπηκόους τοῦ σεμνοῦ ἕνεκα. Οὔκουν δοκεῖ ἔμοιγε ἢ Μίνωος γενέσθαι βασιλεὺς ἀφανέστερος ἢ Αἰακοῦ ἢ Ῥαδαμάνθυος· οἷς δὴ ἐς Δία ἀνενεχθεῖσα ἡ γένεσις πρὸς τῶν πάλαι ἀνθρώπων οὐδεμιᾷ αὐτῶν ὕβρει προστίθεται· οὐδὲ Θησέως τοῦ Ποσειδῶνος οὐδὲ Ἴωνος τοῦ Ἀπόλλωνος. (4) Ὡς ἔμοιγε καὶ ἡ Περσικὴ σκευὴ σόφισμα δοκεῖ εἶναι πρός τε τοὺς βαρβάρους, ὡς μὴ πάντη ἀλλότριον αὐτῶν φαίνεσθαι τὸν βασιλέα, καὶ πρὸς τοὺς Μακεδόνας, ὡς ἀποστροφήν τινα εἶναι αὐτῷ ἀπὸ τῆς ὀξύτητός τε καὶ ὕβρεως τῆς Μακεδονικῆς· ἐφ' ὅτῳ δὴ καὶ ἐγκαταμίξαί μοι δοκεῖ ταῖς τάξεσιν αὐτῶν τοὺς Πέρσας τοὺς μηλοφόρους καὶ τοῖς ἀγήμασι τοὺς ὁμοτίμους. Καὶ οἱ πότοι δέ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, οὐ τοῦ οἴνου ἕνεκα μακροὶ αὐτῷ ἐγίγνοντο, οὐ γὰρ πίνειν πολὺν οἶνον Ἀλέξανδρον, ἀλλὰ φιλοφροσύνης τῆς ἐς τοὺς ἑταίρους.

ΚΕΦ. Α'.

Ὅστις δὲ κακίζει Ἀλέξανδρον, μὴ μόνον ὅσα ἄξια κακίζεσθαί ἐστι προσφερόμενος κακιζέτω, ἀλλὰ ξύμπαντα Ἀλεξάνδρου εἰς ἓν χωρίον ξυναγαγών, οὕτω δὴ ἐκλογιζέσθω, ὅστις τε ὢν αὐτὸς καὶ ὁποίᾳ τύχῃ κεχρημένος ὄντινα γενόμενον ἐκεῖνον καὶ ἐς ὅσον εὐτυχίας τῆς ἀνθρωπίνης ἐλθόντα, βασιλέα τε ἀμφοῖν ταῖν ἠπείροιν ἀναμφιλογώτατα γενόμενον καὶ ἐπὶ πᾶν ἐξικόμενον τῷ αὐτοῦ ὀνόματι, κακίζει σμικρότερός γε ὢν αὐτὸς καὶ ἐπὶ σμικροῖς πονούμενος καὶ οὐδὲ ταῦτα ἐν κόσμῳ τιθέμενος. (2) Ὡς ἔγωγε δοκῶ ὅτι οὔτε τι ἔθνος ἀνθρώπων οὔτε τις πόλις ἐν τῷ τότε ἦν οὔτε τις εἷς ἄνθρωπος, εἰς ὃν οὐ πεφοιτήκει τὸ Ἀλεξάνδρου ὄνομα. Οὔκουν οὐδ' ἐμοὶ ἔξω τοῦ θείου φῦναι ἂν δοκεῖ ἀνὴρ οὐδενὶ ἄλλῳ ἀνθρώπων ἐοικώς. Καὶ ταῦτα χρησμοί τε ἐπισημῆναι ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ Ἀλεξάνδρου λέγονται καὶ φάσματα ἄλλα ἄλλοις γενόμενα καὶ ἐνύπνια φανέντα ἄλλα ἄλλοις, καὶ ἡ ἐς τοῦτο ἐξ ἀνθρώπων τιμή τε αὐτοῦ καὶ μνήμη οὐκ ἀνθρωπίνη οὖσα, καὶ νῦν δὲ διὰ τοσούτου ἄλλοι χρησμοὶ ἐπὶ τῇ τιμῇ αὐτοῦ τῷ ἔθνει τῶν Μακεδόνων χρησθέντες. (3) Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐμεμψάμην ἔστιν ἃ ἐν τῇ ξυγγραφῇ τῶν Ἀλεξάνδρου ἔργων, ἀλλ' αὐτόν γε Ἀλέξανδρον οὐκ αἰσχύνομαι θαυμάζων· τὰ δὲ ἔργα ἐκεῖνα ἐκάκισα ἀληθείας τε ἕνεκα τῆς ἐμῆς καὶ ἅμα ὠφελείας τῆς ἐς ἀνθρώπους· ἐφ' ὅτῳ ὡρμήθην οὐδὲ αὐτὸς ἄνευ θεοῦ ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφήν.

Τέλος τῆς ξυγγραφῆς τῶν Ἀλεξάνδρου ἔργων.

injuria affectum iri, si is qui affecit pœnitentiam facti sui præ se ferat. (3) Quod vero ad deum generis sui originem referebat, ne hoc quidem atrox delictum fuisse censuerim : quippe qui nihil aliud fortassis sibi propositum habuerit quam ut eo figmento majorem auctoritatem apud subditos sibi conciliaret. Neque vero mihi videtur Alexander fuisse Minoe aut Æaco aut Rhadamantho inferior, quorum genus ad Jovem a veteribus relatum nulli ipsis vitio aut contumeliæ versum fuit : quemadmodum nec Thesei ortus ad Neptunum, neque Ionis ad Apollinem relatus. (4) Verum et Persicus habitus arte quadam mihi a rege assumtus videtur, ne prorsus alienus ab eis rex esse videretur : utque refugium quoddam adversus Macedonum insolentiam superbiamque haberet. Qua etiam de causa eum Macedonum ordinibus Persas melophoros immiscuisse arbitror, et agematis, qui pari cum eis honore essent, accensuisse. Longas etiam potationes, ut ait Aristobulus, non vini causa amabat ; neque enim multum vini potabat, sed ut benevolentiam cum amicis foveret.

CAP. XXX.

Quapropter quisquis Alexandrum incusat ac vituperat, is non ea solum quæ vituperatione digna sunt afferens vituperet, sed omnia ejus facta in unum cumulum congerens, ita demum secum reputet, quis ipse et quali fortuna usus ad cujus ac quanti principis accusationem accedat, qui ad tantum humanæ felicitatis fastigium evasit, ut utriusque continentis rex citra ullam controversiam fuerit nomenque suum per universum terrarum orbem propagarit : cogitetque iste quisquis est accusator, quam exilis ipse sit, quamque in exilibus parvique momenti rebus laboret, ac ne illas quidem ipsas decore conficiat. (2) Ita enim sentio, nullam ea tempestate, gentem, nullam urbem, nullum denique hominem fuisse, ad quem non Alexandri nomen pervenerit. Quo circa non absque numine ejuscemodi hominem terris datum existimaverim, cui nemo omnium mortalium par fuit. Quod quidem etiam oracula in Alexandri morte testata sunt, diversaque aliis atque aliis hominibus spectra et insomnia oblata, et continuata in hunc usque diem inter homines memoria et gloria, major quam quæ in hominem cadat, tum denique alia post tantum temporis spatium oracula Macedonum genti de ejus honore edita. (3) Ego vero, tametsi nonnulla Alexandri facta in historia rerum ab ipso gestarum reprehendi, Alexandri tamen ipsius admiratorem esse meipsum citra pudorem profiteor. Facta vero nonnulla improbavi, et veritatis meæ et publicæ utilitatis causa : in cujus gratiam hujus historiæ scriptionem non absque numine etiam aggressus sum.

FINIS OPERIS, QUOD EST DE ALEXANDRI REBUS GESTIS.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΙΝΔΙΚΗ.

ΚΕΦ. Α'.

Τὰ ἔξω Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὰ πρὸς ἑσπέρην ἔστε ἐπὶ τὸν ποταμὸν Κωφῆνα Ἀστακηνοὶ καὶ Ἀσσακηνοί, ἔθνεα Ἰνδικά, ἐποικέουσιν. (2) Ἀλλ' οὔτε μεγάλοι τὰ σώματα, κατάπερ οἱ ἐντὸς τοῦ Ἰνδοῦ ᾠκισμένοι, οὔτε ἀγαθοὶ ὡσαύτως τὸν θυμὸν, οὐδὲ μέλανες ὡσαύτως τοῖσι πολλοῖσιν Ἰνδοῖσιν. (3) Οὗτοι πάλαι μὲν Ἀσσυρίοισιν ὑπήκοοι ἦσαν· ἐπὶ δὲ Μήδοισι Περσέων ἤκουον, καὶ φόρους ἀπέφερον Κύρῳ τῷ Καμβύσεω ἐκ τῆς γῆς σφῶν, οὓς ἔταξε Κῦρος. (4) Νυσαῖοι δὲ οὐκ Ἰνδικὸν γένος ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ἅμα Διονύσῳ ἐλθόντων ἐς τὴν γῆν τῶν Ἰνδῶν· τυχὸν μὲν καὶ Ἑλλήνων, ὅσοι ἀπόμαχοι αὐτῶν ἐγένοντο ἐν τοῖσι πολέμοισιν οὕστινας πρὸς Ἰνδοὺς Διόνυσος ἐπολέμησε· (5) τυχὸν δὲ καὶ τῶν ἐπιχωρίων τοὺς ἐθέλοντας τοῖσιν Ἕλλησι συνῴκισε τήν τε χώρην Νυσαίην ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ὄρεος τῆς Νύσης Διόνυσος, καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν Νῦσαν. (6) Καὶ τὸ ὄρος τὸ πρὸς τῇ πόλι, ὅτου ἐν τῇσιν ὑπωρείῃσιν ᾠκίσται ἡ Νῦσα, Μηρὸς κληΐζεται ἐπὶ τῇ συμφορῇ ἧτινι ἐχρήσατο εὐθὺς γενόμενος. (7) Ταῦτα μὲν οἱ ποιηταὶ ἐπὶ Διονύσῳ ἐποίησαν· καὶ ἐξηγείσθων αὐτὰ ὅσοι λόγιοι Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων. (8) Ἐν Ἀσσακηνοῖσι δὲ Μάσσακα, πόλις μεγάλη, ἴναπερ καὶ τὸ κράτος τῆς γῆς ἐστι τῆς Ἀσσακίης· καὶ ἄλλη πόλις Πευκέλα, μεγάλη καὶ αὐτὴ, οὐ μακρὰν τοῦ Ἰνδοῦ. Ταῦτα μὲν ἔξω τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ᾠκισται πρὸς ἑσπέρην ἔστε ἐπὶ τὸν Κωφῆνα.

ΚΕΦ. Β'.

Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ πρὸς ἕω, τοῦτό μοι ἔστω ἡ τῶν Ἰνδῶν γῆ, καὶ Ἰνδοὶ οὗτοι ἔστωσαν. Ὅροι δὲ τῆς Ἰνδῶν γῆς πρὸς μὲν βορέεω ἀνέμου ὁ Ταῦρος τὸ ὄρος. (2) Καλέεται δὲ οὐ Ταῦρος ἔτι ἐν τῇ γῇ ταύτῃ· ἀλλ' ἄρχεται ὁ Ταῦρος ἀπὸ θαλάσσης τῆς κατὰ Παμφύλους τε καὶ Λυκίην καὶ Κίλικας· παρατείνει τε ἔστε τὴν πρὸς ἕω θάλασσαν, τέμνων τὴν Ἀσίην πᾶσαν· (3) ἄλλῃ δὲ ἄλλο καλέεται τὸ ὄρος, τῇ μὲν Παραπαμισὸς, τῇ δὲ Ἠμωδός· ἄλλῃ δὲ Ἴμαον κληΐζεται, καὶ τυχὸν ἄλλα καὶ ἄλλα ἔχει οὐνόματα· (4) Μακεδόνες δὲ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντες Καύκασον αὐτὸ ἐκάλεον· ἄλλον τοῦτον Καύκασον, οὐ τὸν Σκυθικόν· ὡς καὶ τὰ ἐπέκεινα τοῦ Καυκάσου λόγον κατέχειν ὅτι ἦλθεν Ἀλέξανδρος. (5) Τὰ πρὸς ἑσπέρην δὲ τῆς Ἰνδῶν γῆς ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδὸς ἀπείργει ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν, ἴναπερ αὐτὸς κατὰ δύο στόματα ἐκδιδοῖ, οὐ συνεχέα ἀλλήλοισι τὰ στόματα,

ARRIANI HISTORIA INDICA.

CAP. I.

Quæ extra Indum amnem Occidentem versus sunt regiones ad Cophenem fluvium usque Astaceni atque Assaceni, Indicæ gentes, incolunt. (2) Sunt vero hi Indis intra Indum amnem habitantibus et corporum magnitudine et animorum præstantia inferiores : neque tam nigri quam plerique Indi. (3) Hi olim Assyriis parebant ; deinde Medis subjecti in Persarum potestatem venerunt et tributa Cyro, Cambysis filio, ex suis regionibus pependerunt, quæ Cyrus imperavit. (4) Nysæi vero Indorum gens non sunt, sed ex iis originem ducunt, qui olim cum Libero patre in Indiam venerant e Græcis fortasse, qui in bellis, quæ Liber cum Indis gessit, inutiles bello facti fuerant ; (5) fortassis autem etiam indigenas voluntarios in eandem cum Græcis coloniam deduxit, regionemque Nysæam a monte Nysa vocavit Liber, urbemque ipsam Nysam. (6) Mons vero urbi vicinus, ad cujus radices sita est Nysa, Merus (i. e. *femur*) vocatus est propter casum illum, quo usus fuit Bacchus simul ac natus erat. Atque hæc quidem poetæ de Libero finxerunt : eademque quotquot vel apud Græcos vel apud barbaros fabulosarum historiarum scriptores sunt, narrent. (8) Apud Assacenos est Massaca, magna urbs, ubi et summa potestas est regionis Assaciæ ; et alia urbs Peucela, magna etiam hæc, non procul ab Indo. Hæc extra Indum amnem habitantur Occidentem versus usque ad Cophenem fluvium.

CAP. II.

Quæ vero regio ab Indo orientem versus est, eam ego Indiam appello, quique eas partes incolunt, Indos. Terminatur autem India a septentrione Tauro monte : (2) qui quidem non amplius in ea regione nomen hoc retinet. Incipit vero Taurus a mari circa Pamphyliam et Lyciam ac Ciliciam, tenditque perpetuo dorso ad orientalem oceanum, totam Asiam intersecans. (3) Alibi vero aliam appellationem accipit hic mons. Quibusdam enim in locis Parapamisus, aliis Emodus, aliis Imaus dicitur. Fieri autem potest, ut alias etiam alias appellationes habeat. (4) Macedones vero, qui cum Alexandro militarunt, Caucasum eum vocarunt, diversum ab eo qui in Scythia est : ut fama obtineret, Alexandrum etiam Caucasum transcendisse. (5) Occidentem versus Indiæ terminus est Indus amnis ad magnum oceanum usque, ubi ipse per duo ostia in eum fertur, neque ea quidem inter se propinqua, quemadmodum quinque Istri

κατάπερ τὰ πέντε τοῦ Ἴστρου ἐστὶ συνεχέα· (6) ἀλλ' ὡς τὰ τοῦ Νείλου, ὑπὸ τῶν τὸ Δέλτα ποιέεται τὸ Αἰγύπτιον, ὧδέ τι καὶ [τὸ] τῆς Ἰνδῶν γῆς Δέλτα ποιέει ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς, οὐ μεῖον τοῦ Αἰγυπτίου· καὶ τοῦτο Πάτταλα τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλέεται. (7) Τὸ δὲ πρὸς νότου γε ἀνέμου καὶ μεσημβρίης αὐτὴ ἡ μεγάλη θάλασσα ἀπείργει τὴν Ἰνδῶν γῆν, καὶ τὰ πρὸς ἕω αὐτὴ ἡ θάλασσα ἀπείργει. (8) Τὰ μὲν πρὸς μεσημβρίης κατὰ Πάτταλά τε καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὰς ἐκβολὰς ὤφθη πρός τε Ἀλεξάνδρου καὶ Μακεδόνων καὶ πολλῶν Ἑλλήνων· τὰ δὲ πρὸς ἕω, Ἀλέξανδρος μὲν οὐκ ἐπῆλθε τάδε πρόσω ποταμοῦ Ὑφάσιος. (9) Ὀλίγοι δὲ ἀνέγραψαν τὰ μέχρι ποταμοῦ Γάγγεω καὶ ἵνα τοῦ Γάγγεω αἱ ἐκβολαὶ καὶ πόλις Παλίμβοθρα μεγίστη Ἰνδῶν πρὸς τῷ Γάγγῃ.

ΚΕΦ. Γ'.

Ἐμοὶ δὲ Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος πιστότερος ἄλλου ἔστω, ὅτι γῆς περιόδου πέρι ἔμελεν Ἐρατοσθένεϊ. (2) Οὗτος ἀπὸ τοῦ ὄρεος τοῦ Ταύρου, ἵνα τοῦ Ἰνδοῦ αἱ πηγαὶ, παρ' αὐτὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἰόντι ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὰς ἐκβολὰς μυρίους σταδίους καὶ τρισχιλίους τὴν πλευρὴν λέγει ἐπέχειν τῆς γῆς τῆς Ἰνδῶν. (3) Ταυτῃσὶ δὲ ἀντίπορον πλευρὴν ποιέει τὴν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὄρεος παρὰ τὴν ἑῴην θάλασσαν, οὐκέτι ταύτῃ τῇ πλευρῇ ἴσην, ἀλλὰ ἄκρην γὰρ ἀνέχειν ἐπὶ μέγα εἴσω εἰς τὸ πέλαγος, ἐς τρισχιλίους σταδίους μάλιστα ἀνατείνουσαν τὴν ἄκρην· εἴη ἂν ὧν αὐτῷ ἡ πλευρὴ τῆς Ἰνδῶν γῆς πρὸς ἕω μυρίους καὶ ἑξακισχιλίους σταδίους ἐπέχουσα· τοῦτο μὲν αὐτῷ πλάτος τῆς Ἰνδῶν γῆς συμβαίνει. (4) Μῆκος δὲ τὸ ἀφ' ἑσπέρης ἐπὶ ἕω ἔστε μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν Παλίμβοθρα, μεμετρημένον σχοίνοισι λέγει ἀναγράφειν· καὶ εἶναι γὰρ ὁδὸν βασιληίην· τοῦτο ἐπέχειν ἐς μυρίους σταδίους· τὰ δὲ ἐπέκεινα οὐκέτι ὡσαύτως ἀτρεκέα. (5) Φήμας δὲ ὅσοι ἀνέγραψαν, ξὺν τῇ ἄκρῃ τῇ ἀνεχούσῃ ἐς τὸ πέλαγος ἐς μυρίους σταδίους μάλιστα ἐπέχειν λέγουσιν· εἶναι δὲ ἄνω τὸ μῆκος τῆς Ἰνδῶν γῆς σταδίων μάλιστα δισμυρίων. (6) Κτησίης δὲ ὁ Κνίδιος τὴν Ἰνδῶν γῆν ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων, οὐδὲ Ὀνησίκριτος, τρίτην μοῖραν τῆς πάσης γῆς· Νέαρχος δὲ μηνῶν τεσσάρων ὁδὸν τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου τῆς Ἰνδῶν γῆς. (7) Μεγασθένεϊ δὲ τὸ ἀπὸ ἀνατολέων ἐς ἑσπέρην πλάτος ἐστὶ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ὅ, τι περ οἱ ἄλλοι μῆκος ποιέουσι· καὶ λέγει Μεγασθένης, μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων εἶναι, ἴναπερ τὸ βραχύτατον αὐτοῦ. (8) Τὸ δὲ ἀπὸ ἄρκτου πρὸς μεσημβρίην, τοῦτο δὲ αὐτῷ μῆκος γίνεται, καὶ ἐπέχει τριηκοσίους καὶ δισχιλίους καὶ δισμυρίους, ἴναπερ τὸ στεινότατον αὐτοῦ. (9) Ποταμοὶ δὲ τοσοίδε εἰσὶν ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, ὅσοι οὐδὲ ἐν τῇ πάσῃ Ἀσίῃ· μέγιστοι μὲν ὅ Γάγγης τε καὶ ὁ Ἰνδὸς, ὅτου καὶ ἡ γῆ ἐπώνυμος· ἄμφω τοῦ τε Νείλου τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τοῦ Ἴστρου τοῦ Σκυθικοῦ, καὶ εἰ ἐς ταυτὸ

ostia ; (6) sed sicut ista Nili, a quibus Delta Ægyptium efficitur : hoc pacto etiam Indus amnis partem Indiæ Delta facit, neque id minus Ægyptio, quod quidem Indorum lingua Pattala vocatur. (7) Qua vero ad austrum et meridiem vergit India, ipso magno oceano clauditur : orientales etiam ejus partes idem oceanus terminat. (8) Atque in meridionali quidem tractu quæ sunt circa Pattala Indique fluminis ostia, ab Alexandro et Macedonibus ac multis Græcis perlustrata sunt : partes autem versus Orientem non adiit Alexander eas, quæ sunt ultra Hyphasin amnem. (9) Pauci vero scripserunt de iis quæ usque ad Gangem sunt ; aut ubi Gangis ostia, maximaque ad Gangem Indorum urbs Palimbothra.

CAP. III.

Mihi Eratosthenes Cyrenæus majore fide dignus esto, quoniam illi geographia curæ erat. (2) Is a monte Tauro, ubi Indi fontes sunt, secus Indum amnem usque ad magnum oceanum et Indi ostia Indiæ latus stadia XIII M continere ait. (3) Latus vero huic oppositum statuit ab eodem monte præter mare orientale, non amplius huic lateri æquale, sed longo tractu promontorium circiter ad III M stadiorum in mare protendi : ut igitur ei æstimetur hoc Indiæ latus orientale obtinere XVI M stadiorum. Atque hæc quidem est illi Indiæ latitudo. (4) Longitudinem vero ab occidente in orientem usque ad urbem Palimbothra, dicit schœnis dimensam se scribere, esse enim viam regiam eamque esse stadiorum X M. Ulteriora non amplius æque certa esse. (5) Quotquot vero famam in scribendo secuti sunt, cum promontorio in mare porrecto, (Indiam) circiter X M stadiorum continere dicunt : superius, esse longitudinem stadiorum circiter XX M. (6) Ctesias Cnidius Indiam reliquæ Asiæ æqualem esse magnitudine affirmat, sed errat, sicut etiam Onesicritus, qui eam tertiam partem terrarum esse perhibet. Nearchus quattuor mensium iter per ipsum campum Indiæ esse dicit. (7) Megasthenes vero ab oriente in occidentem latitudinem Indiæ esse vult, quam alii longitudinem faciunt, eamque Megasthenes auctor est, ubi brevissimum ejus spatium sit, XVI M stadiorum continere. (8) A septentrione autem versus meridiem, ea illi quidem est longitudo, et extenditur ad XXII M et CCC stadia, ubi angustissima est. (9) Flumina sunt in India tantæ magnitudinis, quantæ nullum est in universa Asia ; maxima sunt Ganges et Indus, a quo et regio nomen accepit : uterque et Nilo Ægyptio et Istro Scy-

συνέλθοι αὐτοῖσι τὸ ὕδωρ, μέζονες· (10) δοκέειν δ' ἔμοιγε, καὶ ὁ Ἀκεσίνης μέζων ἐστὶ τοῦ τε Ἴστρου καὶ τοῦ Νείλου, ἴναπερ παραλαβὼν ἅμα τόν τε Ὑδάσπεα καὶ τὸν Ὑδραώτεα καὶ τὸν Ὕφασιν ἐμβάλλει ἐς τὸν Ἰνδὸν, ὡς καὶ τριήκοντα αὐτῷ στάδια τὸ πλάτος ταύτῃ εἶναι· καὶ τυχὸν καὶ ἄλλοι πολλοὶ μέζονες ποταμοὶ ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ ῥέουσιν.

ΚΕΦ. Δ'.

Ἀλλὰ οὔ μοι ἀτρεκὲς ὑπὲρ τῶν ἐπέκεινα Ὑφάσιος ποταμοῦ ἰσχυρίσασθαι, ὅτι οὐ πρόσω τοῦ Ὑφάσιος ἦλθεν Ἀλέξανδρος. (2) Αὐτοῖν δὲ τοῖν μεγίστοιν ποταμοῖν τοῦ τε Γάγγεω καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὸν Γάγγεα μεγέθεϊ πολύ τι ὑπερφέρειν Μεγασθένης ἀνέγραψε, καὶ ὅσοι ἄλλοι μνήμην τοῦ Γάγγεω ἔχουσιν· (3) αὐτόν τε γὰρ μέγαν ἀνίσχειν ἐκ τῶν πηγέων, δέκεσθαί τε ἐς αὐτὸν τόν τε Καϊνὰν ποταμὸν καὶ τὸν Ἐραννοβόαν καὶ τὸν Κοσσόανον, πάντας πλωτούς· ἔτι δὲ Σῶνόν τε ποταμὸν καὶ Σιττόκατιν καὶ Σολόματιν, καὶ τούτους πλωτούς. (4) Ἐπὶ δὲ Κονδοχάτην τε καὶ Σάμβον καὶ Μάγωνα καὶ Ἀγόρανιν καὶ Ὠμαλιν· ἐμβάλλουσι δὲ ἐς αὐτὸν Κομμενάσης τε μέγας ποταμὸς καὶ Κάκουθις καὶ Ἀνδώματις ἐξ ἔθνεος Ἰνδικοῦ τοῦ Μανδιαδινῶν ῥέων· (5) καὶ ἐπὶ τούτοισιν Ἄμυστις παρὰ πόλιν Καταδούπην, καὶ Ὀξύμαγις ἐπὶ Παζάλαισι καλεομένοισι, καὶ Ἐρρένυσις ἐν Μάθαισιν, ἔθνεϊ Ἰνδικῷ, ξυμβάλλει τῷ Γάγγῃ. (6) Τούτων λέγει Μεγασθένης οὐδένα εἶναι τοῦ Μαιάνδρου ἀποδέοντα, ἴναπερ ναυσίπορος ὁ Μαίανδρος. (7) Εἶναι ὧν τὸ εὖρος τῷ Γάγγῃ, ἔνθα περ αὐτὸς ἑωυτοῦ στεινότατος, εἰς ἑκατὸν σταδίους· πολλαχῇ δὲ καὶ λιμνάζειν, ὡς μὴ ἄποπτον εἶναι τὴν πέρην χώρην, ἴναπερ χθαμαλή τέ ἐστι καὶ οὐδαμῇ γηλόφοισιν ἀνεστηκυῖα. (8) Τῷ δὲ Ἰνδῷ ἐς ταὐτὸν ἔρχεται. Ὑδραώτης μὲν ἐν Καμβισθόλοισι παρειληφὼς τόν τε Ὕφασιν ἐν Ἀστρύβαισι καὶ τὸν Σαράγγην ἐκ Κηκέων καὶ τὸν Νεῦδρον ἐξ Ἀττακηνῶν, ἐς Ἀκεσίνην ἐμβάλλουσιν. (9) Ὑδάσπης δὲ ἐν Ὀξυδράκαισιν ἄγων ἅμα οἱ τὸν Σίναρον ἐν Ἀρίσπαισιν ἐς τὸν Ἀκεσίνην ἐκδιδοῖ καὶ οὗτος. (10) Ὁ δὲ Ἀκεσίνης ἐν Μαλλοῖς ξυμβάλλει τῷ Ἰνδῷ· καὶ Τούταπος δὲ μέγας ποταμὸς ἐς τὸν Ἀκεσίνην ἐκδιδοῖ. Τούτων ὁ Ἀκεσίνης ἐμπλησθεὶς καὶ τῇ ἐπικλήσι ἐκνικήσας αὐτὸς τῷ ἑωυτοῦ ἤδη οὐνόματι ἐσβάλλει ἐς τὸν Ἰνδόν· (11) Κωφὴν δὲ ἐν Πευκελαιήτιδι, ἅμα οἳ ἄγων Μάλαντόν τε καὶ Σόαστον καὶ Γαρρόιαν, ἐκδιδοῖ ἐς τὸν Ἰνδόν. (12) Κατύπερθε δὲ τούτων Πάρενος καὶ Σάπαρνος, οὐ πολὺ διέχοντες, ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν Ἰνδόν. Σόανος δὲ, ἐκ τῆς ὀρεινῆς τῆς Ἀβισσαρέων, ἔρημος ἄλλου ποταμοῦ, ἐκδιδοῖ ἐς αὐτόν. Καὶ τούτων τοὺς πολλοὺς Μεγασθένης λέγει, ὅτι πλωτοί εἰσιν. (13) Οὔκουν ἀπιστίην χρὴ ἔχειν ὑπέρ τε τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Γάγγεω, μηδὲ συμβλητοὺς εἶναι αὐτοῖσι τόν τε Ἴστρον καὶ τοῦ Νείλου τὸ ὕδωρ. (14) Ἐς μέν γε τὸν Νεῖλον οὐδένα

thico, etiamsi in unum alveum confluerent, major est: (10) at mea sententia vel Acesines Nilum et Istrum magnitudine superat, ubi Hydaspe, Hydraote et Hyphasi in suum alveum receptis in Indum fertur tantus, ut ejus latitudo ibi triginta stadia efficiat. Fortassis autem etiam alia multa majora flumina Indiam secant.

CAP. IV.

Sed ultra Hyphasin amnem nihil explorati habeo, quod affirmare possim; quia ultra Hyphasin progressus non est Alexander. (2) Ex his vero duobus maximis fluviis Gange atque Indo, Megasthenes Gangem Indo longe majorem esse scribit, et alii omnes qui Gangis mentionem faciunt. (3) Nam et grandem jam inde ab ipsis fontibus oriri, atque in se recipere Cainam, Erannoboam, Cossoanum, omnes navigabiles, deinde Sonum, Sittocatim et Solomatim, et hos navigabiles. (4) Post hos Condochatem, Sambum, Magonem, Agoranim et Omalim. Feruntur etiam in eum Commenases grandis fluvius et Cacuthis atque Andomatis ex Mandiadinis Indica gente fluens: (5) ad hæc, Amystis juxta urbem Catadupam, et Oxymagis apud Pazalas, quos vocant, et Errhenysis apud Mathas, Indiæ gentem, in Gangem fluunt. (6) Horum omnium fluviorum Megasthenes nullum Mæandro minorem, qua navigabilis Mæander est, esse asseverat. (7) Jam Gangem patere, qua maxime angustus est, ad centum stadia; multis vero in locis stagnare, ita ut ulterior terra conspici non possit, qua parte humilis est nullosque colles habet. (8) Indo autem idem accidit. Hydraotes quidem in Cambistholis, receptis in se et Hyphasi in Astrybis, et Sarange ex Cecis, et Neudro ex Attacenis, in Acesinem fluit. (9) Hydaspes vero in Oxydracis Sinarum in se recipiens in Arispis etiam in Acesinem fertur. (10) Acesines apud Mallos cum Indo committitur: etiam Tutapus magnus fluvius in Acesinem exit. Quibus amnibus Acesines grandior factus suumque victor nomen retinens in Indum fertur. (11) Cophen in Peucelæetide, ducens secum Malantum, Soastum et Garrœam amnes, Indo se miscet. (12) Supra hos Parenus et Saparnus, non multum inter se distantes, in Indum fluunt. Soanus ex montanis Abissareensium absque alterius fluvii societate in eundem se ingerit. Horum quoque plerosque Megasthenes navigabiles esse affirmat. (13) Non igitur incredibile esse debet, Istrum et Nilum ratione aquarum cum Indo et Gange ne comparari quidem posse. (14) Nam in

ποταμὸν ἐκδιδόντα ἴδμεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ διώρυχας τετμημένας κατὰ τὴν χώρην τὴν Αἰγυπτίην. (15) Ὁ δέ γε Ἴστρος ὀλίγος μὲν ἀνίσχει ἀπὸ τῶν πηγέων, δέκεται δὲ πολλοὺς ποταμούς, ἀλλ' οὔτε πλήθεϊ ἴσους τοῖσιν Ἰνδῶν ποταμοῖσιν, οἳ ἐς τὸν Ἰνδὸν καὶ τὸν Γάγγεα ἐκδιδοῦσι· πλωτοὺς δὲ δὴ καὶ κάρτα ὀλίγους, ὧν τοὺς μὲν αὐτὸς ἰδὼν οἶδα, τὸν Ἔνον τε καὶ τὸν Σάον. (16) Ἔνος μὲν ἐν μεθορίῳ τῆς Νωρικῶν καὶ Ῥαιτῶν γῆς μίγνυται τῷ Ἴστρῳ, ὁ δὲ Σάος κατὰ Παίονας. Ὁ δὲ χῶρος, ἴναπερ συμβάλλουσιν οἱ ποταμοὶ, Ταυροῦνος καλέεται. Ὅστις δὲ καὶ ἄλλον οἶδε ναυσίπορον τῶν ἐς τὸν Ἴστρον ἐκδιδόντων, ἀλλὰ οὐ πολλούς που οἶδε.

ΚΕΦ. Ε'.

Τὸ δὲ αἴτιον ὅστις ἐθέλει φράζειν τοῦ πλήθεός τε καὶ μεγέθεος τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν, φραζέτω· ἐμοὶ δὲ καὶ ταῦτα ὡς ἀκοὴ ἀναγεγράφθω. (2) Ἐπεὶ καὶ ἄλλων πολλῶν ποταμῶν οὐνόματα Μεγασθένης ἀνέγραψεν, οἷ ἔξω τοῦ Γάγγεώ τε καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ἐκδιδοῦσιν ἐς τὸν ἑῷόν τε καὶ μεσημβρινὸν τὸν ἔξω πόντον· ὥστε τοὺς πάντας ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα λέγει ὅτι εἰσὶν Ἰνδοὶ ποταμοὶ, ναυσίποροι πάντες. (3) Ἀλλ' οὐδὲ Μεγασθένης πολλὴν δοκέει μοι ἐπελθεῖν τῆς Ἰνδῶν χώρης, πλήν γε ὅτι πλεῦνα ἢ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου ἐπελθόντες. Συγγενέσθαι γὰρ Σανδρακόττῳ λέγει, τῷ μεγίστῳ βασιλεΐ τῶν Ἰνδῶν καὶ Πώρῳ, ἔτι τούτου μέζονι. (4) Οὗτος ὧν ὁ Μεγασθένης λέγει, οὔτε Ἰνδοὺς ἐπιστρατεῦσαι οὐδαμοῖσιν ἀνθρώποισιν, οὔτε Ἰνδοῖσιν ἄλλους ἀνθρώπους· (5) ἀλλὰ Σέσωστριν μὲν τὸν Αἰγύπτιον, τῆς Ἀσίης καταστρεψάμενον τὴν πολλὴν, ἔστε ἐπὶ τὴν Εὐρώπην σὺν στρατιῇ ἐλάσαντα, ὀπίσω ἀπονοστῆσαι· (6) Ἰνδάθυρσιν δὲ τὸν Σκύθεα ἐκ Σκυθίης ὁρμηθέντα πολλὰ μὲν τῆς Ἀσίης ἔθνεα καταστρέψασθαι, ἐπελθεῖν δὲ καὶ τὴν Αἰγυπτίων γῆν κρατέοντα· (7) Σεμίραμιν δὲ τὴν Ἀσσυρίην ἐπιχειρέειν μὲν στέλλεσθαι ἐς Ἰνδοὺς, ἀποθανεῖν δὲ πρὶν τέλος ἐπιθεῖναι τοῖσι βουλεύμασιν· ἀλλὰ Ἀλέξανδρον γὰρ στρατεῦσαι ἐπὶ Ἰνδοὺς μοῦνον. (8) Καὶ πρὸ Ἀλεξάνδρου Διονύσου μὲν πέρι πολλὸς λόγος κατέχει, ὡς καὶ τούτου στρατεύσαντος ἐς Ἰνδοὺς, καὶ καταστρεψαμένου Ἰνδούς· Ἡρακλέος δὲ πέρι οὐ πολλός. (9) Διονύσου μέν γε καὶ Νῦσα πόλις μνῆμα οὐ φαῦλον τῆς στρατηλασίης καὶ ὁ Μηρὸς τὸ ὄρος, καὶ ὁ κισσὸς ὅτι ἐν τῷ ὄρεϊ τούτῳ φύεται· καὶ αὐτοὶ οἱ Ἰνδοὶ ὑπὸ τυμπάνων τε καὶ κυμβάλων στελλόμενοι ἐς τὰς μάχας· καὶ ἐσθῆς αὐτοῖσι κατάστικτος ἐοῦσα, καθάπερ τοῦ Διονύσου τοῖσι βάκχοισιν· (10) Ἡρακλέος δὲ οὐ πολλὰ ὑπομνήματα. Ἀλλὰ τὴν Ἄορνον γὰρ πέτρην, ἥντινα Ἀλέξανδρος βίῃ ἐχειρώσατο, ὅτι Ἡρακλέης οὐ δυνατὸς ἐγένετο ἑξελεῖν, Μακεδονικὸν δοκέει μοί τι κόμπασμα, κατάπερ ὧν καὶ τὸν Παραπάμισον Καύκασον ἐκάλεον Μακεδόνες, οὐδέν τι προσήκοντα τοῦτον τῷ Καυκάσῳ. (11) Καί τι καὶ

Nilum nullum flumen illabi scimus, sed ex ipso fossas per Ægyptum duci. (15) Ister vero exiguus a fontibus oritur: et multos quidem fluvios in se recipit, sed et multitudine Indicis fluminibus, quæ in Indum et Gangem feruntur, non pares; et navigabiles modo perpaucos, ex quibus ipse Enum vidi ac Saum. (16) Atque Enus quidem in confinio Noricorum et Rhætorum Istro se immiscet: Saus autem apud Pæonas. Locus vero ubi hæc flumina inter se committuntur Taurunus vocatur. (17) Si quis vero et alium fluvium navigabilem fluentem in Istrum norit, multos tamen eos non esse novit.

CAP. V.

Quisquis autem causam multitudinis et magnitudinis Indiæ fluminum explicare velit, illi per me hoc integrum sit. Ego enim ea quoque quæ de his rebus scripsi majorem fidem non habere censeo, quam quæ fama sparsa sunt. (2) Præterea etiam aliorum multorum fluminum nomina Megasthenes commemorat, quæ extra Gangem atque Indum feruntur in orientale et meridiale externum mare; ita ut LVIII in universum sint Indiæ fluvii, omnes navigabiles. (3) Sed nec ipse Megasthenes mihi videtur multum Indiæ peragrasse: plus tamen certe quam qui cum Alexandro Philippi F. militarunt. Sandracotto enim se adfuisse scribit, maximo Indorum regi, et Poro, qui vel Sandracotto potentior fuit. (4) Scribit itaque hic Megasthenes, neque Indos cum ullis hominibus bellum gessisse, neque ullos externos Indis bellum intulisse. (5) Sesostrim enim Ægyptium, magna Asiæ parte subacta, postquam in Europam usque cum exercitu processerat, retrocessisse; (6) Indathyrsim autem Scytham ex Scythia profectum multas Asiæ gentes debellasse: Ægyptum etiam victorem adiisse; (7) ac Semiramidem quidem Assyriam tentasse exercitum in Indos ducere, sed mortem ejus consilia conatusque fregisse. Solum vero Alexandrum in Indos expeditionem fecisse. (8) Atqui ante Alexandrum fama tenet Liberum contra Indos expeditionem suscepisse, eosque subegisse: de Hercule infirmior fama est. (9) At vero expeditionis a Libero factæ non leve documentum est Nyssa urbs et Meros mons, quodque hedera in hoc monte nascitur: quod præterea Indi ipsi tympana ac cymbala pulsantes pugnas adeunt, itemque veste distincta maculis, Libero patri bacchantium more, utuntur. (10) Herculis autem non multa monimenta exstant. Quod enim Aornum petram, quam Alexander vi cepit, Hercules expugnare non potuerit, Macedonica quædam jactantia mihi videtur: quemadmodum et Parapamisum montem Causasum vocarunt Macedones, nihil ad Caucasum pertinentem. (11) Antrum

ἄντρον ἐπιφρασθέντες ἐν Παραπαμισάδαισι, τοῦτο ἔφρασαν ἐκεῖνο εἶναι τοῦ Προμηθέος τοῦ Τιτῆνος τὸ ἄντρον, ἐν ὅτῳ ἐκρέματο ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ πυρός. (12) Καὶ δὴ καὶ ἐν Σίβαισιν, Ἰνδικῷ γένεϊ, ὅτι δορὰς ἀμπεχομένους εἶδον τοὺς Σίβας, ἀπὸ τῆς Ἡρακλέος στρατηλασίης ἔφασκον τοὺς ὑπολειφθέντας εἶναι τοὺς Σίβας· καὶ γὰρ καὶ σκυτάλην φορέουσί τε οἱ Σίβαι, καὶ τοῖσι βουσὶν αὐτῶν ῥόπαλον ἐπικέκαυται· καὶ τοῦτο ἐς μνήμην ἀνέφερον τοῦ ῥοπάλου τοῦ Ἡρακλέος. (13) Εἰ δέ τῳ πιστὰ ταῦτα, ἄλλος ἂν οὗτος Ἡρακλέης εἴη, οὐχ ὁ Θηβαῖος, ἢ ὁ Τύριος οὗτος, ἢ ὁ Αἰγύπτιος, ἤ τις καὶ κατὰ τὴν ἄνω χώρην οὐ πόρρω τῆς Ἰνδῶν γῆς ᾠκισμένην μέγας βασιλεύς.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ταῦτα μέν μοι ἐκβολὴ ἔστω τοῦ λόγου εἰς τὸ μὴ πιστὰ φαίνεσθαι ὅσα ὑπὲρ τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ὑφάσιος ποταμοῦ Ἰνδῶν μετεξέτεροι ἀνέγραψαν· ἔστε γὰρ ἐπὶ τὸν Ὕφασιν οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου στρατηλασίης μετασχόντες οὐ πάντη ἄπιστοί εἰσιν. (2) Ἐπεὶ καὶ τόδε λέγει Μεγασθένης ὑπὲρ ποταμοῦ Ἰνδικοῦ, Σίλαν μὲν εἶναί οἱ οὔνομα, ῥέειν δὲ ἀπὸ κρήνης ἐπωνύμου τῷ ποταμῷ διὰ τῆς χώρης τῆς Σιλέων, καὶ τούτων ἐπωνύμων τοῦ ποταμοῦ τε καὶ τῆς κρήνης· (3) τὸ δὲ ὕδωρ παρέχεσθαι τοιόνδε· οὐδὲν εἶναι ὅτῳ ἀντέχει τὸ ὕδωρ, οὔτε τι νήχεσθαι ἐπ' αὐτοῦ οὔτε τι ἐπιπλέειν, ἀλλὰ πάντα γὰρ ἐς βυσσὸν δύνειν· οὕτω τι ἀμενηνότερον πάντων εἶναι τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο καὶ ἠεροειδέστερον. (4) Ὕεται δὲ ἡ Ἰνδῶν γῆ τὸ θέρος, μάλιστα μὲν τὰ ὄρεα, Παραπαμισός τε καὶ ὁ Ἠμωδὸς καὶ τὸ Ἰμαϊκὸν ὄρος, καὶ ἀπὸ τούτων μεγάλοι καὶ θολεροὶ οἱ ποταμοὶ ῥέουσιν. (5) Ὕεται δὲ τοῦ θέρεος καὶ τὰ πεδία τῶν Ἰνδῶν, ὥστε λιμνάζειν τὰ πολλὰ αὐτῶν· καὶ ἔφυγεν ἡ Ἀλεξάνδρου στρατιὴ ἀπὸ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ μέσου θέρεος, ὑπερβαλόντος τοῦ ὕδατος ἐς τὰ πεδία· (6) ὥστε ἀπὸ τῶνδε ἔξεστι τεκμηριοῦσθαι καὶ τοῦ Νείλου τὸ πάθημα τοῦτο ὅτι ἐοικὸς εἶναι ὕεσθαι τὰ Αἰθιόπων ὄρεα τοῦ θέρεος, καὶ ἀπ' ἐκείνων ἐμπιπλάμενον τὸν Νεῖλον ὑπερβάλλειν ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τὴν Αἰγυπτίην· (7) θολερὸς ὢν καὶ οὗτος ῥέει ἐν τῇδε τῇ ὥρῃ, ὡς οὔτε ἂν ἀπὸ χιόνος τηκομένης ἐῤῥεεν, οὔτε εἰ πρὸς τῶν ὥρῃ θέρεος πνεόντων ἐτησίων ἀνέμων ἀνεκόπτετό οἱ τὸ ὕδωρ· ἄλλως τε οὐδὲ χιονόβατα εἴη ἂν τὰ Αἰθιόπων ὄρεα ὑπὸ καύματος. (8) Ὕεσθαι δὲ κατάπερ τὰ Ἰνδῶν οὐκ ἔζω ἐστὶ τοῦ εἰκότος, ἐπεὶ καὶ τἄλλα ἡ Ἰνδῶν γῆ οὐκ ἀπέοικε τῆς Αἰθιοπίης, καὶ οἱ ποταμοὶ οἱ Ἰνδοὶ ὁμοίως τῷ Νείλῳ τῷ Αἰθιοπείῳ τε καὶ Αἰγυπτίῳ κροκοδείλους τε φέρουσιν, ἔστιν δὲ οἳ αὐτῶν καὶ ἰχθύας καὶ ἄλλα κήτεα ὅσα ὁ Νεῖλος, πλὴν ἵππου τοῦ ποταμίου· Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους τοὺς ποταμίους λέγει ὅτι φέρουσι. (9) Τῶν τε ἀνθρώπων αἱ ἰδέαι οὐ πάντη ἀπάδουσιν αἱ Ἰνδῶν τε καὶ Αἰθιόπων· οἱ μὲν πρὸς

quoque aliquod quum apud Parapamisadas esse accepissent, Promethei Titanis esse dixerunt, in quo ille ob ignem furto sublatum in crucem actus fuerit. (12) Apud Sibas quoque, Indicam gentem, quod eos pellibus amictos conspexerant, ab Herculis expeditione relictos esse Sibas disserebant. Siquidem et clavam gestant Sibæ, et bubus clavæ notam inurunt: quod item ad memoriam clavæ Herculis retulerunt. (13) Si cui vero hæc credibilia videntur, alius certe hic Hercules fuerit, non Thebanus, sed aut Tyrius, aut Ægyptius, aut aliquis etiam ex superiori regione non procul ab India habitata magnus rex.

CAP. VI.

Atque hæc quidem per digressionem dicta sint, ne fide digna videantur, quæ de iis qui ultra Hyphasin degunt Indis nonnulli conscripserunt: nam ad Hyphasin amnem usque non sunt prorsus indigni fide, qui expeditioni Alexandri interfuerunt. (2) Siquidem etiam hoc Megasthenes de flumine quodam Indico commemorat: Silam ei nomen esse, fluere ex fonte ejusdem cum flumine nominis per regionem Sileorum, qui etiam eandem, quam fons et fluvius, appellationem habeant. (3) Ejus aquam ejusmodi esse, ut nihil omnino sustinere possit, neque quicquam ei innatare neque supernavigare, sed omnia in fundum demergi. Ita præ reliquis omnibus hanc aquam tenuem atque magis aeriam esse. (4) India autem per æstatem pluvia madet: præcipue vero Parapamisus et Emodus atque Imaus montes, et ab his magni ac turbulenti amnes fluunt. (5) Perfunduntur æstate pluvia etiam campi Indiæ, ita ut plerique stagnent; fugitque aliquando Alexandri exercitus ab Acesine fluvio, quum media æstate ejus aqua campos obrueret. (6) Ex quibus licet certa conjectura etiam Nili inundationem explicare, quum verisimile sit Æthiopum montes æstate complui, atque iis pluviis impletum Nilum superatis ripis Ægyptum inundare: (7) turbidus igitur etiam hic fluvius hac anni parte fluit, sicut neque a nive liquata fluere potest, neque si ab etesiis æstate spirantibus inhiberetur ipsi aqua: præsertim quum ne nive quidem tecti sint fortasse Æthiopum montes præ calore. (8) Pluvias vero pati quemadmodum India, nequaquam dissentaneum rationi existimaverim: nam et ceteris in rebus India haud dissimilis Æthiopiæ est et fluvii Indici perinde ac Nilus Æthiopicus et Ægyptius crocodilos alunt, nonnulli et pisces ac balænas ejusdem generis ut Nilus, excepto equo fluviatili: sed hos quoque in iis esse Onesicritus tradit. (9) At ne facie quidem ac vultu multum inter se differunt Indi et Æthiopes. Certe qui ad austrum

νότου ἀνέμου Ἰνδοὶ τοῖς Αἰθίοψι μᾶλλόν τι ἐοίκασι, μέλανές τε ἰδέσθαι εἰσὶ, καὶ ἡ κόμη αὐτοῖσι μέλαινα· πλήν γε δὴ ὅτι σιμοὶ οὐχ ὡσαύτως οὐδὲ οὐλόκρανοι ὡς Αἰθίοπες· οἱ δὲ βορειότεροι τούτων κατ' Αἰγυπτίους μάλιστα ἂν εἶεν τὰ σώματα.

ΚΕΦ. Ζ'.

Ἔθνεα δὲ Ἰνδικὰ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τὰ ἅπαντα λέγει Μεγασθένης, δυοῖν δέοντα. Καὶ πολλὰ μὲν εἶναι ἔθνεα Ἰνδικὰ καὶ αὐτὸς συμφέρομαι Μεγασθένεϊ, τὸ δὲ ἀτρεκὲς οὐκ ἔχω εἰκάσαι ὅπως ἐκμαθὼν ἀνέγραψεν, οὐδὲ πολλοστὸν μέρος τῆς Ἰνδῶν γῆς ἐπελθὼν, οὐδὲ ἐπιμιξίης πᾶσι τοῖς γένεσιν ἐούσης ἐς ἀλλήλους. (2) Ἡάλαι μὲν δὴ νομάδας εἶναι Ἰνδοὺς, κατάπερ Σκυθέων τοὺς οὐκ ἀροτῆρας, οἳ ἐπὶ τῇσιν ἁμάξῃσι πλανώμενοι ἄλλοτε ἄλλην τῆς Σκυθίης ἀμείβουσιν, οὔτε πόλιας οἰκέοντες οὔτε ἱερὰ θεῶν σέβοντες· (3) οὕτω μηδὲ Ἰνδοῖσι πόλιας εἶναι μηδὲ ἱερὰ θεῶν δεδομημένα· ἀλλ' ἀμπίσχεσθαι μὲν δορὰς θηρείους ὅσων κατακτάνοιεν, σιτέεσθαι δὲ τῶν δένδρεων τὸν φλοιόν· καλέεσθαι δὲ τὰ δένδρεα ταῦτα τῇ Ἰνδῶν φωνῇ Τάλα, καὶ φύεσθαι ἐπ' αὐτῶν, κατάπερ τῶν φοινίκων ἐπὶ τῇσι κορυφῇσιν, οἷά περ τολύπας. (4) Σιτέεσθαι δὲ καὶ τῶν θηρίων ὅσα ἕλοιεν ὠμοφαγέοντας, πρὶν δὴ Διόνυσον ἐλθεῖν ἐς τὴν χώρην τῶν Ἰνδῶν. (5) Διόνυσον δὲ ἐλθόντα, ὡς καρτερὸς ἐγένετο Ἰνδῶν, πόλιάς τε οἰκίσαι καὶ νόμους θέσθαι τῇσι πόλισιν, οἶνου τε δοτῆρα Ἰνδοῖσι γενέσθαι, κατάπερ Ἕλλησι, καὶ σπείρειν διδάξαι τὴν γῆν, διδόντα αὐτὸν σπέρματα, (6) ἢ οὐκ ἐλάσαντος ταύτῃ Τριπτολέμου, ὅτε περ ἐκ Δήμητρος ἐστάλη σπείρειν τὴν γῆν πᾶσαν, ἢ πρὸ Τριπτολέμου τις οὗτος Διόνυσος ἐπελθὼν τὴν Ἰνδῶν γῆν σπέρματα σφίσιν ἔδωκε καρποῦ τοῦ ἡμέρου· (7) βόας τε ὑπ' ἀρότρῳ ζεῦξαι Διόνυσον πρῶτον, καὶ ἀροτῆρας ἀντὶ νομάδων ποιῆσαι Ἰνδῶν τοὺς πολλοὺς, καὶ ὁπλίσαι ὅπλοισι τοῖσιν ἀρηΐοισι. (8) Καὶ θεοὺς σέβειν ὅτι ἐδίδαξε Διόνυσος ἄλλους τε καὶ μάλιστα δὴ ἑωυτὸν κυμβαλίζοντας καὶ τυμπανίζοντας· καὶ ὄρχησιν δὲ διδάξαι τὴν σατυρικὴν, τὸν κόρδακα παρ' Ἕλλησι καλεόμενον· (9) καὶ κομᾶν Ἰνδοὺς τῷ θεῷ, μιτρηφορέειν τε ἀναδεῖξαι, καὶ μύρων ἀλοιφὰς ἐκδιδάξαι, ὥστε καὶ εἰς Ἀλέξανδρον ἔτι ὑπὸ κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων ἐς τὰς μάχας Ἰνδοὶ κατίσταντο.

ΚΕΦ. Η'.

Ἀπιόντα δὲ ἐκ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ὡς οἱ ταῦτα κεκοσμέατο, καταστῆσαι βασιλέα τῆς χώρης Σπατέμβαν, τῶν ἑταίρων ἕνα, τὸν βακχωδέστατον· τελευτήσαντος δὲ Σπατέμβα τὴν βασιληίην ἐκδέξασθαι Βουδύαν τὸν τούτου παῖδα· (2) καὶ τὸν μὲν πεντήκοντα καὶ δύο ἔτεα βασιλεῦσαι Ἰνδῶν, τὸν πατέρα, τὸν δὲ παῖδα,

ventum vergunt Indi Æthiopibus magis similes sunt, nigra facie et nigra coma, sed non æque simi neque ita crispo capillitio ut Æthiopes: qui vero magis ad septentrionem incolunt, Ægyptios potius corporis forma referunt.

CAP. VII.

Gentes Indicas centum duodeviginti in universum statuit Megasthenes. Ego vero multas quidem Indiæ gentes esse, cum Megasthene senserim: unde autem certi aliquid cognoverit, conjectura assequi non possum, quum exiguam quandam Indiæ partem peragrarit, neque omnes ejus gentes commercia inter se agitent. (2) Olim quidem Indos nomades fuisse (dicit Megasthenes), quemadmodum et Scythas, qui arationem non exercent, sed in plaustris degentes incertis sedibus vagantur, neque urbes incolunt, neque templa deorum colunt: (3) ita neque Indis urbes fuisse neque templa diis exstructa, sed ferarum quas occiderint exuviis se vestivisse: arborum corticibus vesci solitos fuisse; vocari autem eorum lingua eas arbores Tala et innasci iis, quemadmodum in verticibus palmarum, veluti glomos lanarum carptarum. (4) Vesci etiam solitos fuisse feris quas venatu ceperint crudis, priusquam Liber ad Indos venisset. (5) Quem postquam venisset eosque devicisset, urbes Indorum condidisse, iisque leges sanxisse: vini etiam usum Indis dedisse, ut et Græcis, dato etiam semine rationem serendi eos docuisse: (6) sive quod Triptolemus, quum a Cerere ad conserendam universam terram missus fuisset, ad eam regionem non pervenerit; sive quod ante Triptolemum hic Liber, quisquis sit, ad Indos profectus frugum mitium semina iis dederit. (7) Primum etiam Liberum boves aratro junxisse, et plerosque Indorum ex erronibus aratores fecisse, martiisque armis armavisse: (8) et cultum cum aliorum deorum tum sui maxime ipsius docuisse, quem cymbalorum et tympanorum pulsu fieri jusserit. Salationem etiam satyricam induxisse, quam Græci cordaca vocant. (9) Ad hæc comam deo nutrire, mitram gerere unguentisque ostendisse Bacchum: adeo ut ad Alexandri usque tempora cum cymbalis et tympanis prælia Indi inierint.

CAP. VIII.

Discedentem vero ex India Liberum rebus ita constitutis regem Indis præfecisse Spatembam, unum ex amicis, rerum Bacchicarum peritissimum. Quo mortuo ad Budyam ejus filium regnum transiisse. (2) Et Spatembam quidem annos LII Indis regnavisse: Budyam ejus filium XX. Hujus

εἴκοσιν ἔτεα· καὶ τούτου παῖδα ἐκδέξασθαι τὴν βασιληίην Κραδεύαν· (3) καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε τὸ πολλὸν μὲν κατὰ γένος ἀμείβειν τὴν βασιληίην, παῖδα παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενον· εἰ δὲ ἐκλείποι τὸ γένος, οὕτω δὴ ἀριστίνδην κατίστασθαι Ἰνδοῖσι βασιλέας. (4) Ἡρακλέα δὲ, ὅντινα ἐς Ἰνδοὺς ἀπικέσθαι λόγος κατέχει, παρ' αὐτοῖσιν Ἰνδοῖσι γηγενέα λέγεσθαι. (5) Τοῦτον τὸν Ἡρακλέα μάλιστα πρὸς Σουρασηνῶν γεραίρεσθαι, Ἰνδικοῦ ἔθνεος, ἵνα δύο πόλιες μεγάλαι, Μέθορά τε καὶ Κλεισόβορα, καὶ ποταμὸς Ἰωβάρης πλωτὸς διαῤῥέει τὴν χώρην αὐτῶν. (6) Τὴν σκευὴν δὲ οὗτος ὁ Ἡρακλέης ἥντινα ἐφόρεε Μεγασθένης λέγει ὅτι ὁμοίην τῷ Θηβαίῳ Ἡρακλεῖ, ὡς αὐτοὶ Ἰνδοὶ ἀπηγέονται· καὶ τούτῳ ἄρσενας μὲν παῖδας πολλοὺς κάρτα γενέσθαι ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ· πολλῆσι γὰρ δὴ γυναιξὶν ἐς γάμον ἐλθεῖν καὶ τοῦτον τὸν Ἡρακλέα· θυγατέρα δὲ μουνογενέην· (7) οὔνομα δὲ εἶναι τῇ παιδὶ Πανδαίην καὶ τὴν χώρην ἵνα τε ἐγένετο καὶ ἥστινος ἐπέτρεψεν αὐτὴν ἄρχειν Ἡρακλέης Πανδαίην, τῆς παιδὸς ἐπώνυμον· καὶ ταύτῃ ἐλέφαντας μὲν γενέσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς ἐς πεντακοσίους, ἵππον δὲ ἐς τετρακισχιλίην, πεζῶν δὲ ἐς τὰς τρεῖς καὶ δέκα μυριάδας. (8) Καὶ τάδε μετεξέτεροι Ἰνδῶν περὶ Ἡρακλέος λέγουσιν· ἐπελθόντα αὐτὸν πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ καθήραντα ὅ, τι περ κακὸν κίναδος, ἐξευρεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ κόσμον γυναικήϊον· (9) ὄντινα καὶ εἰς τοῦτο ἔτι οἵ τε ἐξ Ἰνδῶν τῆς χώρης τὰ ἀγώγιμα παρ' ἡμέας ἀγινέοντες σπουδῇ ὠνεόμενοι ἐκκομίζουσι, καὶ Ἑλλήνων δὲ πάλαι καὶ Ῥωμαίων νῦν ὅσοι πολυκτέανοι καὶ εὐδαίμονες, μέζονι ἔτι σπουδῇ ὠνέονται τὸν μαργαρίτην δὴ τὸν θαλάσσιον, οὕτω τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλεόμενον· (10) τὸν γὰρ Ἡρακλέα, ὡς καλὸν οἱ ἐφάνη τὸ φόρημα, ἐκ πάσης τῆς θαλάσσης ἐς τὴν Ἰνδῶν γῆν συναγινέειν τὸν μαργαρίτην δὴ τοῦτον, τῇ θυγατρὶ τῇ ἑωυτοῦ εἶναι κόσμον. (11) Καὶ λέγει Μεγασθένης, θηρεύεσθαι αὐτοῦ τὴν κόγχην δικτύοισι, νέμεσθαι δ' ἐν τῇ θαλάσσῃ κατ' αὐτὸ πολλὰς κόγχας, κατάπερ τὰς μελίσσας· καὶ εἶναι γὰρ καὶ τοῖσι μαργαρίτῃσι βασιλέα ἢ βασίλισσαν, ὡς τῇσι μελισσίῃσι. (12) Καὶ ὅστις μὲν ἐκεῖνον κατ' ἐπιτυχίην συλλάβοι, τοῦτον δὲ εὐπετέως περιβάλλειν καὶ τὸ ἄλλο σμῆνος τῶν μαργαριτέων· εἰ δὲ διαφύγοι σφᾶς ὁ βασιλεὺς, τούτῳ δὲ οὐκέτι θηρατοὺς εἶναι τοὺς ἄλλους· τοὺς ἁλόντας δὲ περιορᾶν κατασαπῆναι σφίσι τὴν σάρκα, τῷ δὲ ὀστέῳ ἐς κόσμον χρᾶσθαι. (13) Καὶ εἶναι γὰρ καὶ παρ' Ἰνδοῖσι τὸν μαργαρίτην τριστάσιον κατὰ τιμὴν πρὸς χρυσίον τὸ ἄπεφθον, καὶ τοῦτο ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ ὀρυσσόμενον.

ΚΕΦ. Θ'.

Ἐν δὲ τῇ χώρῃ ταύτῃ, ἵνα ἐβασίλευσεν ἡ θυγάτηρ τοῦ Ἡρακλέος, τὰς μὲν γυναῖκας ἑπταέτεας ἐούσας ἐς ὥρην γάμου ἰέναι, τοὺς δὲ ἄνδρας τεσσαράκοντα ἔτεα τὰ πλεῖστα βιώσκεσθαι. (2) Καὶ ὑπὲρ τούτου λεγόμενον λόγον εἶναι παρ' Ἰνδοῖσιν· Ἡρακλέα, ὀψιγόνου οἱ γενομένης τῆς παιδὸς, ἐπείτε δὴ ἐγγὺς ἔμαθεν ἑωυτῷ ἐοῦσαν τὴν τελευτὴν, οὐκ ἔχοντα ὅτῳ ἀνδρὶ ἐκδῷ τὴν παῖδα ἑωυτοῦ ἐπαξίῳ, αὐτὸν μιγῆναι τῇ παιδὶ ἑπταέτεϊ ἐούσῃ, ὡς γένος ἐξ οὗ τε κἀκείνης ὑπολείπεσθαι Ἰνδῶν βασιλέας. (3) Ποιῆσαι ὦν αὐτὴν Ἡρακλέα ὡραίην γάμου· καὶ ἐκ τοῦδε ἅπαν τὸ γένος τοῦτο ὅτου ἡ Πανδαίη ἐπῆρξε, ταὐτὸν τοῦτο γέρας ἔχειν παρὰ Ἡρακλέος. (4) Ἐμοὶ δὲ δοκέει, εἴπερ ὦν τὰ ἐς τοσόνδε ἄτοπα Ἡρακλέης οἷός τε ἦν ἐξεργάζεσθαι, καὶ αὐτὸν ἀποφῆναι μακροβιώτερον, ὡς ὡραίῃ μιγῆναι τῇ παιδί. (5) Ἀλλὰ γὰρ εἰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς ὥρης τῶν ταύτῃ παίδων ἀτρεκέα ἐστὶν, ἐς ταὐτὸν φέρειν δοκέει ἐμοιγε ἐς ὅ, τι περ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν τῆς ἡλικίης ὅτι τεσσαρακοντούτεες ἀποθνήσκουσιν οἱ πρεσβύτατοι αὐτῶν. (6) Οἷς γὰρ τό τε γῆρας τοσῷδε ταχύτερον ἐπέρχεται καὶ ὁ θάνατος ὁμοῦ τῷ γήραϊ, πάντως που καὶ ἡ ἀκμὴ πρὸς λόγον τοῦ τέλεος ταχυτέρη ἐπανθέει· (7) ὥστε τριακοντούτεες μὲν ὠμογέροντες ἄν που εἶεν αὐτοῖσιν οἱ ἄνδρες, εἴκοσι δὲ ἔτεα γεγονότες οἱ ἔξω ἥβης νεηνίσκοι· ἡ δὲ ἀκροτάτη ἥβη ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτεα· καὶ τῇσι γυναιξὶν ὥρη τοῦ γάμου κατὰ λόγον ἂν οὕτω ἐς τὰ ἑπτὰ ἔτεα συμβαίνοι. (8) Καὶ γὰρ τοὺς καρποὺς ἐν ταύτῃ τῇ χώρῃ πεπαίνεσθαί τε ταχύτερον μὲν τῆς ἄλλης, αὐτὸς οὗτος Μεγασθένης ἀνέγραψε, καὶ φθίνειν ταχύτερον. (9) Ἀπὸ μὲν δὴ Διονύσου βασιλέας ἠρίθμεον Ἰνδοὶ ἐς Σανδράκοττον τρεῖς καὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ἔτεα δὲ, δύο καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἑξακισχίλια· ἐν δὲ τούτοισι τρὶς τὸ πᾶν εἰς ἐλευθερίην * * τὴν δὲ καὶ ἐς τριηκόσια· τὴν δὲ εἴκοσί τε ἐτέων καὶ ἑκατόν· (10) πρεσβύτερόν τε Διόνυσον Ἡρακλέος δέκα καὶ πέντε γενεῇσιν Ἰνδοὶ λέγουσιν· ἄλλον δὲ οὐδένα ἐμβαλεῖν ἐς γῆν τὴν Ἰνδῶν ἐπὶ πολέμῳ, οὐδὲ Κῦρον τὸν Καμβύσεω, καίτοι ἐπὶ Σκύθας ἐλάσαντα καὶ τἆλλα πολυπραγμονέστατον δὴ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίην βασιλέων γενόμενον τὸν Κῦρον· (11) ἀλλὰ Ἀλέξανδρον γὰρ ἐλθεῖν τε καὶ κρατῆσαι πάντων τοῖσιν ὅπλοισιν, ὅσους γε δὴ ἐπῆλθε· καὶ ἂν καὶ πάντων κρατῆσαι, εἰ ἡ στρατιὴ ἤθελεν. (12) Οὐ μὲν δὴ οὐδὲ Ἰνδῶν τινὰ ἔξω τῆς οἰκηίης σταλῆναι ἐπὶ πολέμῳ διὰ δικαιότητα.

ΚΕΦ. Ι'.

Λέγεται δὲ καὶ τάδε, μνημήϊα ὅτι Ἰνδοὶ τοῖς τελευτήσασιν οὐ ποιέουσιν, ἀλλὰ τὰς ἀρετὰς γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἱκανὰς ἐς μνήμην τίθενται τοῖσιν ἀποθανοῦσι, καὶ τὰς ᾠδὰς αἳ αὐτοῖσιν ἐπᾴδονται. (2) Πολίων δὲ ἀριθμὸν οὐκ εἶναι ἂν ἀτρεκὲς ἀναγράψαι τῶν Ἰνδικῶν ὑπὸ πλήθεος· ἀλλὰ γὰρ ὅσαι παραποτάμιαι αὐτέων ἢ παραθαλάσσιαι, ταύτας μὲν ξυλίνας ποιέεσθαι· (3) οὐ γὰρ εἶναι ἐκ πλίνθου ποιεομένας διαρκέσαι ἐπὶ χρόνον τοῦ τε ὕδατος ἕνεκα τοῦ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ὅτι οἱ ποταμοὶ αὐτοῖσιν ὑπερβάλλοντες ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐμπιπλᾶσι τοῦ ὕδατος

filium Cradeuam in regnum successisse; (3) atque exinde plerumque successione regnum a patribus in filios per manus esse traditum. Si vero regem absque liberis decedere contingeret, optimos quosque ab Indis reges creatos esse. (4) Herculem porro, quem ad Indos pervenisse fama est, terrigenam ipsos Indos vocasse. (5) Atque hunc a Surasenis Indica genta præcipue coli, qui quidem duas magnas urbes habent, Methora et Clisoboram. Iobares fluvius navigabilis per eorum regionem fluit. (6) Hic Hercules; ut auctor est Megasthenes, eodem cultu corporis quo Thebanus Hercules utebatur, quod Indi ipsi narrant; multosque admodum ei liberos mares in India fuisse dicit: multas enim uxores habuisse etiam hunc Herculem: filiam vero unicam, nomine Pandæam: (7) regionem quoque in qua nata est, et cujus imperio eam præfecit Hercules, Pandæam a filiæ nomine appellatam: eamque possedisse ab patre elephantos D, equites ad III M, pedites circiter C XXX M. (8) Sunt et Indi, qui hoc etiam de Hercule narrent. Quum universam terram ac mare peragrasset, et quidquid erat malarum bestiarum sustulisset, ornatum quendam muliebrem, (*margaritam*) in mari reperisse. (9) Quem etiam in hunc diem qui merces ex India ad nos adferunt, magno studio ementes exportant: atque quotquot apud Græcos olim apud Romanos ditiores sunt, majore adhuc studio emunt et nunc margaritam marinam, ita Indorum lingua dictam. (10) Herculem enim, quum hic ornatus pulche rei videretur, margaritas hujus generis ex universo mari in Indiam collegisse, quibus filia ejus ornaretur. (11) Megasthenes concham hujus margaritæ retibus capi scribit; versari autem in mari eodem loco agmen multarum concharum, veluti apum examen. Regem enim suum etiam aut reginam margaritas habere, ut apes: (12) ac si forte contingat regem capi, reliquum etiam margaritarum examen facile ab eodem circumcingi: si vero rex piscatores evadat, ne reliquas quidem conchas capi posse. Earum carnes Indos ubi eas ceperint putrescere sinere: osse ad ornatum uti. (13) Esse autem etiam apud Indos margaritas ter tanto auri solidi, quod etiam in India effoditur, pondere æstimatas.

CAP. IX.

Ad hæc in his regionibus quibus Herculis filia imperitavit, feminas ubi ad septimum ætatis annum pervenerint viro maturas nubere: viros XL summum annos vivere. (2) Atque hac de re hujuscemodi sermonem apud Indos jacta-

ri: Quum Herculi jam seni hæc filia nata esset, neque procul abesse vitæ suæ finem suspicaretur, nec inveniret virum tali sponsa dignum, ipsum cum filia septem annos nata coiisse, ut sobolem ex se et illa relinqueret reges Indiæ. (3) Herculem itaque illam nubilem fecisse. Atque exinde universam eam gentem cui Pandæa imperavit idipsum beneficii ab Hercule accepisse. (4) Mea vero sententia est: si Hercules par erat rei adeo absurdæ perpetrandæ, diuturnioris etiam se ipsum vitæ facere potuisset, ut cum filia matura rem habere posset. (5) Quod si tamen hæc de puellarum istius loci maturitate vera sunt, eodem mihi spectare videntur, quo etiam spectat illud de virorum ætate, quod qui quam longissime vivant quadragesimum annum non excedant. (6) Quibus enim senectus tanto celerius advenit atque simul cum senectute mors, iis omnino et vigor ætatis, proportione quadam ad finem vitæ habita, citius accedat necesse est, (7) ita ut viri triginta annos nati jam ad primam illam viridem senectam pervenisse dicendi sint: et qui XX, juvenes quidem sint, sed qui pubertatis ætatem excesserint: qui circiter XV, summis pubertatis viribus floreant; et fœminis eadem ratione maturitas ad nuptias septimo anno contingat: (8) quippe et fructus in ea regione citius quam in alia ulla maturescere, citiusque interire idem Megasthenes scribit. (9) A Baccho quidem ad Sandracottum Indi reges numerabant CLIII, annos vero VI M XLII. In his vero ter summam rerum in libertatem * deinde adeo per annos CCC, denique per annos CXX. (10) Bacchum etiam Indi Hercule antiquiorem esse dicunt XV ætatibus: nullumque alium belli inferendi causa fines suos ingressum: neque Cyrum Cambysis filium, quamvis is adversus Scythas exercitum duxerit et alioqui plurima molitus sit inter reges Asiæ. (11) Alexandrum vero in eas regiones venisse, omnesque armis subegisse ad quas pervenerit: ac ceteros omnes subacturum fuisse, nisi exercitus ulterius progredi recusasset. Sed neque Indorum quemquam extra patriam profectum esse ad bellum, propter justitiam.

CAP. X.

Feruntur etiam hæc: non condere Indos monimenta mortuis; virtutes enim virorum ad perpetuandam post mortem memoriam sufficere existimant, et carmina quæ in eorum honorem canuntur. (2) Urbium vero Indicarum numerum præ multitudine compertum non esse: eas vero quæ juxta flumina aut mare sitæ sint, ex lignea materia constructas esse; (3) neque enim, si ex latere confectæ essent, longo tempore duraturas, tum propter imbres, tum quod amnes superatis ripis plana loca aqua repleat. (4)

τὰ πεδία. (4) Ὅσαι δὲ ἐν ὑπερδεξίοισί τε καὶ μετεώροισι τόποισι, καὶ τούτοισιν ὑψηλοῖσιν, ὠχισμέναι εἰσὶ, ταύτας δὲ ἐκ πλίνθου τε καὶ πηλοῦ ποιέεσθαι· (5) μεγίστην δὲ πόλιν ἐν Ἰνδοῖσιν εἶναι Παλίμβοθρα καλεομένην, ἐν τῇ Πρασίων γῇ, ἵνα αἱ συμβολαί εἰσι τοῦ τε Ἐραννοβόα ποταμοῦ καὶ τοῦ Γάγγεω· τοῦ μὲν Γάγγεω, τοῦ μεγίστου ποταμῶν· ὁ δὲ Ἐραννοβόας τρίτος μὲν ἂν εἴη τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν, μέζων δὲ τῶν ἄλλῃ καὶ οὗτος· ἀλλὰ ξυγχωρέει αὐτὸς τῷ Γάγγῃ, ἐπειδὰν ἐμβάλλῃ ἐς αὐτὸν τὸ ὕδωρ. (6) Καὶ λέγει Μεγασθένης, μῆκος μὲν ἐπέχειν τὴν πόλιν κατ' ἑκατέρην τὴν πλευρὴν ἵναπερ μακροτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς ὠχισται ἐς ὀγδοήκοντα σταδίους· τὸ δὲ πλάτος ἐς πεντεκαίδεκα· (7) τάφρον δὲ περιβεβλῆσθαι τῇ πόλι τὸ εὖρος ἑξάπλεθρον, τὸ δὲ βάθος τριήκοντα πήχεων· πύργους δὲ ἑβδομήκοντα καὶ πεντακοσίους ἐπέχειν τὸ τεῖχος καὶ πύλας τέσσαρας καὶ ἑξήκοντα. (8) Εἶναι δὲ καὶ τόδε μέγα ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, πάντας Ἰνδοὺς εἶναι ἐλευθέρους, οὐδέ τινα δοῦλον εἶναι Ἰνδόν. Τοῦτο μὲν Λακεδαιμονίοισιν ἐς ταὐτὸ συμβαίνει καὶ Ἰνδοῖσι· (9) Λακεδαιμονίοισι μέν γε οἱ εἵλωτες δοῦλοί εἰσι καὶ τὰ δούλων ἐργάζονται· Ἰνδοῖσι δὲ οὐδὲ ἄλλος δοῦλός ἐστι, μήτι γε Ἰνδῶν τις.

ΚΕΦ. ΙΑ΄.

Νενέμηνται δὲ οἱ πάντες Ἰνδοὶ ἐς ἑπτὰ μάλιστα γενεάς· ἐν μὲν αὐτοῖσιν οἱ σοφισταί εἰσι, πλήθεϊ μὲν μείους τῶν ἄλλων, δόξῃ δὲ καὶ τιμῇ γεραρώτατοι. (2) Οὔτε γάρ τι τῷ σώματι ἐργάζεσθαι ἀναγκαίη σφὶν προσκέεται, οὔτε τι ἀποφέρειν ἀπ' ὅτου πονέουσιν ἐς τὸ κοινόν· οὐδέ τι ἄλλο ἀνάγκης ἁπλῶς ἐπεῖναι τοῖσι σοφιστῇσιν, ὅτι μὴ θύειν τὰς θυσίας τοῖσι θεοῖσιν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἰνδῶν· (3) καὶ ὅστις δὲ ἰδίᾳ θύει, ἐξηγητὴς αὐτῷ τῆς θυσίης τῶν τις σοφιστέων τούτων γίνεται, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως κεχαρισμένα τοῖσι θεοῖσι θύσαντας. (4) Εἰσὶ δὲ καὶ μαντικῆς οὗτοι μοῦνοι Ἰνδῶν δαήμονες, οὐδὲ ἐφεῖται ἄλλῳ μαντεύεσθαι ὅτι μὴ σοφῷ ἀνδρί. (5) Μαντεύουσι δὲ ὅσα ὑπὲρ τῶν ὡρέων τοῦ ἔτεος καὶ εἴ τις ἐς τὸ κοινὸν συμφορὴ καταλαμβάνει· τὰ δὲ ἴδια ἑκάστοισιν οὔ σφιν μέλει μαντεύεσθαι, ἢ ὡς οὐκ ἐξικνεομένης τῆς μαντικῆς ἐς τὰ σμικρότερα, ἢ ὡς οὐκ ἄξιον ἐπὶ τούτοισι πονέεσθαι. (6) Ὅστις δὲ ἁμάρτοι ἐς τρὶς μαντευσάμενος, τούτῳ δὲ ἄλλο μὲν κακὸν γίνεσθαι οὐδὲν, σιωπᾶν δὲ εἶναι ἐπάναγκες τοῦ λοιποῦ· καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἐξαναγκάσει τὸν ἄνδρα τοῦτον φωνῆσαι, ὅτου ἡ σιωπὴ κατακέκριται. (7) Οὗτοι γυμνοὶ διαιτῶνται οἱ σοφισταὶ, τοῦ μὲν χειμῶνος ὑπαίθριοι ἐν τῷ ἡλίῳ, τοῦ δὲ θέρεος ἐπὴν ὁ ἥλιος κατέχῃ, ἐν τοῖσι λειμῶσι καὶ τοῖσιν ἕλεσιν ὑπὸ δένδρεσι μεγάλοισιν· ὧν τὴν σκιὴν Νέαρχος λέγει ἐς πέντε πλέθρα ἐν κύκλῳ ἐξικνέεσθαι, καὶ ἂν καὶ μυρίους ἀνθρώπους ὑπὸ ἑνὶ δένδρεϊ σκιάζεσθαι· τηλικαῦτα εἶναι ταῦτα τὰ δένδρεα. (8) Σιτέονται δὲ ὡραῖα καὶ τὸν φλοιὸν τῶν δένδρεων, γλυκύν τε ὄντα τὸν φλοιὸν καὶ τρόφιμον οὐ

Quæ vero in superioribus et sublimioribus altisque locis positæ sint, ex lateribus et cæmento factas esse. (5) Maximam autem apud Indos urbem esse Palimbothra in Prasiorum finibus, ad Erannoboæ et Gangis fluminum confluentem: ac Gangis quidem maximi omnium fluminum. Erannoboas autem tertius fortasse fuerit Indiæ fluminum, major tamen hic quoque aliarum terrarum fluviis, sed Gangi cedit, quum in eum aquam suam immisit. (6) Ait porro Megasthenes longitudinem urbis esse ab utroque latere, qua longissime habitatur, stadiorum LXXX, latitudinem XV; (7) fossamque urbi circumductam, latitudine sex jugerum, altitudine cubitorum XXX, murum turres habere DLXX, portas LXIV. (8) Hoc etiam esse memorabile in India, omnes Indos liberos esse, neque ullum omnino Indum servum esse. Qua quidem in re Indis cum Lacedæmoniis convenit. (9) Lacedæmoniis tamen Helotes servi sunt, serviliaque munia obeunt; Indis vero neque alius servus est, nedum Indorum quisquam.

CAP. XI.

Distinguuntur autem Indi omnes in septem potissimum genera hominum: quorum qui sophistæ sive sapientes appellantur, numero quidem reliquis inferiores sunt, sed honore et gloria præstantissimi. (2) Neque enim ad ulla opera quæ corpore præstantur adigi possunt: neque quicquam conferunt ad publicum usum ex iis quæ labore parant; neque, ut summatim dicam, ullius plane operis necessitas sophistis imposita est, nisi ut diis pro communi salute sacrificia faciant. (3) Et siquis privatim sacrificat, aliquis ex his sophistis interpres sacrificiorum ei adjungitur; tanquam aliter accepta diis sacrificia futura non sint. (4) Sunt vero etiam hi soli inter Indos divinandi periti: neque cuiquam divinatio permittitur nisi sapienti viro. (5) Vaticinantur autem de temporibus anni, aut si quæ publica calamitas immineat. De rebus privatis non vaticinantur, sive quod divinandi rationem ad res minores pertinere non putant: sive quod indignum credunt circa minutiora hæc laborare. (6) Quicunque autem ter divinando a vero aberrarit, huic nihil aliud pœnæ loco infligitur, quam quod ei deinceps silentium agere necesse est: neque est, qui cogat virum hunc, vocem mittere, cui silentium imperatum fuerit. (7) Hi sophistæ nudi degunt. Heime sub dio apricantur: æstate quum sol fervet in pratis et palustribus locis sub ingentibus arboribus. Quarum umbram Nearchus scribit ad quinque jugera in circuitu extendi, facileque dena hominum millia sub unius arboris umbra delitescere; tantæ magnitudinis esse eas arbores. (8) Fructibus vero maturis vescuntur corticibusque arborum, quæ et dulces sunt et multi nutrimenti, perinde

μεῖον ἤπερ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων. (9) Δεύτεροι δ' ἐπὶ τούτοισιν οἱ γεωργοί εἰσιν, οὗτοι πλήθεϊ πλεῖστοι Ἰνδῶν ἐόντες· καὶ τούτοισιν οὔτε ὅπλα ἐστὶν ἀρήϊα οὔτε μέλει τὰ πολέμια ἔργα, ἀλλὰ τὴν χώρην οὗτοι ἐργάζονται· καὶ τοὺς φόρους τοῖσί τε βασιλεῦσι καὶ τῇσι πόλισιν, ὅσαι αὐτόνομοι, οὗτοι ἀποφέρουσι· (10) καὶ εἰ πόλεμος ἐς ἀλλήλους τοῖσιν Ἰνδοῖσι τύχοι, τῶν ἐργαζομένων τὴν γῆν οὐ θέμις σφὶν ἅπτεσθαι, οὐδὲ αὐτὴν τὴν γῆν τέμνειν· ἀλλὰ οἱ μὲν πολεμέουσι καὶ κατακαίνουσιν ἀλλήλους ὅπως τύχοιεν, οἱ δὲ πλησίον αὐτῶν κατ' ἡσυχίην ἀροῦσιν ἢ τρυγῶσιν ἢ κλαδοῦσιν ἢ θερίζουσιν. (11) Τρίτοι δέ εἰσιν Ἰνδοῖσιν οἱ νομέες, οἱ ποιμένες τε καὶ βουκόλοι, καὶ οὗτοι οὔτε κατὰ πόλιας οὔτε ἐν τῇσι κώμῃσιν οἰκέουσι. Νομάδες τέ εἰσι καὶ ἀνὰ τὰ οὔρεα βιοτεύουσι φόρον δὲ καὶ οὗτοι ἀπὸ τῶν κτηνέων ἀποφέρουσι· καὶ θηρεύουσιν οὗτοι ἀνὰ τὴν χώρην ὄρνιθάς τε καὶ ἄγρια θηρία.

ΚΕΦ. ΙΒ΄.

Τέταρτον δέ ἐστι τὸ δημιουργικόν τε καὶ καπηλικὸν γένος. Καὶ οὗτοι λειτουργοί εἰσι, καὶ φόρον ἀποφέρουσιν ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν σφετέρων, πλήν γε δὴ ὅσοι τὰ ἀρήϊα ὅπλα ποιέουσιν· οὗτοι δὲ καὶ μισθὸν ἐκ τοῦ κοινοῦ προσλαμβάνουσιν. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ γένεϊ οἵ τε ναυπηγοὶ καὶ οἱ ναῦται εἰσὶν, ὅσοι κατὰ τοὺς ποταμοὺς πλώουσι. (2) Πέμπτον δὲ γένος ἐστὶν Ἰνδοῖσιν οἱ πολεμισταὶ, πλήθεϊ μὲν δεύτερον μετὰ τοὺς γεωργοὺς, πλείστῃ δὲ ἐλευθερίῃ τε καὶ εὐθυμίῃ ἐπιχρεόμενον· καὶ οὗτοι ἀσκηταὶ μούνων τῶν πολεμικῶν ἔργων εἰσί. (3) Τὰ δὲ ὅπλα ἄλλοι αὐτοῖσι ποιέουσι, καὶ ἵππους ἄλλοι παρέχουσι· καὶ διακονέουσιν ἐπὶ στρατοπέδου ἄλλοι, οἳ τούς τε ἵππους αὐτοῖσι θεραπεύουσι καὶ τὰ ὅπλα ἐκκαθαίρουσι καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἄγουσι καὶ τὰ ἅρματα κοσμέουσί τε καὶ ἡνιοχεύουσιν. (4) Αὐτοὶ δὲ, ἔστ' ἂν μὲν πολεμέειν δέῃ, πολεμέουσιν, εἰρήνης δὲ γενομένης εὐθυμέονται· καί σφιν μισθὸς ἐκ τοῦ κοινοῦ τοσόσδε ἔρχεται, ὡς καὶ ἄλλους τρέφειν ἀπ' αὐτοῦ εὐμαρέως. (5) Ἕκτοι δέ εἰσιν Ἰνδοῖσιν οἱ ἐπίσκοποι καλεόμενοι. Οὗτοι ἐφορῶσι τὰ γινόμενα κατά τε τὴν χώρην καὶ κατὰ τὰς πόλιας· καὶ ταῦτα ἀναγγέλλουσι τῷ βασιλεῖ, ἵναπερ βασιλεύονται Ἰνδοί, ἢ τοῖσι τέλεσιν, ἵναπερ αὐτόνομοι εἰσί· καὶ τούτοισιν οὐ θέμις ψεῦδος ἀγγεῖλαι οὐδέν· οὐδέ τις Ἰνδῶν αἰτίην ἔσχε ψεύσασθαι. (6) Ἕβδομοι δέ εἰσιν οἱ ὑπὲρ τῶν κοινῶν βουλευόμενοι ὁμοῦ τῷ βασιλεῖ, ἢ κατὰ τὰς πόλιας ὅσαι αὐτόνομοι σὺν τῇσιν ἀρχῇσι. (7) Πλήθεϊ μὲν ὀλίγον τὸ γένος τοῦτό ἐστι, σοφίῃ δὲ καὶ δικαιότητι ἐκ πάντων προκεκριμένον· ἔνθεν οἵ τε ἄρχοντες αὐτοῖσιν ἐπιλέγονται καὶ ὅσοι νομάρχαι καὶ ὕπαρχοι καὶ θησαυροφύλακές τε καὶ στρατοφύλακες, ναύαρχοί τε καὶ ταμίαι, καὶ τῶν κατὰ γεωργίην ἔργων ἐπιστάται. (8) Γαμέειν δὲ ἐξ ἑτέρου γένεος οὐ θέμις, οἷον τοῖσι γεωργοῖσιν ἐκ τοῦ δημιουργικοῦ, ἢ ἔμπαλιν· οὐδὲ

atque palmarum fructus. (9) Secundum genus hominum post sophistas sunt agricolæ, qui quidem numero reliquas Indorum tribus longe superant. Hi neque arma habent, quibus in bello utantur, neque bellicas res curant: sed agros colunt, et regibus liberisque urbibus tributa pendunt; (10) et si intestina inter Indos bella incidant, nec licet militibus manus injicere agricolis, neque ipsum agrum vastare; sed dum alii inter se bellum gerunt seseque mutuo interficiunt prout res dat, hi juxta illos tranquille aut arant, aut fruges colligunt, aut poma ab arboribus decutiunt, aut messi vacant. (11) Tertium genus Indorum sunt pastores, sive opiliones sive bubulci, et hi neque urbes neque pagos inhabitant, sed vagabundi in montibus degunt, tributum vero et hi ex armentis et pecore pendunt, avesque et agrestes feras venantur.

CAP. XII.

Quartum genus est opificum et negotiatorum. Et hi corpore laborant, atque ex operibus suis tributa persolvunt, iis exceptis qui arma bellica fabricantur. Ii enim etiam ex publico mercedem accipiunt. In hoc genere sunt fabri navales et nautæ quotquot flumina navigant. (2) Quintum genus est militantium: multitudine quidem secundum post agricolas, sed maxime liberum atque alacre. Hi solas bellicas res exercent. (3) Arma alii ipsis conficiunt, et equos alii suppeditant, serviuntque his apud castra alii, qui et equos curant atque arma extergent, et elephantos ducunt, et currus instruunt ac gubernant. (4) Ipsi vero, quum bellandum est, bellant: constituta autem pace jucundam atque alacrem vitam degunt, tantumque stipendii eis ex publico datur, ut ex eo etiam alios commode alere possint. (5) Sextum genus est episcoporum sive inquisitorum, ut vocantur. Hi quid in urbibus, quid in agris agatur inquirunt, eaque regibus, si per reges gubernantur, aut magistratibus, si liberæ civitates sunt, denuntiant. His fas non est falsa pro veris denuntiare: neque Indorum quisquam mendacii unquam accusatus est. (6) Septimum genus est eorum qui de rebus ad commune pertinentibus consultant: idque vel cum rege, vel per urbes quæ liberæ imperium tenent cum magistratibus. (7) Atque hi quidem numero pauci sunt: sed sapientia ac justitia reliquis præstant. Ex hoc genere magistratus et regionum præsides et præfecti et quæstores ac copiarum et classium duces, ac dispensatores et rerum rusticarum exactores deliguntur. (8) Conjugia inter hos ordines promiscua fieri nefas est. Neque enim licet exem-

δύο τέχνας ἐπιτηδεύειν τὸν αὐτὸν, οὐδὲ τοῦτο θέμις· οὐδὲ ἀμείβειν ἐξ ἑτέρου γένεος εἰς ἕτερον, οἷον γεωργικὸν ἐκ νομέος γενέσθαι, ἢ νομέα ἐκ δημιουργικοῦ. (9) Μοῦνον σφίσιν ἀνεῖται σοφιστὴν ἐκ παντὸς γένεος γενέσθαι· ὅτι οὐ μαλθακὰ τοῖσι σοφιστῆσιν εἰσὶ τὰ πρήγματα, ἀλλὰ πάντων ταλαιπωρότατα.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Θηρῶσι δὲ Ἰνδοὶ τὰ μὲν ἄλλα ἄγρια θηρία, κατάπερ καὶ Ἕλληνες· ἡ δὲ τῶν ἐλεφάντων σφὶν θήρη οὐδέν τι ἄλλῃ ἔοικεν, ὅτι καὶ ταῦτα τὰ θηρία οὐδαμοῖσιν ἄλλοισι θηρίοισιν ἐπέοικεν. (2) Ἀλλὰ τόπον γὰρ ἐπιλεξάμενοι ἄπεδον καὶ καυματώδεα ἐν κύκλῳ τάφρον ὀρύσσουσιν, ὅσον μεγάλῳ στρατοπέδῳ ἐπαυλίσασθαι. Τῆς δὲ τάφρου τὸ εὖρος ἐς πέντε ὀργυιὰς ποιέονται, βάθος τε ἐς τέσσαρας. (3) Τὸν δὲ χόον ὅντινα ἐκβάλλουσιν ἐκ τοῦ ὀρύγματος, ἐπὶ τὰ χείλεα ἑκάτερα τῆς τάφρου ἐπιφορήσαντες, ἀντὶ τείχεος διαχρέονται· (4) αὐτοὶ δὲ ἐπὶ τῷ χώματι τοῦ ἐπιχειλέος τοῦ ἔξω τῆς τάφρου σκηνάς σφιν ὀρυκτὰς ποιέονται, καὶ διὰ τουτέων ὀπὰς ὑπολείπονται· δι' ὧν φῶς τε αὐτοῖσι συνεισέρχεται καὶ τὰ θηρία προσάγοντα καὶ ἐσελαύνοντα ἐς τὸ ἕρκος σκέπτονται. (5) Ἐνταῦθα ἐντὸς τοῦ ἕρκεος καταστήσαντες τῶν τινας θηλέων τρεῖς ἢ τέσσαρας, ὅσαι μάλιστα τὸν θυμὸν χειροήθεες, μίαν εἴσοδον ἀπολιμπάνουσι κατὰ τὴν τάφρον, γεφυρώσαντες τὴν τάφρον· καὶ ταύτῃ χόον τε καὶ ποίην πολλὴν ἐπιφέρουσι τοῦ μὴ ἀρίδηλον εἶναι τοῖσι θηρίοισι τὴν γέφυραν, μή τινα δόλον ὀΐσθῶσιν. (6) Αὐτοὶ μὲν οὖν ἐκποδὼν σφᾶς ἔχουσι κατὰ τῶν σκηνέων τῶν ὑπὸ τῇ τάφρῳ δεδυκότες. Οἱ δὲ ἄγριοι ἐλέφαντες ἡμέρης μὲν οὐ πελάζουσι τοῖσιν οἰκεομένοισι, νύκτωρ δὲ πλανῶνταί τε πάντῃ καὶ ἀγεληδὸν νέμονται τῷ μεγίστῳ καὶ γενναιοτάτῳ σφῶν ἑπόμενοι, κατάπερ αἱ βόες τοῖσι ταύροισιν. (7) Ἐπεὰν ὦν τῷ ἕρκεϊ πελάσωσι, τήν τε φωνὴν ἀκούοντες τῶν θηλέων καὶ τῇ ὀδμῇ αἰσθανόμενοι, ὁρόμῳ ἴενται ὡς ἐπὶ τὸν χῶρον τὸν πεφραγμένον· ἐκπεριελθόντες δὲ τῆς τάφρου τὰ χείλεα εὖτ' ἂν τῇ γεφύρῃ ἐπιτύχωσι, κατὰ ταύτην ἐς τὸ ἕρκος ὠθέονται. (8) Οἱ δὲ ἄνθρωποι αἰσθόμενοι τὴν ἔσοδον τῶν ἐλεφάντων τῶν ἀγρίων, οἱ μὲν αὐτῶν τὴν γέφυραν ὀξέως ἀφεῖλον, οἱ δὲ ἐπὶ τὰς πέλας κώμας ἀποδραμόντες ἀγγέλλουσι τοὺς ἐλέφαντας ὅτι ἐν τῷ ἕρκεϊ ἔχονται· (9) οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐπιβαίνουσι τῶν κρατίστων τε τὸν θυμὸν καὶ τῶν χειροηθεστάτων ἐλεφάντων, ἐπιβάντες δὲ ἐλαύνουσιν ὡς ἐπὶ τὸ ἕρκος, ἐλάσαντες δὲ οὐκ αὐτίκα μάχης ἅπτονται, ἀλλ' ἐῶσι γὰρ λιμῷ τε ταλαιπωρηθῆναι τοὺς ἀγρίους ἐλέφαντας καὶ ὑπὸ τῷ ὀίψεϊ δουλωθῆναι. (10) Εὖτ' ἂν δὲ σφίσι κακῶς ἔχειν δοκέωσι, τηνικαῦτα ἐπιστήσαντες αὖθις τὴν γέφυραν ἐλαύνουσί τε ὡς ἐς τὸ ἕρκος, καὶ τὰ μὲν πρῶτα μάχη ἵσταται κρατερὴ τοῖσιν ἡμέροισι τῶν ἐλεφάντων πρὸς τοὺς ἑαλωκότας· ἔπειτα κρατέονται μὲν κατὰ τὸ εἰκὸς

pli causa agricolæ ex opificum ordine uxorem ducere : nec contra. Neque uni duas artes exercere fas est, neque ex uno genere in aliud transire : veluti agricolam ex pastore, aut pastorem ex opifice fieri. (9) Hoc tantum permittitur, sophistam ex quocunque genere fieri. Neque enim mollis est sophistarum vita, sed omnium laboriosissima.

CAP. XIII.

Venantur autem Indi reliquas feras ut Græci : at elephantorum apud eos venatio nihil prorsus alii venandi modo similis est, siquidem et hæ feræ nullis similes sunt. (2) Deligunt venatores locum planum et apricum, magni exercitus capacem, in cujus circuitu fossam ducunt. Fossæ latitudo ad quinque orgyias habet, altitudo circiter quatuor. (3) Terram, quam fodiendo eruunt, utrimque ad labra fossæ congerunt, eaque pro muro utuntur. (4) Ipsi autem in exterioris labri aggere tentoria sibi fosssilia faciunt, et foramina in iis, per quæ lucem admittant, relinquunt : ipsique ex iis feras appropinquantes atque in septum ingredientes prospectant. (5) Tunc tres aut quatuor elephantos fœminei sexus ex mansuetissimis septo includentes, unum per fossam aditum relinquunt, fossa ponte juncta, quem multa terra et multo cespite sternunt, ne conspici a feris pons, et dolus sentiri possit. (6) Venatores autem remoti sese in cavernis pone fossam continent. Nam feri elephanti loca habitata interdiu non adeunt : noctu vero passim errantes gregatim pascuntur, eumque ducem sequuntur qui et maximus est et generosissimus : non aliter ac tauros vaccæ sequi cernuntur. (7) Postquam septis propiores facti fœminarum vocem audierunt, easque per odoratum cognovere, cursu feruntur ad septa, et fossæ labra circumeuntes quum ad pontem pervenerint, per eum in septa ruunt. (8) Venatores ubi ingressos feros elephantos sentiunt, alii continuo pontem subtrahunt, alii proximos pagos petentes elephantos septo inclusos esse nuntiant. (9) Quo cognito populares confestim elephantos animosissimos ac mansuetissimos conscendunt, atque ad septum accedunt. Nec tamen primo statim adventu cum agrestibus elephantis pugnam aggrediuntur, sed illos aliquamdiu fame macerari ac siti domari sinunt : (10) quumque jam languidiores factos vident, rursus immisso ponte septa ingrediuntur. Et primo quidem acre certamen fit inter domitos elephantos et feros captos : tandem superantur,

οἱ ἄγριοι ὑπό τε τῇ ἀθυμίῃ καὶ τῷ λιμῷ ταλαιπωρεύμενοι. (11) Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων καταβάντες παρειμένοισιν ἤδη τοῖσιν ἀγρίοισι τοὺς πόδας ἄκρους συνδέουσιν· ἔπειτα ἐγκελεύονται τοῖσιν ἡμέροισι πλῆγῇσι σφᾶς κολάζειν πολλῇσιν, ἔστ' ἂν ἐκεῖνοι ταλαιπωρεύμενοι ἐς γῆν πέσωσι· παραστάντες δὲ βρόχους περιβάλλουσιν αὐτοῖσι κατὰ τοὺς αὐχένας, καὶ αὐτοὶ ἐπιβαίνουσι κειμένοισι. (12) Τοῦ δὲ μὴ ἀποσείεσθαι τοὺς ἀμβάτας μηδέ τι ἄλλο ἀτάσθαλον ἐργάζεσθαι, τὸν τράχηλον αὐτοῖσιν ἐν κύκλῳ μαχαιρίῳ ὀξεῖ ἐπιτέμνουσι, καὶ τὸν βρόχον κατὰ τὴν τομὴν περιδέουσιν, ὡς ἀτρέμα ἔχειν τὴν κεφαλήν τε καὶ τὸν τράχηλον ὑπὸ τοῦ ἕλκεος. (13) Εἰ γὰρ περιστρέφοιντο ὑπὸ ἀτασθαλίης, τρίβεται αὐτοῖσι τὸ ἕλκος ὑπὸ τῷ κάλῳ. Οὕτω μὲν ὦν ἀτρέμα ἴσχουσι, καὶ αὐτοὶ γνωσιμαχέοντες ἤδη ἄγονται κατὰ τὸν δεσμὸν πρὸς τῶν ἡμέρων.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Ὅσοι δὲ νήπιοι αὐτῶν ἢ διὰ κακότητα οὐκ ἄξιοι ἐκτῆσθαι, τούτους ἐῶσιν ἀπαλλάττεσθαι ἐς τὰ σφέτερα ἤθεα. (2) Ἄγοντες δὲ εἰς τὰς κώμας τοὺς ἁλόντας τοῦ τε χλωροῦ καλάμου καὶ τῆς ποίης τὰ πρῶτα ἐμφαγεῖν ἔδοσαν· (3) οἱ δὲ ὑπὸ ἀθυμίης οὐκ ἐθέλουσιν οὐδὲν σιτέεσθαι, τοὺς δὲ περιϊστάμενοι οἱ Ἰνδοὶ ᾠδαῖσί τε καὶ τυμπάνοισι καὶ κυμβάλοισιν ἐν κύκλῳ κρούοντές τε καὶ ἐπῳδοντες κατευνάζουσι. (4) Θυμόσοφον γὰρ εἴπερ τι ἄλλο θηρίον ὁ ἐλέφας· καί τινες ἤδη αὐτῶν τοὺς ἀμβάτας σφῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντας ἄραντες αὐτοὶ ἐξήνεγκαν ἐς ταφήν, οἱ δὲ καὶ ὑπερήσπισαν κειμένους, οἱ δὲ καὶ πεσόντων προεκινδύνευσαν· ὁ δέ τις πρὸς ὀργὴν ἀποκτείνας τὸν ἀμβάτην ὑπὸ μετανοίης τε καὶ ἀθυμίης ἀπέθανεν. (5) Εἶδον δὲ ἔγωγε καὶ κυμβαλίζοντα ἤδη ἐλέφαντα καὶ ἄλλους ὀρχεομένους, κυμβάλοιν τῷ κυμβαλίζοντι πρὸς τοῖν σκελοῖν τοῖν ἔμπροσθεν προσηρτημένοιν, καὶ πρὸς τῇ προβοσκίδι καλεομένῃ ἄλλο κύμβαλον· (6) ὁ δὲ ἐν μέρεϊ τῇ προβοσκίδι ἔκρουε τὸ κύμβαλον ἐν ῥυθμῷ πρὸς ἑκατέροιν τοῖν σκελοῖν· οἱ δὲ ὀρχεόμενοι ἐν κύκλῳ τε ἐχόρευον, καὶ ἐπαίροντές τε καὶ ἐπικάμπτοντες τὰ ἔμπροσθεν σκέλεα ἐν τῷ μέρεϊ ἐν ῥυθμῷ καὶ οὗτοι ἔβαινον, κατότι ὁ κυμβαλίζων σφίσιν ὑπηγέετο. (7) Βαίνεται δὲ ἐλέφας, ἦρος ὥρῃ, κατάπερ βοῦς ἢ ἵππος, ἐπεὰν τῇσι θηλέῃσιν αἱ παρὰ τοῖσι κροτάφοισιν ἀναπνοαὶ ἀνοιχθεῖσαι ἐκπνέωσι· κύει δὲ τοὺς ἐλαχίστους μὲν ἑκκαίδεκα μῆνας, τοὺς πλείστους δὲ ὀκτωκαίδεκα· τίκτει δὲ ἓν, κατάπερ ἵππος· καὶ τοῦτο ἐκτρέφει τῷ γάλακτι ἐς ἔτος ὄγδοον. (8) Ζῶσι δὲ ἐλεφάντων οἱ πλεῖστα ἔτεα ζώντες ἐς διηκόσια· πολλοὶ δὲ νούσῳ προτελευτῶσιν αὐτῶν· γήραϊ δὲ ἐς τόσον ἔρχονται. (9) Καὶ ἔστιν αὐτοῖσι τῶν μὲν ὀφθαλμῶν ἴημα τὸ βόειον γάλα ἐγχεόμενον, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας νούσους ὁ μέλας οἶνος πινόμενος, ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἕλκεσι τὰ

ut par est, feri, languore et fame pressi. (11) Tum sessores ex elephantis in terram demissi languidis jam feris elephantis summos pedes colligant; dehinc domitis elephantis imperant, ut feros multis plagis castigent, donec verberibus defatigati in terram procidant. Tunc adstantes cervicibus eorum laqueos aptant, et ipsi prostratos inscendunt. (12) Ne vero sessores excutiant, neve aliud damni inferant, colla acuto gladiolo in circuitum proscindunt, vulnusque laqueo circumligant, ut præ ulcere et collum et caput immotum teneant. (13) Si enim pervicaciter reluctentur, fune ulcus teritur. Atque ita tandem quiete se habent, et victos sese agnoscentes ex vinculo ab domitis ducuntur.

CAP. XIV.

Qui vero eorum immaturæ ætatis aut propter malam corporis constitutionem digni non sunt, qui possideantur, eos abire in loca ipsis consueta permittunt. (2) Cæteros captos in pagos ducunt, ac primum eos gramine et viridibus culmis pascunt. (3) Illi vero præ mœrore prorsus vesci nolunt. Indi autem circumstantes tympanorum ac cymbalorum pulsu cantuque eos exhilarant ac demulcent. (4) Intelligens enim, si quæ alia fera, est elephas. Et quidem nonnulli rectores suos in bello cæsos sublatos ad sepulturam detulerunt : alii jacentes propugnarunt : alii pro sessoribus lapsis neci sese objecerunt; quidam quum per iram rectorem suum occidisset, pœnitentia et mœrore se confecit. (5) Vidi ego aliquando elephantum cymbalum pulsantem aliis saltantibus, duobus cymbalis ad anteriora crura appensis, alioque ad proboscidem alligato. (6) Ipse alternatim proboscide cymbalum in numerum ad utrumque crus pulsabat : reliqui in gyrum choreas ducebant, et sublatis flexisque prioribus cruribus vicissim in numerum etiam procedebant, prout si, qui cymbalum pulsabat, sono præibat. (7) Elephas venerem appetit verno tempore, quemadmodum bos aut equa, quum fœminis spiracula quædam circa tempora adaperta expirant; fertque in utero fœtum minimum XVI menses, summum XVIII. Parit autem elephas unicum, sicut equa : atque hunc lacte suo in octavum usque annum nutrit. (8) Vivunt elephanti, qui plurimum, annos CC; multi vero ante hoc tempus morbo intereunt. Senectute vero ad hanc ætatem pertingunt. (9) Oculorum ægritudini remedium iis est lac bubulum infusum : reliquis morbis vinum nigrum epotum prodest, ulceribus autem

ὕεια κρέα ὀπτώμενα καὶ καταπασόμενα. Ταῦτα παρ' Ἰνδοῖσίν ἐστιν αὐτοῖσιν ἰήματα.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Τοῦ δὲ ἐλέφαντος τὸν τίγριν πολλόν τι ἀλκιμώτερον Ἰνδοὶ ἄγουσι. Τίγριος δὲ δορὴν μὲν ἰδεῖν λέγει Νέαρχος, αὐτὸν δὲ τίγριν, οὐκ ἰδεῖν· ἀλλὰ τοὺς Ἰνδοὺς γὰρ ἀπηγέεσθαι, τίγριν εἶναι μέγεθος μὲν ἡλίκον τὸν μέγιστον ἵππον, τὴν δὲ ὠκύτητα καὶ ἀλκὴν οἵην οὐδενὶ ἄλλῳ εἰκάσαι· (2) τίγριν γὰρ, ἐπεὰν ὁμοῦ ἔλθῃ ἐλέφαντι, ἐπιπηδᾶν τε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐλέφαντος καὶ ἄγχειν εὐπετέως. (3) Ταύτας δὲ ἄστινας καὶ ἡμεῖς ὁρέομεν καὶ τίγριας καλέομεν, θοὰς εἶναι αἰόλους καὶ μέζονας ἢπερ τοὺς ἄλλους θοᾶς. (4) Ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ τῶν μυρμήκων λέγει Νέαρχος μύρμηκα μὲν αὐτὸς οὐκ ἰδέειν, ὁποῖον δή τινα μετεξέτεροι διέγραψαν γίνεσθαι ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, δορὰς δὲ καὶ τούτων ἰδεῖν πολλὰς ἐς τὸ στρατόπεδον κατακομισθείσας τὸ Μακεδονικόν. (5) Μεγασθένης δὲ καὶ ἀτρεκέα εἶναι ὑπὲρ τῶν μυρμήκων τὸν λόγον ἱστορέει, τούτους εἶναι τοὺς τὸν χρυσὸν ὀρύσσοντας, οὐκ αὐτοῦ τοῦ χρυσοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ φύσει γὰρ κατὰ τῆς γῆς ὀρύσσουσιν, ἵνα φωλεύοιεν, κατάπερ οἱ ἡμέτεροι οἱ σμικροὶ μύρμηκες ὀλίγον τῆς γῆς ὀρύσσουσιν· (6) ἐκείνους δὲ, εἶναι γὰρ ἀλωπέκων μέζονας, πρὸς λόγον τοῦ μεγέθεος σφῶν καὶ τὴν γῆν ὀρύσσειν· τὴν δὲ γῆν χρυσῖτιν εἶναι, καὶ ἀπὸ ταύτης γίνεσθαι Ἰνδοῖσι τὸν χρυσόν. (7) Ἀλλὰ Μεγασθένης τε ἀκοὴν ἀπηγέεται, καὶ ἐγὼ ὅτι οὐδὲν τούτου ἀτρεκέστερον ἀναγράψαι ἔχω, ἀπίημι ἑκὼν τὸν ὑπὲρ τῶν μυρμήκων λόγον. (8) Σιττακοὺς δὲ Νέαρχος μὲν ὡς δή τι θῶμα ἀπηγέεται ὅτι γίνονται ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, καὶ ὁκοῖος ὄρνις ἐστὶν ὁ σιττακὸς, καὶ ὅπως φωνὴν ἵει ἀνθρωπίνην. (9) Ἐγὼ δὲ ὅτι αὐτός τε πολλοὺς ὀπώπεα καὶ ἄλλους ἐπισταμένους οἶδα τὸν ὄρνιθα, οὐδὲν ὡς ἀτόπου δῆθεν διηγήσομαι· οὐδὲ ὑπὲρ τῶν πιθήκων τοῦ μεγέθεος, ἢ ὅτι καλοὶ παρ' Ἰνδοῖς πίθηκοί εἰσιν, οὐδὲ ὅκως θηρῶνται ἐρέω. Καὶ γὰρ ταῦτα γνώριμα ἐρέω, πλήν γε δή, ὅτι καλοί που πίθηκοί εἰσι. (10) Καὶ ὄφιας δὲ λέγει Νέαρχος θηρευθῆναι αἰόλους μὲν καὶ ταχέας· μέγεθος δὲ, ὃν μὲν λέγει ἐλεῖν Πείθωνα τὸν Ἀντιγένεος, πήχεων ὡς ἑκκαίδεκα· αὐτοὺς δὲ τοὺς Ἰνδοὺς πολὺ μέζονας τούτων λέγειν εἶναι τοὺς μεγίστους ὄφιας. (11) Ὅσοι δὲ ἰητροὶ Ἕλληνες, τούτοισιν οὐδὲν ἄκος ἐξεύρηται ὅστις ὑπὸ ὄφιος δηχθείη Ἰνδικοῦ· ἀλλ' αὐτοὶ γὰρ οἱ Ἰνδοὶ ἴῶντο τοὺς πληγέντας· καὶ ἐπὶ τῷδε Νέαρχος λέγει· συλλελεγμένους ἀμφ' αὐτὸν εἶχεν Ἀλέξανδρος Ἰνδῶν ὅσοι ἰητρικὴν σοφώτατοι, καὶ κεκήρυκτο ἀνὰ τὸ στρατόπεδον, ὅστις δηχθείη, ἐπὶ τὴν σκηνὴν φοιτᾶν τὴν βασιλέος. (12) Οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι καὶ τῶν ἄλλων νούσων τε καὶ παθέων ἰητροὶ ἦσαν. Οὐ πολλὰ δὲ ἐν Ἰνδοῖσι πάθεα γίνεται, ὅτι αἱ

carnes suillæ tostæ atque intritæ vulneribus. Hæc apud Indos morbis eorum remedia sunt.

CAP. XV.

Tigrim vero Indi elephanto multo fortiorem esse censent. Ejus pellem se vidisse scribit Nearchus, feram ipsam nequaquam : Indos tamen narrare magnitudine esse maximi equi; tanta vero velocitate et robore, ut nulli alii feræ comparari possit. (2) Quando cum elephanto congrediatur, in caput ejus insilire, facileque strangulare. (3) Cæterum eas quas nos videmus et tigres vocamus, thoes esse maculosas, majores quam sint reliquæ thoes. (4) De formicis etiam scribit Nearchus, se quidem eas non vidisse, cujusmodi nonnulli tradant in India nasci; pelles tamen earum non paucas abs se visas, in castra Macedonum allatas. (5) Megasthenes certa veraque esse quæ de formicis scribuntur dicit : eas nimirum esse quæ aurum e terra effodiant, non quidem auri ipsius causa, sed ut sibi antra in quibus delitescant parent : quemadmodum nostræ etiam formicæ exiguæ quum sint, nonnihil terræ eruant; (6) illas vero, quippe quæ sint vulpibus majores, pro ratione magnitudinis quoque terram fodere, quæ aurum mistum habeat, et ex ea Indis aurum fieri. (7) Sed Megasthenes auditum narrat, ego vero quum nihil habeam certius quod ea de re scribere possim, libenter hunc de formicis sermonem missum faciam. (8) Psittacos autem Nearchus narrat, tanquam rem miram, apud Indos nasci : et cujusmodi avis sit psittacus describit, ac vocem humanam exprimere ait. (9) Ego quoniam multas ipse ejus generis aves vidi et alios scio nosse hanc avem, nihil de ea tanquam mirum narrabo, neque de simiarum magnitudine, vel quod pulchræ apud Indos simiæ sint, vel quomodo capiantur, dicam. Nota enim omnibus dixerim : præterquam fortasse quod pulchræ sint. (10) Scribit etiam Nearchus serpentes ibidem capi maculosos magnæque velocitatis, et eum quem Pithon Antigenis F. cepit, fuisse cubitorum circiter XVI : Indos vero affirmare, multo majores his apud se nasci eos qui maximi sint. (11) Neminem autem Græcorum medicorum remedium adversus morsum Indici serpentis invenisse : ipsos tamen Indos eos qui morsi essent curasse. Addit Nearchus Alexandrum Indos quotquot medicinæ peritissimi erant apud se habuisse, et per præconem in castris edictum fuisse, ut quisquis a serpente ictus esset, ad regis tabernaculum veniret. (12) Hi ipsi medici etiam reliquis morbis medebantur. At non multi in India morbi grassantur, quod tempora anni bene temperata iis locis sunt. Si qua vero major vis ingrueret, sophistas

ὧραι σύμμετροί εἰσιν αὐτόθι· εἰ δέ τι μέζον καταλαμβάνοι, τοῖσι σοφιστῇσιν ἀνεκοινοῦντο· καὶ ἐκεῖνοι οὐκ ἄνευ θεοῦ ἐδόκεον ἰῆσθαι ὅ, τι περ ἰήσιμον.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Ἐσθῆτι δὲ Ἰνδοὶ λινέῃ χρέονται, κατάπερ λέγει Νέαρχος, λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δένδρεων, ὑπὲρ ὅτων μοι ἤδη λέλεκται. Τὸ δὲ λίνον τοῦτο ἢ λαμπρότερον τὴν χροιὴν ἐστιν ἄλλου λίνου παντὸς, ἢ μέλανες αὐτοὶ ἐόντες λαμπρότερον τὸ λίνον φαίνεσθαι ποιέουσιν. (2) Ἔστι δὲ κιθὼν λίνεος αὐτοῖς ἔστε ἐπὶ μέσην τὴν κνήμην, εἶμα δὲ τὸ μὲν περὶ τοῖσιν ὤμοισι περιβεβλημένον, τὸ δὲ περὶ τῇσι κεφαλῇσιν εἰλιγμένον. (3) Καὶ ἐνώτια Ἰνδοὶ φορέουσιν ἐλέφαντος, ὅσοι κάρτα εὐδαίμονες· οὐ γὰρ πάντες Ἰνδοὶ φορέουσι. (4) Τοὺς δὲ πώγωνας λέγει Νέαρχος ὅτι βάπτονται Ἰνδοὶ, χροιὴν δὴ ἄλλην καὶ ἄλλην· οἱ μὲν, ὡς λευκοὺς φαίνεσθαι, οἵους λευκοτάτους, οἱ δὲ κυανέους· τοὺς δὲ φοινικέους εἶναι, τοὺς δὲ καὶ πορφυρέους, ἄλλους πρασοειδέας. (5) Καὶ σκιάδια ὅτι προβάλλονται τοῦ θέρεος ὅσοι οὐκ ἠμελημένοι Ἰνδῶν. Ὑποδήματα δὲ λευκοῦ δέρματος φορέουσι, περισσῶς καὶ ταῦτα ἠσκημένα· καὶ τὰ ἴχνεα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῖσι ποικίλα καὶ ὑψηλὰ, τοῦ μέζονας φαίνεσθαι. (6) Ὁπλίσιος δὲ τῆς Ἰνδῶν οὐκ ὠὐτὸς εἷς τρόπος, ἀλλ' οἱ μὲν πεζοὶ αὐτοῖσι τόξον τε ἔχουσιν, ἰσόμηκες τῷ φορέοντι τὸ τόξον, καὶ τοῦτο κάτω ἐπὶ τὴν γῆν θέντες καὶ τῷ ποδὶ τῷ ἀριστερῷ ἀντιβάντες, οὕτως ἐκτοξεύουσι, τὴν νευρὴν ἐπὶ μέγα ὀπίσω ἀπαγαγόντες· (7) ὁ γὰρ ὀϊστὸς αὐτοῖσιν ὀλίγον ἀποδέων τριπήχεος, οὐδέ τι ἀντέξει τοξευθὲν πρὸς Ἰνδοῦ ἀνδρὸς τοξικοῦ, οὔτε ἀσπὶς οὔτε θώρηξ οὔτε εἴ τι καρτερὸν ἐγένετο. (8) Ἐν δὲ τῇσιν ἀριστερῇσι πέλται εἰσὶν αὐτοῖσιν ὠμοβόϊνοι, στεινότεραι μὲν ἢ κατὰ τοὺς φορέοντας, μήκεϊ δὲ οὐ πολλὸν ἀποδέουσαι. Τοῖσι δὲ ἄκοντες ἀντὶ τόξων εἰσί. (9) Μάχαιραν δὲ πάντες φορέουσι, πλατέην δὲ καὶ τὸ μῆκος οὐ μέζω τριπήχεος· καὶ ταύτην, ἐπεὰν συστάδην καταστῇ αὐτοῖσιν ἡ μάχη (τὸ δὲ οὐκ εὐμαρέως Ἰνδοῖσιν ἐς ἀλλήλους γίνεται) ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν καταφέρουσιν ἐς τὴν πληγὴν, τοῦ καρτερὴν τὴν πληγὴν γενέσθαι. (10) Οἱ δὲ ἵππεες ἀκόντια δύο αὐτοῖσιν ἔχουσιν, οἷα τὰ σαύνια ἀκόντια, καὶ πέλτην σμικροτέρην τῶν πεζῶν. Οἱ δὲ ἵπποι αὐτοῖσιν οὐ σεσαγμένοι εἰσὶν, οὐδὲ χαλινοῦνται τοῖσιν Ἑλληνικοῖσι χαλινοῖσιν ἢ τοῖσι Κελτικοῖσιν ἐμφερέως, (11) ἀλλὰ περὶ ἄκρῳ τῷ στόματι τοῦ ἵππου ἐν κύκλῳ ἔχουσι δέρμα ὠμοβόϊνον ῥαπτὸν περιηρτημένον· καὶ ἐν τούτῳ χάλκεα κέντρα ἢ σιδήρεα, οὐ κάρτα ὀξέα, ἔσω ἐστραμμένα· τοῖσι δὲ πλουσίοισιν ἐλεφάντινα κέντρα ἐστίν· ἐν δὲ τῷ στόματι σίδηρον αὐτοῖσιν οἱ ἵπποι ἔχουσιν, οἷόν περ ὀβελὸν, ἔνθεν ἐξηρτημένοι εἰσὶν αὐτοῖσιν οἱ ῥυτῆρες· (12) ἐπεὰν ὦν ἐπαγάγωσι τὸν ῥυτῆρα, ὅ τε ὀβελὸς

consulebant, iique non sine numine, quicquid medicabile esset, curare videbantur.

CAP. XVI.

Linea veste utuntur Indi, ut ait Nearchus, lino ex arboribus facto, de quibus mihi jam dictum est : et hoc quidem linum aut reliquis omnibus linis candidius est, aut nigri ipsi quum sint, faciunt ut candidius id quam est esse videatur. (2) Est autem ipsis subucula linea crure medio tenus : amiculum autem partim humeris circumjectum, partim capiti involutum. (3) Inaures etiam Indi gestant ex ebore, qui admodum locupletes sunt; neque enim vulgus iis utitur. (4) Barbas quoque variis coloribus fucare Indos Nearchus scribit : ut aliis quam maxime alba appareat, aliis fusca, aliis purpurea, aliis viridis. (5) Umbracula quoque præ se gestare æstate eos qui alicujus nominis sint. Calceos ex corio albo gestant, eosque accurate atque eleganter confectos; soleæ calceorum apud eos variis coloribus distinctæ sunt, et calcibus altioribus, quo proceriores esse videantur. (6) Armaturæ autem Indicæ non unus atque idem est modus. Pedites enim Indi arcum habent, ejusdem cum eo qui eum gestat longitudinis : atque hunc quidem ad terram obfirmantes sinistroque pede contranitentes, nervum longe retro adducunt, et sic sagittant. (7) Sagittis enim utuntur trium paulo minus cubitorum : nihilque est quod Indici sagittarii telum non penetret : non scutum, non thorax, aut aliud armaturæ genus quantumvis validum. (8) In sinistra peltas ex crudo corio bubulo, angustiores quam ii qui eas gestant, longitudine propemodum æquales. Quibusdam vero jacula sunt loco arcuum. (9) Ensem omnes gestant, et latum, et trium cubitorum, non ultra, longitudine. Hunc, quum cominus pugna miscetur, (quam quidem non facile Indi inter se ineunt) utraque manu demittunt, quo majorem plagam inferant. (10) Equites duobus jaculis utuntur, quæ verutis sunt similia : pelta minore quam pedites. Equi neque sellis insternuntur, neque frenis quæ Græcanicis aut Celticis similia sint cohibentur : (11) sed extremam faucium equi partem loro, quod ex crudo corio bubulo consutum est, circumvinciunt : ad hujus lori interiorem partem claviculos æneos aut ferreos non admodum acutos affigunt : locupletiores eburneis utuntur. In ipsis equorum faucibus ferrum est, instar veru, cui habenæ alligantur. (12) Quando igitur adducunt ha-

κρατέει τὸν ἵππον, καὶ τὰ κέντρα, οἷα δὴ ἐξ αὐτοῦ ἠρτημένα, κεντέοντα οὐκ ἐᾷ ἄλλο τι ἢ πείθεσθαι τῷ ῥυτῆρι.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Τὰ δὲ σώματα ἰσχνοί τε εἰσὶν οἱ Ἰνδοὶ καὶ εὐμήκεες, καὶ κοῦφοι πολλόν τι ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. Ὀχήματα δὲ τοῖσι μὲν πολλοῖσιν Ἰνδῶν κάμηλοί εἰσι καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, τοῖσι δὲ εὐδαίμοσιν ἐλέφαντες. (2) Βασιλικὸν γὰρ ὄχημα ὁ ἐλέφας παρ' Ἰνδοῖσίν ἐστι· δεύτερον δὲ τιμῇ ἐπὶ τούτῳ τὰ τέθριππα, τρίτον δὲ αἱ κάμηλοι· τὸ δὲ ἐπ' ἑνὸς ἵππου ὀχέεσθαι ἄτιμον. (3) Αἱ γυναῖκες δὲ αὐτοῖσιν, ὅσαι κάρτα σώφρονες, ἐπὶ μὲν ἄλλῳ μισθῷ οὐκ ἄν τι διαμάρτοιεν, ἐλέφαντα δὲ λαβοῦσα γυνὴ μίσγεται τῷ δόντι· οὐδὲ αἰσχρὸν Ἰνδοὶ ἄγουσι τὸ ἐπὶ ἐλέφαντι μιγῆναι, ἀλλὰ καὶ σεμνὸν δοκέει τῇσι γυναιξίν, ἀξίην τὸ κάλλος φανῆναι ἐλέφαντος. (4) Γαμέουσι δὲ οὔτε τι διδόντες οὔτε λαμβάνοντες, ἀλλὰ ὅσαι ἤδη ὡραῖαι γάμου, ταύτας οἱ πατέρες προάγοντες ἐς τὸ ἐμφανὲς κατιστᾶσιν ἐκλέξασθαι τῷ νικήσαντι πάλην ἢ πυξ ἢ δρόμον, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ ἀνδρίην προκριθέντι. (5) Σιτοφάγοι δὲ καὶ ἀροτῆρες Ἰνδοί εἰσιν, ὅσοι γε μὴ ὄρειοι αὐτῶν· οὗτοι δὲ τὰ θήρεια κρέα σιτέονται. (6) Ταῦτά μοι ἀπόχρη δεδηλῶσθαι ὑπὲρ Ἰνδῶν, ὅσα γνωριμώτατα Νέαρχός τε καὶ Μεγασθένης, δοκίμω ἄνδρε, ἀνεγραψάτην· (7) ἐπεὶ δὲ οὐδὲ ἡ ὑπόθεσίς μοι τῆσδε τῆς ξυγγραφῆς τὰ Ἰνδῶν νόμιμα ἀναγράψαι ἦν, ἀλλ' ὅπως γὰρ παρεκομίσθη Ἀλεξάνδρῳ ἐς Πέρσας ἐξ Ἰνδῶν ὁ στόλος, ταῦτα δή μοι ἐκβολὴ ἔστω τοῦ λόγου.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Ἀλέξανδρος γὰρ, ἐπειδή οἱ παρεσκεύαστο τὸ ναυτικὸν ἐπὶ τοῦ Ὑδάσπεω τῆσιν ὄχθῃσιν, ἐπιλεγόμενος ὅσοι τε Φοινίκων καὶ ὅσοι Κύπριοι ἢ Αἰγύπτιοι εἵποντο ἐν τῇ ἄνω στρατηλασίῃ, ἐκ τούτων ἐπλήρου τὰς νέας, ὑπηρεσίας τε αὐτῆσι καὶ ἐρέτας ἐπιλεγόμενος, ὅσοι τῶν θαλασσίων ἔργων δαήμονες. (2) Ἦσαν δὲ καὶ νησιῶται ἄνδρες οὐκ ὀλίγοι ἐν τῇ στρατιῇ, οἷσι ταῦτα ἔμελε, καὶ Ἴωνες καὶ Ἑλλησπόντιοι. (3) Τριήραρχοι δὲ αὐτῷ ἐπεστάθησαν, ἐκ Μακεδόνων μὲν Ἡφαιστίων τε Ἀμύντορος, καὶ Λεοννάτος ὁ Εὔνου, καὶ Λυσίμαχος ὁ Ἀγαθοκλέους, καὶ Ἀσκληπιόδωρος ὁ Τιμάνδρου, καὶ Ἄρχων ὁ Κλεινίου, καὶ Δημόνικος ὁ Ἀθηναίου, καὶ Ἀρχίας ὁ Ἀναξιδότου, καὶ Ὀφέλλας Σειληνοῦ, καὶ Τιμάνθης Παντιάδου· οὗτοι μὲν Πελλαῖοι. (4) Ἐξ Ἀμφιπόλεως ἦγον οἵδε· Νέαρχος Ἀνδροτίμου, ὃς τὰ ἀμφὶ τῷ παράπλῳ ἀνέγραψε· καὶ Λαομέδων ὁ Λαρίχου, καὶ Ἀνδροσθένης Καλλιστράτου· (5) ἐκ δὲ Ὀρεστίδος Κράτερός τε ὁ Ἀλεξάνδρου, καὶ Περδίκκας ὁ Ὀρόντεω. Ἐορδαῖοί τε

benas, veru equum cohibet, claviculique illi appensi pungentes habenis morem gerere cogunt.

CAP. XVII.

Indi corporibus sunt graciles, proceri, multoque cæteris mortalibus leviores atque expeditiores. Vehuntur plerique camelis, equis et asinis : ditiores, elephantis. (2) Regium enim apud Indos est elephanto vehi : proximus huic honor, quadrigis : tertius, camelis vehi. Uno equo vehi, vile est. (3) Mulieres apud eos, quæ castæ admodum sunt, non sane ulla mercede alia, quam elephanti, corrumpi se patiuntur. Elephantum danti copiam sui faciunt. Neque hoc turpitudini vertitur, si elephanti mercede adducta mulier consuetudinem cum quoquam habeat : quin potius honorificum sibi ducunt, formæ suæ pulchritudinem elephanto dignam haberi. (4) Uxores ducunt nihil vel dantes vel accipientes : sed quotquot jam maturæ viro fuerint, adducuntur a parentibus in publicum, ut is qui lucta vicerit aut pugillatu aut cursu, vel alia quapiam virtute reliquis antecelluerit, eam sibi quam volet deligat. (5) Plerique vero Indi arationem exercent et frumento vescuntur, exceptis montanis qui ferinas carnes edunt. (6) Atque hæc quidem mihi de Indis exposuisse sufficiat, quæ tanquam præcipua Nearchus et Megasthenes viri graves de is conscripserunt. (7) Quum enim mihi hoc opere propositum non fuerit Indorum mores atque instituta describere, sed quo pacto Alexandro ex Indis in Persas classis prætervexerit, hæc mihi sint loco excursus in narrando.

CAP. XVIII.

Alexander enim parata jam ad Hydaspis ripas classe, collectis omnibus Phœnicibus et Cypriis aut Ægyptiis qui in expeditione versus orientem secuti fuerant, ex iis naves implevit; delectis ministris ac remigibus, qui rerum navalium peritissimi essent. (2) Erant vero etiam in exercitu insulares non pauci iis in rebus bene versati, Ionesque ac Hellespontii. (3) Trierarchos vero constituit : ex Macedonibus quidem Hephæstionem Amyntoris filium, Leonnatum Eunoi, Lysimachum Agathoclis, Asclepiodorum Timandri, Archontem Cliniæ, Demonicum Athenæi, Archiam Anaxidoti, Ophellam Sileni, Timanthem Pantiadæ; hi Pellæi erant. (4) Ex Amphipoli hi duces fuerunt : Nearchus Androtimi filius, qui Paraplum conscripsit, Laomedon Larichi F., Androsthenes Callistrati. F. (5) Ex Orestide Craterus Alexandri filius, et Perdiccas Orontis. Eordæi Ptolemæus Lagi F. et Aristonus Pisææ. Ex Pydna Metron Epicharmi F.

Πτολεμαῖός τε ὁ Λάγου καὶ Ἀριστόνους ὁ Πεισαίου. Ἐκ Πύδνης τε Μήτρων τε ὁ Ἐπιχάρμου, καὶ Νικαρχίδης ὁ Σίμου. (6) Ἐπὶ δὲ Ἄτταλός τε ὁ Ἀνδρομένεω, Στυμφαῖος, καὶ Πευκέστας Ἀλεξάνδρου, Μιεζεύς, καὶ Πείθων Κρατεύα, Ἀλκομενεύς, καὶ Λεοννάτος Ἀντιπάτρου, Αἰγαῖος, καὶ Πάνταυχος Νικολάου, Ἀλωρίτης, καὶ Μυλλέας Ζωΐλου, Βεροιαῖος· οὗτοι μὲν οἱ ξύμπαντες Μακεδόνες. (7) Ἑλλήνων δὲ Μήδιος μὲν Ὀξυνθέμιδος, Λαρισσαῖος, Εὐμένης δὲ Ἱερωνύμου, ἐκ Καρδίης, Κριτόβουλος δὲ Πλάτωνος, Κῶος, καὶ Θόας Μηνοδώρου, καὶ Μαίανδρος Μανδρογένεος, Μάγνητες. (8) Ἄνδρων δὲ Καβήλεω, Τήϊος, Κυπρίων δὲ Νικοκλέης Πασικράτεος, Σόλιος, καὶ Νιθάφων Πνυταγόρεω, Σαλαμίνιος. Ἦν δὲ δὴ καὶ Πέρσης αὐτῷ τριήραρχος, Βαγώας ὁ Φαρνουχέως· (9) τῆς δὲ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου νεὸς κυβερνήτης ἦν Ὀνησίκριτος Ἀστυπαλαιεύς· γραμματεὺς δὲ τοῦ στόλου παντὸς Εὐαγόρας Εὐκλέωνος, Κορίνθιος. (10) Ναύαρχος δὲ αὐτοῖσιν ἐπεστάθη Νέαρχος Ἀνδροτίμου, τὸ γένος μὲν Κρὴς ὁ Νέαρχος, ᾤκεε δὲ ἐν Ἀμφιπόλει τῇ ἐπὶ Στρυμόνι. (11) Ὡς δὲ ταῦτα ἐκεκόσμητο Ἀλεξάνδρῳ, ἔθυε τοῖσι θεοῖσιν ὅσοι τε πάτριοι ἦ μαντευτοὶ αὐτῷ, καὶ Ποσειδῶνι καὶ Ἀμφιτρίτῃ καὶ Νηρηΐσι καὶ αὐτῷ τῷ Ὠκεανῷ, καὶ τῷ Ὑδάσπῃ ποταμῷ, ἀπὸ τοῦ ὡρμᾶτο, καὶ τῷ Ἀκεσίνῃ, ἐς ὄντινα ἐκδιδοῖ Ὑδάσπης, καὶ τῷ Ἰνδῷ, ἐς ὄντινα ἅμφω ἐκδιδοῦσιν· (12) ἀγῶνές τε αὐτῷ μουσικοὶ καὶ γυμνικοὶ ἐποιεῦντο, καὶ ἱερήϊα τῇ στρατιῇ πάσῃ κατὰ τέλεα ἐδίδοτο.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Ὡς δὲ πάντα ἐξήρτυτο αὐτῷ εἰς ἀναγωγήν, Κράτερον μὲν τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ Ὑδάσπεω ἰέναι σὺν τῇ στρατιῇ ἐκέλευσε πεζικῇ τε καὶ ἱππικῇ· ἐς τὸ ἐπὶ θάτερα δὲ Ἡφαιστίων αὐτῷ παρεπορεύετο, σὺν ἄλλῃ στρατιῇ πλείονι ἔτι τῆς τῷ Κρατέρῳ συντεταγμένης. Καὶ τοὺς ἐλέφαντας Ἡφαιστίων αὐτῷ ἦγεν, ὄντας ἐς διηκοσίους. (2) Αὐτὸς δὲ τούς τε ὑπασπιστὰς καλεομένους ἅμα οἱ ἦγε, καὶ τοὺς τοξότας πάντας, καὶ τῶν ἱππέων τοὺς ἑταίρους καλεομένους· τοὺς πάντας ἐς ὀκτακισχιλίους. (3) Τοῖσι μὲν δὴ ἀμφὶ Κράτερον καὶ Ἡφαιστίωνα ἐτέτακτο, ἵνα προπορευθέντες ὑπομένοιεν τὸν στόλον. (4) Φίλιππον δὲ, ὃς αὐτῷ σατράπης τῆς χώρης ταύτης ἦν, ἐπὶ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὰς ὄχθας πέμπει, ἅμα στρατιῇ πολλῇ καὶ τοῦτον· (5) ἤδη γὰρ καὶ δώδεκα μυριάδες αὐτῷ μάχιμοι εἵποντο σὺν οἷς ἀπὸ θαλάσσης τε αὐτὸς ἀνήγαγε καὶ αὖθις οἱ ἐπὶ συλλογὴν αὐτῷ στρατιῆς πεμφθέντες ἦκον ἔχοντες, παντοῖα ἔθνεα βαρβαρικὰ ἅμα οἱ ἄγοντι, καὶ πᾶσαν ἰδέην ὡπλισμένα. (6) Αὐτὸς δὲ ἄρας ταῖσι νηυσὶ κατέπλει κατὰ τὸν Ὑδάσπεα ἔστε ἐπὶ τοῦ Ἀκεσίνου τε καὶ τοῦ Ὑδάσπεω τὰς συμβολάς. (7) Νέες δὲ αἱ σύμπασαι αὐτῷ χίλιαι καὶ ὀκτακόσιαι ἦσαν, αἵ τε μακραὶ καὶ

et Nicarchides Simi. (6) Præterea Attalus Andromenis F. Stymphæus : et Peucestas Alexandri, Miezeus : Pithon Crateuæ, Alcomeneus : et Leonnatus Antipatri, Ægæus : et Pantauchus Nicolai, Alorites : et Mylleas Zoili, Berœensis : hi quidem omnes Macedones. (7) Ex Græcis vero Medius Oxynthemidis F. Larissæus : Eumenes Hieronymi, Cardianus : Critobulus Platonis, Cous : Thoas Menodori F. et Mæander Mandrogenis, Magnesii : (8) Andron Cabelei, Teius : ex Cypriis, Nicocles Pasicratis F. Solius : et Nithaphon Pnytagoræ, Salaminius. Erat autem etiam Persa quidam triremi præfectus Bagoas Pharnuchæ F. (9) Ipsius vero Alexandri triremis gubernator erat Onesicritus Astypalæensis. Scriba totius classis Euagoras Eucleonis F., Corinthius. (10) Navarchum eis constituit Nearchum Androtimi F. Erat hic Nearchus Cres genere : habitabat autem Amphipoli quæ ad Strymonem fluvium sita est. (11) His rebus ita constitutis Alexander diis patriis, et quibus vates monebant, sacrum fecit : Neptuno etiam, et Amphitritæ, ac Nereidibus, ipsique Oceano; Hydaspi quoque, unde solvebat : Acesini præterea, in quem Hydaspes influit : Indo, in quem uterque fertur. (12) Certamina quoque musica et gymnica agebantur, et victimæ per singula agmina et turmas distribuebantur.

CAP. XIX.

Omnibus itaque rebus ad navigandum paratis, Craterum ad alteram Hydaspis ripam cum exercitu equestri ac pedestri iter facere jubet; ab altera vero parte Hephæstion cum alio majore adhuc quam Craterus exercitu procedebat. Elephantos etiam ducebat Hephæstion, numero cc. (2) Ipse scutatos dictos secum ducebat, et sagittarios omnes et equites, quos amicos vocant; omnes erant ad VIII millia. (3) Atqui Cratero et Hephæstioni assignatum erat, ubi profecti classem præstolarentur. (4) Philippum vero, quem in ea regione præsidem constituerat, ad Acesinis fluvii ripas mittit, magnas etiam hunc copias ducentem. (5) Jam enim CXX M. militum eum sequebantur cum iis quos ex maritimis oris ipse adduxerat, et quod ii adduxerant, qui ad colligendum exercitum missi fuerant, barbaras omnis generis nationes secum ducentem, easque cujusvis generis armis instructas. (6) Ipse navibus solvens per Hydaspem ad Acesinis et Hydaspis confluentes navigavit. (7) Erant ei in universum naves MDCCC, simul longæ, simul onerariæ,

ὅσα στρογγύλα πλοῖα καὶ ἄλλα ἱππαγωγὰ καὶ σιτία ἅμα τῇ στρατιῇ ἄγουσαι. (8) Ὅκως μὲν δὴ κατὰ τοὺς ποταμοὺς διέπλωσεν αὐτῷ ὁ στόλος, καὶ ὅσα ἐν τῷ παράπλῳ ἔθνεα κατεστρέψατο, καὶ ὅκως διὰ κινδύνου αὐτὸς ἐν Μαλλοῖσιν ἦκε, καὶ τὸ τρῶμα ὃ ἐτρώθη ἐν Μαλλοῖσι, καὶ Πευκέστας τε καὶ Λεοννάτος ὅκως ὑπερήσπισαν αὐτὸν πεσόντα, πάντα ταῦτα λέλεκταί μοι ἤδη ἐν τῇ ἄλλῃ τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ. (9) Ὁ δὲ λόγος ὅδε τοῦ παράπλου μοι ἀπήγησίς ἐστιν, ὃν Νέαρχος σὺν τῷ στόλῳ παρέπλωσεν ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ τῶν ἐκβολέων ὁρμηθεὶς κατὰ τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικόν, ἣν δὴ Ἐρυθρὴν θάλασσαν μετεξέτεροι καλέουσι.

ΚΕΦ. Κ'.

Νεάρχῳ δὲ λέλεκται ὑπὲρ τούτων ὅδε ὁ λόγος· πόθον μὲν εἶναι Ἀλεξάνδρῳ ἐκπεριπλῶσαι τὴν θάλασσαν τὴν ἀπὸ Ἰνδῶν ἔστε ἐπὶ τὴν Περσικήν, (2) ὀκνέειν δὲ αὐτὸν τοῦ τε πλόου τὸ μῆκος καὶ μή τινι ἄρα χώρῃ ἐρήμῳ ἐγκύρσαντες ἢ ὅρμων ἀπόρῳ ἢ οὐ ξυμμέτρως ἐχούσῃ τῶν ὡραίων, οὕτω δὴ διαφθαρῇ αὐτῷ ὁ στόλος, καὶ οὐ φαύλη κηλὶς αὕτη τοῖσιν ἔργοισιν αὐτοῦ τοῖσι μεγάλοισιν ἐπιγενομένη τὴν πᾶσαν εὐτυχίην αὐτῷ ἀφανίσοι· ἀλλὰ ἐκνικῆσαι γὰρ αὐτῷ τὴν ἐπιθυμίην τοῦ καινόν τι αἰεὶ καὶ ἄτοπον ἐργάζεσθαι. (3) Ἀπόρως δὲ ἔχειν, ὅντινα οὐκ ἀδύνατόν τε ἐς τὰ ἐπινοεύμενα ἐπιλέξαιτο, καὶ ἅμα τῶν ἐν νηῒ ἀνδρῶν, ὡς καὶ τῶν τοιοῦτον στόλον στελλομένων ἀφελεῖν τὸ δεῖμα τοῦ δὴ ἡμελημένως αὐτοὺς ἐς προὔπτον κίνδυνον ἐκπέμπεσθαι. (4) Λέγει δὴ ὁ Νέαρχος, ἑωυτῷ ξυνοῦσθαι τὸν Ἀλέξανδρον, ὅντινα προχειρίσηται ἐξηγέεσθαι τοῦ στόλου· ὡς δὲ ἄλλου καὶ ἄλλου εἰς μνήμην ἰόντα τοὺς μὲν ὡς οὐκ ἐθέλοντας κινδυνεύειν ὑπὲρ οὗ ἀπολέγειν, τοὺς δὲ ὡς μαλακοὺς τὸν θυμόν, τοὺς δὲ ὡς πόθῳ τῆς οἰκήης κατεχομένους, τοῖσι δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐπικαλέοντα· (5) τότε δὴ αὐτὸν ὑποστάντα εἰπεῖν, ὅτι Ὦ βασιλεῦ, ἐγώ τοι ὑποδέκομαι ἐξηγήσασθαι τοῦ στόλου, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ξυνεπιλαμβάνοι· περιάξω τοι σώας τὰς νέας καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἔστε ἐπὶ τὴν Περσίδα γῆν, εἰ δὴ πλωτός τε ἐστὶν ὁ ταύτῃ πόντος καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἄπορον γνώμῃ ἀνθρωπίνῃ. (6) Ἀλέξανδρον δὲ λόγῳ μὲν οὐ φάναι ἐθέλειν ἐς τοσήνδε ταλαιπωρίην καὶ τοσόνδε κίνδυνον τῶν τινα ἑωυτοῦ φίλων ἐμβάλλειν, αὐτὸν δὲ ταύτῃ δὴ καὶ μᾶλλον οὐκ ἀνιέναι, ἀλλὰ λιπαρέειν. (7) Οὕτω δὴ ἀγαπῆσαί τε Ἀλέξανδρον τοῦ Νεάρχου τὴν προθυμίην, καὶ ἐπιστῆσαι αὐτὸν ἄρχειν τοῦ στόλου παντός· (8) καὶ τότε δὴ ἔτι μᾶλλον τῆς στρατιῆς ὅ, τι περ ἐπὶ τῷ παράπλῳ τῷδε ἐτάσσετο καὶ τὰς ὑπηρεσίας ἴλεω ἔχειν τὴν γνώμην, ὅτι δὴ Νέαρχόν γε οὔποτε ἂν Ἀλέξανδρος προήκατο ἐς κίνδυνον καταφανέα, εἰ μή σφι σωθήσεσθαι ἔμελλον· (9) λαμπρότης τε πολλὴ τῇ παρασκευῇ ἐπεοῦσα καὶ κόσμος τῶν νεῶν, καὶ σπουδαὶ

aliæque vehendis equis et commeatui exercitus idoneæ. (8) Quonam vero pacto per flumina navigarit, et quot in ea navigatione gentes subjugarit, quodque periculum in Mallis incurrerit, et quomodo ibidem vulnus acceperit, quomodo etiam Peucestas et Leonnatus eum prostratum scutis suis protexerint : omnia hæc a nobis in alia historia, quam Attica lingua conscripsimus, commemorata sunt. (9) In hoc autem libro id tantum narro, quomodo Nearchus ab Indi ostiis solvens per oceanum magnum in sinum Persicum navigarit, quem quidem nonnulli mare Rubrum appellant.

CAP. XX.

Nearchus de hac re ita scribit : Alexandro desiderium fuisse mare, quod ab Indis in Persiam usque patet, enavigare : (2) ceterum illum navigationis longinquitate deterritum fuisse, simulque veritum, ne in aliquam desertam regionem aut portus difficiles frugibusque carentes delatam classem amitteret, ingensque hæc macula rebus præclare abs se gestis offusa omnem felicitatis gloriam obliteraret : vicisse tamen inusitatæ alicujus ac magnæ rei gerendæ cupiditatem. (3) Dubitasse autem quem perficiendis consiliis suis parem deligeret : simulque classiariorum causa, ut iis tam longinquam expeditionem facturis metum adimeret, sese neglectos in manifestum periculum mitti. (4) Nearchus auctor est Alexandrum secum communicasse, quem potissimum classis ducem ac præfectum designaret : quumque diversorum meminisset, alios tanquam pro se periclitari nolentes, alios præ mollitie animi, alios tanquam patriæ desiderio occupatos recusasse, in aliis vero aliud reprehendisse. (5) Tum se operam suam pollicitum dixisse : Ego, O rex, classis gubernationem suscipiam, et deus cœpta secundet! classem simul et militem sospites in Persidem ducam, si omnino ea regione mare navigabile fuerit, aut si id ulla ratione ab humano ingenio præstari possit. (6) Alexandrum vero verbo negasse velle se in tantos labores tantaque pericula aliquem amicorum suorum conjicere : se vero eo etiam magis non remisisse, sed obnixe orasse ; (7) ac tum demum Alexandrum Nearchi animum adeo promptum atque alacrem libenter amplexum esse, eumque universæ classi præfecisse : (8) ac tunc quidem magis jam exercitum qui ad hanc navigationem destinatus erat et nautas quieto animo fuisse, quod persuasum haberent Alexandrum nulla ratione ad manifesta pericula Nearchum missurum, nisi ipsi servandi essent. (9) Summa vero apparatus magnificentia, et navium ornatus studiaque trierarchorum

τῶν τριηράρχων ἀμφὶ τὰς ὑπηρεσίας τε καὶ τὰ πληρώματα ἐκπρεπέες καὶ τοὺς πάντη δὴ πάλαι κατοκνέοντας ἐς ῥώμην ἅμα καὶ ἐλπίδας χρηστοτέρας ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἔργου ἐπηρκότα ἦν· (10) πολλὸν δὲ δὴ συνεπιλαβέσθαι ἐς εὐθυμίην τῇ στρατιῇ τὸ δὴ αὐτὸν Ἀλέξανδρον ὁρμηθέντα κατὰ τοῦ Ἰνδοῦ τὰ στόματα ἀμφότερα ἐκπλῶσαι ἐς τὸν πόντον, σφάγιά τε τῷ Ποσειδῶνι ἐντεμεῖν καὶ ὅσοι ἄλλοι θεοὶ θαλάσσιοι, καὶ δῶρα μεγαλοπρεπέα τῇ θαλάσσῃ χαρίσασθαι· (11) τῇ τε ἄλλῃ τῇ Ἀλεξάνδρου παραλόγῳ εὐτυχίῃ πεποιθότας οὐδὲν ὅ, τι οὐ τολμητόν τε ἐκείνῳ καὶ ἐρκτὸν ἐξηγέεσθαι.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Ὡς δὲ τὰ ἐτήσια πνεύματα ἐκοιμήθη, ἃ δὴ τοῦ θέρεος τὴν ὥρην πᾶσαν κατέχει ἐκ τοῦ πελάγεος ἐπιπνέοντα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ταύτῃ ἄπορον τὸν πλόον ποιέοντα, τότε δὴ ὥρμηντο ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Κηφισοδώρου, εἰκάδι τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνὸς, κατότι Ἀθηναῖοι ἄγουσιν· ὡς δὲ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοὶ ἦγον, ** τὸ ἐνδέκατον βασιλεύοντος Ἀλεξάνδρου. (2) Θύει δὲ καὶ Νέαρχος πρὸ τῆς ἀναγωγῆς Διὶ Σωτῆρι, καὶ ἀγῶνα ποιέει καὶ οὗτος γυμνικόν. Ἅραντες δὲ ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ κατὰ τὸν Ἰνδὸν ὁρμίζονται ποταμὸν πρὸς διώρυχι μεγάλῃ, καὶ μένουσιν αὐτοῦ δύο ἡμέρας· Στοῦρα δὲ ἦν οὔνομα τῷ χώρῳ· στάδιοι ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου ἐς ἑκατόν. (3) Τῇ τρίτῃ δὲ ἄραντες ἔπλωον ἔστε ἐπὶ διώρυχα ἄλλην σταδίους τριήκοντα, ἁλμυρὴν ἤδη ταύτην τὴν διώρυχα· ἀνήει γὰρ ἡ θάλασσα ἐς αὐτὴν, μάλιστα μὲν ἐν τῇσι πλημμυρίῃσιν, ὑπέμενε δὲ καὶ ἐν τῇσιν ἀμπώτεσι τὸ ὕδωρ μεμιγμένον τῷ ποταμῷ· Καύμαρα δὲ ἦν οὔνομα τῷ χώρῳ. (4) Ἔνθεν δὲ εἴκοσι σταδίους καταπλώσαντες ἐς Κορέεστιν ὁρμίζονται ἔτι κατὰ τὸν ποταμόν. (5) Ἔνθεν δὲ ὁρμηθέντες ἔπλωον οὐκ ἐπὶ πολλόν· ἔρμα γὰρ ἐφάνη αὐτοῖσι κατὰ τὴν ἐκβολὴν τὴν ταύτῃ τοῦ Ἰνδοῦ, καὶ τὰ κύματα ἐρρόχθεε πρὸς τῇ ἠϊόνι, καὶ ἡ ἠϊὼν αὕτη τραχέα ἦν. (6) Ἀλλὰ ἴναπερ μαλθακὸν ἦν τοῦ ἕρματος, ταύτῃ διώρυχα ποιήσαντες ἐπὶ σταδίους πέντε, διῆγον τὰς νέας, ἐπειδὴ ἡ πλήμμυρα ἐπῆλθεν ἡ ἐκ τοῦ πόντου. (7) Ἐκπεριπλώσαντες δὲ σταδίους πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὁρμίζονται ἐς Κρώκαλα νῆσον ἀμμώδεα, καὶ μένουσιν αὐτοῦ τὴν ἄλλην ἡμέρην· (8) προσοικέει δὲ ταύτῃ ἔθνος Ἰνδικὸν, οἱ Ἀράβιες καλεόμενοι, ὧν καὶ ἐν τῇ μέζονι ξυγγραφῇ μνήμην ἔσχον· καὶ ὅτι εἰσὶν ἐπώνυμοι ποταμοῦ Ἀράβιος, ὃς διὰ τῆς γῆς αὐτῶν ῥέων ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν, ὁρίζων τούτων τε τὴν χώρην καὶ τῶν Ὠρειτέων. (9) Ἐκ δὲ Κρωκάλων ἐν δεξιῇ μὲν ἔχοντες ὄρος τὸ καλεόμενον αὐτοῖσιν Εἶρον, ἐν ἀριστερῇ δὲ νῆσον ἀλιτενέα ἔπλωον· ἡ δὲ νῆσος παρατεταμένη τῇ ἠϊόνι κόλπον στεινὸν ποιέει. (10) Διεκπλώσαντες δὲ ταύτην ὁρμίζονται ἐν λιμένι εὐόρ-

egregia circa ministeria et socios navales vel eorum qui antea præ metu quam maxime cunctati erant, animos ad robur melioremque spem de omni conatu attollebant. (10) Multum præterea de metu ipsorum adimebat, quod Alexander ipse per utraque Indi ostia in mare navigasset : quod Neptuno cæterisque diis marinis hostias mactasset, eximiaque dona mari dedisset. (11) Cetera quoque et inusitata Alexandri felicitate confisi nihil esse dicebant, quod illi non sit audendum et perficiendum.

CAP. XXI.

Quo igitur tempore etesiæ spirare desierant, qui quidem per integram æstatem ex mari in terram flantes navigationem impediunt, naves solverunt, archonte Athenis Cephisodoro, XX die Boedromionis, quemadmodum Athenienses computant : ut vero Macedones et Asiani **, undecimo ex quo Alexander regnabat anno. (2) Sacrificavit autem et Nearchus antequam navigationem susciperet Jovi Servatori, ludosque gymnicos etiam is edidit. Primo itaque die quum e statione solvissent, in Indo fluvio ad amplum quendam alveum appulerunt, loco Stura nomen est, distantem a statione stadiis circiter C, biduoque ibi commorati sunt. (3) Tertio die inde moventes ad alium alveum XXX stadiis inde remotum pervenerunt, cujus aqua jam salsedinem maris referebat : mare enim in eam accedente æstu se ingerit, aquaque flumini permista etiam recedente æstu manebat. Caumara is locus dicitur. (4) Inde XX stadia provecti ad Coreestim etiamnum in flumine pervenerunt. (5) Hinc rursum moventes non multum navigarunt, scopulum conspicati ea parte qua Indus illic in mare fertur, et fluctus littori illidebantur cum truci et immani strepitu, littusque ipsum asperum erat. (6) Cæterum qua scopulus mollior videbatur, fossa quinque stadiorum perducta, naves traduxerunt æstu marino accedente. (7) Inde stadia CL circumnavigando emensi in Crocala arenosam insulam pervenerunt, ibique alterum diem commorati sunt. (8) Vicina huic insulæ loca incolunt Arabies Indica gens, quorum etiam in majori opere mentionem feci : eosque id nominis a fluvio Arabi accepisse, qui per ipsorum regionem fluens in mare fertur, eorumque fines ab Oritarum finibus dividit. (9) Ex Crocalis, ad dextram habentes montem Irum ab ii vocatum ; ad sinistram vero insulam vadosam, ulterius navigarunt : hæc insula ad littus extenta angustum sinum efficit. (10) Hunc emensi in portu commodam navibus stationem præbentem appellunt. Qui quod amplus

μῳ· ὅτι δὲ μέγας τε καὶ καλὸς ὁ λιμὴν Νεάρχῳ ἔδοξεν, ἐπονομάζει αὐτὸν Ἀλεξάνδρου λιμένα. (11) Νῆσος δέ ἐστιν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος ὅσον σταδίους δύο ἀπέχουσα· Βίβακτα οὔνομα τῇ νήσῳ· ὁ δὲ χῶρος ἅπας Σάγγαδα· ἡ δὲ νῆσος καὶ τὸν λιμένα, προκειμένη πρὸ τοῦ πελάγεος, αὐτὴ ἐποίεεν. (12) Ἐνταῦθα πνεύματα μεγάλα ἐκ τοῦ πόντου ἔπνεε καὶ συνεχέα, καὶ Νέαρχος δείσας τῶν βαρβάρων μή τινες συνταχθέντες ἐπ' ἁρπαγὴν τοῦ στρατοπέδου τραποίατο, ἐκτειχίζει τὸν χῶρον λιθίνῳ τείχεϊ. (13) Τέσσαρες δὲ καὶ εἴκοσιν ἡμέραι τῇ μονῇ ἐγένοντο· καὶ λέγει ὅτι μύας τε ἐθήρων τοὺς θαλασσίους οἱ στρατιῶται, καὶ ὄστρεα δὲ καὶ τοὺς σωλῆνας καλεομένους, ἄτοπα τὸ μέγεθος, ὡς τοῖσιν ἐν τῇδε τῇ ἡμετέρῃ θαλάσσῃ συμβαλέειν· καὶ ὕδωρ ὅτι ἁλμυρὸν ἐπίνετο.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Ἅμα τε ὁ ἄνεμος ἐπαύσατο καὶ οἱ ἀνήγοντο· καὶ περαιωθέντες σταδίους ἐς ἑξήκοντα ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ ψαμμώδεϊ· νῆσος δὲ ἐπῆν τῷ αἰγιαλῷ ἐρήμη. (2) Ταύτην δὲ πρόβλημα ποιησάμενοι ὡρμίσθησαν· Δόμαι οὔνομα τῇ νήσῳ· ὕδωρ δὲ οὐκ ἦν ἐν τῷ αἰγιαλῷ, ἀλλὰ προελθόντες ἐς τὴν μεσογαίην ὅσον εἴκοσι σταδίους ἐπιτυγχάνουσιν ὕδατι καλῷ. (3) Τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐς νύκτα αὐτοῖσιν ὁ πλόος ἐγίνετο ἐς Σάραγγα σταδίους τριηκοσίους, καὶ ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ, καὶ ὕδωρ ἦν ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ὅσον ὀκτὼ σταδίους. (4) Ἔνθεν δὲ πλώσαντες ὁρμίζονται ἐν Σακάλοισι, τόπῳ ἐρήμῳ· καὶ διεκπλώσαντες σκοπέλους δύο, οὕτω τι ἀλλήλοισι πελάζοντας, ὥστε τοὺς ταρσοὺς τῶν νεῶν ἅπτεσθαι ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν πετρέων, καθορμίζονται ἐν Μοροντοβάροισι, σταδίους διελθόντες ἐς τριηκοσίους· (5) ὁ δὲ λιμὴν μέγας καὶ εὔκυκλος καὶ βαθὺς καὶ ἄκλυστος· ὁ δὲ ἔσπλους ἐς αὐτὸν στεινός· τοῦτον τῇ γλώσσῃ τῇ ἐπιχωρίῃ Γυναικῶν λιμένα ἐκάλεον, ὅτι γυνὴ τοῦ χώρου τούτου πρώτη ἐπῆρξεν. (6) Ὡς δὲ διὰ τῶν σκοπέλων διεξέπλωον, κύμασί τε μεγάλοισιν ἐνέκυρσαν καὶ τῇ θαλάσσῃ ῥοώδεϊ· ἀλλὰ ἐκπεριπλῶσαι γὰρ ὑπὲρ τοὺς σκοπέλους μέγα ἔργον ἐφαίνετο. (7) Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην ἔπλωον νῆσον ἐς ἀριστερὰ ἔχοντες πρὸ τοῦ πελάγεος, οὕτω τι τῷ αἰγιαλῷ συναφέα, ὥστε εἰκάσαι ἂν διώρυχα εἶναι τὸ μέσον τοῦ τε αἰγιαλοῦ καὶ τῆς νήσου· στάδιοι οἱ πάντες ἑβδομήκοντα τοῦ διέκπλου· καὶ ἐπί τε τοῦ αἰγιαλοῦ δένδρεα ἦν πολλὰ καὶ δασέα, καὶ ἡ νῆσος ὕλῃ παντοίῃ σύσκιος. (8) Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἔπλωον ἔξω τῆς νήσου κατὰ ῥηχίην στεινήν· ἔτι γὰρ ἀνάπωτις κατεῖχε. Πλώσαντες δὲ ἐς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους ὁρμίζονται ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἀράβιος ποταμοῦ· καὶ λιμὴν μέγας καὶ καλὸς πρὸς τῷ στόματι· ὕδωρ δὲ οὐκ ἦν πότιμον· τοῦ γὰρ Ἀράβιος αἱ ἐκβολαὶ ἀναμεμιγμέναι τῷ πόντῳ ἦσαν· (9) ἀλλὰ τεσσαράκοντα σταδίους ἐς τὸ ἄνω προχωρήσαντες λάκκῳ ἐπιτυγχάνουσι, καὶ

simul et pulcher Nearcho videbatur, Alexandri portum eum appellavit. (11) In portus faucibus insula adjacet, circiter duo inde stadia distans, cui Bibacta nomen est : omnis vero adjacens regio Sangada dicitur. Hæc insula mari opposita suapte natura portum efficit. (12) Hic ingentes continuique venti a mari spirabant. Nearchus veritus ne qua barbarorum manus collecta castra diriperet, lapideo muro locum cingit; (13) XXIII dies ibi moratus est : dicitque milites per id tempus myes marinos cepisse et ostrea et solenes, qui vocantur, inusitatæ magnitudinis, si cum nostri maris testaceis conferantur. Aquam etiam salsam potasse narrat.

CAP. XXII.

Sedato autem vento, vela fecerunt, ac stadia circiter LX progressi in sabulosum littus appulerunt. Insula adjacebat littori deserta. (2) Hac autem pro munumento usi substiterunt. Domæ nomen insulæ erat. Quumque in littore aquam non haberent, loca mediterranea versus ad viginti circiter stadia progressi dulcem aquam repererunt. (3) Postridie quum ad noctem usque navigassent, Sarangis, CCC inde stadia, ad littus appulerunt. Ibi aqua octo ferme a littore stadia aberat. (4) Illinc repetita navigatione ad Sacala locum desertum appulsi sunt. Inde superatis duobus scopulis adeo inter se propinquis ut palmulæ remorum utrinque cautes stringerent, emensi stadia CCC in Morontobaris constiterunt. (5) Ibi portus est amplissimus, undique septus ac profundus minimeque procellosus. Ceterum fauces ejus angustæ; hunc patria lingua Portum fœminarum vocabant : quod mulier quædam prima illi loco imperarit. (6) Trajectis scopulis magnis fluctibus incideruntet mari fluctuoso, et scopulos transisse res magna videbatur. (7) Postero vero die navigarunt, insulam quandam a sinistra pelago objectam habentes, quæ quidem ita propinqua littori erat, ut medius alveus inter insulam et littus esse effossus videretur; LXX in universum stadiorum ea navigatio fuerat. Multæ erant densæque in littore arbores, insulaque ipsa variis silvis umbrosa. (8) Sub lucem per angustum et æstuosum locum extra insulam navigarunt; adhuc enim recessus maris obtinebat : continuataque navigatione ad CXX stadia, apud fauces Arabis amnis constiterunt : et portum quidem ibi amplum et commodum nacti sunt : aquam vero potui ineptam, quod per Arabis ostia mare se ingerit. (9) Itaque XL stadia adverso amne profecti ad lacum devenerunt : atque inde assumta aqua re-

ἔνθεν ὑδρευσάμενοι ὀπίσω ἀπενόστησαν. (10) Νῆσος δὲ ἐπὶ τῷ λιμένι ὑψηλὴ καὶ ἔρημος· καὶ περὶ ταύτην ὀστρέων τε καὶ ἰχθύων παντοδαπῶν θήρη. Μέχρι μὲν τοῦδε Ἀράβιες, ἔσχατοι Ἰνδῶν ταύτῃ ᾠκισμένοι, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε Ὠρεῖται ἐπεῖχον.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Ὁρμηθέντες δὲ ἐκ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Ἀράβιος παρέπλωον τῶν Ὠρειτέων τὴν χώρην· καὶ ὁρμίζονται ἐν Παγάλοισι, πλώσαντες σταδίους ἐς διηκοσίους, πρὸς ῥηχίῃ· ἀλλὰ ἀγκύρῃσι γὰρ ἐπίβολος ἦν ὁ χῶρος. Τὰ μὲν ὧν πληρώματα ἀπεσάλευον ἐν τῇσι νηυσίν· οἱ δὲ ἐπ' ὕδωρ ἐκβάντες ὑδρεύοντο. (2) Τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀναχθέντες ἅμα ἡμέρῃ καὶ πλώσαντες σταδίους ἐς τριήκοντα καὶ τετρακοσίους κατάγονται ἑσπέριοι ἐς Κάβανα, καὶ ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ ἐρήμῳ· καὶ ἐνταῦθα ῥηχίη τραχέα ἦν, καὶ ἐπὶ τῷδε μετεώρους τὰς νέας ὡρμίσαντο. (3) Κατὰ τοῦτον τὸν πλόον πνεῦμα ὑπολαμβάνει τὰς νέας μέγα ἐκ πόντου, καὶ νέες δύο μακραὶ διαφθείρονται ἐν τῷ πλόῳ, καὶ κέρκουρος· οἱ δὲ ἄνθρωποι σώζονται ἀπονηξάμενοι, ὅτι οὐ πόρρω τῆς γῆς ὁ πλόος ἐγίνετο. (4) Ἀμφὶ δὲ μέσας νύκτας ἀναχθέντες πλώουσιν ἔστε ἐπὶ Κώκαλα, ἃ τοῦ αἰγιαλοῦ, ἔνθεν ὡρμήθησαν, ἀπεῖχε σταδίους διηκοσίους· καὶ αἱ μὲν νέες σαλεύουσαι ὥρμεον, τὰ πληρώματα δὲ ἐκβιβάσας Νέαρχος πρὸς τῇ γῇ ηὐλίσθη, ὅτι ἐπὶ πολλὸν τεταλαιπωρηκότες ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀναπαύσασθαι ἐπόθεον· στρατόπεδον δὲ περιεβάλλετο τῶν βαρβάρων τῆς φυλακῆς ἕνεκα. (5) Ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ Λεοννάτος, ὅτῳ τὰ Ὠρειτέων ἐξ Ἀλεξάνδρου ἐπετέτραπτο, μάχῃ μεγάλῃ νικᾷ Ὠρείτας τε καὶ ὅσοι Ὠρείτῃσι συνεπέλαβον τοῦ ἔργου· καὶ κτείνει αὐτῶν ἑξακισχιλίους, καὶ τοὺς ἡγεμόνας πάντας· τῶν δὲ σὺν Λεοννάτῳ ἱππέες μὲν ἀποθνήσκουσι πεντεκαίδεκα, τῶν δὲ πεζῶν ἄλλοι τε οὐ πολλοὶ καὶ Ἀπολλοφάνης ὁ Γαδρωσίων σατράπης. (6) Ταῦτα μὲν δὴ ἐν τῇ ἄλλῃ ξυγγραφῇ ἀναγέγραπται, καὶ ὅκως Λεοννάτος ἐπὶ τῷδε ἐστεφανώθη πρὸς Ἀλεξάνδρου χρυσέῳ στεφάνῳ ἐν Μακεδόσιν. (7) Ἐνταῦθα σῖτος ἦν νενεμημένος κατὰ πρόσταγμα Ἀλεξάνδρου ἐς ἐπισιτισμὸν τῷ στρατῷ· καὶ ἐμβάλλονται σιτία ἡμερέων δέκα ἐς τὰς νέας· (8) καὶ τῶν νεῶν ὅσαι πεπονήκεσαν κατὰ τὸν πλόον μέχρι τοῦδε ἐπεσκεύασαν· καὶ τῶν ναυτέων ὅσοι ἐν τῷ ἔργῳ βλακεύειν ἐφαίνοντο Νεάρχῳ, τούτους μὲν πεζῇ ἄγειν Λεοννάτῳ ἔδωκεν· αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν σὺν Λεοννάτῳ στρατιωτέων συμπληροῖ τὸ ναυτικόν.

versi sunt. (10) Insula apud portum est eminens ac deserta; circa hanc ostreorum atque omnis generis piscium piscatus erat. Huc usque pertinent Arabies, ultimi Indorum hac in parte habitantium; ulteriora Oritæ tenent.

CAP. XXIII.

Ab ostio itaque Arabis digressi, Oritarum regionem præternavigantes, ad Pagala CC circiter stadia emensi stationem habuere, ad locum æstuosum quidem, sed ancoris jaciendis idoneum. Remiges igitur in navibus manebant; quidam vero aquatum egressi aquam attulerunt. (2) Postridie inde cum luce digressi, et circiter CCCXXX stadia emensi sub vesperum in Cabana perveniunt, classemque ad littus desertum locant; ibi æstus maris violentus erat, quam ob rem in alto naves stationem tenuerunt. (3) In hac navigatione quum ingens ventorum vis classi a mari incumberet, duæ naves longæ et cercurus perierunt : viri natatu evaserunt; quia navigatio non procul a terra fiebat (4) Sub mediam vero noctem provecti navigant usque ad Cocala, quæ a littore, unde digressi erant, ducentis stadiis aberant; ac naves quidem in salo ancoris nitebantur. Nearchus autem sociis navalibus in terram expositis ibi castra posuit : siquidem multo navigationis labore defatigati refici desiderabant. Castra vallo adversus barbarorum incursum munit. (5) Hoc in loco Leonnatus, cui Oritarum res Alexander commiserat, magno prælio Oritas vicit, et quotquot sese Oritis conjunxerant : cæsis VI M, ducibusque eorum omnibus; a Leonnati partibus, equitibus XV, peditibus non multis, et Apollophane Gadrosiorum satrapa desideratis. (6) Sed hæc in altera historia a nobis conscripta sunt; eaque de causa Leonnatum aurea corona ab Alexandro inter Macedones coronatum fuisse. (7) Eo etiam loci frumentum ab Alexandro in commeatum exercitus procuratum erat. In decem itaque dies frumentum in naves invehunt. (8) Naves in navigatione huc usque quassatas reficiunt; ex nautis qui segniores Nearcho in opere esse videbantur, hos quidem terrestri itinere ducendos Leonnato dedit; ipse vero milites in nautarum supplementum ex Leonnati copiis delegit.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Ἐνθένδε ὁρμηθέντες ἔπλωον ἀκραεί· καὶ διελθόντες σταδίους ἐς πεντακοσίους ὡρμίζοντο πρὸς ποταμῷ χειμάῤῥῳ· Τόμηρος οὔνομα ἦν τῷ ποταμῷ. (2) Καὶ λίμνη ἦν ἐπὶ τῇσιν ἐκβολῇσι τοῦ ποταμοῦ· τὰ δὲ βραχέα τὰ πρὸς τῷ αἰγιαλῷ ἐπῴκεον ἄνθρωποι ἐν καλύβῃσι πνιγηρῇσι· καὶ οὗτοι ὡς προσπλώοντας εἶδον, ἐθάμβησάν τε καὶ παρατείναντες σφᾶς παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐτάχθησαν ὡς ἀπομαχούμενοι πρὸς τοὺς ἐκβαίνοντας· (3) λόγχας δὲ ἐφόρεον παχέας, μέγεθος ὡς ἑξαπήχεας· ἀκωκὴ δὲ οὐκ ἐπῆν σιδηρέη, ἀλλὰ τὸ ὀξὺ αὐτῇσι πεπυρακτωμένον τὸ αὐτὸ ἐποίεε· πλῆθος δὲ ἦσαν ὡς ἑξακόσιοι· (4) καὶ τούτους Νέαρχος ὡς ὑπομένοντάς τε καὶ παρατεταγμένους κατεῖδε, τὰς μὲν νέας ἀνακωχεύειν κελεύει ἐντὸς βέλεος, ὡς τὰ τοξεύματα ἐς τὴν γῆν ἀπ' αὐτῶν ἐξικνέεσθαι· αἱ γὰρ τῶν βαρβάρων λόγχαι παχέαι φαινόμεναι ἀγχέμαχοι μὲν, ἄφοβοι δὲ ἐς τὸ ἀκοντίζεσθαι ἦσαν. (5) Αὐτὸς δὲ τῶν στρατιωτέων ὅσοι αὐτοί τε κουφότατοι καὶ κουφότατα ὡπλισμένοι τοῦ τε νέειν δαημονέστατοι, τούτους δὲ ἐκνήξασθαι κελεύει ἀπὸ ζυνθήματος· (6) πρόσταγμα δὲ σφίσιν ἦν, ὅκως τις ἐκνηξάμενος σταίη ἐν τῷ ὕδατι, προσμένειν τὸν παραστάτην οἱ ἐσόμενον· μηδ' ἐμβάλλειν πρόσθεν πρὸς τοὺς βαρβάρους, πρὶν ἐπὶ τριῶν ἐς βάθος ταχθῆναι τὴν φάλαγγα· τότε δὲ δρόμῳ ἤδη ἰέναι ἐπαλαλάξαντας. (7) Ἅμα δὲ ἐῤῥίπτεον ἑωυτοὺς οἱ ἐπὶ τῷδε τεταγμένοι ἐκ τῶν νεῶν ἐς τὸν πόντον, καὶ ἐνήχοντο ὀξέως, καὶ ἵσταντο ἐν κόσμῳ, καὶ φάλαγγα ἐκ σφῶν ποιησάμενοι ὁρόμῳ ἐπῄεσαν αὐτοί τε ἀλαλάζοντες τῷ Ἐνυαλίῳ, καὶ οἱ ἐπὶ τῶν νεῶν ξυνεπηχέοντες, τοξεύματά τε καὶ ἀπὸ μηχανέων βέλεα ἐφέροντο ἐς τοὺς βαρβάρους· (8) οἱ δὲ τήν τε λαμπρότητα τῶν ὅπλων ἐκπλαγέντες καὶ τῆς ἐφόδου τὴν ὀξύτητα, καὶ πρὸς τῶν τοξευμάτων τε καὶ τῶν ἄλλων βελέων βαλλόμενοι οἷα δὴ ἡμίγυμνοι ἄνθρωποι, οὐδὲ ὀλίγον ἐς ἀλκὴν τραπέντες ἐγκλίνουσι· καὶ οἱ μὲν αὐτοῦ φεύγοντες ἀποθνήσκουσιν, οἱ δὲ καὶ ἁλίσκονται· ἔστι δὲ οἳ καὶ διέφυγον ἐς τὰ ὄρεα. (9) Ἦσαν δὲ οἱ ἁλόντες τά τε ἄλλα σώματα δασέες καὶ τὰς κεφαλὰς, καὶ τοὺς ὄνυχας θηριώδεες· τοῖς γὰρ δὴ ὄνυξιν ὅσα σιδήρῳ διαχρᾶσθαι ἐλέγοντο, καὶ τοὺς ἰχθύας τούτοισι παρασχίζοντες κατεργάζεσθαι, καὶ τῶν ξύλων ὅσα μαλακώτερα· τὰ δὲ ἄλλα τοῖσι λίθοισι τοῖσιν ὀξέσιν ἔκοπτον· σίδηρος γὰρ αὐτοῖσιν οὐκ ἦν. Ἐσθῆτα δὲ ἐφόρεον δέρματα θήρεια· οἱ δὲ καὶ ἰχθύων τῶν μεγάλων τὰ παχέα.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Ἐνταῦθα νεωλκέουσι τὰς νέας, καὶ ὅσαι πεπονηκυῖαι αὐτέων ἐπισκευάζουσι. Τῇ δὲ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἐστέλλοντο, καὶ πλώσαντες σταδίους ἐς τριηκοσίους ἀπικνέονται ἐς

CAP. XXIV.

Inde secundo vento delati per quingenta stadia ad fluvium quendam torrentem pervenerunt : Tomerus fluvio nomen est. (2) Ad ejus exitum stagnum erat, et circa vada littori propinqua homines angusta quædam tuguria incolebant; qui ut classem appellentem viderunt, attoniti sese ad littus extenderunt, et aciem instruebant, veluti pugnam cum exscensuris commissuri. (3) Lanceas gerebant crassas, VI cubitos longas. Cuspis ferrea non erat, sed igne tosta atque acuta eandem vim et efficaciam exserebat. Erant hi circiter DC : (4) quos ut Nearchus subsistere instructa acie vidit, classem intra teli jactum in alto stare imperat, ita ut tela e navibus in terram pervenire possent. Crassæ enim barbarorum lanceæ ad pugnam cominus conserendam aptæ erant, eminus vero parum metuendæ videbantur. (5) Tum ex militibus qui expeditissimi levissimeque armati essent et nandi peritissimi, signo dato enatare jubet : mandatis additis, ut, prout quisque enatarit, in aqua subsistens socium exspectet : neque prius in hostem impetum faciant, quam triplici ordine acies instructa sit; tum cursim, clamoreque sublato in eos ferantur. (7) Confestim itaque qui ad hoc designati erant, sese e navibus in mare conjiciunt, celeriterque enatant. Deinde in ordinem redacti, instructa phalange, magnis clamoribus editis cursim barbaros petunt, et qui in navibus erant etiam acclamabant, telaque et e machinis jacula mittebant. (8) Barbari armorum splendore et insultus celeritate attoniti quum sagittis aliisque telis undique peterentur, utpote seminudi, confestim non exspectato conflictu in fugam vertuntur. Alii in ea fuga cæsi, alii capti : nonnulli in montes fugerunt. (9) Erant vero captivi tum reliquo corpore, tum etiam capite hirti; unguibus autem quasi ferinis : siquidem unguibus loco ferri uti dicebantur, piscesque iis discindentes interficere; ligna etiam molliora iis secabant : ad duriora saxis acutis utebantur : ferrum enim apud eos non erat. Ferarum, et quidam etiam crassioribus grandium piscium pellibus sese vestiebant.

CAP. XXV.

Nearchus hic naves in littus subduci, quassatasque refici jubet. Sexto die navigationem repetunt : trecentisque stadiis emensis in locum quendam perveniunt, qui Oritarum

χῶρον, ὃς δὴ ἔσχατος ἦν τῆς Ὠρειτέων γῆς· Μάλανα τῷ χώρῳ οὔνομα. (2) Ὠρεῖται δὲ ὅσοι ἄνω ἀπὸ θαλάσσης οἰκέουσιν, ἐσταλμένοι μὲν κατάπερ οἱ Ἰνδοί εἰσι, καὶ τὰ ἐς πόλεμον ὡσαύτως παραρτέονται· γλῶσσα δὲ ἄλλη αὐτοῖσι καὶ ἄλλα νόμαια. (3) Μῆκος τοῦ παράπλου παρὰ μὲν χώρην τὴν Ἀραβίων ἐς χιλίους μάλιστα σταδίους, ἔνθενπερ ὡρμήθησαν, παρὰ δὲ τὴν Ὠρειτέων γῆν ἑξακόσιοι καὶ χίλιοι. (4) Παραπλωόντων δὲ τὴν Ἰνδῶν γῆν (τὸ ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτι Ἰνδοί εἰσι) λέγει Νέαρχος ὅτι αἱ σκιαὶ αὐτοῖσιν οὐ ταὐτὸ ἐποίεον· (5) ἀλλὰ ὅκου μὲν ἐπὶ πολλὸν τοῦ πόντου ὡς πρὸς μεσημβρίην προχωρήσειαν, αἵδε καὶ αὐταὶ αἱ σκιαὶ πρὸς μεσημβρίην τετραμμέναι ἐφαίνοντο, ὁκότε δὲ τὸ μέσον τῆς ἡμέρης ἐπέχοι ὁ ἥλιος, ἤδη δὲ καὶ ἔρημα σκιῆς πάντα ὤφθη αὐτοῖσι, (6) τῶν τε ἀστέρων ὅσους πρόσθεν μετεώρους κατεώρων, οἱ μὲν ἀφανέες πάντη ἦσαν, οἱ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ ἐφαίνοντο, καταδύνοντές τε καὶ αὐτίκα ἀνατέλλοντες οἱ πάλαι ἀειφανέες ἐόντες. (7) Καὶ ταῦτα οὐκ ἀπεικότα δοκέει μοι ἀναγράψαι Νέαρχος, ἐπεὶ καὶ ἐν Συήνῃ τῇ Αἰγυπτίῃ, ἐπεὰν τροπὰς ἄγῃ θέρεος ὥρης ὁ ἥλιος, φρέαρ ἀποδεδειγμένον ἐστὶ, καὶ τοῦτο ἄσκιον ἐν μεσημβρίῃ φαίνεται· ἐν Μερόῃ δὲ πάντα ἄσκια τῇ αὐτῇ ὥρῃ· (8) εἰκὸς ὦν καὶ ἐν Ἰνδοῖσιν, ἅτε πρὸς μεσημβρίην ᾠκισμένοισι, τὰ αὐτὰ δὴ πάθεα ἐπέχειν, καὶ μάλιστα δὴ κατὰ τὸν πόντον τὸν Ἰνδικὸν, ὅσῳ μᾶλλον αὐτοῖσιν ἡ θάλασσα πρὸς μεσημβρίην κέκλιται. Ταῦτα μὲν δὴ ὧδε ἐχέτω.

ΚΕΦ. ΚϚ'.

Ἐπὶ δὲ Ὠρείτῃσι κατὰ μὲν μεσογαίην Γαδρώσιοι ἐπεῖχον· ὧν τὴν χώρην χαλεπῶς διεξῆλθεν ἅμα τῇ στρατιῇ Ἀλέξανδρος, καὶ κακὰ τοσαῦτα ἔπαθεν, ὅσα οὐδὲ τὰ ξύμπαντα τῆς συμπάσης στρατηλασίης· ταῦτά μοι ἐν τῇ μέζονι ξυγγραφῇ ἀναγέγραπται. (2) Κάτω δὲ Γαδρωσίων παρὰ τὴν θάλασσαν αὐτὴν οἱ Ἰχθυοφάγοι καλεόμενοι οἰκέουσι· παρὰ τούτων τὴν γῆν ἔπλωον· τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρῃ περὶ τὴν δευτέρην φυλακὴν ἀναχθέντες καταίρουσιν εἰς Βαγίσαρα· στάδιοι τοῦ παράπλου ἑξακόσιοι. (3) Λιμήν τε ἔνι αὐτόθι εὔορμος, καὶ κώμη Πάσιρα, ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάσσης ἑξήκοντα σταδίους· καὶ οἱ πρόσοικοι αὐτῆς Πασιρέες. (4) Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην πρωϊαίτερον τῆς ὥρης ἀναχθέντες περιπλώουσιν ἄκρην ἐπὶ πολύ τε ἀνέχουσαν ἐς τὸν πόντον καὶ αὐτὴν ὑψηλὴν καὶ κρημνώδεα· (5) φρέατα δὲ ὀρύξαντες, ὕδωρ οὐκ ὀλίγον καίπερ πονηρὸν ἀρυσάμενοι ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρῃ ἐπὶ ἀγκυρέων ὥρμων, ὅτι ῥηχίη κατὰ τὸν αἰγιαλὸν ἀνεῖχεν. (6) Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην καταίρουσιν ἐς Κόλτα, σταδίους ἐλθόντες διηκοσίους. Ἔνθεν δὲ ἑωθεν πλώσαντες σταδίους ἑξακοσίους ἐν Καλύβοισιν ὁρμίζονται· κώμη πρὸς τῷ αἰγιαλῷ, φοίνικες δὲ περὶ αὐτὴν ὀλίγοι πεφύκεσαν, καὶ βάλανοι ἐπ' αὐτοῖσι χλωραὶ ἐπῆσαν· καὶ νῆσος ὡς ἑκατὸν σταδίους ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀπέχουσα, Καρνίνη οὔνομα. (7) Ἐνταῦθα ξείνια Νεάρχῳ

CAP. XXVI.

Post Oritas versus mediterraneam regionem Gadrosii habitant : quorum fines difficulter cum exercitu Alexander transiit, pluraque incommoda et damna accepit, quam in tota reliqua expeditione. Ea in majori opere a me conscripta sunt. (2) Infra Gadrosios loca maritima accolunt ii quos Ichthyophagos vocant; eorum oras præternavigarunt; quumque primo die ad secundam vigiliam solvissent, DC inde stadiis ad Bagisara delati sunt. (3) Portus iis in locis erat ad receptum classis commodus, pagusque Pasira, LX stadiis a mari distans : accolæ ejus Pasireenses. (4) Postridie quum maturius solvissent, promontorium aliquod longe in mare prominens altumque ac præruptum circumnavigant : (5) defossisque puteis aquam quidem multam sed pravam nacti illum quidem diem in ancoris substiterunt, quod littus æstuosum erat. (6) Postridie vero in Colta venerunt, CC stadiis emensis. Inde rursum sub lucem mota classe DC stadia progressi ad Calyba appellunt : pagus in littore erat, et circa eum paucæ palmæ, in quibus fructus erant virides. Erat ibi etiam insula centum a littore stadiis distans, Carnine dicta. (7) Ibi Nearcho pagi illius incolæ

προσφέρουσιν οἱ κωμῆται πρόβατα καὶ ἰχθύας· καὶ τῶν προβάτων τὰ κρέα λέγει ὅτι ἦν ἰχθυώδεα, ἴσα τοῖσι τῶν ὀρνίθων τῶν πελαγίων, ὅτι καὶ αὐτὰ ἰχθύων σιτέεται· ποίη γὰρ οὐκ ἔνι ἐν τῇ χώρῃ. (8) Ἀλλὰ τῇ ὑστεραίῃ πλώσαντες ἐς σταδίους διηκοσίους ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ καὶ κώμῃ ἀπὸ θαλάσσης ἐς σταδίους τριήκοντα ἀπεχούσῃ· ἡ μὲν κώμη Κίσσα ἐκαλέετο· Καρβὶς δὲ τῷ αἰγιαλῷ οὔνομα ἦν. (9) Ἐνταῦθα πλοίοισιν ἐπιτυγχάνουσι σμικροῖσιν, οἷα ἁλιέων εἶναι πλοῖα οὐκ εὐδαιμόνων· αὐτοὺς δὲ οὐ καταλαμβάνουσιν· ἀλλ' ἔφυγον γὰρ καθορμιζομένας κατιδόντες τὰς νέας. Σῖτός τε αὐτόθι οὐκ ἐνῆν, καὶ ὑπολελοίπει τὴν στρατιὴν ὁ πολλός· ἀλλὰ αἶγας ἐμβαλλόμενοι ἐς τὰς νέας, οὕτω δὴ ἀπέπλωον. (10) Καὶ περιπλώσαντες ἄκρην ὑψηλὴν ὅσον πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους ἀνέχουσαν ἐς τὸν πόντον, κατάγονται ἐν λιμένι ἀκλύστῳ· καὶ ὕδωρ αὐτόθι ἦν, καὶ ἁλιέες ᾤκεον· Μοσαρνὰ οὔνομα ἦν τῷ λιμένι.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Ἔνθεν δὲ καὶ ἡγεμὼν τοῦ πλόου λέγει Νέαρχος ὅτι συνέπλωσεν αὐτοῖσιν, Ὑδράκης οὔνομα, Γαδρώσιος· ὑπέστη δὲ Ὑδράκης καταστήσειν αὐτοὺς μέχρι Καρμανίης. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε οὐκέτι χαλεπὰ ἦν, ἀλλὰ μᾶλλόν τι ὀνομαζόμενα, ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικόν. (2) Ἐκ δὲ Μοσαρνῶν νυκτὸς ἐπάραντες πλώουσι σταδίους ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα ἐς Βάλωμον αἰγιαλόν· ἔνθεν δὲ ἐς Βάρνα κώμην σταδίους τετρακοσίους, ἵνα φοίνικές τε πολλοὶ ἐνῆσαν καὶ κῆπος· καὶ ἐν τῷ κήπῳ μύρσιναι ἐπεφύκεσαν, καὶ ἄλλα ἄνθεα, ἀπ' ὅτων στεφανώματα τοῖσι κωμήτῃσιν ἐπλέκοντο· ἐνταῦθα πρῶτον δένδρεά τε εἶδον ἥμερα, καὶ ἀνθρώπους οὐ πάντη θηριώδεας ἐποικέοντας. (3) Ἐνθένδε ἐς διηκοσίους σταδίους περιπλώσαντες καταίρουσιν ἐς Δενδρώβοσα, καὶ αἱ νέες ἐπ' ἀγκυρέων ἐσάλευσαν. (4) Ἐνθένδε ἀμφὶ μέσας νύκτας ἄραντες ἐς Κώφαντα λιμένα ἀπίκοντο, τετρακοσίους μάλιστα σταδίους διεκπλώσαντες· (5) ἐνταῦθα ἁλιέες τε ᾤκεον, καὶ πλοῖα αὐτοῖσιν ἦν σμικρὰ καὶ πονηρά· καὶ τῇσι κώπῃσιν οὐ κατὰ σκαλμὸν ἤρεσσον ὡς ὁ Ἑλλήνων νόμος, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ποταμῷ τὸ ὕδωρ ἐπιβάλλοντες ἔνθεν καὶ ἔνθεν, κατάπερ οἱ σκάπτοντες τὴν γῆν· ὕδωρ δὲ πολλόν τε ἦν ἐν τῷ λιμένι καὶ καθαρόν. (6) Περὶ δὲ πρώτην φυλακὴν ἄραντες καταίρουσιν ἐς Κύϊζα, ἐς ὀκτακοσίους σταδίους διεκπλώσαντες· ἵνα αἰγιαλός τε ἔρημος ἦν καὶ ῥηχίη. Αὐτοὶ ὦν ἐπ' ἀγκυρέων ὥρμεον, κατὰ νέα τε δεῖπνον ἐποιέοντο. (7) Ἐνθένδε διεκπλώσαντες σταδίους πεντακοσίους ἀπίκοντο ἔς τινα πόλιν σμικρὴν, οἰκεομένην ἐπὶ γηλόφου οὐ πόρρω τοῦ αἰγιαλοῦ. (8) Καὶ Νέαρχος ἐπιφρασθεὶς ὅτι σπείρεσθαι τὴν χώρην εἰκὸς, λέγει πρὸς Ἀρχίην (ὃς ἦν Ἀναξιδότου μὲν παῖς, Πελλαῖος, συνέπλωε δὲ Νεάρχῳ, τῶν ἐν αἴνῃ ἐὼν Μακεδόνων) πρὸς τοῦτον λέγει, ὅτι καταληπτέον σφίσιν εἴη τὸ χωρίον·

hospitalitia munera offerunt oves et pisces. Ovium illarum carnes ait piscosas fuisse, quemadmodum sunt avium marinarum, quum et ipsæ oves piscibus alerentur. Gramen enim ea regio non habet. (8) At postridie cc stadia emensi ad littus appulerunt, pagumque repererunt xxx stadiis a mari distantem; pago Cissa nomen erat: littori Carbis. (9) Hoc loco parvulæ quædam cymbæ repertæ sunt, quales esse solent piscatorum minime opulentorum; piscatores ipsos non repererunt; fugerant enim simulac naves appellentes viderant. Frumentum ibi nullum erat, et jam deficere exercitum cœpit annonæ copia. Igitur capris in naves abductis recesserunt. (10) Inde promontorium quoddam altum ad CL stadia in mare porrectum circumvecti in portum minime procellosum venerunt. Ibi et aqua erat, et piscatores habitabant: Mosarna portui nomen erat.

CAP. XXVII.

Hinc scribit Nearchus ducem navigationis, Hydracem nomine, Gadrosium, una cum ipsis navigasse: pollicitumque esse se illos usque ad Carmaniam delaturum. Omnis abhinc ad sinum Persicum tractus non ita difficilis navigatu est: sed multo priore celebrior. (2) Mota ex Mosarnis per noctem classe, DCCL stadia emensi ad Balomum littus delati sunt: atque inde in Barna vicum, stadiis abinde cccc, in quo frequentes palmæ erant, et hortus. In horto myrti nascebantur, variique flores, e quibus corollas texebant pagani. Hoc primum in loco arbores cultas, hominesque non omnino feros repererunt. (3) Inde cc stadia provecti ad Dendrobosa appulerunt; naves ibi in salo substiterunt. (4) Hinc sub mediam noctem solventes in Cophanta portum pervenerunt, cccc circiter stadia emensi. (5) Hic et piscatores degebant, parvisque et vilibus navigiis utebantur, et remis non per scalmos dispositis, ut Græcorum mos est, remigabant: sed hinc atque hinc, sicut in flumine, aquam undis injicientes, sicut qui terram fodiunt. In hoc portu aquam et multam et puram invenerunt. (6) Inde ad primam noctis vigiliam solventes ad Cyiza pernerunt, DCCC stadia emensi: quumque littus desertum ac æstuosum esset, jactis in salo ancoris substiterunt, atque in navibus corpora curarunt. (7) Inde provecti ad quingenta stadia, in parvum quoddam oppidum venerunt, in colle non procul a littore situm. (8) Nearchus verisimile ratus eam regionem cultam esse, Archiæ Anaxidoti filio, Pellæo, qui inter Macedones celebris cum Nearcho navigabat, ait, videri sibi oppidum occupandum esse.

(9) ἐκόντας τε γὰρ οὐκ ἂν οἴεσθαι δοῦναι τῇ στρατιῇ σιτία, βίῃ τε οὐκ οἷόν τε εἶναι ἐξαιρέειν, πολιορκίης δὲ καὶ τριβῆς δεήσειν· σφᾶς δὲ ἐπιλελοιπέναι τὰ σιτία· ὅτι δὲ ἡ γῆ σιτοφόρος, τῇ καλάμῃ τεκμηριοῦσθαι, ἥντινα οὐ πόρρω τοῦ αἰγιαλοῦ ἀφεώρων βαθέην. (10) Ταῦτα ἐπεὶ σφίσιν ἐδόκεε, τὰς μὲν ἄλλας νέας κελεύει παραρτέεσθαι ὡς ἐς πλόον· καὶ ὁ Ἀρχίης αὐτῷ ἐξήρτυε τὰ ἐς τὸν πλόον· αὐτὸς δὲ ὑπολειφθεὶς μετὰ μιῆς νεὸς ἐπὶ θέαν ὁππόθεν τῆς πόλιος ἦει.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Προσάγοντι δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ τείχεα φιλίως ξείνια ἔφερον ἐκ τῆς πόλιος θύννους τε ἐν κριβάνοισιν ὀπτούς (οὗτοι γὰρ ἔσχατοι τῶν Ἰχθυοφάγων οἰκέοντες πρῶτοι αὐτοῖσιν ὤφθησαν οὐκ ὠμοφαγέοντες) καὶ πέμματα ὀλίγα καὶ βαλάνους τῶν φοινίκων. (2) Ὁ δὲ ταῦτα μὲν ἀσμένως δέκεσθαι ἔφη, ἐθέλειν δὲ θεήσασθαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ εἶσω παρελθεῖν. (3) Ὡς δὲ εἴσω πυλῶν παρῆλθε, δύο μὲν τῶν τοξοτέων κατέχειν κελεύει τὴν πυλίδα, αὐτὸς δὲ μετὰ δύο ἄλλων καὶ τοῦ ἑρμηνέος ἐπὶ τὸ τεῖχος τὸ ταύτῃ ἀνελθὼν ἐσήμηνε τοῖσιν ἀμφὶ τὸν Ἀρχίην ὅπως συνέκειτο, τὸν μὲν ὦν σημῆναι, τὸν δὲ συμβαλόντα ποιέειν τὸ τεταγμένον. (4) Ἰδόντες δὲ τὸ σημήϊον οἱ Μακεδόνες ἐπώκελλόν τε κατὰ τάχος τὰς νέας καὶ ἐξεπήδων σπουδῇ ἐς τὴν θάλασσαν· οἱ δὲ βάρβαροι ἐκπλαγέντες τοῖσι γινομένοισιν ἐπὶ τὰ ὅπλα ἔθεον· (5) ὁ δὲ ἑρμηνεὺς ὁ σὺν Νεάρχῳ ἐκήρυσσε σῖτον διδόναι τῇ στρατιῇ, εἰ σώην ἐθέλωσιν ἔχειν τὴν πόλιν· οἱ δὲ ἠρνέοντο εἶναι σφίσι, καὶ ἅμα προσέβαλον τῷ τείχεϊ· ἀλλὰ ἀνέστελλον αὐτοὺς οἱ τοξόται οἱ ἀμφὶ τὸν Νέαρχον, ἐξ ὑπερδεξίου τοξεύοντες. (6) Ὡς δὲ ἔμαθον ἐχομένην τε ἤδη καὶ ὅσον οὔπω ἀνδραποδισθησομένην σφίσι τὴν πόλιν, τότε δὲ δὴ ἐδέοντο τοῦ Νεάρχου, τὸν μὲν σῖτον ὅσπερ ἦν αὐτοῖσι λαβόντα ἀπάγειν, τὴν πόλιν δὲ μὴ διαφθεῖραι. (7) Νέαρχος δὲ τὸν μὲν Ἀρχίην κελεύει καταλαβεῖν τὰς πύλας καὶ τὸ κατ' αὐτὰς τεῖχος· αὐτὸς δὲ συμπέμπει τοὺς κατοψομένους τὸν σῖτον, εἰ ἀδόλως δεικνύουσιν. (8) Οἱ δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἰχθύων τῶν ὀπτῶν ἀληλεσμένον ἄλευρον πολὺ ἐδείκνυσαν, πυροὺς δὲ καὶ κριθὰς ὀλίγας· καὶ γὰρ καὶ ἐτύγχανον σίτῳ μὲν τῷ ἀπὸ τῶν ἰχθύων, τοῖσι δὲ ἄρτοισιν ὅσα ὄψῳ διαχρεόμενοι. (9) Ὡς δὲ τὰ ἐόντα ἐπεδείκνυον, οὕτω δὴ ἐκ τῶν παρεόντων ἐπισιτισάμενοι ἀνήγοντο, καὶ ὁρμίζονται πρὸς ἄκρην, ἥντινα οἱ ἐπιχώριοι ἱρὴν ἡλίου ἦγον· οὔνομα τῇ ἄκρῃ Βάγεια.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Ἐνθένδε ἀμφὶ μέσας νύκτας ἄραντες διεκπλώουσι σταδίους ἐς χιλίους ἐς Ταλμενα λιμένα εὔορμον· ἐνθένδε ἐς Κανασίδα πόλιν ἐρήμην σταδίους ἐς τετρακοσίους,

(9) Oppidanos enim sua sponte frumenta exercitui daturos se non putare: vi autem capi non posse, sed diuturna obsidione opus fore. Se vero jam frumentis destitui. Frugiferam autem regionem esse inde colligi, quod densos culmos non procul a littore vidissent. (10) Quum itaque id consilium eis probaretur, reliquas quidem naves veluti ad navigationem instrui jubet, et Archiæ ejus rei negotio dato ipse cum una nave ad speculandum oppidum processit.

CAP. XXVIII.

Quumque ad muros appelleret, amice oppidani hospitalitatis ipsi dona, thynnos nimirum in clibanis tostos (hi enim extremi Ichthyophagorum primi visi sunt, qui crudis piscibus non vescerentur) atque placentulas paucas et palmarum caricas adferebant. (2) Quæ quidem Nearchus se libenter accipere dixit; cupere vero urbem visere: quod quum illi non recusarent, quum jam portas ingressus esset, duos sagittarios ut occupatam teneant portulam, jubet. Ipse cum aliis duobus et interprete in murum qui ab ea parte erat conscendens Archiæ signum dat, quemadmodum inter eos convenerat: et simulac hic quidem signum ederet, ille statim intellecta re id quod statutum erat faciebat. (4) Macedones conspecto signo confestim naves applicant, summaque celeritate in mare prosiliunt. Barbari hisce rebus perculsi ad arma confugiunt. (5) Interpres vero, qui Nearcho aderat, proclamabat, ut frumentum exercitui darent, si salvam urbem vellent. Negabant illi primo sibi frumentum esse, simulque in murum impetum faciebant. At a sagittariis, qui Nearcho aderant, telis ex edito loco in eos missis facile repulsi sunt. (6) Postquam vero captam jam esse urbem senserunt, ac direptioni proximam, tum demum Nearcho supplices facti, ut frumento quod in urbe esset accepto discedat oppidoque parcat, orant. (7) Nearchus Archiam portas et murum circa eas occupare jubet: ipse alios per urbem una cum incolis mittit qui explorent, an citra fraudem quicquid frumenti haberent ostenderent. (8) Atque illi quidem multam farinam ex tostis piscibus molitam ostenderunt: frumenti vero atque hordei parum. Siquidem farina piscium pro frumento, panibus vero pro opsonio utebantur. (9) Postquam vero omne frumentum ostenderunt, ex præsentia quantum poterant frumento convecto solvebant, et ad promontorium appellebant, quod indigenæ Soli sacram opinabantur. Nomen ei erat Bagia.

CAP. XXIX.

Inde sub mediam noctem solventes mille stadia emensi in Talmena tutum a ventis portum venerunt. Hinc in Canasida urbem desertam cccc stadiis inde distantem; ubi

ἵνα τινὶ φρέατι ὀρυκτῷ ἐπιτυγχάνουσι, καὶ φοίνικες ἄγριοι ἐπεφύκεσαν· τούτων τοὺς ἐγκεφάλους κόπτοντες ἐσιτέοντο· (2) σῖτος γὰρ ἐπιλελοίπει τὴν στρατιήν· καὶ κακῶς ἤδη ὑπὸ λιμοῦ ἔχοντες ἔπλωον τήν τε ἡμέρην καὶ τὴν νύκτα, καὶ ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ ἐρήμῳ. (3) Νέαρχος δὲ καταδείσας μὴ ἄρα ἐς τὴν γῆν ἐκβάντες ἀπολείποιεν τὰς νέας ὑπὸ ἀθυμίης, ἐπὶ τῷδε μετεώρους ἔσχε τὰς νέας ἐπ' ἀγκυρέων. (4) Ἐνθένδε ἀναχθέντες ἐς Κανάτην ὁρμίζονται, σταδίους ὡς ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα διεκπλώσαντες. Ἔστι δὲ καὶ αἰγιαλὸς ἐν αὐτῷ καὶ διώρυχες βραχέαι. (5) Ἐνθενδε δὲ σταδίους ὀκτακοσίους πλώσαντες ἐν Τροῖσιν ὁρμίζονται· κῶμαι δὲ σμικραὶ καὶ πονηραὶ ἐπῆσαν· καὶ οἱ μὲν ἄνθρωποι ἐκλείπουσι τὰ οἰκήια, αὐτοὶ δὲ σίτῳ τινὶ ὀλίγῳ ἐπιτυγχάνουσι, καὶ βαλάνοισιν ἐκ φοινίκων· καὶ καμήλους ἑπτὰ ὅσαι ἐγκατελείφθησαν κατακόψαντες, ἀπὸ τουτέων τὰ κρέα ἐσιτέοντο. (6) Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἀναχθέντες σταδίους τριηκοσίους πλώουσι, καὶ κατορμίζονται ἐς Δαγάσειρα· ἔνθα νομάδες τινὲς ἄνθρωποι ᾤκεον. (7) Ἔνθεν δὲ ἄραντες τήν τε νύκτα καὶ τὴν ἡμέρην οὐδέν τι ἐλινύοντες ἔπλωον· ἀλλὰ διελθόντες γὰρ σταδίους χιλίους τε καὶ ἑκατὸν ἐξέπλωσαν τὸ ἔθνος τῶν Ἰχθυοφάγων, πολλὰ κακὰ ταύτῃ παθόντες ἀπορίῃ τῶν ἀναγκαίων. (8) Ὁρμίζονται δὲ οὐ πρὸς τῇ γῇ· ῥηχίη γὰρ ἦν ἐπὶ πολλὸν ἀνέχουσα, ἀλλὰ μετέωροι ἐπ' ἀγκυρέων· μῆκος τοῦ παράπλου τῶν Ἰχθυοφάγων τῆς χώρης ὀλίγῳ πλεῦνες στάδιοι καὶ μύριοι. (9) Οὗτοι δὲ οἱ Ἰχθυοφάγοι σιτέονται, κατότι περ καὶ κληΐζονται, ἰχθύας· ὀλίγοι μὲν αὐτῶν ἁλιεύοντες τοὺς ἰχθύας· ὀλίγοισι γὰρ καὶ πλοῖα ἐπὶ τῷδε πεποίηται καὶ τέχνη ἐξεύρηται ἐπὶ τῇ θήρῃ τῶν ἰχθύων, τὸ πολλὸν δὲ ἡ ἀνάπωτις αὐτοῖσι παρέχει. (10) Οἱ δὲ καὶ δίκτυα ἐπὶ τῷδε πεποίηνται, μέγεθος καὶ ἐς δύο σταδίους τὰ πολλὰ αὐτῶν· πλέκουσι δὲ αὐτὰ ἐκ τοῦ φλοιοῦ τῶν φοινίκων, στρέφοντες τὸν φλοιὸν ὥσπερ λίνον· (11) ἐπεὰν δὲ ἡ θάλασσα ὑπονοστήσῃ, καὶ γῆ ὑπολειφθῇ, ἵνα μὲν ξηρὴ ἡ γῆ ὑπολείπεται, ἐρήμη τὸ πολλόν ἐστιν ἰχθύων· ἔνθα δὲ βαθέα ἐστὶν, ὑπολείπεταί τι τοῦ ὕδατος, καὶ ἐν τῷδε κάρτα πολλοὶ ἰχθύες· οἱ μὲν πολλοὶ σμικροὶ αὐτῶν, οἱ δὲ καὶ μέζονες· τούτοισι περιβάλλοντες τὰ δίκτυα αἱρέουσι. (12) Σιτέονται δὲ ὠμοὺς μὲν, ὅκως ἀνειρύουσιν ἐκ τοῦ ὕδατος, τοὺς ἁπαλωτάτους αὐτῶν· τοὺς δὲ μέζονάς τε καὶ σκληροτέρους ὑπὸ ἡλίῳ αὐαίνοντες, εὖτ' ἂν ἀφαυανθῶσι, καταλοῦντες ἄλευρα ἀπ' αὐτῶν ποιέονται καὶ ἄρτους· οἱ δὲ μάζας ἐκ τούτων τῶν ἀλεύρων πέσσουσι. (13) Καὶ τὰ βοσκήματα αὐτοῖσι τοὺς ἰχθύας ξηροὺς σιτέονται· ἡ γὰρ χώρη ἔρημος λειμώνων, οὐδὲ ποίην φέρει. (14) Θηρεύουσι δὲ καὶ καράβους πολλαχῇ καὶ ὄστρεα καὶ τὰ κογχύλια· ἅλες δὲ αὐτόματοι γίνονται ἐν τῇ χώρῃ· ** ἀπὸ τούτων ἔλαιον ποιέουσιν. (15) Οἱ μὲν δὴ αὐτῶν ἐρήμους τόπους οἰκέουσιν, ἄδενδρόν τε τὴν χώρην καὶ ἄφορον καρπῶν ἡμέρων, τούτοισιν ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἡ πᾶσα δίαιτα πεποίηται· ὀλίγοι δὲ αὐτῶν σπείρουσιν ὅσον τῆς χώρης, καὶ τούτῳ κατάπερ ὄψῳ χρέονται

puteum quendam effossum repererunt, cui palmæ agrestes adnatæ erant; harum capita præcisa ederunt: (2) jam enim frumentum exercitui deerat. Urgente itaque fame totum illum diem et noctem navigarunt, et ad littus desertum appelluntur. (3) Nearchus veritus ne si in terram descenderent, præ desperatione naves desererent, eam ob rem in salo ancoras jaci jubet. (4) Inde solventes in Canaten venerunt, stadia DCCL emensi. Est ibi et littus vadosum, et fossæ exiguæ. (5) Inde digressi DCCC stadiis confectis ad Trœa appulerunt. Ad littus pagi quidam erant exigui atque inopes. Incolæ domos suas deseruerant. Paucum ibi frumenti et caricarum ex palmis nacti sunt. Camelis septem qui relicti fuerant cæsis, carnes eorum vorarunt. (6) Sub lucem repetita navigatione, stadia CCC emensi in Dagasira pervenerunt; quem locum quidam vagi homines incolebant. (7) Inde solventes integram noctem et diem nulla interposita mora navigarunt: stadiisque MC peractis fines Ichthyophagorum enavigarunt, magna rerum necessariarum penuria pressi. (8) Neque vero ad terram appulerunt; erant enim longo spatio æstus, sed jactis in salo ancoris substiterunt. Longitudo oræ Ichthyophagorum hac navigatione prætervecta, est paulo plus stadiorum XM. (9) Ichthyophagi vero hi piscibus vescuntur, unde etiam nomen traxerunt. Pauci vero ex iis piscatui student; pauci enim navigia ad eam rem habent, aut artem piscandi norunt: sed maximam partem recedente æstu marino captant. (10) Nonnulli etiam retia ad eam rem confecerunt, plurima tantæ magnitudinis ut ad duo stadia pertineant. Ea ex palmarum libris texunt, torquentes librum instar lini. (11) Quum vero mare recedit, terramque deserit, ubi illa sicca relinquitur, vacua plerumque piscibus est: sed ubi terra profundiori aliquo sinu aquam retinet, ibi magnam piscium copiam reperiunt. Ex his plerique parvi, alii etiam majores sunt: hos circumjectis retibus capiunt. (12) Et quidem teneriores, ut protrahunt eos ex aqua, crudos edunt: majores vero durioresque ad solem torrentes, simulac penitus tosti fuerint molentes in farinam redigunt, panemque ex ea conficiunt. Sunt qui polentam ex hisce farinis coquant. (13) Pecori etiam piscium farinam pabuli loco dant. Omnis enim illa regio pratis carens nullam herbam gignit. (14) Magnam etiam in his locis cancrorum, ostreorum et conchyliorum vim capiunt. Gignit quoque ea regio suapte natura salem, ** ex quibus oleum conficiunt. (15) Qui vero eorum loca deserta incolunt, et regionem nec arborum nec fructuum feracem, hi ex piscibus tantum vivunt; pauci serunt aliquantulum agri, atque ii panem opsonii

πρὸς τοὺς ἰχθύας· ὁ γὰρ σῖτος αὐτοῖσιν εἰσὶν ἰχθύες. (16) Οἰκία δὲ πεποίηνται οἱ μὲν εὐδαιμονέστατοι αὐτῶν, ὅσα κήτεα ἐκβάλλει ἡ θάλασσα, τούτων τὰ ὀστέα ἐπιλεγόμενοι, καὶ τούτοισιν ἀντὶ ξύλων χρεόμενοι· καὶ θύρας τὰ ὀστέα ὅσα πλατέα αὐτῶν ἁλίσκεται ἀπὸ τούτων ποιέονται· τοῖσι δὲ πολλοῖσι καὶ πενεστέροισιν ἀπὸ τῶν ἀκανθέων τῶν ἰχθύων τὰ οἰκία ποιέεται.

ΚΕΦ. Λ'.

Κήτεα δὲ μεγάλα ἐν τῇ ἔξω θαλάσσῃ βόσκεται, καὶ ἰχθύες πολλῷ μέζονες ἢ ἐν τῇδε τῇ εἴσω· (2) καὶ λέγει Νέαρχος, ὁκότε ἀπὸ Κυίζων παρέπλωον, ὑπὸ τὴν ἕω ὀφθῆναι ὕδωρ ἄνω ἀναφυσώμενον τῆς θαλάσσης, οἷά περ ἐκ πρηστήρων βίᾳ ἀναφερόμενον· (3) ἐκπλαγέντας δὲ σφᾶς πυνθάνεσθαι τῶν κατηγεομένων τοῦ πλόου ὅ τι εἴη καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦτο τὸ πάθημα· τοὺς δὲ ἀποκρίνασθαι ὅτι κήτεα ταῦτα φερόμενα κατὰ τὸν πόντον ἀναφυσᾷ ἐς τὸ ἄνω τὸ ὕδωρ· καὶ τοῖσι ναύτῃσιν ἐκπλαγεῖσιν ἐκ τῶν χειρῶν τὰ ἐρετμὰ ἐκπεσεῖν· (4) αὐτὸς δὲ ἐπιὼν παρακαλέειν τε καὶ θαρσύνειν, καὶ κατ' οὕστινας παραπλώων ἐγένετο, ἐς μέτωπόν τε κελεῦσαι καταστῆσαι ὡς ἐπὶ ναυμαχίῃ τὰς νέας, καὶ ἐπαλαλάζοντας ὁμοῦ τῷ ῥοθίῳ πυκνήν τε καὶ ξὺν κτύπῳ πολλῷ τὴν εἰρεσίην ποιέεσθαι· (5) οὕτως ἀναθαρσήσαντας ὁμοῦ δὴ πλώειν ἀπὸ ξυνθήματος· ὡς δὲ ἐπέλαζον ἤδη τοῖσι θηρίοισιν, ἐνταῦθα αὐτοὺς μὲν ὅσον αἱ κεφαλαὶ αὐτοῖσιν ἐχώρεον ἐπαλαλάξαι· τὰς δὲ σάλπιγγας σημῆναι, καὶ τὸν κτύπον ἀπὸ τῆς εἰρεσίης ὡς ἐπὶ μήκιστον κατασχεῖν· (6) οὕτω δὴ ὁρώμενα ἤδη κατὰ τὰς πρῴρας τῶν νεῶν τὰ κήτεα ἐς βυσσὸν δῦναι ἐκπλαγέντα, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον κατὰ τὰς πρύμνας ἀναδύντα ἀνασχεῖν, (7) καὶ τῆς θαλάσσης αὖθις ἀναφυσῆσαι ἐπὶ μέγα· ἔνθεν κρότους τε ἐπὶ τῇ παραλόγῳ σωτηρίῃ γενέσθαι τῶν ναυτέων, καὶ αἶνον ἐς τὸν Νέαρχον τῆς τε τόλμης καὶ τῆς σοφίης. (8) Τούτων μετεξέτερα τῶν κητέων ἐποκέλλειν πολλαχοῦ τῆς χώρης, ἐπειδὰν ἀνάπωτις κατάσχῃ ἐν τοῖσι βραχέσιν ἐχόμενα, τὰ δὲ καὶ ὑπὸ χειμώνων σκληρῶν ἐς τὴν γέρσον ἐξωθέεσθαι καὶ οὕτω δὴ καταση πόμενα ἀπόλλυσθαί τε καὶ τὰς σάρκας αὐτοῖσι περιῤῥεούσας ὑπολείπειν τὰ ὀστέα χρᾶσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία· (9) εἶναι δὲ ὧν τὰ μὲν ἐν τῇσι πλευρῇσιν αὐτῶν ὀστέα δοκοὺς τοῖσιν οἰκήμασιν ὅσα μεγάλα, τὰ δὲ σμικρότερα, στρωτῆρας· τὰ δὲ ἐν τῇσι σιαγόσι, ταῦτα δὲ εἶναι τὰ θύρετρα, οἷα δὴ πολλῶν καὶ εἰς εἴκοσι καὶ πέντε ὀργυιὰς ἀνηκόντων τὸ μέγεθος.

loco cum piscibus edunt; pisces enim ipsis loco frumenti sunt. (16) Domos in hunc modum ædificant. Qui ditissimi eorum sunt, balænarum quotquot mare ejicit ossa sumentes, iis loco tignorum utuntur: et ex grandioribus ossibus portas conficiunt. Plerique vero tenuioris fortunæ ex spinis piscium domos construunt.

CAP. XXX.

Cete vero ingentis magnitudinis in exteriore mari nascuntur, piscesque multo majores quam in hoc interiore. (2) Scribit etiam Nearchus quum ex Cyizis navigarent, sub auroram vidisse se aquam sursum e mari efflari, et tanquam turbinibus violenter in altum efferri, (3) perculsosque nautas percontatos esse ex ducibus navigationis quidnam esset et a quo fieret hæc res, eosque respondisse, cete esse, quæ in mari voluntantia aquam sursum efflent: nautisque attonitis remos e manibus excidisse. (4) Se vero adeuntem eos hortatum esse atque animasse, et ad quoscunque præternavigans accessisset jussisse, ut naves adversis proris veluti ad navalem pugnam instructis in eas dirigerent: utque denso agmine et magno strepitu remigantes una cum ipso remorum sonitu ingentes etiam clamores ederent. (5) Ita revocatis animis simul omnes signo dato remigationi incubuisse; quumque jam propiores belluis facti essent, quantum capita ferre poterant, acclamasse, tubasque clanxisse, et remorum pulsum latissime sonitum edidisse; (6) atque ita cete, quæ jam ad proras navium videbantur, exterrita in profundum sese abdidisse: neque multo post ad puppes emersisse, (7) rursumque magnam undarum vim sursum efflasse. Tum incredibilem nautarum ob inopinatam salutem applausum factum fuisse, Nearchi audaciam et prudentiam laudantium. (8) Nonnullæ vero harum balænarum interdum variis locis ad littus appelluntur, quæ recedente æstu in vadis hærent; aliæ a vehementibus tempestatibus in terram ejiciuntur, et sic putrefactæ ipsæ pereunt, et carnes earum decidentes ossa relinquunt hominibus ad domos exstruendas adhibenda. (9) Et laterum quidem ossa quæcunque majora in trabes ædium deliguntur; minora vero in tabulas: quæ in maxillis sunt ad januas accipiuntur; multæ siquidem balænæ magnitudine sunt circiter centum cubitorum.

ΚΕΦ. ΛΑ΄.

Εὖτ' ἂν δὲ παρέπλωον τὴν χώρην τῶν Ἰχθυοφάγων, λόγον ἀκούουσι περὶ νήσου τινὸς, ἣ κέεται μὲν ἀπέχουσα τῆς ταύτῃ ἠπείρου σταδίους ἐς ἑκατὸν, ἐρήμη δέ ἐστιν οἰκητόρων. (2) Ταύτην ἱρὴν ἡλίου ἔλεγον εἶναι οἱ ἐπιχώριοι καὶ Νόσαλα καλέεσθαι, οὐδέ τινα ἀνθρώπων καταίρειν ἐθέλειν ἐς αὐτήν· ὅστις δ' ἂν ἀπειρίῃ προσχῇ, γίνεσθαι ἀφανέα. (3) Ἀλλὰ λέγει Νέαρχος, κέρκουρόν σφιν ἕνα πλήρωμα ἔχοντα Αἰγυπτίων οὐ πόρρω τῆς νήσου ταύτης γενέσθαι ἀφανέα, καὶ ὑπὲρ τούτου τοὺς ἡγεμόνας τοῦ πλόου διισχυρίζεσθαι, ὅτι ἄρα καταράντες ὑπ' ἀγνοίης εἰς τὴν νῆσον γένοιντο ἀφανέες. (4) Νέαρχος δὲ πέμπει κύκλῳ περὶ τὴν νῆσον τριηκόντορον, κελεύσας μὴ κατασχεῖν μὲν ἐς τὴν νῆσον, ἐμβοᾶν δὲ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς μάλιστα ἐν χρῷ παραπλώοντας, καὶ τὸν κυβερνήτην ὀνομάζοντας καὶ ὅτου ἄλλου οὐκ ἀφανὲς τὸ οὔνομα· (5) ὡς δὲ οὐδένα ὑπακούειν, τότε δὲ αὐτὸς λέγει πλῶσαι ἐς τὴν νῆσον, καὶ κατασχεῖν δὴ προσαναγκάσαι τοὺς ναύτας οὐκ ἐθέλοντας· καὶ ἐκβῆναι αὐτὸς καὶ ἐλέγξαι κενὸν μῦθον ἐόντα τὸν περὶ τῇ νήσῳ λόγον· (6) ἀκοῦσαι δὲ καὶ ἄλλον λόγον ὑπὲρ τῆς νήσου ταύτης λεγόμενον, οἰκῆσαι τὴν νῆσον ταύτην μίαν τῶν Νηρηΐδων· τὸ δὲ οὔνομα οὐ λέγεσθαι τῆς Νηρηΐδος· ταύτῃ δὲ ὅστις πελάσειε τῇ νήσῳ, τούτῳ συγγίνεσθαι μὲν, ἰχθὺν δὲ ἐξ ἀνθρώπου ποιέουσαν αὐτὸν ἐμβάλλειν ἐς τὸν πόντον· (7) Ἥλιον δὲ ἀχθεσθέντα τῇ Νηρηΐδι, κελεύειν μετοικίζεσθαι αὐτὴν ἐκ τῆς νήσου· τὴν δὲ ὁμολογέειν μὲν ὅτι ἐξοικισθήσεται, δέεσθαι δέ οἱ τὸ πάθημα [παυθῆναι]· καὶ τὸν Ἥλιον ὑποδέξασθαι· (8) τοὺς δὲ δὴ ἀνθρώπους οὕστινας ἂν ἰχθύας ἐξ ἀνθρώπων πεποίηκε κατελεήσαντα, ἀνθρώπους αὖθις ἐξ ἰχθύων ποιῆσαι· καὶ ἀπὸ τούτων τῶν Ἰχθυοφάγων τὸ γένος καὶ εἰς Ἀλέξανδρον κατελθεῖν. (9) Καὶ ταῦτα ὅτι ψεύδεα ἐξελέγχει Νέαρχος, οὐκ ἐπαινέω αὐτὸν ἔγωγε τῆς σχολῆς τε καὶ σοφίης, οὔτε κάρτα χαλεπὰ ἐξελεγχθῆναι ἐόντα, ταλαίπωρόν τ' ἐὸν γινώσκων τοὺς παλαιοὺς λόγους ἐπιλεγόμενον ἐξελέγχειν ἐόντας ψευδέας.

ΚΕΦ. ΛΒ΄.

Ὑπὲρ τοὺς Ἰχθυοφάγους Γαδρώσιοι ἐς τὸ ἄνω οἰκέουσι γῆν πονηρὴν καὶ ψαμμώδεα· ἔνθεν καὶ τὰ πολλὰ κακὰ ἡ στρατιή τε Ἀλεξάνδρῳ ἔπαθε καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος, ὥς μοι ἤδη ἐν τῷ ἄλλῳ λόγῳ ἀπήγηται. (2) Ὡς δὲ ἐς τὴν Καρμανίην ἀπὸ τῶν Ἰχθυοφάγων κατῆρεν ὁ στρατὸς, ἐνταῦθα ἵνα πρῶτον τῆς Καρμανίης ὡρμίσαντο, ἐπ' ἀγκυρέων ἐσάλευσαν, ὅτι ῥηχίη παρετέτατο ἐς τὸ πέλαγος τρηχέα. (3) Ἐνθένδε δὲ ὡσαύτως οὐκέτι πρὸς ἡλίου δυομένου ἔπλωον, ἀλλὰ τὸ μεταξὺ δύσιός τε ἡλίου καὶ τῆς ἄρκτου οὕτω μᾶλλόν τι αἱ πρῷραι αὐτοῖσιν ἐπεῖχον· (4) καὶ οὕτω ἡ Καρμανίη τῶν Ἰχθυοφάγων τῆς γῆς καὶ τῶν Ὡρειτέων εὐδενδροτέρη τε καὶ εὐκαρποτέρη ἐστὶ, καὶ ποιώδης μᾶλλόν τι καὶ ἔνυδρος. (5) Ὁρμίζονται δὲ ἐν Βάδει χώρῳ τῆς Καρμανίης οἰκεομένῳ, δένδρεά τε πολλὰ ἥμερα πεφυκότα ἔχοντι πλὴν ἐλαίης, καὶ ἀμπέλους ἀγαθὰς, καὶ σιτοφόρῳ. (6) Ἔνθενδὲ ὁρμηθέντες καὶ διεκπλώσαντες σταδίους ὀκτακοσίους, πρὸς αἰγιαλῷ ὁρμίζονται ἐρήμῳ, καὶ κατορῶσιν ἄκρην μακρὴν ἐξανέχουσαν ἐπὶ πολλὸν ἐς τὸ πέλαγος· ἀπέχειν δὲ ἐφαίνετο ἡ ἄκρη πλόον ὡς ἡμέρης. (7) Καὶ οἱ τῶν χώρων ἐκείνων δαήμονες τῆς Ἀραβίης ἔλεγον τὴν ἀνίσχουσαν ταύτην ἄκρην, καλέεσθαι δὲ Μάκετα· ἔνθεν τὰ κινάμωμά τε καὶ ἄλλα τοιουτότροπα ἐς Ἀσσυρίους ἀγινέεσθαι· (8) καὶ ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ τούτου, ἵναπερ ὁ στόλος ἐσάλευε, καὶ τῆς ἄκρης, ἤντινα καταντικρὺ ἀπεώρων ἀνέχουσαν ἐς τὸ πέλαγος, ὁ κόλπος (ἐμοί τε δοκέει καὶ Νεάρχῳ ὡσαύτως ἐδόκεεν) ἐς τὸ εἴσω ἀναχέεται, ὅπερ εἰκὸς ἡ Ἐρυθρὴ θάλασσα. (9) Ταύτην τὴν ἄκρην ὡς κατεῖδον, Ὀνησίκριτος μὲν ἐπέχοντας ἐπ' αὐτὴν πλώειν ἐκέλευεν, ὡς μὴ κατὰ τὸν κόλπον ἐλαστρεύοντας ταλαιπωρέεσθαι. (10) Νέαρχος δὲ ἀποκρίνεται νήπιον εἶναι Ὀνησίκριτον, εἰ ἀγνοέει ἐπ' ὅτῳ ἐστάλη πρὸς Ἀλεξάνδρου ὁ στόλος· (11) οὐ γὰρ ὅτι ἀπορίη ἦν πεζῇ διασωθῆναι πάντα αὐτῷ τὸν στρατὸν, ἐπὶ τῷδε ἄρα ἐκπέμψαι τὰς νέας, ἀλλὰ ἐθέλοντα αἰγιαλούς τε τοὺς κατὰ τὸν παράπλουν κατασκέψασθαι καὶ ὅρμους καὶ νησῖδας, καὶ ὅστις κόλπος ἐσέχοι, ἐκπεριπλῶσαι τοῦτον, καὶ πόλιας ὅσαι ἐπιθαλάσσιαι, καὶ εἴ τις ἔγκαρπος γῆ, καὶ εἴ τις ἐρήμη. (12) Σφᾶς ὧν οὐ χρῆναι ἀφανίσαι τὸ ἔργον, πρὸς τέρματι ἤδη ἐόντας τῶν πόνων, ἄλλως τε οὐδὲ ἀπόρως ἔτι τῶν ἀναγκαίων ἐν τῷ παράπλῳ ἔχοντας· δεδιέναι τε, ὅτι ἡ ἄκρη ἐς μεσημβρίην ἀνέχει, μὴ ἐρήμῳ τε τῇ ταύτῃ γῇ καὶ ἀνύδρῳ καὶ φλογώδεϊ ἐγκύρσειαν. (13) Ταῦτα ἐνίκα, καί μοι δοκέει περιφανέως σῶσαι τὴν στρατιὴν τῇδε τῇ βουλῇ Νέαρχος· τὴν γὰρ δὴ ἄκρην ἐκείνην καὶ τὴν πρὸς αὐτῇ χώρην πᾶσαν ἐρήμην τε εἶναι λόγος κατέχει, καὶ ὕδατος ἀπορίῃ ἔχεσθαι.

ΚΕΦ. ΛΓ΄.

Ἀλλὰ ἔπλωον γὰρ ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἄραντες τῇ γῇ προσεχέες· καὶ πλώσαντες σταδίους ὡς ἑπτακοσίους ἐν ἄλλῳ αἰγιαλῷ ὡρμίσαντο· Νεόπτανα οὔνομα τῷ αἰγιαλῷ. (2) Καὶ αὖθις ὑπὸ τὴν ἕω ἀνήγοντο, καὶ πλώσαντες σταδίους ἑκατὸν ὁρμίζονται κατὰ τὸν ποταμὸν Ἀναμιν· ὁ δὲ χῶρος Ἁρμόζεια ἐκαλέετο. Φίλια δὲ ἤδη καὶ πάμφορα ταύτῃ ἦν, πλὴν ἐλαῖαι οὐ πεφύκεσαν. (3) Ἐνταῦθα ἐκβαίνουσί τε ἐκ τῶν νεῶν καὶ ἀπὸ τῶν πολλῶν πόνων ἄσμενοι ἀνεπαύοντο, μεμνημένοι ὅσα κακὰ κατὰ τὴν θάλασσαν πεπονθότες ἦσαν, καὶ πρὸς τῇ γῇ τῶν Ἰχθυοφάγων, τήν τε ἐρημίην τῆς χώρης, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὅκως θηριώδεες, καὶ τὰς σφῶν ἀποικίας τὰς ἐν τῇ Γαδρωσίῃ, ἐν αἷς καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐν ἀφθονίῃ ἦν καὶ ἄνθρωποι ἥμεροι.

CAP. XXXI.

Quum Nearchus Ichthyophagorum regionem præternavigaret, cognovit insulam quandam in eo mari esse centum fere stadiis a continente remotam, quæ habitatoribus vacua esset. (2) Hanc indigenæ Soli sacram esse dicebant, Nosalaque vocari, neque quemquam mortalium ad eam appellere velle. Si quis vero imprudens eo deferatur, eum non amplius cerni. (3) Nearchus cercurum unum Ægyptiis nautis instructum non procul ab hac insula evanuisse scribit, navigationisque duces ea de re affirmasse ignorantes in eam insulam delatos ex oculis hominum sublatos esse. (4) Idem nayim triginta remorum in circuitum insulæ mittit, mandatis additis ut descensu quidem in insulam abstinerent: sed proxime ad insulæ oram adnavigantes hominibus acclamarent, et gubernatorem nominarent, aut cujuscunque alius non obscurum nomen. (5) Quumque nemo audiret, tum semet eo navigasse dicit, ac nautas compulisse vel invitos navem appellere; quumque in insulam descendisset, vanam atque inanem fabulam docuisse quæ de insula illa spargebatur. (6) Audiisse vero se etiam alium de hac insula sermonem ait: habitasse hanc insulam unam Nereidum, nomen vero Nereidis non dici; eam cum omnibus qui eo appellerent commisceri solitam, eosque in pisces conversos in mare projicere. (7) Qua de causa iratum Nereidi Solem jussisse ut ex ea insula migraret; atque hanc quidem pollicitam esse se migraturam: rogasse autem ut sibi malum sanetur. (8) Et solem pollicitum esse; hominum autem quoscunque pisces ex hominibus fecerat illa, misertum homines rursus ex piscibus fecisse. Ex iis Ichthyophagorum genus ad Alexandrum usque pervenisse. (9) Ego vero Nearchum eo nomine non laudo, quod otio et sapientia in re non admodum difficili refellenda abusus fuerit; miserabile censens veteres mendacesque fabulas recensentem refutare.

CAP. XXXII.

Supra Ichthyophagos Gadrosii in mediterraneis locis terram sterilem atque arenosam colunt: ubi et Alexandri exercitus et Alexander ipse multa incommoda perpessus est; quemadmodum jam in altero opere narravi. (2) Postquam vero ex Ichthyophagis in Carmaniam perventum est a classe, eo loco, ubi primum ad Carmaniam mansionem habuit, ancoris in salo jactis constiterunt, quod longe in mare æstus violentus porrectus erat. (3) Exinde non amplius ita directe ad occasum navigarunt, sed inter occidentem et septentrionem magis cursum tenuerunt; (4) atque ita Carmania arboribus fœcundior magisque frugifera est quam Ichthyophagorum aut Oritarum regio, magis etiam herbosa aquisque abundans. (5) Quum in Badin cultum Carmaniæ locum appulissent, multas arbores pomiferas exceptis oleis repererunt. Erat et ea regio vitium et frumenti ferax. (6) Inde ad DCCC stadia progressi ad littus desertum appellunt. Ex eo loco promontorium ingens longe in mare porrectum conspiciunt, quod unius diei navigatione inde abesse videbatur. (7) Periti locorum Arabiæ promontorium id esse dicebant, vocarique Maceta. Inde cinnamomum et alia ejuscemodi aromata in Assyrios vehi. (8) Ab eo littore ubi classis ancoris in salo jactis constiterat, et promontorio, quod ex adverso in mare porrectum conspexerant, sinus meo judicio, ut et Nearcho visum est, introrsum refunditur, sicut probabile est, mare Rubrum. (9) Id promontorium ubi conspicati sunt, Onesicritus classem eo dirigi jubebat, ne per sinum navigantes calamitatibus adficerentur. (10) Nearchus parum prudentem esse Onesicritum respondit, si nesciret quam ad rem Alexander classem misisset. (11) Neque enim quia pedestri itinere totum exercitum traducere salvum non posset, eam ob causam naves emissas: sed quod vellet omnia littora portusque et insulas in præternavigatione perlustrari, omnes etiam sinus pernavigari, et urbes quæ ad mare sitæ essent: quæve regio fertilis, quæ deserta sit inquiri. (12) Non debere itaque sese totum negotium pervertere, quum jam ad finem laborum pervenissent, præcipue quum res omnes ad navigationem necessariæ non deficerent: vereri etiam se, quod promontorium illud in meridiem vergeret, ne in desertam et siticulosam torridamque regionem inciderent. (13) Nearchi sententia vicit: et mihi quidem Nearchus manifesto hoc consilio classem universam servasse videtur. Promontorium enim illud omnemque regionem illi circumjectam desertam esse fama est, summaque aquarum penuria laborare.

CAP. XXIII.

Mota igitur classe proxime terram navigantes, DCC stadia emensi ad aliud littus, cui Neoptana nomen erat, appellunt; rursusque sub auroram inde solvunt, et centum stadiis enavigatis ad fluvium Anamin perveniunt. (2) Locus ipse Harmozia vocabatur. Amicam jam ibi omniumque rerum feracem nacti sunt: oleas tantum non ferebat. (3) Hic navibus egressi, cupide a tot tantisque laboribus conquierunt cum jucunda tot malorum, quæ mari perpessi fuerant, et apud regionem Ichthyophagorum, recordatione; desertas regiones, efferatos homines, summam rerum

ρίας ἐπιλεγόμενοι. (4) Καί τινες αὐτῶν ἀπὸ θαλάσσης ἐς τὸ πρόσω ἀνῆλθον, ἀποσκεδασθέντες τῆς στρατιῆς κατὰ ζήτησιν ἄλλος ἄλλου. (5) Ἐνταῦθα ἄνθρωπος σφίσιν ὤφθη χλαμύδα τε φορέων Ἑλληνικὴν καὶ τὰ ἄλλα ὡς Ἕλλην ἐσκευασμένος, καὶ φωνὴν Ἑλλάδα ἐφώνεε. Τοῦτον οἱ πρῶτοι ἰδόντες δακρῦσαι ἔλεγον· οὕτω τι παράλογον σφίσι φανῆναι ἐκ τῶν τοσῶνδε κακῶν Ἕλληνα μὲν ἄνθρωπον ἰδεῖν, Ἑλλάδος δὲ φωνῆς ἀκοῦσαι· (6) ἐπηρώτων τε ὁκόθεν ἥκοι, καὶ ὅστις ἐών· ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀποσκεδασθῆναι ἔλεγε, καὶ εἶναι οὐ πόρρω τὸ στρατόπεδον καὶ αὐτὸν Ἀλέξανδρον· τοῦτον τὸν ἄνθρωπον βοῶντές τε καὶ κροτέοντες ἀνάγουσι παρὰ τὸν Νέαρχον· καὶ Νεάρχῳ πάντα ἔφρασε, καὶ ὅτι πέντε ἡμερέων ὁδὸν ἀπέχει τὸ στρατόπεδον καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τῆς θαλάσσης· (8) τόν τε ὕπαρχον τῆς χώρης ταύτης δείξειν ἔφη Νεάρχῳ, καὶ ἔδειξε· καὶ μετὰ τούτου Νέαρχος γνώμην ποιέεται, ὅκως ἀναβήσεται πρὸς βασιλέα. (9) Τότε μὲν δὴ ἐπὶ τὰς νέας ἀπῆλθον· ὑπὸ δὲ τὴν ἕω τὰς νέας ἐνεώλκεεν, ἐπισκευῆς τε εἵνεκα, ὅσαι αὐτέων κατὰ τὸν πλόον πεπονήκεσαν, καὶ ἅμα ὅτι ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ ὑπολείπεσθαί οἱ ἐδόκεε τὸν πολλὸν στρατόν· (10) χάρακά τε ὧν περιβάλλεται διπλόον ἐπὶ τῷ ναυστάθμῳ, καὶ τεῖχος γήινον καὶ τάφρον βαθέην, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῆς ὄχθης ἀρξάμενος, ἔστε ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν, ἵνα αἱ νέες αὐτῷ ἀνειρυσμέναι ἦσαν.

ΚΕΦ. ΛΔ'.

Ἐν ᾧ δὲ ὁ Νέαρχος ταῦτα ἐκόσμεε, τῆς χώρης ὁ ὕπαρχος πεπυσμένος ὅκως ἐν μεγάλῃ φροντίδι ἔχοι Ἀλέξανδρος τὰ ἀμφὶ τὸν στόλον τοῦτον, μέγα δή τι ἐξ Ἀλεξάνδρου ἀγαθὸν ἂν ἔγνω πείσεσθαι, εἰ πρῶτός οἱ ἀπαγγείλειε τοῦ στρατοῦ τὴν σωτηρίην καὶ τοῦ Νεάρχου, ὅτι οὐ πολλῷ ὕστερον ἀπίξεται ἐς ὄψιν τὴν βασιλέος. (2) Οὕτω δὴ τὴν βραχυτάτην ἐλάσας ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι Νέαρχος οὗτος προσάγει ἀπὸ τῶν νεῶν. Τότε μὲν δὴ καίπερ ἀπιστέων τῷ λόγῳ Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ ἔχάρη γε κατὰ τὸ εἰκὸς τῇ ἀγγελίῃ. (3) Ὡς δὲ ἡμέρη τε ἄλλη ἐξ ἄλλης ἐγίνετο, καὶ ξυντιθέντι αὐτῷ τῆς ἀγγελίης τὸν χρόνον οὐκέτι πιστὰ τὰ ἐξηγγελμένα ἐφαίνετο, (4) πεμπόμενοί τε ἄλλοι ἐπ' ἄλλοισιν ὡς ἐπὶ κομιδῇ τοῦ Νεάρχου, οἱ μέν τινες ὀλίγον τῆς ὁδοῦ προελθόντες κενοὶ ἐπανήεσαν οὐδενὶ ἐγκύρσαντες· οἱ δὲ καὶ ποῤῥωτέρω ἐλθόντες, καὶ διαμαρτόντες τῶν ἀμφὶ τὸν Νέαρχον, οὐδὲ αὐτοὶ ἐπανήεσαν, ἐνταῦθα δὴ τὸν μὲν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, ὡς κενά τε ἀγγείλαντα καὶ λυπηρότερά οἱ τὰ πρήγματα ποιήσαντα τῇ ματαίῃ εὐφροσύνῃ, συλλαβεῖν κελεύει Ἀλέξανδρος· αὐτὸς δὲ τῇ τε ὄψι καὶ τῇ γνώμῃ ὅλος ἦν μεγάλῳ ἄχεϊ βεβλημένος. (6) Ἐν τούτῳ δὲ τῶν τινες κατὰ ζήτησιν τοῦ Νεάρχου ἐσταλμένων ἵππους τε ἐπὶ κομιδῇ αὐτῶν καὶ ἀπήνας δὲ ἄγοντες ἐντυγχάνουσι κατὰ τὴν ὁδὸν

omnium inopiam memoria recolentes. (4) Quidam vero interius remotiusque a mari progressi et ab exercitu sejuncti sunt, alius aliud quærentes. (5) Repertus hic est ab eis quidam Græcanica chlamyde reliquoque habitu Græco indutus, linguam etiam Græcam sonans, ad cujus primum conspectum collacrimatos ferunt : adeo novum atque insolens iis videbatur post tot mala hominem Græcum cernere et Græcam vocem audire. (6) Interrogarunt itaque, unde veniret, et quis esset. Ille se ab exercitu Alexandri sejunctum esse respondit, castraque atque adeo ipsum Alexandrum non procul abesse. (7) Hunc hominem ipsi confestim gaudio exultantes ad Nearchum adducunt : qui rem omnem ei retulit, castraque et regem quinque dierum itinere a mari abesse. (8) Præsidem etiam illius regionis Nearcho ostensurum se dixit et ostendit ; tum Nearchus cum eo consilium capit, quo pacto ad regem adscendere possit. (9) Tunc quidem ad classem sese recipiunt. Postridie vero sub lucem subduci naves jubet, partim ut quæ ista navigatione quassatæ erant, reficerentur : partim quod magnam exercitus partem ibi relinquere statuerat. (10) Duplici itaque vallo et aggere terreo navale cingit, fossamque profundam a ripa fluminis ad eam littoris partem, in quam naves subductæ erant, ducit.

CAP. XXXIV.

Interea dum hæc a Nearcho parantur, præses regionis, quum audisset Alexandrum vehementer de classe hac solicitum esse, magnum aliquod munus se ab Alexandro accepturum arbitratus, si primus nuntiaret exercitum salvum esse, et Nearchum propediem in conspectum regis venturum : (2) compendio viæ inito, renuntiabat Alexandro, Nearchum a navibus venire. Alexander tametsi fidem ejus verbis non haberet, magnam tamen, ut par est, ex eo nuncio lætitiam cepit. (3) Quum vero alius ex alio dies traheretur,et tempus, ex quo nuncium allatum fuerat, conferenti non jam amplius credibilia viderentur nunciata; (4) quumque alii atque alii, qui Nearchum adveherent, missi, partim quidem paululum viæ progressi vacui redirent, quum nulli occurrissent; partim vero progressi ulterius et Nearchum non offendentes, ne ipsi quidem reverterentur, (5) tum Alexander hominem illum tanquam mendacis nuntii auctorem, quique suum mœrorem vano illo gaudio duplicarat, comprehendi jubet : ingentemque dolorem et vultu et animo præ se ferebat. (6) Interea nonnulli qui cum equis et vehiculis ad quærendum adducendumque Nearchum missi fucrant, in ipso itinere Nearcho et Archiæ

αὐτῷ τε Νεάρχῳ καὶ τῷ Ἀρχίῃ, καὶ πέντε ἢ ἓξ ἅμα αὐτοῖσι· μετὰ τοσούτων γὰρ ἀνῄει. (7) Καὶ ἐντυχόντες οὔτε αὐτὸν ἐγνώρισαν οὔτε τὸν Ἀρχίην· οὕτω τοι κάρτα ἀλλοῖοι ἐφάνησαν, κομόωντές τε καὶ ῥυπόωντες καὶ μεστοὶ ἅλμης, καὶ ῥικνοὶ τὰ σώματα, καὶ ὠχροὶ ὑπὸ ἀγρυπνίης τε καὶ τῆς ἄλλης ταλαιπωρίης. (8) Ἀλλὰ ἐρομένοισι γὰρ αὐτοῖσιν ἵναπερ εἴη Ἀλέξανδρος, ἀποκρινάμενοι τὸν χῶρον οἵδε παρήλαυνον. (9) Ἀρχίης δὲ ἐπιφρασθεὶς λέγει πρὸς Νέαρχον, Ὦ Νέαρχε, τούτους τοὺς ἀνθρώπους δι' ἐρημίης ἐλαύνειν τὴν αὐτὴν ἡμῖν ὁδὸν οὐκ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ συντίθημι, ἢ ὅτι μὴ κατὰ ζήτησιν τὴν ἡμετέρην ἀπεσταλμένους· (10) ὅτι δὲ οὐ γινώσκουσιν ἡμέας, οὐκ ἐν θώματι ποιέομαι· οὕτω γάρ τι ἔχομεν κακῶς, ὡς ἄγνωστοι εἶναι· φράσωμεν αὐτοῖσιν οἵτινες εἶμεν· καὶ τοὺς ἐρώμεθα καθ' ὅ τι ταύτην ἐλαύνουσιν. (11) Ἔδοξε τῷ Νεάρχῳ ἐναίσιμα λέγειν· καὶ ἤροντο, ὅκοι ἐλαύνουσιν· οἱ δὲ ἀποκρίνονται, ὅτι κατὰ ζήτησιν Νεάρχου τε καὶ τοῦ στρατοῦ τοῦ ναυτικοῦ. (12) Ὁ δὲ, Οὗτος, ἔφη, ἐγὼ Νέαρχος, καὶ Ἀρχίης οὗτος· ἀλλ' ἄγετε ἡμέας· ἡμεῖς δὲ τὰ ὑπὲρ τῆς στρατιῆς Ἀλεξάνδρῳ ἀπηγησόμεθα.

ΚΕΦ. ΛΕ'.

Ἀναλαβόντες δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὰς ἀπήνας, ὀπίσω ἤλαυνον· καί τινες αὐτῶν τούτων ὑποφθάσαι ἐθελήσαντες τὴν ἀγγελίην, προδραμόντες λέγουσιν Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι Οὗτός τοι Νέαρχος, καὶ σὺν αὐτῷ Ἀρχίης καὶ πέντε ἄλλοι κομίζονται παρὰ σέ· ὑπὲρ δὲ τοῦ στρατοῦ παντὸς οὐδὲν εἶχον ὑποκρίνασθαι. (2) Τοῦτο ἐκεῖνο συνθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος τοὺς μὲν παραλόγως ἀποσωθῆναι, τὴν στρατιὴν δὲ πᾶσαν διεφθάρθαι αὐτῷ, οὐ τοσόνδε τοῦ Νεάρχου τε καὶ τοῦ Ἀρχίεω τῇ σωτηρίῃ ἔχαιρεν, ὅσον ἐλύπεεν αὐτὸν ἀπολομένη ἡ στρατιὴ πᾶσα. (3) Οὔπω πάντα ταῦτα εἴρητο, καὶ ὁ Νέαρχός τε καὶ ὁ Ἀρχίης προσῆγον. Τοὺς δὲ μόγις καὶ χαλεπῶς ἐπέγνω Ἀλέξανδρος· ὅτι τε κομόωντας καὶ κακῶς ἐσταλμένους κατεώρα, ταύτῃ μᾶλλόν τι βεβαιότερον αὐτῷ τὸ ἄχος ὑπὲρ τῆς στρατιῆς τῆς ναυτικῆς ἐγίνετο. (4) Ὁ δὲ τὴν δεξιὴν τῷ Νεάρχῳ ἐμβαλὼν καὶ ἀπαγαγὼν μοῦνον αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἑταίρων τε καὶ τῶν ὑπασπιστέων, πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἐδάκρυεν· (5) ὀψὲ δὲ ἀνενεγκὼν, Ἀλλὰ σύγε ἡμῖν ὅτι ἐπανήκεις σῶος, ἔφη, καὶ Ἀρχίης οὗτος, ἔχοι ἂν ἔμοιγε ὡς ἐπὶ συμφορῇ τῇ ἁπάσῃ μετρίως· αἱ δέ τοι νέες καὶ ἡ στρατιὴ κοίῳ τινὶ τρόπῳ διεφθάρησαν; (6) Ὁ δὲ ὑπολαβὼν, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, καὶ αἱ νέες τοι σῶαι εἰσὶ καὶ ὁ στρατός· ἡμεῖς δὲ οὗτοι ἄγγελοι τῆς σωτηρίης αὐτῶν ἥκομεν. (7) Ἔτι μᾶλλον ἐδάκρυεν Ἀλέξανδρος, κατότι ἀνέλπιστός οἱ ἡ σωτηρίη τοῦ στρατοῦ ἐφαίνετο· καὶ ὅκου ὁρμέουσιν αἱ νέες ἀνηρώτα· ὁ δὲ, Αὗται, ἔφη, ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἀνάμιδος ποταμοῦ ἀνειρυσμέναι ἐπισκευάζονται. (8) Ἀλέξανδρος δὲ τόν τε Δία τὸν Ἑλλήνων καὶ τὸν Ἄμμωνα τὸν Λιβύων

obvii facti sunt : qui quidem aliis quinque aut sex viris comitati veniebant. (7) Neque tamen vel Nearchum vel Archiam agnoverunt : adeo immutati atque ab se ipsis diversi erant, hirsuti et sordidi, salsugineque repleti, atque macilenti, et ex multis vigiliis laboribusque pallidi. (8) Interrogantibus enim illis, ubinam esset Alexander, significato loco, iter suum persecuti sunt. (9) Tum Archias animadversa re ad Nearchum conversus ait, *Homines istos, Nearche, eadem qua nos via per deserta contendere non aliam ob causam judico, quam quod nos quæsitum missi sint.* (10) *Quod vero nos non agnoscunt, equidem non miror : ita enim male comparati sumus, ut agnosci non possimus. Significemus igitur eis, quinam simus, eosque percontemur, quam ad rem hoc itinere proficiscantur.* (11) Nearcho Archiæ consilium perquam opportunum est visum. Rogarunt itaque, quonam proficiscerentur? qui respondent Nearchum se et navalem exercitum quæsitum ire : (12) statimque Nearchum respondisse, *Hic ego sum Nearchus, et hic Archias : at vos nobis duces itineris estote, nos Alexandro de classe referemus.*

CAP. XXXV.

Illis itaque in vehicula exceptis, ad regem revertuntur. Nonnulli horum, nuntium celeritate prævertere cupientes, præcurrentes Alexandro nuntiarunt Nearchum ipsum et cum eo Archiam ac quinque alios adventare : de exercitu vero universo nihil poterant respondere. (2) Ex hoc ipso nuntio colligebat Alexander, Nearchum quidem et Archiam præter opinionem et fortuito servatos esse, exercitum vero universum periisse. Neque tantum gaudii ex Nearchi et Archiæ salute percepit, quantum ex amissa classe mœroris. (3) Necdum hæc omnia dicta erant, quum Nearchus et Archias adveniunt, quos Alexander difficulter admodum agnoscere potuit; quodque ita hirsutos maleque comparatos cernebat : tanto magis ejus dolor ob amissum exercitum navalem confirmabatur. Injecta tamen Nearcho dextra, eoque seorsum ab amicis et scutatis abducto, multo tempore collacrimatus est. (5) Tandem quum se collegisset ex lacrimis, Enimvero, quod tu, inquit, Nearche et Archias, sospites ac salvi redieritis, moderatius universæ classis jacturam fero : at vero naves et exercitus quonam pacto perierunt? (6) Tum Nearchus regis sermonem excipiens, *Salvæ sunt*, inquit, *tibi, rex, et naves et exercitus : nos vero ipsi hujus salutis nuntii venimus.* (7) Tum uberiores Alexandro lacrimæ manarunt, quod præter omnem exspectationem ei exercitus salvus esset : simulque ubi portum ceperint rogat. Nearchus eas ad fauces Anamidis fluvii consistere ait, atque in terram subductas refici. (8) Post hæc Alexander per Jovem Græcorum et Ammonem Lybicum jurans affirmavit,

ἐπόμνυσιν, ἢ μὴν μέζον ὡς ἐπὶ τῇδε τῇ ἀγγελίῃ χαίρειν, ἢ ὅτι τὴν Ἀσίην πᾶσαν ἐκτημένος ἔρχεται· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἄχος οἱ ἐπὶ τῇ ἀπωλείῃ τῆς στρατιῆς ἀντίρροπον γενέσθαι τῇ ἄλλῃ πάσῃ εὐτυχίῃ.

ΚΕΦ. ΛΣ'.

Ὁ δὲ ὕπαρχος τῆς χώρης, ὅντινα συνειλήφει Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῆς ἀγγελίης τῇ ματαιότητι, παρεόντα κατιδὼν τὸν Νέαρχον, πίπτει τε αὐτῷ πρὸς τὰ γόνατα, (2) καὶ, Οὗτός τοι, ἔφη, ἐγώ εἰμι, ὃς ἀπήγγειλα Ἀλεξάνδρῳ ὅτι σῶοι ἥκετε· ὁρᾷς ὅκως διάκειμαι. Οὕτω δὴ δέεται Ἀλεξάνδρου Νέαρχος ἀφεῖναι τὸν ἄνδρα, καὶ ἀφίεται. (3) Ἀλέξανδρος δὲ σωτήρια τοῦ στρατοῦ ἔθυε Διὶ Σωτῆρι καὶ Ἡρακλεῖ καὶ Ἀπόλλωνι Ἀλεξικάκῳ καὶ Ποσειδῶνί τε καὶ ὅσοι ἄλλοι θεοὶ θαλάσσιοι· καὶ ἀγῶνα ἐποίεε γυμνικόν τε καὶ μουσικὸν, καὶ πομπὴν ἔπεμπε· καὶ Νέαρχος ἐν πρώτοισιν ἐπόμπευε, ταινίῃσί τε καὶ ἄνθεσι πρὸς τῆς στρατιῆς βαλλόμενος. (4) Ὡς δὲ ταῦτά οἱ τέλος εἶχε, λέγει πρὸς Νέαρχον, Ἐγώ σε, ὦ Νέαρχε, οὐκέτι ἐθέλω τὸ πρόσω οὔτ' ἀνακινδυνεύειν, οὔτε ταλαιπωρέεσθαι· ἀλλὰ ἄλλος γὰρ τοῦ ναυτικοῦ ἐξηγήσεται τὸ ἀπὸ τοῦδε, ἔστε καταστῆσαι αὐτὸ ἐς Σοῦσα. (5) Νέαρχος δὲ ὑπολαβὼν λέγει, Ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ μέντοι πάντα πείθεσθαι ἐθέλω τε καὶ ἀναγκαίη μοι ἐστίν· ἀλλὰ εἴ δή τι καὶ σὺ ἐμοὶ χαρίζεσθαι ἐθέλεις, μὴ ποιήσῃς ὦδε· ἀλλά με ἔασον ἐξηγήσασθαι ἐς ἅπαν τοῦ στρατοῦ, ἔστε σοι σώας καταστήσω ἐς Σοῦσα τὰς νέας· (6) μηδὲ τὰ μὲν χαλεπά τε αὐτοῦ καὶ ἄπορα ἐμοὶ ἐπιτετραμμένα ἐκ σοῦ ἔστω, τὰ δὲ εὐπετέα τε καὶ κλέους ἤδη ἑτοίμου ἐχόμενα, ταῦτα δὲ ἀπαιρεθέντα ἄλλῳ ἐς χεῖρας διδόσθω. (7) Ἔτι λέγοντα παύει αὐτὸν Ἀλέξανδρος, καὶ χάριν προσωμολόγεεν εἰδέναι· οὕτω δὴ καταπέμπει αὐτὸν, στρατιὴν δοὺς ἐς παραπομπὴν ὡς διὰ φιλίης ἰόντι ὀλίγην. (8) Τῷ δὲ οὐδὲ τὰ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ θάλασσαν ἔξω πόνου ἐγένετο· ἀλλὰ συλλελεγμένοι γὰρ οἱ κύκλῳ βάρβαροι τὰ ἐρυμνὰ τῆς χώρης τῆς Καρμανίης κατεῖχον, ὅτι καὶ ὁ σατράπης αὐτοῖσι τε τελευτήκει κατὰ πρόσταξιν Ἀλεξάνδρου· ὁ δὲ νεωστὶ κατεστηκὼς Τληπόλεμος οὔπω βέβαιον τὸ κράτος εἶχε. (9) Καὶ δὶς ὧν καὶ τρὶς τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ ἄλλοισι καὶ ἄλλοισι τῶν βαρβάρων ἐπιφαινομένοισιν ἐς χεῖρας ἤεσαν· καὶ οὕτως οὐδέν τι ἐλινύσαντες μόλις καὶ χαλεπῶς ἐπὶ θάλασσαν ἀπεσώθησαν. Ἐνταῦθα θύει Νέαρχος Διὶ Σωτῆρι καὶ ἀγῶνα ποιέει γυμνικόν.

ΚΕΦ. ΛΖ'.

Ὡς δὲ αὐτῷ τὰ θεῖα ἐν κόσμῳ πεποίητο, οὕτω δὴ ἀνήγοντο. Παραπλώσαντες δὲ νῆσον ἐρήμην τε καὶ τρηχέην ἐν ἄλλῃ νήσῳ ὁρμίζονται, μεγάλῃ ταύτῃ καὶ οἰκεομένῃ, πλώσαντες σταδίους τριηκοσίους, ἔνθενπερ

gratius sibi jucundiusque id nuntii accidisse, quam quod universam Asiam subjugasset : dolorem enim ob amissum exercitum universæ felicitati suæ parem fuisse.

CAP. XXXVI.

XXII. Versare dicitur, quum recta serie incedunt cum lochago et urago, sua inter se spatia servantes; jugare, quum recto ordine incedit quilibet secundum longitudinem ex iis, qui sunt in versu jugante. (2) Jugant autem cum lochago lochagi omnes, cumque epistata ejus lochagorum reliquorum epistatæ, et sic deinceps ceteri. (3) In rectum dare, est vultum militum in priorem locum vertere, ut si quis in hostes conversus jubeatur inclinare in hastam, deinde dare se in rectum, debebit is rursum convertere se in hostem.

XXIII. Evolutionum autem species sunt duæ, una per versus, alia per juga; utraque iterum in tres species dividitur. Est enim una evolutio exeligmus quæ Macedonica, et alia quæ Laconica, et alia quæ Cretica vocatur, quam ipsam etiam Persicam et Chorium invenio dictam. (2) Macedonica est, quæ (*per ordines*) anteriorem phalangis locum facta mutatione accipit, et a fronte vertitur in tergum; (3) Laconica vero, quæ posteriorem phalangis locum capit, et similiter a fronte vertitur in tergum; (4) Cretica autem, quæ et Persica vocatur, eundem quidem phalangis retinere locum facit agmen totum, singulos autem armatos

ἐν τῷ μέρει ὁπλιτῶν ἕκαστον ἀν0' οὗ πρότερον ἐπεῖχεν τόπου ἕτερον μεταλαμβάνειν, τὸν μὲν λοχαγὸν τὸν τοῦ οὐραγοῦ, τὸν δὲ οὐραγὸν τὸν τοῦ λοχαγοῦ, καὶ ἀντὶ τῆς κατὰ πρόσωπον ἐπιφανείας τὴν κατόπιν. (5) Οἱ δὲ δὴ κατὰ ζυγὰ ἐξελιγμοὶ γίγνονται, ἐπειδὰν ἐπὶ τῶν ἀποτομῶν βουληθῇ τις τὰ κέρατα καθιστάναι· τὰς δὲ ἀποτομὰς ἐπὶ τῶν κεράτων, καὶ τὸ μέσον τῆς πάσης φάλαγγος ἀποτελέσαι καρτερόν· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ δεξιὰ ἐν τοῖς εὐωνύμοις καθίστησι, καὶ τὰ εὐώνυμα ἐν τοῖς δεξιοῖς. (6) Εἰ δὲ μὴ παρέχοι κατὰ μείζονα μέρη τῆς φάλαγγος ἐξελιγμοὺς ποιήσασθαι, πελαζόντων ἤδη τῶν πολεμίων, δέοι δὲ ἐξελίξαι τὴν τάξιν, τότε δὴ καὶ τὸ συντάγματα ἐξελίττουσι.

XXIV. Καὶ ὁ μὲν κατὰ στίχους ἐξελιγμὸς Μακεδὼν αὖ καλεῖται, ἐπειδὰν ὁ λοχαγὸς μὲν μεταβάλληται, οἱ δὲ ὀπίσω ἐκ δόρατος παραπορευόμενοι ἐφεξῆς ἀλλήλων ἱστῶνται. (2) Λάκων δ' ἐξελιγμὸς ὀνομάζεται, ἐπειδὰν ὁ λοχαγὸς μεταβαλλόμενος ἐκ δόρατος ὅλον τὸν λόχον μεταλλάξῃ ἐς ἄλλον ἴσον τῷ πρόσθεν τόπῳ, οἱ δὲ λοιποὶ ἑπόμενοι ἐφεξῆς αὐτῷ τάττονται· * ὁπότ' ἂν ὁ μὲν οὐραγὸς μεταβάλληται, ὁ δὲ ὀπίσω αὐτοῦ τεταγμένος ἐκ δόρατος τοῦ οὐραγοῦ παραπορευόμενος ἔμπροσθεν αὐτοῦ τάττηται, καὶ οἱ λοιποὶ ὡσαύτως, ἄλλος πρὸς ἄλλον ἐπιταχθεὶς τὸν λοχαγὸν αὖ πρωτοστάτην ποιήσωνται. (3) Χόριος δ' ἐξελιγμὸς γίνεται, ἐπειδὰν ὁ λοχαγὸς μεταβαλλόμενος ἐπὶ δόρυ προΐῃ ἐπὶ τοῦ λόχου, ἔστ' ἂν κατάσχῃ τὸν τοῦ οὐραγοῦ τόπον, ὁ δὲ οὐραγὸς τὸν τοῦ λοχαγοῦ. (4) Οὗτοι μὲν οὖν κατὰ λόχους γίνονται· ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ ζυγὰ συντελούμενοι, οὐ χαλεπὸν γνωσθῆναι.

XXV. Διπλασιασμῶν δὲ διττὰ γένη τυγχάνει ὄντα, ἤτοι κατὰ ζυγὰ ἢ κατὰ βάθος. (2) Καὶ τούτων ἕκαστον ἢ τῷ ἀριθμῷ διπλασιάζεται, ἢ τῷ τόπῳ. Ἀριθμῷ μὲν, εἰ ἀντὶ χιλίων εἴκοσι τεσσάρων τὸ μῆκος δισχιλίων τεσσαράκοντα ὀκτὼ ποιήσαιμεν, τὸν τόπον τὸν αὐτὸν ἐπεχούσης τῆς πάσης φάλαγγος. (3) Γίγνεται δὲ τοῦτο, παρεμβαλλόντων ἐς τὰ μεταξὺ τῶν ὁπλιτῶν τοὺς ἐν τῷ βάθει ἐπιστάτας. Καὶ οὕτω πυκνοῦται ἡμῖν τὸ μέτωπον τῆς φάλαγγος. (4) Ἀποκαταστῆσαι δὲ ἐπειδὰν βουληθῶμεν, παραγγελοῦμεν ὧδε· ὁ ἐς τὸ μῆκος ἐπιτεταγμένος, ἐπάνιθι ἐς τάξιν. (5) Εἰ δὲ καὶ τῷ τόπῳ διπλασιάσαι ἐθέλοιμεν τὸ μῆκος, ὡς ἀντὶ σταδίων πέντε ἐς δέκα ἐκτεῖναι τὴν τάξιν, τοὺς ἐκ τοῦ βάθους παρεμβληθέντας ἐς τὸ κατὰ μῆκος μέσον τῶν ὁπλιτῶν διάστημα ἐπὶ τὰ δεξιὰ κελεύσομεν ἐξελίσσεσθαι, τοὺς δὲ λοιποὺς καὶ ἡμίσεας αὐτῶν ἐπὶ τὰ εὐώνυμα, ἀπὸ τῶν πρὸς τοῖς κέρασι δευτέρων λόχων ἀρχόμενοι, καὶ οὕτω διπλάσιον ἐφέξει χωρίον ἡ πᾶσα τάξις· (6) ἀποκαταστῆσαι δὲ ἐπειδὰν βουληθῶμεν, * αὖ ἐξελίσσειν τοὺς κατὰ τὰ κέρατα τεταγμένους ἐς οὕστινας πρότερον εἶχεν τόπους. (7) Οὐ πάνυ δὲ ὠφέλιμοι οἱ διπλασιασμοὶ ἐγγὺς ὄντων πολεμίων, ὅτι ταραχῆς τε τοῦ ἡμετέρου στρατεύματος δόξαν παρέξουσιν ἐκείνοις, καὶ αὐτὸ τὸ στράτευμα ἐν τῇ μετακινήσει ἀσθενέστερον ἅμα καὶ

locum, quem antea tenebant, cum alio ita commutare, ut lochagus uragi, uragus lochagi locum et relicta fronte tergum occupet. (5) Evolutiones autem per juga fiunt, quum quis ad sectiones statuere vult cornua, ad cornua vero sectiones, et hoc modo medium totius phalangis firmare, et similiter ad dextra ponere sinistra, et ad sinistra dextra. (6) Sin per majores phalangis partes evolutiones facere non licet, hoste jam appropinquante, et nihilominus mutari acies debet, tum per singula syntagmata eas faciunt.

XXIV. Evolutio autem quæ fit per versus Macedonica vocatur, quum mutatur lochagus, quique sequuntur, ab hasta se vertentes alii post alios collocantur. (2) Evolutio autem Laconica vocatur, quando lochago vertente se ab hasta versum totum in alium æqualem priori vertit locum, ceteri autem sequentes ordine post eum similiter statuuntur; vel, quando uragus immutatur, ac qui post eum constitutus uragum ab hasta præcedens ante eum collocatur, ceterique similiter alius ante alium statuitur, donec lochagus fiat protostata. (3) Chorius autem exeligmus fit, quum lochagus conversus in hastam procedit in versu, donec venerit ad locum uragi, uragus autem, donec ad lochagi. (4) Atque ita quidem fiunt per versus; ad eundem vero modum et per juga quomodo fiant, non difficile est intelligere.

XXV. Duplicationum vero genera sunt duo; alterum per juga fit, alterum in latitudinem. (2) Atque horum quodlibet aut numero fit, aut loco. Numero quidem, si pro mille viginti quattuor in longitudine faciamus bis mille quadraginta octo, eundemque locum phalanx tota retineat. (3) Fit hoc autem insertis in medio armatorum epistatis, qui sunt in latitudine, atque ita densatur frons phalangis. (4) Quodsi hos restituere volumus figuræ priori, exclamamus hoc: *Qui in longitudine sunt inserti, revertantur in ordinem.* (5) Sin vero duplicare in eodem loco voluerimus longitudinem, ut exempli gratia stadiorum quinque aciem extendere in decem, ex latitudine insertos in longitudinem, medium inter armatos intervallum obtinentem jubebimus ad dextram explicari, reliquos vero sive dimidiam partem ad sinistram, a versibus secundis ad cornua incipientes, atque ita duplex obtinebit spatium universa acies. (6) Quodsi restituere hos volumus priori formæ, explicare eos, qui sunt ad cornua collocati, jubebimus ad loca, quæ prius habebant. (7) Non autem valde utiles sunt hæ duplicationes, si hostes in propinquo sunt, quod tumultus quandam speciem in exercitu nostro præbeant, exercitusque ipse in transmutatione minus ordinate firmiterque collocetur.

ἀτακτότερον καθιστᾶσιν. (8) Ἀλλὰ τοὺς ψιλοὺς ἐπεκτείνειν ἄμεινον, καὶ τοὺς ἱππέας, ὡς τὴν ἐκ τοῦ διπλασιασμοῦ ἔκπληξιν ἄνευ κινήσεως τῆς πεζικῆς φάλαγγος τοῖς πολεμίοις ἐμποιῆσαι. (9) Γίνεται δὲ τὸ διπλασιάζειν ἀναγκαῖον, ἢ ὑπερφαλαγγῆσαι ἡμῶν θελησάντων ὑπὲρ τὸ τῶν πολεμίων κέρας, ἢ κωλῦσαι ὑπερφαλαγγῆσαι ἐκείνους. (10) Τὸ βάθος δὲ διπλασιάζεται, εἰ ὁ δεύτερος λόχος τῷ πρώτῳ ἐπιταχθείη, ὥστε τὸν τοῦ δευτέρου λόχου λοχαγὸν ἐπιστάτην τοῦ πρώτου λοχαγοῦ γενέσθαι, τὸν δ' ἐπιστάτην τὸν πρῶτον τοῦ μὲν ἐκείνου ἐπιστάτου ἐπιστάτην γενέσθαι. (11) Οὕτω γὰρ ὁ μὲν πρόσθεν πρῶτος ἂν τοῦ β' λόχου δεύτερός ἐστι τοῦ πρώτου λόχου, ὁ δὲ δεύτερος ἐν τῷ δευτέρῳ τέταρτος τοῦ α', καὶ ὡσαύτως ἐφεξῆς, ἔστ' ἂν ἅπας ὁ δεύτερος λόχος κατὰ τὸν πρῶτον ἐπ' εὐθείας ἐναλλὰξ ἐνταχθῇ ἐς βάθος. Οὕτω γάρ τοι καὶ ὁ τέταρτος λόχος τὸν τρίτον βαθυνεῖ, συνταχθεὶς αὐτῷ, καὶ ἁπλῶς οἱ ἄρτιοι εἰς τοὺς περιττοὺς ἐνταχθήσονται. (12) Οὐ χαλεπὸν δὲ γνῶναι, ὅπως καὶ αὐτοῦ τοῦ κατὰ βάθος χωρίου διπλασιασμὸς ἔσται, καὶ ἡ ἀπὸ τοῦδε ἀποκατάστασις.

XXVI. Καὶ μὴν πλαγία μὲν φάλαγξ ἐστὶν ἡ τὸ μῆκος τοῦ βάθους πολλαπλάσιον ἔχουσα· ὀρθία δὲ, ὅταν ἐπὶ κέρας πορεύηται. Οὕτω δὲ αὖ τὸ βάθος τοῦ μήκους πολλαπλάσιον παρέχεται· (2) ὅλως τε παράμηκες μὲν τάγμα ὀνομάζεται, ὅ τι περ ἂν τὸ μῆκος ἔχῃ ἐπιπλεῖον τοῦ βάθους· ὄρθιον δὲ, ὅ τι περ ἂν τὸ βάθος τοῦ μήκους. (3) Λοξὴ δὲ ὀνομάζεται φάλαγξ, ἡ τὸ μὲν ἕτερον κέρας, ὁπότερον ἂν ὁ στρατηγὸς βούληται, τοῖς πολεμίοις πελάζον ἔχουσα, καὶ αὐτῷ μόνῳ ἀγωνιζομένη, τὸ ἕτερον δὲ δι' ὑποστολῆς σώζουσα. (4) Παρεμβολὴν δὲ ὀνομάζουσιν, ἐπειδὰν προτεταγμένων τινῶν κατὰ διαστήματα ἐκ τῶν ἐπιτεταγμένων ἐγκαθιστῶνται αὐτοῖς, ἀλλὰ ἐπ' εὐθείας, ὡς ἀναπληρῶσαι τὸ πρόσθεν ἀπολειπόμενον κενὸν τῆς φάλαγγος. (5) Πρόσταξιν δὲ, ὅταν ἢ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τῆς τάξεως ἢ ἐκ θατέρου κατὰ τὸ κέρας αὐτὸ προστεθῇ τι στῖφος τῇ πάσῃ φάλαγγι κατ' εὐθὺ τοῦ μετώπου τῆς τάξεως. (6) Ἔνταξιν δὲ ὀνομάζουσιν, ἐπειδὰν τοὺς ψιλοὺς ἐς τὰ διαστήματα τῶν πεζῶν ἐντάξωσιν, ἄνδρα παρ' ἄνδρα ἱστάντες· (7) ὑπόταξιν δὲ, ἐπειδὰν τοὺς ψιλοὺς ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς φάλαγγος ὑποτάξῃ τις ὡς ἐς ἐπικάμπιον.

XXVII. Χρὴ δὲ τὰ παραγγέλματα ἐθίζεσθαι τὴν στρατιὰν ὀξέως δέχεσθαι, τὰ μὲν φωνῇ, τὰ δὲ ὁρατοῖς σημείοις, τὰ δὲ τῇ σάλπιγγι. (2) Καὶ σαφέστερα μὲν τυγχάνει ὄντα τὰ λέξει δηλούμενα, ὅτι καὶ παντὸς τοῦ νοῦ ἡ δήλωσις οὕτω γίγνεται, οὐχὶ δὲ σύμβολόν τι αὐτοῦ μόνον ὁρᾶται ἢ ἀκούεται. (3) Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὰ τὰ ἐξείργοντά ἐστιν ἐν ταῖς μάχαις πρὸς τὰς διὰ φωνῆς δηλώσεις, ὁ κτύπος τε ὁ ἐκ τῶν ὅπλων καὶ αἱ παρακελεύσεις ἀλλήλοις καὶ οἰμωγαὶ τιτρωσκομένων καὶ παριππασία δυνάμεως ἱππικῆς, ψόφος τε τῶν ὅπλων καὶ χρεμετισμὸς τῶν ἵππων καὶ σκευοφόρων παριόντων, προσεθι-

(8) Verum longe melius, extendere levis armaturæ milites atque equites, ut ex duplicatione absque mutatione phalangis pedestris terror hostibus injiciatur. (9) Est autem duplicatio necessaria, quando circuire cupimus cornu adversariorum, aut cavere, ne ipsi circumeant. (10) Latitudo autem duplicatur, si secundus versus primo adjungitur, ita ut secundi versus lochagus epistata fiat lochagi in primo versu, epistata primi versus, epistatæ secundi versus epistata. (11) Ita namque qui primus erat versus secundi, secundus fiet versus primi, secundus vero versus secundi, quartus primi versus. Atque sic deinceps, donec totus versus secundus recta linea alternatim primo in latitudinem insertus erit. Ita namque et versus quartus tertium dilatat, si ei addatur, et in universum omnes pares si imparibus inserantur. (12) Nec vero, quomodo secundum latitudinem locus duplicari debeat, intellectu est difficile, itemque quomodo acies ex eo restituatur in priorem formam.

XXVI. Transversa phalanx est, quæ longitudinem latitudine multo habet majorem; recta vero, quum fit processus in cornu. Sic vero etiam latitudo major fit longitudine. (2) In universum vero oblongum agmen dicitur, cujus longitudo major est latitudine; rectum autem, cujus latitudo major longitudine. (3) Obliqua phalanx est, quæ cornu alterutrum, quodcumque visum fuerit imperatori, hostibus habet proxime objectum, eoque solo prœliatur, alterum vero servat velut in subsidium. (4) Parembolam sive insertionem vero nominant, quum in spatiis quorundam, qui priori positi sunt loco, intermediis, qui stant in posteriori loco collocantur recta cum eis linea, ut sic impleatur spatium vacuum ante in phalange relictum. (5) Adpositionem dicunt, quum ab utraque agminis parte, vel tantum alterutra ad cornu ponitur globus, qui phalangis fronti recta linea respondeat. (6) Injunctionem vocant, quando leviter armatos in intervalla peditum inserunt, virum viro adjungentes; (7) subjunctionem vero, quando leviter armatos ad extremitates phalangis subjungit aliquis figura inflexa.

XXVII. Oportet autem exercitum assuefieri ad percipienda mandata confestim, quum ea quæ significantur voce, tum ea quæ percipiuntur visu, tum quæ dantur tuba. (2) Videntur autem evidentiora, quæ voce dantur, quandoquidem sic tota declaratur sententia, non vero signum modo ejus editur vel oculis vel auribus percipiendum. (3) Verum quoniam plurima impediunt in pugnis ea quæ fiunt declaratione vocis, velut fragor armorum et adhortationes mutuæ et ejulationes vulneratorum, et prætervectiones copiarum equestrium et armorum strepitus et equorum hinnitus et lixarum turba, idcirco exercitum assuefacere

στέον τὴν στρατιὰν καὶ τοῖς ὁρατοῖς σημείοις. (4) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα ἤδη ἄπορά ἐστιν ἃ γίνεται, οἷον ὁμίχλη ἢ κονιορτὸς πολὺς ἄνω αἰρόμενος ἢ ἥλιος κατὰ προσώπου ἀντιλάμπων ἢ νιφετὸς ξυνεχὴς ἢ ὕδωρ λάβρον ἐξ οὐρανοῦ ἢ τόποι σύνδενδροι ἢ γήλοφοι ἀνεστηκότες, ὡς μὴ πάσῃ τῇ φάλαγγι ὁρατὰ γίγνεσθαι τὰ σημεῖα. (5) Ὁπότε μὲν δὴ γήλοφοι διακρίνοιεν τὴν ὄψιν, πλείω τὰ ὁρατὰ σημεῖα ποιητέον· πρὸς δὲ τὰ ἐκ τοῦ ἀέρος ἐμπόδια, ἡ σάλπιγξ ὠφέλιμος.

XXVIII. Ὑπὲρ δὲ τῶν πορειῶν, ὅσας ποιεῖται τὰ στρατόπεδα, ἐκεῖνα χρὴ ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἡ μέν τις ἐπαγωγὴ ἐν ταῖς πορείαις, ἡ δὲ παραγωγὴ καλεῖται. (2) Καὶ ἐπαγωγὴ μέν ἐστιν, ἐπειδὰν τάγμα τάγματι ἐπ' εὐθὺ ἕπεται, οἷον ἡγουμένης τετραρχίας αἱ λοιπαὶ τετραρχίαι ταύτῃ ἐπιτεταγμέναι πορεύονται, ἢ αὖ ξεναγίας ἡγουμένης αἱ λοιπαὶ ξεναγίαι ἕπονται, ἑνί τε λόγῳ, ἐπειδὰν τοῦ προηγουμένου τάγματος τοῖς οὐραγοῖς οἱ τοῦ ἐφεξῆς τάγματος ἡγεμόνες συνάπτωσιν. (3) Παραγωγὴ δ' ἐστίν, ἐπειδὰν ἡ φάλαγξ πᾶσα πορεύηται, τοὺς ἡγεμόνας ἤτοι ἐκ τῶν εὐωνύμων ἢ ἐκ τῶν δεξιῶν ποιησαμένη· κἂν μὲν ἐκ τῶν εὐωνύμων ποιήσηται, εὐώνυμος παραγωγὴ καλεῖται· ἐὰν δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν, δεξιά. (4) Ὅπως δ' ἂν ἡ πορεία γίγνηται, εἴτε κατ' ἐπαγωγὴν εἶτ' ἐν παραγωγῇ, ἤτοι ἐν μονοπλεύρῳ τῷ τάγματι ἡ στρατιὰ βαδιεῖται, ἢ ἐν διπλεύρῳ ἢ ἐν τριπλεύρῳ ἢ ἐν τετραπλεύρῳ. (5) Μονοπλεύρῳ μέν, ἐπειδὰν ἕνα τόπον ὕποπτον ἔχῃ ὁ στρατηγός· διπλεύρῳ δὲ, ἐπειδὰν δύο· τριπλεύρῳ δὲ, ἐπειδὰν τρεῖς· τετραπλεύρῳ δὲ, ἐπειδὰν πάντοθεν οἱ πολέμιοι ἐπιστήσεσθαι πιθανοὶ δοκῶσι. (6) Καὶ μὴν ποτὲ μὲν μονοφαλαγγία ἡ πορεία γίγνεται, ποτὲ δὲ διφαλαγγία, καὶ οὕτως τριφαλαγγία τε καὶ τετραφαλαγγία. Καὶ ταῦτα οὐ χαλεπὸν ξυμβάλλειν ὑπὸ τῶν πρόσθεν τάξεων.

XXIX. Ἔτι δὲ ἀμφίστομος μὲν φάλαγξ καλεῖται, ἡ τοὺς ἡμίσεας τῶν ἐν τοῖς λόχοις ἀνδρῶν ἀπεστραμμένους ἀπὸ σφῶν ἔχουσα, ὡς ἀντινώτους εἶναι. (2) Διφαλαγγία δὲ ἀμφίστομος, ἥτις ἐν τῇ πορείᾳ τοὺς ἡγεμόνας ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν ἐν παραγωγαῖς τεταγμένους, τοὺς μὲν ἐν δεξιᾷ, τοὺς δὲ ἐν εὐωνύμῳ, *** τοὺς δὲ οὐραγοὺς ἔξω ἐστραμμένους ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν ἐν παραγωγαῖς. (3) Ἑτερόστομος δὲ φάλαγξ ἐστὶν, ἡ τὸ μὲν ἡγούμενον ἥμισυ ἐν τῇ πορείᾳ ἔχουσα ἐν εὐωνύμῳ παραγωγῇ, τουτέστι τοὺς ἡγεμόνας ἐξ εὐωνύμου, τοῦ δὲ λοιποῦ ἡμίσεος τῆς φάλαγγος τοὺς ἡγεμόνας ἐν δεξιᾷ παραγωγῇ. (4) Ὁμοιόστομος δ' ἐν πορείᾳ διφαλαγγία ἐστὶν, ἥτις τοὺς ἡγεμόνας ἑκατέρας τῆς φάλαγγος ἐκ τῶν αὐτῶν μερῶν ἔχει τεταγμένους, ἢ ἐκ δεξιῶν ἢ ἐκ τῶν εὐωνύμων ἑκατέρας τῆς φάλαγγος. (5) Ὅταν δὲ ἡ ἀμφίστομος διφαλαγγία τὰ μὲν ἡγούμενα πέρατα ἀλλήλοις συνάψῃ, τὰ δὲ ἑπόμενα διαστήσῃ, τὸ τοιοῦτον ἔμβολον καλεῖται. (6) Ἐπειδὰν δὲ ἀντίστομος διφαλαγγία τὰ μὲν ἑπόμενα πέρατα συνάψῃ, τὰ δὲ ἡγούμενα διαστήσῃ, τὸ τοιόνδε κοιλέμβολον καλεῖται. (7) Πλαίσιον δὲ ὀνομάζεται ὁπόταν πρὸς πάσας τὰς πλευρὰς παρατάξηταί τις ἐν ἑτερομήκει σχήματι. (8) Πλινθίον δὲ, ὅταν ἐν τετραγώνῳ σχήματι αὐτὸ τοῦτο πράξῃ, ὅπερ Ξενοφῶν ὁ τοῦ Γρύλλου πλαίσιον ἰσόπλευρον καλεῖ· (9) ὃ καὶ ὑπερφαλάγγησιν μὲν ὀνομάζουσιν τὴν καθ' ἑκάτερον τὸ πέρας τῆς φάλαγγος ὑπεροχὴν ὑπὲρ τοὺς πολεμίους· ὑπερκέρασιν δὲ, τὴν καθ' ἓν ὁπότερον οὖν κέρας. Καὶ τῇ μὲν ὑπερφαλαγγήσει ἡ ὑπερκέρασις ἑπόμενόν ἐστιν, ἀνάπαλιν δὲ οὔ. (10) Οὕτω τοι κέρατι μὲν ὁποτέρῳ οὖν ὑπερέχειν καὶ ἐλάττονας κατὰ πλῆθος δυνατὸν, καὶ ἐν ἴσῳ βάθει φυλάττοντας τὴν πᾶσαν τάξιν· ὑπερφαλαγγῆσαι δὲ ἐν ἴσῳ τῷ πλήθει ἢ καὶ μείονι, μὴ ἐπὶ λεπτὸν ἐπεκτείνοντα, οὐχ οἷόν τε.

XXX. Τῶν δὲ σκευοφόρων ἀγωγαὶ ξὺν ἡγεμόνι γιγνέσθωσαν. Τρόποι δὲ αὐτῶν πέντε· ἢ γὰρ ἡγεῖσθαι αὐτὰ χρὴ τῆς στρατιᾶς, σὺν οἰκείᾳ φυλακῇ, ἢ ἕπεσθαι, ἢ ἐκ πλαγίου ἰέναι· καὶ τοῦτο διττόν· ἢ γὰρ ἐκ δεξιῶν, ἢ ἐξ ἀριστερῶν· ἢ ἐντὸς τῶν ὅπλων ἄγεσθαι. (2) Πρὸ μὲν δὴ τῆς φάλαγγος χρὴ ἄγειν τὰ σκευοφόρα, ἐπειδὰν ἐκ πολεμίας ἀπάγῃς· ἑπόμενα δὲ τῇ φάλαγγι, ἐπειδὰν εἰς πολεμίαν ἐμβάλλῃ· παράγειν δὲ ὁποτέρᾳ οὖν, ἐπειδὰν τὰ πλάγια φοβώμεθα· ἐντὸς δὲ τῆς φάλαγγος, ἐὰν τὰ πανταχόθεν ὕποπτα ᾖ.

XXXI. Τὰ δὲ παραγγέλματα χρὴ συντομώτατά τε ὡς οἷόν τε καὶ σαφέστατα ποιεῖσθαι. Ἔσται δὲ τοῦτο, εἰ ὅσα ἀναμφιβόλως δέξασθαι δυνατοὶ εἶεν οἱ στρατιῶται, ταῦτα φυλαττοίμεθα. (2) Αὐτίκα εἰ κλῖνον λέγοις, ἐφ' ὃ προστιθεὶς, τὸ ἐπὶ δόρυ ἢ ἐπ' ἀσπίδα, οἱ ὀξέως κατακούειν εἰθισμένοι τῶν παραγγελμάτων, ἄλλοι ἄλλο δεξάμενοι ἔπραξαν. Οὐκ οὖν ὧδε χρὴ λέγειν, κλῖνον ἐπὶ δόρυ, ἢ κλῖνον ἐπ' ἀσπίδα· ἀλλ' ἀναστρέψαντα, ἐπὶ δόρυ κλῖνον, ἢ ἐπ' ἀσπίδα κλῖνον. Οὕτω γὰρ ξύμπαντες τὸ αὐτὸ ἀκούσονταί τε καὶ δράσουσιν. (3) Οὐκ οὖν οὐδὲ μεταβαλοῦ, ἢ ἐξέλιξον χρὴ παραγγέλλειν. Ταῦτα γὰρ τοῦ γένους τὴν πρᾶξιν δηλοῦντα, ἐπὶ διάφορα ἔργα ἄξει τοὺς ἀκούοντας. Ἀλλὰ τὰ εἴδη γὰρ προτακτέον πρὸ τῶν γενῶν, οἷον, ἐπὶ δόρυ μεταβαλοῦ, ἢ ἐπ' ἀσπίδα. (4) Καὶ αὖ ὧδε ἐροῦμεν, τὸν Λάκωνα ἐξέλισσε, ἢ τὸν Χόριον, ἢ τὸν Μακεδόνα· εἰ δὲ μὴ προσθείς ὄντινα, αὐτὸ μόνον ἐξέλισσε φαίης, ἄλλοι ἐπ' ἄλλον ἐξελιγμὸν ἥξουσιν. (5) Οὐδὲν δὲ ὡσαύτως ἀγαθὸν ἔν τε πορείαις καὶ ἐν μάχαις, ὡς σιγὴ τοῦ παντὸς στρατεύματος. Καὶ τοῦτό γε καὶ Ὅμηρος ἐν τῇ ποιήσει ἐδήλωσεν. Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἡγεμόνων τῶν Ἑλλήνων φησὶν ὅτι

Κέλευε δὲ οἷσιν ἕκαστος
ἡγεμόνων·

περὶ δὲ τῆς στρατιᾶς ὅτι

οἱ δ' ἄλλοι ἀκὴν ἴσαν (οὐδέ κε φαίης
τόσσον λαὸν ἕπεσθαι ἔχοντ' ἐν στήθεσιν αὐδὴν)
σιγῇ δειδιότες σημάντορας·

τῶν δὲ δὴ βαρβάρων τὴν ἀταξίαν δηλῶσαι θελήσας, κλαγγῇ καὶ ἐνοπῇ φησὶν εἶναι τοὺς Τρῶας ἴσα καὶ ὄρνιθας. (6) Καὶ αὖ ἐν ἄλλοις ἔπεσι·

portet etiam ad ea signa observanda, quæ percipiuntur visu. (4) Quanquam et ea interdum observari difficulter possint, ut quum oritur caligo, aut pulvis excitatur, aut sol ferit oculos, aut nix densa aut pluvia vehemens cœlo delabitur, aut loci arboribus sint consiti aut collibus distincti, ut a phalange universa signa nequeant conspici. (5) Ac ubi quidem colles visum impediunt, plura signa proponenda, quæ possint conspici. Quæ autem ex aere existunt impedimenta, adversus ea tuba est idonea.

XXVIII. De itineribus autem, quæ facit exercitus, hoc notari debet, quod eorum aliquod dicatur epagoge, aliquod paragoge. (2) Ac epagoge quidem est, quando tagma unum statim alterum subsequitur, ut quum præcedit tetrarchia una, reliquæ tetrarchiæ similiter ordinatæ sequuntur, vel quando xenagia præcedit, sequuntur ceteræ xenagiæ : uno verbo, quando uragis tagmatis præcedentis conjunguntur subsequentis tagmatis duces. (3) Paragoge autem est, quando tota incedit phalanx, duces autem habet vel a dextris vel a sinistris. Et quando a sinistris, paragoge sinistra dicitur, quando vero a dextris, dextra. (4) Quoquo autem modo fiat iter, aut in epagoge aut paragoge, fit aut unilatero tagmate aut bilatero aut trilatero aut quadrilatero. (5) Unilatero quidem, si duci ab uno latere suspicio est hostis; bilatero, si a lateribus duobus; trilatero, si a tribus; quadrilatero vero, si ab omni latere irrupturi hostes videntur. (6) Sed et monophalangia quando iter instituitur, aliquando diphalangia, et triphalangia, et tetraphalangia. Atque hoc quid sit haud difficile est conjicere ex antecedentibus agminis speciebus.

XXIX. Deinde vero et amphistomos phalanx vocatur, quæ dimidiam partem virorum in versibus aversam habet a se mutuo, sic ut terga sibi obvertant. (2) Diphalangia vero amphistomos, quæ in itinere duces habet ab utraque parte in paragogis constitutos, alios in dextra, alios in sinistra, [*uragos vero intus collocatos. Antistomus autem diphalangia duces in medio habet*] uragos autem extra collocatos utrinque in paragogis. (3) Phalanx autem heterostomos est, quæ præfecturam habet dimidiam in itinere in sinistra paragoge, hoc est, præfectos ex sinistra parte, dimidiæ autem partis reliquæ præfectos phalangis in dextra paragoge. (4) Homœostomos autem diphalangia in itinere est, quæ duces alterutrius phalangis ab iisdem partibus habet collocatos, vel a dextris, vel a sinistris alterutrius phalangis. (5) Quando vero phalanx amphistomos duces primores inter se conjungit, eos vero, qui sequuntur, disjungit, cuneus id dicitur. (6) Quando autem antistomos diphalangia eos qui sequuntur conjungit, primos vero disjungit, cœlembolum id appellatur. (7) Plæsium vero dicitur, quum ab omnibus lateribus acies instruitur figura oblonga. (8) Plinthium vero, si figura quadrata fiat illud ipsum, quod Xenophon Grylli filius plæsium æquilaterum appellat. (9) Hyperphalangesin vero appellant, si ab extremitate phalangis utraque hostes circumdamus; hypercerasin vero, si ab uno tantum, quocunque tandem, cornu : et hyperphalangesin quidem subsequitur hypercerasis, at non vice versa. (10) Atque ita quidem cornu alterutrum superare etiam qui copiis minus sunt instructi possunt, et in eadem latitudine conservare totam aciem. Hyperphalangesin autem adhibere in æquali multitudine vel etiam minore, nisi extenuare nimis aciem velis, haud potes.

XXX. Impedimenta vero duci sub præfecto debent. Sunt autem modi ducendi ea quinque. Vel enim antecedere debent exercitum cum præsidio proprio, vel sequi, vel a latere ire; quod ipsum quoque duplicis est generis, a dextro videlicet, vel a sinistro; vel denique in medio exercitus concludi. (2) Ante phalangem quidem ducere oportet impedimenta, quando abducis ex regione hostili; phalangem vero debent sequi, quando in hostilem regionem irrumpis; a latere alterutro incedere, si ab alterutro est metus; in ipsa autem phalange, quando ubique omnia sunt suspecta.

XXXI. Mandata vero brevissima quam maxime potest via perspicuaque dari oportet. Fit hoc autem, quando, uti absque ambiguitate intelligere possint milites, operam damus. (2) Ut si dicas, *inclina*, addasque *in hastam clypeumve*, qui sueti sunt celeriter obtemperare mandatis, aliter aliterque id accipientes, diversimode facient. Non igitur dicendum *inclina in hastam*, vel *inclina in clypeum*, sed inverse, *in hastam inclina, in clypeum inclina*. Sic enim universi idem intelligent exsequenturque. (3) Ad eundem ergo modum neque *immuta*, neque *explica* dicendum, quum mandatum datur. Hæc enim generis actionem innuentia, audientes inducunt ad actiones alias aliasque, sed species præponendæ sunt generi, ut, *ad hastam immuta*, vel *ad clypeum*. (4) Exinde quoque potius dicimus, *Laconicam explica*, aut *Choriam*, aut *Macedonicam*. Si vero non præponas qualem, et simpliciter dicas, *explica*, alii aliam explicationem explicabunt. (5) Nihil autem æque utile in itineribus pugnisque, ac silentium exercitus totius. Id quod et Homerus ostendit in poesi sua. Nam de ducibus Græcorum ait (Il. 4, 428) :

Imperabat suis unusquisque
ducum ;

de exercitu vero :

celeri taciti ibant (neque dixisses
tantas copias sequi habentes in pectoribus vocem)
silentio reveriti ductores.

Barbarorum vero confusionem ostendere cupiens, *cum clangore sonitugue*, ait, *ivisse Trojanos, sicut aves*. (6) Et rursum in alio carmine (Il. 2, 459) :

Τῶν δ' ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν (φησί) ἔθνεα πολλὰ,
χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων

καὶ ἐπεξελθὼν τῶν ὀρνίθων τὸν θόρυβον·

Ὡς Τρώων ἀλαλητὸς (φησίν) ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν ὀρώρει,
οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος οὐδ' ἴα γῆρυς·

ὑπὲρ δὲ τῶν Ἑλλήνων·

Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ, φησίν, μένεα πνείοντες Ἀχαιοί,
ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν·

οὕτω γὰρ οἱ μὲν ἡγεμόνες ὀξέως παραγγελλοῦσιν αὐτὰ, ἡ δὲ στρατιὰ ὀξέως δέξεται τὰ ἐνδιδόμενα.

XXXII. Τὰ παραγγέλματα δὲ ἔστω τοιάδε· Ἄγε εἰς τὰ ὅπλα. Ὁπλοφόρος ἀπίτω ἀπὸ τῆς φάλαγγος. Σίγα, καὶ πρόσεχε τῷ παραγγελλομένῳ. Ἄνω τὰ δόρατα. Κάθες τὰ δόρατα. Ὁ οὐραγὸς τὸν λόχον ἀπευθυνέτω. Τήρει τὰ διαστήματα. Ἐπὶ δόρυ κλῖνον. Ἐπ' ἀσπίδα κλῖνον. Πρόαγε. Ἐχέτω οὕτως. Ἐς ὀρθὸν ἀπόδος. Τὸ βάθος διπλασίαζε, ἀποκατάστησον. Τὸν Λάκωνα ἐξέλιττε, ἀποκατάστησον· ἐπὶ δόρυ ἐκπερίσπα, ἀποκατάστησον. (2) Τάδε μὲν, ὥσπερ ἐν τέχνῃ, δι' ὀλίγων ἐκδηλῶσαι ἱκανὰ, ὑπέρ τε τῶν πάλαι Ἑλληνικῶν καὶ τῶν Μακεδονικῶν τάξεων, ὅστις μηδὲ τούτων ἀπείρως ἐθέλοι ἔχειν. (3) Ἐγὼ δὲ τὰ ἱππικὰ γυμνάσια, ὅσα Ῥωμαῖοι ἱππεῖς γυμνάζονται, ἐν τῷ παρόντι ἐπεξελθὼν, ὅτι τὰ παρ' [Ἕλλησιν] ἔφθην δηλώσας ἐν τῇ συγγραφῇ, ἤντινα ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως συνέγραψα, τόδε μοι ἔσται τέλος τοῦ λόγου τοῦ τακτικοῦ.

XXXIII. Καίτοι οὐκ ἀγνοῶ, χαλεπὴν ἐσομένην τὴν δήλωσιν τῶν ὀνομάτων ἑκάστων, ὅτι οὐδὲ αὐτοῖς Ῥωμαίοις τὰ πολλὰ τῆς πατρίου φωνῆς ἔχεται, ἀλλὰ ἔστιν ἃ τῆς Ἰβήρων ἢ Κελτῶν, ἐπεὶ τὰ πράγματα αὐτὰ Κελτικὰ ὄντα προσέλαβον, εὐδοκιμήσαντος αὐτοῖς ἐν ταῖς μάχαις τοῦ Κελτῶν ἱππικοῦ. (2) Εἰ γάρ τοι ἐπ' ἄλλῳ τῳ, καὶ ἐπὶ τῷδε ἄξιοι ἐπαινεῖσθαι Ῥωμαῖοι, ὅτι οὐ τὰ οἰκεῖα καὶ τὰ πάτρια οὕτως τι ἠγάπησαν, ὡς τὰ πανταχόθεν καλὰ ἐπιλεξάμενοι, οἰκεῖα σφίσιν ἐποιήσαντο. (3) Οὕτω τοι εὕροις ἂν καὶ ὁπλίσεις τινὰς παρ' ἄλλων λαβόντας· καὶ ἤδη Ῥωμαϊκαὶ ὀνομάζονται, ὅτι κράτιστα Ῥωμαῖοι αὐταῖς ἐχρήσαντο· καὶ γυμνάσια στρατιωτικὰ παρ' ἄλλων, καὶ θρόνους τῶν ἀρχόντων, καὶ ἐσθῆτα τὴν περιπόρφυρον. (4) Οἱ δὲ καὶ θεοὺς αὐτοὺς ἄλλους παρ' ἄλλων λαβόντες, ὡς οἰκείους σέβουσιν. Τὰ γοῦν ἐπ' αὐτοῖς δρώμενα εἰς τοῦτο ἔτι, τὰ μὲν Ἀχαιῶν νόμῳ ὁρᾶσθαι λέγεται, τὰ δὲ κοινῶς Ἑλλήνων· ὁρᾶται δὲ ἔστιν ἃ καὶ Φρύγια· καὶ γὰρ ἡ Ῥέα αὐτοῖς ἡ Φρυγία τιμᾶται ἐκ Πεσσινοῦντος ἐλθοῦσα, καὶ τὸ πένθος τὸ ἀμφὶ τῷ Ἄττῃ Φρύγιον ἐν Ῥώμῃ πενθεῖται, καὶ τὸ λουτρὸν δὲ ἡ Ῥέα, ἐφ' οὗ τοῦ πένθους λήγει, τῷ Φρυγῶν νόμῳ λοῦται. (5) Καὶ μὴν τῶν νόμων, οὓς ἐν ταῖς δώδεκα δέλτοις τὰ πρῶτα ἐγράψαντο, τοὺς πολλοὺς εὕροις ἂν παρ' Ἀθηναίων λαβόντας. (6) Καὶ ταῦτα πολὺ ἂν ἔργον εἴη ἐπεξιέναι, ὅπως τε ἕκαστα ἔχῃ καὶ παρὰ τίνων προσποιηθέντα. Ἐμοὶ δὲ ὑπὲρ τῶν γυμνασίων τῶν ἱππικῶν ὥρα ἤδη λέγειν.

Horum autem sicut avium volatilium gentes multæ, anserum vel gruum vel cygnorum longa colla habentium;

et persequens avium tumultum :

Sic Trojanorum clamor per exercitum latum exortus est : non enim omnium erat una vociferatio, neque una vox.

At vero de Græcis ait

Hi vero ibant tacite, Martem spirantes Achivi, mutuum in auxilium discrimen adire parati.

Sic enim et duces celeriter imperia proponent, et proposita exercitus celeriter intelliget.

XXXII. Imperia vero ista sunt. Age ad arma. Lixa discedat a phalange. Tace, et attende jussis. Sursum hastas. Deorsum hastas. Uragus versum dirigat. Serva inter valla. Ad hastam inclina. Ad clypeum inclina. Procede. Sic consiste. In rectum restitue. Latitudinem duplica; restitue. Laconicam explica; restitue. In hastam converte; restitue. (2) Atque ista quidem, ceu in arte compendiosa, sufficere videntur, de veteribus Græcorum ac Macedonum aciebus ei, qui ne harum quidem imperitus esse volet. (3) Ego vero exercitationes equestres, quibus equites Romani exercentur, in præsens persecutus (nam de Græcorum exercitationibus equestribus jam dixi in scripto, quod pro Imperatore ipso composui), hic finem faciam libri tactici.

XXXIII. Non ignoro autem, fore difficilem omnium vocabulorum explicationem, quod ne Romani quidem ipsi multa eorum habeant ex sermone proprio, sed ex Iberico aut Celtico, quoniam res ipsas, quæ Celticæ sunt, assumpserunt quum eis in prœliis Celtarum equitatus maxime placeret. (2) Si enim ob alia, etiam ob hoc laudandi Romani, quod non sic amarint patria et sua, ut non undique, quæ essent utilia, seligerent, inque suos usus converterent. (3) Sic invenias arma accepisse quædam ab aliis, quæ nunc appellantur Romana, quia iis optime Romani usi sunt; ab aliis etiam exercitationes militares, et sellas magistratuum, et vestem purpura prætextam. (4) Quin et deos ipsos aliunde acceptos colunt, velut suos. Quare multa faciunt in cultu isto, ad hunc diem, quæ dicuntur fieri vel ex instituto Achæorum, vel communi Græcorum omnium. Observant quoque Phrygia instituta nonnulla. Nam et Rheam colunt Phrygiam ex Pessinunte advectam, et luctum ob Attin Phrygium Romæ lugent. Lavacrum quoque, quo lota Rhea a luctu desinit, Phrygio more instituitur. (5) Sed et legum, quas primum in tabulis duodecim habebant conscriptas, plerasque invenies ab Atheniensibus accepisse. (6) Et hæc quidem quomodo se habeant singula, et quæ a quoque ipsis vindicentur, non parvi laboris esset explicare. At nunc tempus est ut de exercitationibus equestribus loquar.

XXXIV. Τὸ μὲν χωρίον, ἵναπερ τὰ γυμνάσια αὐτοῖς τελεῖται, οὐχ ὁμαλὸν ἐπιλέγονται μόνον, ἀλλ' ἐς τοσόνδε προσεξεργάζονται, ὡς σκάπτειν τε τὸ μέσον αὐτοῦ ἐς βάθος ξύμμετρον, καὶ τὰς βώλους ξυγκόπτειν ἐς λεπτότητά τε καὶ μαλακότητα, ἀποτεμνόμενοι τοῦ παντὸς πεδίου τὸ πρὸ τοῦ βήματος ἐς πλαισίου ἰσοπλεύρου σχῆμα. (2) Αὐτοὶ δὲ ὡπλισμένοι παριᾶσι κράνεσι μὲν σιδηροῖς ἢ χαλκοῖς κεχρυσωμένοις, ὅσοι κατ' ἀξίωσιν αὐτῶν διαπρεπεῖς, ἢ καθ' ἱππικὴν διαφέροντες, ὡς καὶ αὐτῷ τούτῳ ἐπάγειν ἐπὶ σφᾶς τῶν θεωμένων τὰς ὄψεις. (3) Τὰ κράνη δὲ ταῦτα, οὐ καθάπερ τὰ εἰς μάχην πεποιημένα, πρὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν παρειῶν προβέβληται μόνον, ἀλλὰ ἴσα πάντῃ τοῖς προσώποις ποιεῖται τῶν ἱππέων, ἀνεωγότα κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὅσον μὴ ἐπίπροσθεν τῷ ὁρᾶν τὰ γιγνόμενα σκέπην ὅμως παρέχειν τῇ ὄψει. (4) Χαῖται δὲ ἀπήρτηνται αὐτῶν ξανθαὶ, οὐκ ἐπὶ χρείᾳ μᾶλλόν τι ἢ ἐς κάλλος τοῦ ἔργου· καὶ αὗται ἐν ταῖς ἐπελάσεσιν τῶν ἵππων, εἰ καὶ ὀλίγη πνοὴ τύχοι, καὶ ὑπὸ τῆς ὀλίγης ἡδίους φαίνονται ἀπαιωρούμεναι. (5) Καὶ θυρεοὺς δὲ φέρουσιν, οὐχ ὥσπερ εἰς τὰς μάχας, ἀλλὰ τῷ βάρει κουφοτέρους, ἅτε ἐπ' ὀξύτητι καὶ κάλλει τὰς μελέτας ποιούμενοι, καὶ ἐς ἡδονὴν πεποικιλμένους. (6) Ἀντὶ δὲ τῶν θωράκων, Κιμμερικὰ χιτώνια, ἴσα καὶ ὅμοια τοῖς θώραξιν, τὴν δὲ χροιὰν οἱ μὲν κόκκου, οἱ δὲ ὑακίνθου, οἱ δὲ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ πεποικιλμένα. (7) Ἀναξυρίδας δὲ περὶ τοῖν σκελοῖν, οὐ καθάπερ Παρθυαῖοι καὶ Ἀρμένιοι κεχαλασμένας, ἀλλὰ προσσφιγγομένας τοῖν σκελοῖν. (8) Ἵπποι δὲ αὐτοῖς προμετωπιδίοις μὲν εἰς ἀκρίβειαν πεφραγμένοι εἰσὶ, παραπλευριδίων δὲ οὐδὲ δέονται. Ἀσίδηρα γὰρ ὄντα τὰ ἐπὶ τῇ μελέτῃ ἀκόντια, τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς τῶν ἵππων καὶ [ὡς] κακόν τι ἂν ἀπεργάσαιντο· ταῖς πλευραῖς δὲ αὐτῶν, ἄλλως τε καὶ τοῖς ἐφιππίοις τὸ πολὺ μέρος σκεπομέναις, ἀβλαβῶς προστίπτει.

XXXV. Πρῶτον μὲν δὴ ἔλασις αὐτοῖς ἐς τὸ ἀποδεδειγμένον πεδίον γίνεται, ὡς διαπρεπέστατα ἐς κάλλος καὶ λαμπρότητα ἠσκημένη, ὁπόθεν ἂν μάλιστα ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐξελαύνειν δόξειαν, καὶ μὴ ἁπλῆν, ἀλλ' ὡς ἔνι ποικίλην τὴν ἐκδρομὴν ποιεῖσθαι. (2) Σημείοις δὲ διακεκριμένοις ἀπελαύνουσιν, οὐ τοῖς Ῥωμαϊκοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς Σκυθικοῖς, τοῦ ποικιλωτέραν τε καὶ ἅμα φοβερωτέραν γίγνεσθαι τὴν ἔλασιν. (3) Τὰ Σκυθικὰ δὲ σημεῖά ἐστιν ἐπὶ κοντῶν ἐν μήκει ξυμμέτρῳ δράκοντες ἀπαιωρούμενοι. Ποιοῦνται δὲ ξυρραπτοὶ ἐκ ῥακῶν βεβαμμένων, τάς τε κεφαλὰς καὶ τὸ σῶμα πᾶν ἔστε ἐπὶ τὰς οὐρὰς εἰκασμένοι ὄφεσιν, ὡς φοβερώτατα οἷόν τε εἰκασθῆναι καὶ τὰ σοφίσματα ταῦτα· (4) Ἀτρεμούντων μὲν τῶν ἵππων, οὐδὲν πλέον ἢ ῥάκη ἂν ἴδοις πεποικιλμένα ἐς τὸ κάτω ἀποκρεμάμενα· ἐλαυνομένων δὲ ἐμπνεόμενα ἐξογκοῦνται, ὥστε μάλιστα τοῖς θηρίοις ἐοικέναι, καί τι καὶ ἐπισυρίζειν πρὸς τὴν ἄγαν κίνησιν ὑπὸ τῆ πνοῆ βιαίᾳ διερχομένῃ. (5) Καὶ ταῦτα τὰ σημεῖα οὐ τῇ ὄψει μόνον ἡδονὴν ἢ ἔκπλη-

XXXIV. Atque campum quidem, in quo exercitationes istas peragant, non æqualem eligunt modo, sed insuper ita præparant, ut medium ejus justa altitudine suffodiant, egestasque glebas discutiant, quo sint omnia mitia molliaque, resecantes ab omni campo locum ante suggestum situm in figuram æquilateram quadratam. (2) Ipsi vero armati instruuntur galeis ferreis aut æreis inauratis, quotquot vel ratione dignitatis eminent, vel rei equestris arte excellunt, ut et hoc ipso in se convertant oculos spectatorum. (3) Eæ galeæ autem, non ut illæ, quæ ad bella parantur, caput solum atque genas protegunt, verum similiter toti equitum faciei obtenduntur, circa oculos tantum apertæ ita, ut visum non impediant, simul tamen ipsis etiam oculis præbeant tutamen. (4) Setæ vero ab ipsis dependent flavæ, non tam ad usum aliquem quam ad pulchritudinem; quæ in cursu equorum vel a levissima, quæ forte spiret, aura agitatæ jucundum præbent spectaculum. (5) Gestant et scuta, non qualia usitata sunt in bello, sed pondere leviora, quandoquidem in celeritate ac venustate omne studium ponunt, et ad voluptatem variegata. (6) Pro thoracibus vero sagula Cimbrica, æqualia similiaque thoracibus, quantum autem ad colorem, coccinea quædam, quædam hyacinthina, alia variis distincta coloribus. (7) Tibialia vero circa crura non Parthorum vel Armeniorum modo larga, sed ad crura adstricta. (8) Equi vero eorum frontalibus probe sunt muniti, sed laterum munimentis haud indigent. Etsi enim ferreis cuspidibus in hoc ludo careant jacula, oculos tamen equorum vel sic lædere possint; sed latera eorum, præsertim quum ephippiis maximam partem tegantur, absque damno ferire licet.

XXXV. Primum autem decursionem instituunt in demonstratum campum, magnificentissime ad pulchritudinem dignitatemque instructam, unde ex improviso maxime procedere videantur, neque simplicem sed variam quammaxime profectionem facere. (2) Signis autem distinctis procedunt, non Romanis solum, verum etiam Scythicis, ut et varia magis et simul formidabilior fiat ista decursio. (3) Scythica autem signa sunt dracones convenienti longitudine pendentes ex contis. Fiunt autem ex pannis inter se consutis diversicoloribus, qui capita et reliqua corpora tota ad caudam usque repræsentant serpentum; adeo ut speciem quammaxime formidabilem etiam commenta hæc præ se ferant. (4) Sane, quando quieti stant equi, nihil amplius quam pannos videas diversicolores ad inferiora dependentes : quando vero currunt, inflati turgescunt, ut ipsas feras specie referant, quendam etiam sibilum edant per vehementem agitationem vento violentiore eos perflante. (5) Atque istæc quidem signa non modo visu sunt ju-

ξιν παρέχει, ἀλλὰ καὶ ἐς διάκρισιν τῆς ἐπελάσεως καὶ τὸ μὴ ἐμπίπτειν ἀλλήλαις τὰς τάξεις ὠφέλιμα γίγνονται. (6) Οἱ μὲν γὰρ φέροντες αὐτὰ, οἱ δαιμονέστατοι τῶν ἐξελιγμῶν τε καὶ ἐπιστροφῶν εἰς ἄλλους καὶ ἄλλους κύκλους ἢ ἄλλας καὶ ἄλλας ἐπ' εὐθὺ ἐκδρομὰς ἐπιλέγονται, τὸ δὲ πλῆθος οὐδὲν ἄλλο μεμελέληκεν, ὅτι μὴ ἕπεσθαι τῷ οἰκείῳ ἑκάστοις σημείῳ. (7) Καὶ οὕτως ποικίλαι μὲν αἱ ἐπιστροφαὶ, πολυειδεῖς δὲ οἱ ἔμπαλιν ἐξελιγμοὶ, πολύτροποι δὲ ἄλλη καὶ ἄλλη αἱ ἐπελάσεις γιγνόμεναι, ἀσυγχύτους ὅμως τὰς τάξεις παρέχονται. Συνενεχθὲν σημείῳ σημεῖον ἢ ἵππος ἵππῳ ἐμπεσὼν ἀναταράξαι ἂν τὴν πᾶσαν τάξιν, καὶ οὐ τὸ κάλλος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν χρείαν διαφθείραι τοῦ ἔργου.

XXXVI. Ὁμοῦ δὲ ἥ τε ἐπέλασις αὐτοῖς ἀποπαύεται καὶ κατὰ τὰ ἀριστερὰ τοῦ βήματος ὑπομένουσιν ἐπάλληλοι ἱππεῖς, τὰς μὲν κεφαλὰς τῶν ἵππων εἰς τοὐπίσω ἀποστρέψαντες, τοὺς θυρεοὺς δὲ πρὸ τῶν νώτων τῶν σφετέρων καὶ πρὸ τῶν ἱππείων οὕτω προβεβλημένοι. Καὶ ἡ τάξις αὕτη, καθάπερ ὁ ξυνασπισμὸς τῶν πεζῶν, χελώνη ὀνομάζεται. (2) Δύο δὲ ἱππεῖς τοῦδε τοῦ στοίχου διέχοντες, ὅσον ἐκδρομὰς παρέχειν τοῖς φίλοις ἱππεῦσι, προβέβληνται πρὸ τοῦ δεξιοῦ κέρως τῆς χελώνης, τοῦ ἐκδέχεσθαι τοὺς ἐξακοντισμοὺς τῶν ἐς εὐθὺ ἐπελαυνόντων. (3) Οὕτω μὲν οἱ ἡμίσεις τῶν ἱππέων πεφραγμένοι ἵστανται ἐς προβολήν· ἐπὰν δὲ σημήνῃ τῇ σάλπιγγι, οἱ ἡμίσεις αὖ ἐπελαύνουσιν, ὡς πλεῖστα καὶ συνεχέστατα ἀκόντια ἐξακοντίζοντες, πρῶτος ὁ πρῶτος κατ' ἀρετὴν (?), καὶ ἐπὶ τούτῳ ὁ δεύτερος, καὶ ἐφεξῆς ὡσαύτως. (4) Τὸ δὲ κάλλος τοῦ ὁρωμένου ἐν τῷδε ἐστὶν, ὅστις ὅτι πλεῖστα καὶ ξυνεχέστατα ἀκόντια, ὀρθῶς ἐπελαύνοντος ἵππου, ἐς τοὺς δύο τοὺς προβεβλημένους πρὸ τοῦ ἀριστεροῦ κέρως τῆς χελώνης, κατὰ αὐτῶν τῶν ὅπλων, ὡς μάλιστα τύχοι, ἀκοντίσαι. (5) Ἐπελάσαντες δὲ ἐπ' εὐθὺ, ἐγκλίνουσιν αὖ ἐς τὰ πλάγια, ὡς ἐς κύκλον ἐπιστρέφοντες. Ἡ κλίσις δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τὰ δεξιὰ σφῶν γίγνεται ἐπὶ δόρυ. (6) Οὕτως γὰρ τῷ τε ἀκοντίζ[οντι] οὐδὲν ἐμποδὼν ἵσταται, καὶ οἱ θυρεοὶ προβέβληνται πρὸ τῶν ἀκοντιζόντων ἐν τῇ ἐπελάσει.

XXXVII. Καὶ χρὴ τοσαῦτα φέρειν ἀκόντια, ὡς διὰ πάσης τῆς προβολῆς ἐξακοντίζειν παριππεύοντα. Καὶ τοῦτε ἀκροβολισμοῦ τὸ συνεχὲς καὶ τοῦ κτύπου τὸ ἀνεκλεῖπον ὥσπερ τι ἄλλο ἐκπληκτικὸν φαίνεται. (2) Μεταξὺ δὲ δὴ τοῦ τε δεξιοῦ κέρως τῆς τάξεως καὶ τῆς προβολῆς τοῖν δυοῖν ἱππέοιν ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἱππεῖς ἐκθέουσι, προϊππεύοντες μὲν αὐτοὶ τῆς οἰκείας τάξεως, ἀκοντίζοντες δὲ ἐς τοὺς παριππεύοντας· καὶ τούτοις ἐπ' ἀσπίδα ἡ ἐπίκλισις γίγνεται, καὶ ταύτῃ ἀφρακτότεροι παριππεύουσιν. (3) Ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἀγαθοῦ δεῖ τοῦ ἱππέως, ὡς ὁμοῦ μὲν ἐξακοντίζειν δυνατός τε γίγνηται ἐς τοὺς ἐπελαύνοντας, ὁμοῦ δὲ σκέπειν τὴν δεξιὰν πλευρὰν τῇ προβολῇ τοῦ ὅπλου. (4) Καὶ ἐν μὲν τῇ παρελάσει ὁ κατὰ δεξιὰν ἐπιστροφὴν ἀκοντισμὸς ἀναγκαῖος αὐτῷ γίγνεται· ἐν δὲ τῇ παντελεῖ ἐπιστροφῇ ὁ πέτρινος δὴ

cunda vel terribilia, sed etiam ad decurrentium distinctionem faciunt, neve ordines in se mutuo incurrant. (6) Nam qui ea gestent, peritissimi evolutionum et conversionum in varios circulos variasque in directum decursiones instituendarum eliguntur; cetera vero multitudo nihil curat aliud, quam ut suum quisque sequatur signum. (7) Atque ita quidem variæ conversiones, multiplicesque in contrarium evolutiones, diversæque aliæ ac aliæ decursiones fiunt, et nihilominus non confunduntur ordines. Quod si contingat ut signum unum in alterum, equus in equum incurrat, totus ordo dissolvitur; neque decus modo, sed et usus totius negotii perit.

XXXVI. Simul autem ac finiunt decursionem eam, ad lævam curriculi alii post alios equites consistunt, equorum quidem capita flectentes retro, clypeos autem tergis et ipsorum et equorum projicientes. Eaque acies, quemadmodum quum clypeos inter se jungunt pedites, testudo appellatur. (6) Duo vero equites a versu hoc tantum distantes, quantum sufficiat excursionibus equitum amicorum, collocantur ante cornu dextrum testudinis, ut excipiant ictus eorum, qui recto cursu invehuntur. (3) Atque ita quidem pars dimidia equitum muniti stant ad protegendos sese clypeis parati. Quam primum vero signum datur tuba, altera invehitur et quam plurimæ creberrima tela emittit, primum qui primus est virtute (*ad lævam?*), post eum secundus, ac deinde ceteri. (4) Ars autem rei consistit in eo, ut plurima et creberrima tela, recto cursu pergente equo, in duos ante sinistrum cornu testudinis collocatos conjiciens, ipsa maxime arma eorum feriat. (5) Recta autem sic procurrentes inclinant se deinde in transversum, et in orbem sese convertunt. Faciunt autem inclinationem in dextram suam versus hastam. (6) Ita namque jaculantibus nullum impedimentum offertur, clypeosque projiciunt adversus eos, qui emittunt tela in decursione.

XXXVII. Oportet autem quemlibet ex præterequitantibus tot gestare tela, ut per totam illam clypeorum protensionem possit emittere. Eaque continua telorum emissio, fragorque iste indesinens, si quid aliud, horribilis est aspectu. (2) In medio vero inter cornu dextrum aciei et ante id collocatos duos equites ex improviso excurrunt equites, qui ante aciem suam proequitantes, tela emittunt in præterequitantes, inclinant vero in clypeum, quo ipso minus tuta iis prætervectio est. (3) Ac sane equite ad hoc opus est quammaxime exercitato, qui simul tela emittere in incurrentes possit simulque dextrum objecto scuto tegere latus. (4) Et in prætervectione quidem ad dextram se convertens telum emittat necesse habet; in integra autem conversione, ea jaculatione utendum, quæ *Petrina* dicitur

ὀνομαζόμενος τῇ Κελτῶν φωνῇ, ὃς ἐστι πάντων χαλεπώτατος. (5) Χρὴ γὰρ ἐπιστραφέντα, ὡς ἡ δύναμις μαλακαῖν ταῖν πλευραῖν, ἐς τὸ κατ' οὐρὰν τοῦ ἵππου ὡς ἔνι μάλιστα εὐθὺ ἐς τοὐπίσω ἀκοντίσαι, καὶ τοῦτο δράσαντα ὀξέως αὖ ἐπιστρέψαντα κατὰ νώτου λαβεῖν τὸ ὅπλον, ὅτι τὰ γυμνὰ οὕτω γε παραδίδοται τοῖς πολεμίοις, εἰ ἄνευ προβολῆς ἐπιστρέψειεν.

XXXVIII. Ὁμοῦ δὲ ἥ τε ἐπέλασις ἤδη ἀποπαύεται καὶ οἱ πρόσθεν ἐπελάσαντες ἐν τάξει αὖ ἵστανται ἐπὶ δεξιᾷ τοῦ βήματος, καθάπερ οἱ ἄλλοι ἐν ἀριστερᾷ, καὶ οἱ δύο ἱππεῖς διέχοντες ἀπὸ τοῦ κέρως τῆς προβολῆς τὸ ἴσον ἵστανται, καὶ αὐτοὶ οἱ μεταξὺ αὐτοῖν τε τούτοιν καὶ τῆς πάσης τάξεως ἐκθέοντες ἐς τὸν αὐτὸν τρόπον ἐξακοντίζουσιν ἐς τοὺς παριππεύοντας. Ἔνθα δὴ ὅ τι περ κράτιστον τῶν ἱππέων ἐς τὸν ἀκροβολισμὸν ἐπιλέγονται. (2) Οἱ μέν γε ἀπὸ τῶν δεξιῶν τοῦ βήματος ἀρχόμενοι οὐδὲν ἄλλο ἢ * συνεχεῖς τῆς ἀκροβολίσεως, καὶ ἐπ' ἀλλήλου τοῦ κτύπου προσδέχονται *. Οὐδὲ γὰρ ἄλλου τινὸς θέαν παρέχουσι τοῖς ἐπὶ τοῦ βήματος ὁρῶσιν, ἅτε ἀποστρόφου ἀπ' αὐτῶν τῆς δεξιᾶς τῶν ἱππέων ἐν τῇ τοιᾷδε ἐπελάσει γιγνομένης. (3) Ὁπότε δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπελαύνοιεν, τότε δὴ πᾶς ὁ ἀκροβολισμὸς ἀρίδηλος γίνεται, καὶ τῶν θυρεῶν ἡ προβολὴ, καὶ ἡ ἐκ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς ἐς τὴν δεξιὰν ὕφεσις τῶν ἀκοντίων ὀξεῖα, καὶ ἡ δεξιὰ ὅπως αὐτὰ ὑπολαβοῦσα καὶ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς περιενεγκοῦσα, ὥσπερ ἐν τροχοῦ περιδινήσει, ὁμοῦ μὲν, τὸ ληφθὲν ἐξηκόντισεν, ὁμοῦ δὲ [ὑπέλαβεν τὸ ληφθὲν, καὶ τοῦτο ἂν ὑπερενεγκοῦσα ἐξηκόντισεν ψ] ἡ καθέδρα ἡ ἐπὶ τοῦ ἵππου αὐτοῦ τοῦ ἱππέως ἀεὶ εὐσχήμων καὶ ὀρθὴ ἐκεῖ τῷ ἀκροβολισμῷ σώζεται, ταύτῃ μᾶλλον, ὅτι ἐπελαυνόντων ὁρᾶται καὶ τῶν ὅπλων ἡ λαμπρότης, καὶ τῶν ἵππων ἡ ὠκύτης τε καὶ τὸ ἐν ταῖς ἐπιστροφαῖς εὐκαμπὲς, καὶ ὅπως ἐν ἴσοις τοῖς διαστήμασιν αἱ ἐπελάσεις γίγνονται τῶν ἱππέων. (4) Αἱ μέν γε ἐπὶ μέγα διαλιποῦσαι αὐτῷ τούτῳ τὸ ξυνεχὲς τοῦ ἀκροβολισμοῦ ἀφανίζουσιν, αἱ δὲ ἅπαν ἐπάλληλοι τῇ ἀκριβείᾳ τῆς θεωρίας ἐμποδὼν ἵστανται τὸ δίκαιον αὐτῆς ἀφαιρούμεναι· τόν τε γὰρ ἀγαθὸν ἱππέα ἐγγὺς αὐτῷ ἐπελαύνων ὁ κακὸς ἤδη ἠφάνισεν, καὶ τοῦ κακοῦ ἄλλος αὖ ἀγαθὸς εὐσχημόνως ἐπιφερόμενος τὴν ἀπρέπειαν συνεσκίασιν. (5) Ἀλλὰ χρὴ τοῦ ξυνεχοῦς σωζομένου τόν τε ἔπαινον τῷ ἀγαθῷ σῶον εἶναι καὶ πρέποντα, καὶ τῷ κακῷ τὸ ὀφειλόμενον ὄνειδος ἀποδίδοσθαι.

XXXIX. Δὶς δὲ ἀμείψαντες τὰς τάξεις τε καὶ τὰς προβολὰς καὶ τοὺς ἀκροβολισμούς τε καὶ ἐπιστροφὰς, ἐπειδὰν τὴν δευτέραν τε καὶ ἀριστερὰν ἐπέλασιν ποιῶνται, οὐχ ἁπλῶς ἐγκλίναντες ἐπὶ δόρυ, καὶ παρὰ τὸ βῆμα παρελάσαντες, τοὺς ἵππους ἀπαλλάττονται, ἀλλὰ οἱ ὀξύτατοι αὐτῶν ἐς τὸ ἔργον ὑπολείπονται σφίσιν ἓν ἕκαστος ἀκόντιον, οἱ δὲ ἄκροι καὶ δύο. (2) Καὶ ἐπειδὰν πελάσωσι τῷ βήματι παριππεύοντες, ἐς κύκλον μὲν ἐπέστρεψαν τὸν ἵππον, ἔτι δὲ ἐν τῇ ἐπιστροφῇ αὐτῶν ἔχοντες, ἐπὶ τὸ πέρας τοῦ πεδίου λοξὸν ἠκόντισαν, καὶ τοῦτο ὡς ἐπὶ μήκιστόν τε καὶ ὡς μάλιστα κραδαινόμενον

lingua Celtarum, omniumque est difficillima. (5) Oportet enim convertentem sese, quantum ferre mollia latera possunt, versus caudam equi rectâ quam maxime jaculum emittere retrorsum, eoque facto, confestim iterum se vertere et tergum clypeo tegere, quoniam se alioquin nudum præberet hostibus, si absque scuti objectione se converteret.

XXXVIII. Quamprimum autem hæc decursio finita est, ii qui priores incursionem fecerunt, sua vice ex ordine collocantur ad dextram bematis, quemadmodum reliqui in sinistra, equitesque duo progressi a cornu æqualiter constiterunt, atque ii qui in medio horum et totius aciei procurrunt, ad eundem modum tela sua emittunt in prætervehentes. Ad quam jaculationem optimi equites seliguntur. (2) Ceterum qui a dextra bematis, quod vocant, parte incipiunt, nihil præter continuæ jaculationis strepitum indesinentem spectatoribus exhibent (οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀκοὴν συνεχοῦς τῆς ἀκρ. καὶ ἀνεπαλλάκτου τοῦ κτ. παρέχονται). Neque enim aliud spectaculum iis, qui in bemate adspiciunt, præbent propterea, quod dextra pars equitum ab iis aversa est. (3) Quando vero a sinistra incurrunt, tunc et telorum emissio manifesto conspici potest, et scutorum objectio, et telorum ex sinistra manu in dextram translatio celerrima; dextraque quomodo ea arripiat et super caput circumagens perinde ac in rotæ circumactione, arrepta simul emittat simulque eques in equo suo habitum decentem rectumque etiam in jaculatione festina conservet, ideo præcipue, quod procurrentium spectatur et armorum splendor, et equorum pernicitas, et in conversionibus flexionum elegantia et quomodo æqualibus intervallis equitum incursiones fiant. (4) Quædam quidem multum distantes propter hoc ipsum continuitatem jaculationis tollunt; contra aliæ quum ex nimis propinquo sibi succedant, ne accurate ludus fiat impedimento sunt, justamque ejus rationem pessumdant. Bonum namque equitem malus prope eum incursionem faciens non animadverti interdum efficit; contra si malum sequitur bonus uti decet procurrens, is illius ruditatem obtegit. (5) Oportet vero servatæ continuitatis laudem integram justamque esse bono, malum autem eo quod meruit probro affici.

XXXIX. Bis autem mutatis ordinibus scutorumque projectionibus et jaculationibus, et conversionibus, quando secundam sinistramque incursionem faciunt, non simpliciter inclinantes versus hastam, et ad bema flectentes, equos dimittunt, verum qui promptissimi sunt unum quilibet jaculum sibi reliquum faciunt, nonnulli strenuissimi etiam duo. (2) Jam ubi adequitantes bemati appropinquant, in gyrum equum circumagunt, et in ipsa hac conversione versus campi extremitatem obliquo jaculum emittunt, annitentes ut vehementissime vibratum in longissimum projiciatur. (3) Qui vero etiam duo jacula

χρὴ ἐξικέσθαι. (3) Οἱ δὲ καὶ δύο ὑπολειπόμενοι ἐπειδὰν ἐπελαύνωσιν ἤδη τὸ ὑποληφθὲν ὑπὸ τὸν θυρεὸν ἐγκλίναντες ὀλίγον τὴν κεφαλὴν, καὶ τὴν δεξιὰν πλευρὰν, ὡς ἀνυστὸν, περιελίξαντες ἐς τοὐπίσω σφῶν ἐξηκόντισαν.

XL. Ἐν (ἐπί?) τούτῳ δὲ Κανταβρική τις καλουμένη ἐπέλασις γίνεται, ὡς δοκεῖν ἐμοί γε ἀπὸ Καντάβρων Ἰβηρικοῦ γένους ταύτῃ ὀνομασθεῖσα, ὅτι ἐκεῖθεν αὐτὴν προσεποίησαν σφίσι Ῥωμαῖοι. (2) Ἔχει δὲ ὧδε. Ἡ προβολὴ μὲν ἡ τῶν ἱππέων, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς, ἐν ἀριστερᾷ τοῦ βήματος πεφραγμένη ἐκτέτακται, πλήν γε δὴ τῶν δύο ἱππέων τῶν ἐκδεχομένων τὰ ἐπ' εὐθὺ ἀκόντια. (3) Ἐπελαύνουσι δὲ ἀπὸ τῶν δεξιῶν ὥσπερ καὶ τὸ πρόσθεν ἐκκλίνοντες ἐπὶ δόρυ. Ἐπελαυνόντων δὲ αὐτῶν, ἐν ἀριστερᾷ τοῦ βήματος ἀρξαμένη ἄλλη ἐπέλασις γίγνεται ἐς κύκλον ἐπιστρέφουσα. (4) Οἱ δὲ ἱππεῖς οὗτοι οὐκ ἀκοντίοις κούφοις διαχρῶνται ἔτι, ἀλλὰ ξυστοῖς δόρασιν, ἀσιδήροις μέν, τῷ βάρει δὲ οὔτε τοῖς ἑξακοντίζουσιν εὐφόροις, οὔτε ἐφ' οἷς ἐκπέμπεται ἀκινδύνοις. (5) Καὶ ἐπὶ τῷδε παραγγέλλεται, μήτε τοῦ κράνους στοχάζεσθαι τῶν παριππευόντων, μήτε ἐς τὸν ἵππον τὸ δόρυ μεθιέναι, ἀλλὰ γὰρ πρὶν ἐγκλῖναι τὸν ἱππέα καὶ παραγυμνῶσαί τι τῆς πλευρᾶς ἢ ἐκφῆναι τοῦ νώτου ἐπιστραφέντα, αὐτοῦ δὴ τοῦ θυρεοῦ στοχαζόμενον ὡς βιαιότατα ἐναράξαι τὸ δόρυ. (6) Καὶ τὸ ἀκριβὲς τοῦδε τοῦ ἔργου ἐν τοῖσδ' ἐστὶν, εἰ ὡς ἐγγυτάτω τοῖς παριππεύουσι πελάσας ὁ ἐς τὸν Κανταβρικὸν τοῦτον κύκλον καθεστηκὼς, ὡς μάλιστα κατὰ μέσου τοῦ θυρεοῦ τὸ δόρυ ἑξακοντίσειεν, τὸ δ' ἐμπεσὸν τῷ θυρεῷ κτυπήσειεν ἢ καὶ διέλθοι δι' αὐτοῦ διαμπὰξ, καὶ ὁ δεύτερος ἐπὶ τούτῳ τοῦ δευτέρου ἐξίκοιτο, καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως τοῦ τρίτου, καὶ οἱ ἐφεξῆς τῶν ἐφεξῆς ἐν στοίχῳ κατὰ τὰ αὐτά. (7) Ὅ τε γὰρ κτύπος ἀμέλει ἐκπληκτικὸς, καὶ ὁ ἐξελιγμὸς ἐν τῷ τοιῷδε εὐσχήμων φαίνεται, καὶ τοῖς μὲν εὐστοχίας τε καὶ σφοδρότητος ἐν τῷ ἀκοντισμῷ μελέτη γίγνεται, τοῖς δὲ ἀσφαλείας τε καὶ φυλακῆς πρὸς τοὺς ἐπιόντας. (8) Ἐπὶ τούτοις δὲ τῆς συνεχείας τοῦ ἑξακοντισμοῦ μελέτη τε καὶ ἐπίδειξις ποιεῖται ἐκ τῶν ἱππέων οὐ πάντων, οὐ γὰρ πάντες ἐπιτήδειοι ἐς τήνδε τὴν ὀξύτητα, ἀλλὰ γὰρ ὅσοι αὐτῶν ἄκροι ἐς ἱππικήν. (9) Οὗτοι καθιστᾶσι μὲν τοὺς ἵππους, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες ἄκρον τὸ βῆμα· ἐκεῖθεν δὲ ἀτρέμα προϊόντος τοῦ ἵππου ἔστ' ἐπὶ τὴν ὀφρῦν τοῦ ἐσκαμμένου χωρίου, χρὴ ὡς πλεῖστα, καὶ ὡς συνεχέστατα καὶ ὡς ἐπὶ μήκιστόν τε, καὶ ἐς τὸ ἀνώμαλον καὶ ἅμα κραδαινόμενα μεθιέναι τὰ ἀκόντια. (10) Καὶ ἀγαθὸς μὲν, ὅστις πεντεκαίδεκα ἀκόντια μεθίεναι ὡς χρὴ πρὶν ἐκβῆναι τοῦδε τοῦ χωρίου τὸν ἵππον ἐξήνυσεν. (11) Πολὺ δὲ τούτου ἐνδικώτερον ἐπαινοῖτο ἄν, ὅστις καὶ ἐς τὰ εἴκοσι προὔβη· ὡς τόγε ὑπὲρ ταῦτα οὐκ ἔτι τῆς ἀκριβείας ἐχομένων γίγνεται, ἀλλὰ κλεπτόντων τὸ πολὺ κατὰ τὴν στάσιν τοῦ ἵππου ἐπιπλεῖον γιγνομένην, ὡς ἔτι ἑστηκότος φθάσαι δύο ἢ τρία ἀκοντίσαι, ἢ ὑπερβάντος τὴν ὀφρῦν τοῦ ἐσκαμμένου. (12) Ἀλλ' ἔγωγε πολὺ μᾶλλον ἐπαινῶ τὸ ἐννόμως δρώμενον ἢπερ τὸ ἐς ἔκπληξιν τῶν δρώντων σοφιζόμενον.

sibi reliqua fecerunt, ii quando ad bema advehuntur, caput sub clypeum paullulum inclinantes, et dextrum latus quantum ejus fieri potest circumflectentes, retro jaculum, quod superest, emittunt.

XL. Præterea fit cursus aliquis, qui dicitur Cantabricus, sicut mihi quidem videtur, sic a Cantabris, gente Iberica, vocatus, quod hinc eum suum fecerint Romani. (2) Habet autem is se ad hunc modum. Testudo quidem equitum, quemadmodum ab initio, a sinistra parte bematis condensata collocatur, exceptis equitibus duobus, qui jacula ab incurrentibus recta in ipsos conjecta excipere debent. (3) Procurrunt vero et a dextris ut antea inclinantes in hastam. Quumque hi procurrunt, in sinistra parte curriculi fit alia procursio, in circulum flexa. (4) Equites autem hi non pugnant telis levibus, verum hastis politis, ferro quidem nullo munitis, propter pondus autem minime facilibus iis qui debent emittere, neque iis in quos emittuntur, plane innoxiis. (5) Quamobrem etiam præcipitur, ne quis præterequitantium galeam petat, aut hastam in equum dirigat, sed priusquam eques se inclinet, et latus suum aperiat, aut tergum nudet convertens sese, in ipsum clypeum dirigat ictum, et hastam quanta potest vi emittat. (6) Summaque hujus rei cura consistit in eo, ut quamproxime ad prætervehentes accedens is, qui in Cantabrico hoc circulo est constitutus, medium maxime clypei feriat emissa hasta, illaque clypeo incidens emittat sonum, vel per eum prorsus penetret, et post eum secundus eodem modo aggrediatur secundum, et tertius similiter tertium, et qui sequuntur deinde ordine reliquos. (7) Fragor namque oritur horribilis ex eo, et conversio in negotio isto pulchram habet speciem. Atque una quidem pars dexteritatem celeritatemque suam exercent in emittendis jaculis, altera vero circumspectionem cautionemque contra ingruentes. (8) Ad hæc operam et ostentationem in eo ponunt, ut continua sit jaculatio, non quidem omnes, neque enim omnes ad celeritatem istam sunt idonei, verum qui sunt summi in arte equestri. Atque hi quidem equos statuunt, ut in dextra parte habeant bematis extremitatem. (9) Hinc lente procedente equo usque ad extremum campi subfossi oportet equitem plurima sine ulla intermissione quam longissime in regionem non complanatam, jacula fortiter vibrata emittere. (10) Proque bono is habetur, qui observatis legibus tela quindecim emiserit, antequam equus campum egrediatur. (11) Multo vero justius laudatur is, qui ad viginti pervenerit, quod supra hunc numerum nemo facile eorum qui observant quod oportet, ascendere valeat, verum dolo, qui fit, quum equus sæpius sistitur, ut inter standum duo triave jacula emittantur, vel quum exceditur extremum campi subfossi. (12) Ego vero multo potius commendo rem legitime institutam, quam quæ ad admirationem spectatorum fraudulenter adornatur.

XLI. Ἐνθένδε ἤδη ὡς ἐς μάχην ὁπλίζονται θώραξί τε σιδηροῖς καὶ κράνεσι καὶ θυρεοῖς οὐ τοῖς κούφοις ἔτι. (2) Καὶ πρῶτα μὲν αἱ τάξεις σπουδῇ ἐπελαύνουσι τοὺς ἵππους· μίαν δὲ λόγχην φέροντας, τήνδε πρὶν πελάσαι τῷ βήματι χρὴ ὡς οἷόν τε κραδαινομένην τε καὶ ἅμα ἐπανακτυποῦσαν ἐξακοντίσαι τοῦ σκοποῦ στοχαζομένους, ὃς δὴ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ βήματος ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῷ ἔργῳ πέπηγεν. (3) Καὶ ὅσοι γε ἀγαθοὶ αὐτῶν καὶ δεύτερον ἐπελαύνουσιν, οὗτοι καὶ τρίτον, οὐ πρὸς ἀνάγκην, ἀλλ' αὐτῷ τῷ τε ἔργῳ καὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ ἐπαίνῳ ἀγαλλόμενοι. (4) Ἡ δευτέρα δὲ ἐπέλασις ξὺν δυοῖν λόγχαιν γίγνεται, καὶ ταύτας χρὴ ἑξακοντίσαι ὀρθῶς ἐπελαύνοντα τῷ ἵππῳ ὡς μάλιστα οἷόν τε ἐπίσκοπα.

LXII. Ἐπὰν δὲ ἐκπεριέλθῃ καὶ τοῦδε τοῦ ἀκοντισμοῦ τὸ ἑκούσιον, ἐνταῦθα δὴ ὅσοι ἀγαθοὶ στρατιᾶς ἡγεμόνες ὀνομαστὶ ἀνακαλεῖσθαι κελεύουσι πάντας ἐφεξῆς τοὺς ἱππέας, δεκαδάρχην πρῶτον, καὶ διμοιρίτην ἐπὶ τούτῳ, καὶ ὅστις ἐν ἡμιολίῳ μισθοφορᾷ· ἔπειτα τοὺς ἐφεξῆς τῆς δεκαδαρχίας. Καὶ οὕτως διὰ πασῶν τῶν δεκαδαρχῶν ἡ κλῆσις γίγνεται. (2) Τὸν κληθέντα δὲ χρὴ ὁμοῦ μὲν ὑπακοῦσαι τῷ καλοῦντι μεγάλῃ τῇ βοῇ, ὅτι πάρειμι, ὁμοῦ δ' ἐξελαύνειν τὸν ἵππον τρεῖς λόγχας φέροντα· καὶ τὴν μὲν πρώτην ἀπὸ ἄκρου τοῦ χωρίου τοῦ ἐσκαμμένου ἐξακοντίζειν ὡς ἐπὶ τὸν σκοπόν· τὴν δευτέραν δὲ ἀπὸ αὐτοῦ τοῦ βήματος, καὶ ταύτην ἔτι ὀρθῷ τῷ ἵππῳ· τὴν τρίτην δὲ, εἰ τὰ ἔννομα καὶ πρὸς βασιλέως τεταγμένα ὀρώῃ, ἐγκλίνοντος ἐπὶ δεξιὰν τοῦ ἵππου, ἐς τὸν ἄλλον σκοπὸν, ὃν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ κατὰ πρόσταξιν βασιλέως ἐς ἐκδοχὴν τῆς τρίτης λόγχης ἱστᾶσι. (3) Ἥδ' ἔστιν ἡ βολὴ πασῶν χαλεπωτάτη, ὅπως πρὶν πάντῃ ἀποστραφῆναι τὸν ἵππον, ἐν αὐτῇ ἔτι τῇ ἐπικαμπῇ γίγνοιτο. (4) Ἡ γὰρ δὴ ξύνημα τῇ Κελτῶν φωνῇ καλουμένη, τούτῳ δὴ ἄφεσις γίγνεται, ἥπερ οὐδὲ ἀσιδήρῳ ἀκοντίῳ εὐμαρὴς ἀκοντίζεσθαι. Ἥδη δέ τις ὑπὸ ὀξύτητός τε καὶ φιλοτιμίας καὶ τέσσαρας λόγχας ὀρθῷ τῷ ἵππῳ ἐπὶ τὸν πρῶτον σκοπὸν ἑξακοντίσαι ἤνυσεν, τὰς τρεῖς μὲν ὀρθῷ τῷ ἵππῳ, τὴν τετάρτην δὲ ἐπιστρέφοντι, ὡς βασιλεὺς ἔταξεν. (5) Ἔνθα δὴ ὅ τε ἀγαθὸς ἀκοντιστὴς καὶ ὁ κακὸς μάλιστα πάντων διαφαίνεται, ἅτε οὐκ ἐν στοίχῳ ἀδιακρίτῳ, οὐδὲ ἐν θορύβῳ ὁρωμένου τοῦ ἔργου. Καὶ ἥτις * [ἄσκησις?] τοὺς πλείστους παράσχοιτο ἐν τῶν λογχῶν τῇ βολῇ διαπρέποντας, ταύτην ἐγὼ μᾶλλον ἤ τινα ἄλλην ἐπῄνεσα, ὡς πρὸς ἀλήθειαν τῶν πολεμικῶν ἔργων ἠσκημένην.

XLIII. Ἐπὶ τούτῳ μέντοι ἤδη πολύτροποι ἑξακοντισμοὶ γίγνονται ἢ κούφων πελτῶν ἢ καὶ βελῶν, οὐκ ἀπὸ τόξου τούτων γε, ἀλλ' ἀπὸ μηχανῆς ἀφιεμένων, ἢ λίθων ἐκ χειρὸς ἢ ἐκ σφενδόνης ἐπὶ τὸν σκοπὸν, ὃς μέσος τοῖν δυοῖν, ὧν ἤδη μνήμην ἐποιησάμην, ἵσταται. Καὶ ἐνταῦθα αὖ καλὸν, εἰ συντρίψειαν τοῖς λίθοις τὸν σκοπὸν, ὁ δὲ τύχοι οὐκ εὐμαρὴς ξυντριβῆναι. (2) Οὐ μὲν οὐδὲ ἐπὶ τοῖσδε λήγει αὐτοῖς τὰ γυμνάσια, ἀλλὰ κοντοὺς γὰρ τὰ μὲν πρῶτα ὀρθοὺς ὡς εἰς προβολὴν φέροντες ἐπελαύνουσιν, ἔπειτα ὡς πολεμίου φεύγοντος ἐξικόμενοι· οἱ

XLI. Hinc vero tandem velut ad prœlium armantur thoracibus ferreis et galeis, et clypeis non amplius levibus illis. (2) Et primum quidem ordines studiose concitant equos; unam vero gestans hastam quivis priusquam ad bema veniat, vibratam et cum sono commotam ejaculari debet recta dirigens eam in scopum, qui quidem in sinistra bematis parte ad hanc ipsam rem est defixus. (3) Quique ex ipsis sunt præstantes, cursum hunc etiam altera vice conficiunt, aliqui et tertia vice, non quod necesse sit, sed quod ipsa re hoc, et obtenta ex eo laude gaudent. (4) Secundus autem cursus fit cum duabus lanceis, quas recta equum agendo quam maxime fieri potest scopum versus emittere oportet.

XLII. Quando autem finitum etiam id, quod in jaculatione hac sponte aliqui præstare voluerunt, tum duces qui probe munere suo funguntur, jubent nominatim proclamari singulos ex ordine equites, primum decurionem, deinde eum qui duplex stipendium atque eum qui simplex cum dimidio meretur, postremo reliquos decuriæ milites; ac sic omnes deinceps decuriæ recensentur. (2) Is qui proclamatur, debet simul vocanti respondere magna voce, ADSUM, simul vero procurrere equo, ac tres ferre lanceas, primamque ab initio campi effossi emittere ad scopum, secundam ab ipso bemate, eamque recto cursu pergente equo; tertiam autem, si ex lege ab imperatore constituta egerit, quando equus sese flectit in dextrum, in scopum alium, qui ad hoc ipsum ex mandato Imperatoris, ut lanceam tertiam excipiat, stat erectus. (3) Atque hic quidem jactus omnium est difficillimus, ut qui, priusquam penitus vertatur equus, in illa ipsa inflectione debet fieri. (4) Xynema enim Celtarum voce dictus, nunc quidem omittitur, ut qui neque telo absque ferro facile instituitur. Interdum vero fit, ut quis per celeritatem et gloriæ studium quattuor lanceas recto equo ad scopum primum jaculando emiserit, vel tres quidem equo recto, quartam vero in conversione, prout statuit Imperator. (5) In his qui sit jaculator bonus malusve maxime apparet, quum agat nec in versu indistincto, nec tumultuarie procedente negotio. Atque eam exercitationem, quæ plurimos exhibeat lancearum jactu præstantes, ego præ ceteris laudo, utpote quæ seria negotiorum bellicorum accedens instituatur.

XLIII. Præter ista fiunt etiam diversæ jaculationes aut levium peltarum aut telorum non arcu, verum machina emissorum, item lapidum e manu aut funda jactorum ad scopum, qui medius inter duos, quos ante memoravimus, statuitur. In quo rursum egregium, si quis lapidibus scopum confringat, quanquam non facile confringi possit. (2) Sed nec in his exercitatio subsistit, verum contos primo quidem rectos velut in hostium aciem munitam ferentes procurrunt, mox velut hostes fugientes persequerentur, quidam

δὲ, ὡς ἐπ' ἄλλον πολέμιον, ἐν τῇ ἐπιστροφῇ τοῦ ἵππου, τούς τε θυρεοὺς ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν αἰωρήσαντες, ἐς τὸ κατόπιν σφῶν μετήνεγκαν, καὶ τοὺς κοντοὺς ὑπερελίξαντες, ὡς ἐπελαύνοντος ἄλλου πολεμίου ἐξίκοντο. Καὶ τὸ ἔργον τοῦτο Κελτιστὶ τολούτεγον καλεῖται. (3) Καὶ ἐπὶ τῷδε αὖ τὰς σπάθας σπασάμενοι, ἄλλοτε ἐς ἄλλην πληγὴν παραφέρουσιν, ὅπως μάλιστα οἷόντε, ἢ φεύγοντος πολεμίου ἐξικέσθαι, ἢ πεσόντα κατακτανεῖν, ἢ καὶ πρᾶξαί τι ἐκ πλαγίων παραθέοντες. Ἐπὶ τούτοις μέντοι πηδήσεις ἐπὶ τοὺς ἵππους ὡς ἔνι ποικιλωτάτας ποιοῦνται, ὅσαις ἰδέαις καὶ ὅσοις σχήμασιν ἀναβαίνεται ἵππος ὑπὸ ἱππέως· (4) καὶ τελευταῖαν δὴ τὴν ἐνόπλιον πήδησιν ἐπιδεικνύουσι θέοντος τοῦ ἵππου, ἣν τινες ὁδοιπορικὴν ὀνομάζουσιν.

XLIV. Ταῦτα μὲν τοῖς Ῥωμαίων ἱππεῦσιν τὰ ξυνήθη τε καὶ ἐκ παλαιοῦ ἀσκούμενα. Βασιλεὺς δὲ προσεξεῦρεν καὶ τὰ βαρβαρικὰ ἐκμελετᾶν αὐτούς, ὅσα τε ἢ Παρθυαίων ἢ Ἀρμενίων ἱπποτοξόται ἐπασκοῦσι, καὶ ὅσας οἱ Σαυροματῶν ἢ Κελτῶν κοντοφόροι ἐπιστροφάς τε καὶ ἀποστροφὰς τῶν ἱππέων ἐν μέρει ἐπελαυνόντων, καὶ ἀκροβολισμοὺς ἐν τούτῳ πολυειδεῖς καὶ πολυτρόπους ἐς τὰς μάχας ὠφελίμους, καὶ ἀλαλαγμοὺς πατρίους ἑκάστῳ γένει, Κελτικοὺς μὲν τοῖς Κελτοῖς ἱππεῦσι, Γετικοὺς δὲ τοῖς Γέταις, Ῥαιτικοὺς δὲ ὅσοι ἐκ Ῥαιτῶν. (2) Καὶ τάφρον δὲ ἀναπηδᾶν μελετῶσιν αὐτοῖς οἱ ἵπποι, καὶ τείχιον ὑπεράλλεσθαι· καὶ ἑνὶ λόγῳ, οὐκ ἔστιν ὅτι Ῥωμαίοις τῶν τε παλαιῶν ἐπιτηδευμάτων, ὅ τι περ ἐκλελειμμένον, οὐκ ἐξ ὑπαρχῆς ἐπασκεῖται, καὶ ὅσα ἤδη προσεξεύρηται ἐκ βασιλέως, τὰ μὲν ἐς κάλλος, τὰ δὲ ἐς ὀξύτητα, τὰ δὲ ἐς ἔκπληξιν, τὰ δὲ ἐς χρείαν τὴν ἐπὶ τῷ ἔργῳ· (3) ὥστε ἐς τήνδε τὴν παροῦσαν βασιλείαν, ἣν Ἀδριανὸς εἰκοστὸν τοῦτ' ἔτος βασιλεύει, πολὺ μᾶλλον ξυμβαίνειν μοι δοκεῖ τὰ ἔπη ταῦτα, ἅπερ ἐς τὴν πάλαι Λακεδαίμονα,

Ἔνθ' αἰχμά τε νέων θάλλει καὶ μῶσα λίγεια,
καὶ δίκα εὐρυάγυια καλῶν ἐπιτάρροθος ἔργων.

vero velut contra alium hostem, in conversione equi scuta efferente super capita, post se protendunt, contosque supra rotantes, velut hostis alius persequeretur ipsos, emittunt. Vocaturque opus hoc Celtice, *Tolutegrum* (*Stolutegum* unus cod.). (3) Deinde stringunt gladium, et aliter aliterque ad plagam circumagunt, prout fieri maxime potest, vel ut fugientem adversarium assequantur, vel cadentem interficiant, vel a latere aggrediantur. Ad hæc saltus in equos faciunt quam maxime varios, quotquot modis rationibusque equus ab equite conscenditur. (4) Postremam exhibent conscensionem armatam, currente equo, quam viatoriam aliqui appellant.

XLIV. Atque istæ quidem Romanorum equitum et ab antiquo usurpatæ sunt exercitationes. Imperator vero adinvenit, ut etiam barbarice se exercerent, prout vel Parthorum vel Armeniorum equites jaculatores se exercent, itemque prout varie Sarmatarum aut Celtarum contati equites per vices incurrentes convertunt avertuntque equos, itemque ut discerent jaculationes, quibus in hoc negotio variis diversisque utuntur idoneis ad pugnam, et clamores patrios cuique genti, Celticos Celtis equitibus receptos, Geticos Getis, Rhæticos iis qui sui sunt ex Rhætia. (2) Etiam fossam aut maceriam transilire equi ipsorum discunt; Atque uno verbo, nihil est apud Romanos studiorum veterum et dudum derelictorum, in quo non, novo capto initio, denuo exerceantur, itemque eorum omnium, quæ excogitata sunt ab Imperatore, alia ad venustatem, alia ad celeritatem, quædam ad usum ipsum in negotio: (3) adeo ut ad præsens imperium, quod Hadrianus vigesimum nunc regit annum, multo magis videantur mihi convenire versus illi, quam ad veteres Lacedæmonios:

Ubi ensis juvenum valet, et musa stridula, [operum.
et justitia latam obtinens viam, pulchrorum auxiliatrix

ΑΡΡΙΑΝΟΥ

ΗΤΟΙ

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ

ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΟΣ.

ΚΕΦ. Α'.

Προοίμιον, ἐν ᾧ καὶ τὰ Ξενοφῶντι παραλειφθέντα εἰπεῖν οὗτος ἐπαγγέλλεται.

Ξενοφῶντι τῷ Γρύλλου λέλεκται ὅσα ἀγαθὰ ἀνθρώποις ἀπὸ κυνηγεσίων γίγνεται, καὶ οἱ παιδευθέντες ὑπὸ Χείρωνι τὴν παίδευσιν ταύτην ὅπως θεοφιλεῖς τε ἦσαν καὶ ἔντιμοι ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα· λέλεκται δὲ καὶ καθ' ὅ, τι ἔοικε τῇ πολεμικῇ ἐπιστήμῃ ἡ κυνηγετική, καὶ ἥντινα ἡλικίαν ἔχοντα χρὴ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἔργον, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν γνώμην ποῖον τινά· καὶ περὶ ἀρκύων δὲ καὶ δικτύων καὶ ἐνοδίων, ὁποῖα χρὴ παρασκευάσασθαι, καὶ πάγας ὅπως ἱστάναι τοῖς θηρίοις, ὅσα πάγῃ ἁλωτά· (2) καὶ περὶ λαγωῶν δὲ λέλεκται, ἥτις ἡ φύσις αὐτῶν, καὶ ὅπως νέμονται, καὶ ὅπου εὐνάζονται, καὶ ὅπως χρὴ μαστεύειν αὐτούς· καὶ περὶ κυνῶν, ὅσαι ἴχνευσιν σοφαὶ, καὶ ὅσαι πονηραί· καὶ ὅπως ἀπό τε τοῦ εἴδους καὶ τῶν ἔργων τεκμαίρεσθαι χρὴ ἑκατέρας. (3) Ἔστι δὲ ἃ καὶ περὶ συῶν θήρας λέλεκται καὶ ἐλάφων καὶ ἄρκτων καὶ λεόντων, ὅπως σοφία καὶ δόλῳ ἁλωτά. (4) Ὅσα δὲ ἐλλείπειν μοι δοκεῖ ἐν τῷ λόγῳ, οὐχὶ ἀμελείᾳ, ἀλλ' ἀγνοίᾳ τοῦ γένους τῶν κυνῶν τοῦ Κελτικοῦ, καὶ τοῦ γένους τῶν ἵππων τοῦ Σκυθικοῦ τε καὶ Λιβυκοῦ, ταῦτα λέξω, ὁμώνυμός τε ὢν αὐτῷ, καὶ πόλεως τῆς αὐτῆς, καὶ ἀμφὶ ταὐτὰ ἀπὸ νέου ἐσπουδακὼς, κυνηγέσια καὶ στρατηγίαν καὶ σοφίαν· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος, ἃ Σίμωνι περὶ ἱππικῆς ἐνδεῶς λελεγμένα ἦν, ᾠήθη δεῖν ἀναγράψαι, οὐχὶ ἔριδι τῇ πρὸς Σίμωνα, ἀλλ' ὅτι ὠφέλιμα ἐπ' ἀνθρώπους ἐγίγνωσκεν.

ΚΕΦ. Β'.

Ὅτι Ξενοφῶν οὐκ ἤδει τὰς Κελτικὰς κύνας οὐδὲ τὰς ταύταις ὁμοίας.

Ὅτι μὲν δὴ οὐκ ἠπίστατο τὸ γένος τῶν κυνῶν τὸ Κελτικὸν, δοκῶ ἔγωγε ὡς οὐδὲ τεκμηρίων δεῖ πρὸς αὐτό· ἄγνωστα γὰρ ἦν τὰ ἔθνη τῆς Εὐρώπης, ὅσα ταύτῃ ᾤκισται, ὅτι μὴ τῆς Ἰταλίας ὅσα Ἕλληνες κατέσχον, ἢ ὅσοις κατ' ἐμπορίαν διὰ θαλάσσης ἐπεμίγνυον. (2)

ARRIANI

SIVE

XENOPHONTIS

ATHENIENSIS MINORIS

DE VENATIONE LIBELLUS.

CAP. I.

Procemium quo prætermissa a Xenophonte se dicturum promittit.

Quæ commoda hominibus ex venatione proveniant, Xenophon Grylli filius exposuit, et quam cari diis immortalibus, quamque celebres per omnem Græciam fuerint, qui eam artem a Chirone didicerant. Dictum quoque ab eodem, quæ venationi cum re bellica conveniant, et qua ætate, quo corporis habitu, quove ingenio ad hoc studium accedendum; tum etiam quomodo retia et plagæ et casses paranda sint, qua ratione tendiculæ ponendæ feris quæ tendiculis capi queant. (2) De leporibus quoque eorumque natura dixit; uti pascantur, ubi cubilia sua habeant et quomodo sint pervestigandi: tum de canibus, quinam vestigiis perscrutandis apti, qui inepti sint; et quibus signis, quum ex forma tum ex operibus utrique dignoscendi. (3) Nonnulla etiam de aprorum et cervorum, item de ursorum et leonum venatione attigit, quomodo astu doloque capiantur. (4) Verum quæcumque omisisse mihi videtur, non incuria ille quidem, sed quod Gallicos canes et Scythicum Libycumque equorum genus ignoraret: ea ego persequar, qui et nomen et civitatem cum ipso communem habeo, iisdemque venationum, disciplinæ militaris et sapientiæ studiis a puero incubui; præsertim quum et ipse sibi perscribendum existimavit, quæ minus perfecte a Simone de re equestri fuerant exposita, non contendendi studio adversus Simonem, sed quod hominibus ea usui futura cognosceret.

CAP. II.

Xenophontem canes Gallicos eorumque similes ignorasse.

Et quod Gallicos canes ignoraverit, id nulla probatione indigere existimo: necdum enim cognitæ erant gentes, quæ eam Europæ partem incolunt, præter Italiæ oram quam obtinebant Græci, eosque, quibuscum commercia maritima exercebant. (2) Nec ullum aliud genus canum

Ὡς δὲ οὐδὲ ἄλλο γένος κυνῶν ἐγίγνωσκεν, ὃ ἂν κατὰ ὠκύτητα ἔοικε τῷ Κελτικῷ, τεκμαίρεσθαι ὑπάρχει ἀπὸ τῶνδε· λέγει γὰρ ὡς ὅσοι ἁλίσκονται λαγωοὶ ὑπὸ κυνῶν, παρὰ φύσιν σώματος ἁλίσκονται, ἢ τύχῃ χρησάμενοι. (3) Εἰ δέ γε ἠπίστατο τὰς κύνας τὰς Κελτικὰς, ταὐτὸν τοῦτο δοκεῖ ἄν μοι ἀποφήνασθαι περὶ τῶν κυνῶν, ὡς ὁπόσους λαγωοὺς οὐχ αἱροῦσι κύνες κατὰ πόδας, παρὰ φύσιν σώματος οὐχ αἱροῦσιν, ἢ τύχῃ χρησάμεναι· ὡς ὅσαι γε ἀγαθαὶ τὸ σῶμα καὶ τὸν θυμὸν γενναῖαι, ταύτας δὴ οὐκ ἄν ποτε διαφύγοι λαγὼς, εἰ μή τις δυσχωρία ἐμποδὼν γένοιτο, ἢ ὕλη ἀποκρύψασα, ἢ κατάδυσις τῆς γῆς κοίλη καὶ βαθεῖα ἀφελομένη, ἢ τάφρος διαδραμεῖν ἐν τῷ ἀφανεῖ παρασχοῦσα. (4) Ἔνθεν δὲ, οἶμαι, ὅπως μὲν ἐπὶ τὰς ἄρκυς χρὴ ἐπελαύνειν τὸν λαγὼν, ἐπεξέρχεται τῷ λόγῳ· καὶ, εἰ παραδράμοι τὰς ἄρκυς, ὅπως χρὴ μεταθεῖν αὐτὸν, καὶ ἀνευρίσκειν κατὰ τὸ ἴχνος, ἔστε ἁλῶναι ἀπαγορεύσαντα ὑπὸ καμάτου. (5) Ὅτι δὲ οὐδὲν οὔτε ἀρκύων δεῖ τῷ κύνας ἀγαθὰς κεκτημένῳ, οὔτε τοῦ μαστεύειν διαφυγόντα, οὐδαμοῦ τοῦτο ἐδήλωσεν, ἀλλ' ἢ τὴν θήραν ταύτην μόνην ἐξηγεῖται, ἣν Κάρες τε καὶ Κρῆτες θηρῶσιν.

ΚΕΦ. Γ'.

Περὶ Κελτικῶν κυνῶν, καὶ οἷαι τὴν ἰδέαν αὗται.

Θηρῶσι δὲ καὶ Κελτοὶ ἀφαιροῦντες ἄρκυς, ὅσοι οὐκ ἀπὸ κυνηγεσίων βιοτεύουσιν, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἐν θήρᾳ καλοῦ ἕνεκα· ἔστι γὰρ καὶ ταύτῃ κυνῶν γένος ἰχνεῦσαι μὲν οὐ μεῖον σοφὸν, ἢ τὸ Καρικὸν καὶ Κρητικὸν, τὴν δὲ ἰδέαν ἀνιαρὸν καὶ θηριῶδες. (2) Καὶ αὐταὶ ἰχνεύουσι ξὺν κλαγγῇ καὶ ὀλαγμῷ, ὅπως αἱ Καρικαὶ ἐπικλάζουσαι· ἀλλ' αὐταί γε ἔτι μᾶλλον ἔκφρονες γίγνονται, ἐπειδὰν αἴσθωνται ἴχνους. (3) Καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ἐφ' ἑώλοις ὑπερλαμπρύνονται, ὥστε ἐμεμψάμην ἔγωγε αὐτῶν τὸ πολὺ τῆς κλαγγῆς, καὶ τὸ ὅμοιον ἐπὶ παντὶ ἴχνει καὶ τῷ δρομαίῳ οὐ μεῖον ἢ τῷ εὐναίῳ. (4) Μεταθεῖν δὲ καὶ ἀνευρίσκειν τὸν ὑποκινήσαντα οὔτε τῶν Καρικῶν φαυλότεραί εἰσιν, οὔτε τῶν Κρητικῶν, ὅτι μὴ κατὰ ὠκύτητα. Ἀγαπητὸν γοῦν εἰ καὶ ἕνα λαγὼν χειμῶνος ὥρᾳ κατακαίνοιεν· τοσαύτην διατριβὴν ἐς τὸ ἀναπαύεσθαι αὐτῷ παρέχουσιν, εἰ μή τι ἄρα ὑπὸ θορυβούντων κυνῶν ἁλύῃ ἔκφρων γενόμενος. Καλοῦνται δὲ Ἐγουσίαι αἵδε αἱ κύνες, ἀπὸ ἔθνους Κελτικοῦ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχουσαι· οὗ πρῶτον, ὡς γέ μοι δοκεῖ, ἔφυσάν τε καὶ εὐδοκίμησαν. (5) Ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων, ὅσα ἄν τις τῷ λόγῳ ἐπεξέλθοι, λελεγμένα ἐρεῖ πρὸς Ξενοφῶντος τοῦ πάλαι· οὐδὲν γὰρ ἴδιον οὐδὲ διάφορον ἐν τῷ μαστεύειν ἢ μεταθεῖν ἐπιδεικνύουσι, πλήν γε δὴ εἴ τις ἐθέλοι περὶ τῆς ἰδέας αὐτῶν λέγειν, ὡς ἔμοιγε οὐ δοκεῖ ἄξιον, ὅτι μὴ αὐτὸ τοῦτο εἰπεῖν μόνον, ὡς εἰσι δασεῖαι καὶ πονηραὶ ἰδεῖν· καὶ ὅσαι γενναιόταται αὐτῶν, αὗται αἱ πονηρόταται· ὥστε εὐδοκιμεῖ ἐν Κελτοῖς ὁ ἀπεικάσας

quod Gallicos velocitate æquaret, ipsum cognovisse, id ex eo conjicere licet, quod ait (5, 29) : « Quotquot lepores a canibus capiuntur, præter corporis naturam aut casu fortuito capiuntur. » (3) Nam si Gallicos canes novisset, idem puto affirmasset de his canibus : « Quotquot lepores e vestigio non capiunt canes, eos præter naturam et constitutionem corporis non capiunt, aut casu quodam fortuito : nam qui corpore sunt bene composito animoque generoso, eos nullus unquam lepus effugiat, nisi locorum difficultas sit impedimento, aut silvarum latebræ tegant, vel cava ac profunda terræ caverna oculis subducat, aut fossa occultum refugium præbeat. (4) Qua re factum existimo, ut tam prolixe disserat quomodo in retia lepus compellendus, et si retia transilierit, quomodo persequendus cursu, pressoque vestigio iterum perquirendus, donec fessus victusque labore capiatur. (5) At si quis bonos habeat canes, ei nec retibus esse opus, nec effugientem pervestigandum, id vero nusquam indicavit, sed eum dumtaxat exponit venandi modum, quo Cares et Cretenses utuntur.

CAP. III.

De Gallicis canibus et quali corporis specie sint.

Ceterum Galli etiam absque retium usu venantur, quotquot quidem non victum venando quærunt, sed ipsam honestam voluptatem quam venatio habet conjunctam. Nam et istuc genus canum est vestigiis odorandis non minus aptum quam Caricum et Creticum, sed specie turpe et brutum. (2) Vestigant autem et ipsi cum clangore et latratu, ut Carici, qui clangendo feram insequuntur : sed isti multo vehementiores sunt et minus sui compotes, ubi vestigium suboluerint. (3) Quin etiam pridianis nonnunquam nimis acriter excitantur, adeo ut nimium illorum clangorem, eumque similem ex omni vestigio non minus cursu quam cubitu impresso, aversarer. (4) Verum in persequendo reperiendoque, ubi lepus se loco moverit, nec Caricis nec Creticis sunt inferiores, nisi quod celeritate cedunt. Quocirca boni consulendum, si vel unum leporem hiberno tempore capiant : tantum ipsi spatii relinquunt ad interquiescendum, nisi forte canum tumultu perturbatus opprimatur. Canes illi Segusii appellantur : quod nomen a gente quadam Gallica obtinent, ubi mea quidem opinione provenerunt principio et in pretio esse cœperunt. (5) At de his nihil dici poterit, quod non a Xenophonte seniore dictum sit prius : nihil enim peculiare aut diversum ab aliis in indagando vel persequendo præ se ferunt, nisi quis de forma eorum loqui velit, quod mihi vix operæ pretium esse videtur; ni forte id unum dicat, eos hirsutos et aspectu turpes esse, et generosissimos quosque turpissimos : adeo ut celebris cujusdam inter Gallos sententia feratur, qui men-

αὐτὰς τοῖς ἀνὰ τὰς ὁδοὺς πτωχεύουσι. Καὶ γὰρ φωνὴ αὐταῖς γοερά τε καὶ ἐλεεινή ἐστι, καὶ οὐχ ὡς θυμούμεναι ἄρα πρὸς τὸ θηρίον ἐπικράζουσιν ἐν τῇ ἰχνείᾳ, ἀλλὰ ὡς οἰκτιζόμεναι καὶ λιπαροῦσαι. (6) Περὶ μὲν δὴ τούτων οὐκ ἄν τις ἀναγράψαι μοι δοκεῖ ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον. Αἱ δὲ ποδώκεις κύνες αἱ Κελτικαὶ καλοῦνται μὲν οὐέρτραγοι κύνες φωνῇ τῇ Κελτῶν, οὐκ ἀπὸ ἔθνους οὐδενὸς, καθάπερ αἱ Κρητικαὶ ἢ Καρικαὶ ἢ Λάκαιναι, ἀλλ' ὡς τῶν Κρητικῶν αἱ διάπονοι ἀπὸ τοῦ φιλοπονεῖν, καὶ αἱ ἰταμαὶ ἀπὸ τοῦ ὀξέως, καὶ αἱ μικταὶ ἀπ' ἀμφοῖν· οὕτω δὴ καὶ αὗται ἀπὸ τῆς ὠκύτητος. (7) Τὴν δὲ ἰδέαν, καλόν τι χρῆμά εἶσι, κατά τε τοὺς ὀφθαλμοὺς αἱ γενναιόταται αὐτῶν καὶ κατὰ τὸ σῶμα ἅπαν καὶ τὴν τρίχα καὶ τὴν χρόαν· οὕτω ταῖς τε ποικίλαις ἐπανθεῖ τὸ ποικίλον, καὶ ὅσαις ἁπλῆ ἡ χρόα ἐστὶν, ἀποστίλβει καὶ αὕτη, καί ἐστιν ἥδιστον θέαμα ἀνδρὶ θηρευτικῷ.

ΚΕΦ. Δ'.

Περὶ σημείων, ἀφ' ὧν δεῖ τὰς ταχείας τεκμαίρεσθαι κύνας, καὶ τὸ ἐναντίον.

Λέξω δὲ καὶ αὐτὸς, ἀφ' οἵων τινῶν χρὴ τεκμαίρεσθαι τὰς ὠκείας τε καὶ γενναίας, καὶ τίσιν αὖ προσέχων τις τὸν νοῦν τὰς ἀγεννεῖς τε καὶ βραδείας ἀποκρίνοι αὐτῶν. (2) Πρῶτα μὲν δὴ μακραὶ ἔστωσαν ἀπὸ κεφαλῆς ἐπ' οὐράν· ἐν γὰρ οὐδὲν οὕτω τεκμήριον ἐς ὠκύτητά τε καὶ γενναιότητα εὕροις ἂν ἐπιλεγόμενος ταὐτὸν ἐπὶ πάσῃ ἰδέᾳ κυνὸς, ὡς τὸ μῆκος· καὶ τοὐναντίον, τὴν βραχύτητα, ἐς τὸ βραδὺ καὶ ἀγενές· ὥστε ἤδη ἔγωγε ἰδὼν πολλὰ ἄλλα κακὰ ἐχούσας κύνας, ὅτι δὲ μακραὶ ἐτύγχανον, ὠκεῖαι ἦσαν καὶ θυμοειδεῖς. (3) Καὶ μὴν καὶ αἱ μείζονες, εἰ τὰ ἄλλα ὅμοιαι τύχοιεν, κατ' αὐτὸ τὸ μέγεθος εὐφυέστεραι τῶν σμικρῶν. Φαῦλαι δὲ τῶν μεγάλων, ὅσαι τὰ μέλη ἀπαγεῖς καὶ ἀξύμμετροι· ὥστε φαυλότεραι ἂν εἶεν οὕτω γε ἔχουσαι τῶν σμικρῶν, εἰ τὰ ἄλλα κακὰ ἴσα προσείη αὐταῖς. (4) Ἐχέτωσαν δὲ τὰς κεφαλὰς ἑλαφρὰς καὶ ἀρθρώδεις· εἰ δὲ γρυπαὶ ἢ σιμαὶ εἶεν, οὐ παρὰ μέγα διοίσει τοῦτο· οὐδ' εἰ τὰ ὑπὸ τοῖς μετώποις ἰνώδη ἔχοιεν, οὐδὲ τοῦτο ἐν μεγάλῳ ποιητέον· ἀλλ' αἱ βαρυκέφαλοι μόνον πονηροὶ, καὶ ὅσαι παχέα τὰ ῥύγχη, καὶ μὴ ἐς ὀξὺ ἀλλὰ ἀθρόως ἀπολήγοντα. Καὶ αὗται οὖν εὐκέφαλοι. (5) Τὰ δὲ ὄμματα ἔστω μεγάλα, μετέωρα, καθαρὰ, λαμπρὰ, ἐκπλήττοντα τὸν θεώμενον· καὶ κράτιστα μὲν τὰ πυρωπὰ καὶ ὑπεραστράπτοντα, οἷα παρδάλεων ἢ λεόντων ἢ λυγκῶν· δεύτερα ἐπὶ τούτοις τὰ μέλανα, εἰ τύχοι ἀναπεπταμένα τε καὶ γοργὰ ἰδεῖν· τρίτα δὲ τὰ χαροπά· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὰ χαροπὰ φαῦλά ἐστιν, οὐδὲ φαύλων κυνῶν ξύμβολα, εἰ καὶ ταῦτα τύχοι καθαρὰ καὶ γοργὰ ἰδεῖν.

dicis stipem per vicos mendicantibus illos comparabat : nam vocem flebilem miserabilemque edunt, et vestigia feri non acri et animoso, sed misero et quasi dolore expresso latratu premunt. (6) Atqui de his nemo quidem quidquam relatu dignum scripturus mihi videtur. Ceterum Gallici canes maxima pedum celeritate pollentes, Gallorum lingua *vertragi* vocantur; non ab aliqua gente, uti Cretici, Carici, vel Laconici, sed ut inter Creticos quidam διάπονοι, *hoc est* industrii, a studio laboris et industriæ; et ἰταμαί, *sive* præcipites, a subita vehementia, et mixti ab utroque genere; itidem isti a celeritate appellantur. (7) Generosissimis autem nihil specie visuque pulchrius est, sive oculos sive corpus universum sive etiam pilum atque colorem spectes : ita in maculosis mira conspicitur varietas, et quibus simplex color est, in iis et ipse enitet, ac jucundissimum venatori spectaculum præbet.

CAP. IV.

De signis, quibus canes veloces dignoscendi et e contra.

Ceterum et ego dicam quibus signis veloces et generosi canes dignoscendi; tum quorum observatione degeneres tardique discernantur. (2) Primum igitur longi sint a capite ad caudam; neque enim ullum aliud velocitatis et generositatis signum æque certum in omni canum genere reperiri potest atque longitudo : ut vice versa brevitas tarditatem et degenerem animum arguit. Equidem canes vidi quibus plurima inerant vitia; verum quod longo essent corpore, veloces erant et animi pleni. (3) Atque majores, ubi cetera paria sint, ab solam magnitudinem minoribus præstant. Ceterum inter magnos canes vitiosi sunt, qui membra male compacta et incongrua inter se habent : iique multo deteriores sunt parvis, si cetera vitia paria iis adsint. (4) Capita habeant levia et nervosa : sed adunci an simi fuerint parum interest; nec id magni faciendum, si fibræ sub vultu emineant : ii dumtaxat mali sunt, quibus caput ponderosum est, et nares obesæ atque illæ non in acumen desinentes, sed obtusæ. Atque hæc quidem capitis species optima. (5) Oculi autem magni sint, clari, puri, lucidi et qui intuentis aciem præstringant; ac potissimi quidem sunt ignei, quique fulguris instar, ut pardorum, leonum vel lyncum oculi, coruscant. Proximi sunt nigri, si quidem aperti fuerint visuque torvi : tertio deinde loco sequuntur cæsii; nam nec cæsii oculi mali sunt, nec malorum canum indicia, modo et ipsi purique torvique aspectu fuerint.

ΚΕΦ. Ε'.

Περὶ τῆς τοῦ συγγραφέως κυνὸς, ὁποία ποτ' ἦν.

Ἐπεί τοι ἀνέθρεψα ἐγὼ κύνα χαροπὴν, οἷαν χαροπωτάτην, καὶ αὕτη ὠκεῖά τε ἦν καὶ φιλόπονος καὶ εὔψυχος καὶ εὔπους, ὥστε καὶ τέτταρσιν ἤδη ποτὲ λαγωοῖς ἐφ' ἡλικίας ἀντήρκησεν. (2) Καὶ τὰ ἄλλα δὲ πραοτάτη τέ ἐστιν (ἔτι γάρ μοι ἦν, ὁπότε ταῦτα ἔγραφον) καὶ φιλανθρωποτάτη· καὶ οὔπω πρόσθεν ἄλλη κύων, ὡς αὐτὴ, οὔτε ἐμὲ ἐπόθησεν, οὔτε τὸν ἑταῖρον τὸν ἐμὸν καὶ σύνθηρον τὸν Μέγιλλον· ἐπειδὴ γὰρ τοῦ ὁρόμου ἀπεπαύσατο, οὐκ ἔτι ἡμῶν γε, ἢ θατέρου ἀπαλλάττεται. (3) Ἀλλὰ εἰ μὲν ἐγὼ ἔνδον εἴην, ἅμα ἐμοὶ διατρίβει, καὶ προϊόντα μοι παραπέμπει, καὶ ἐπὶ γυμνάσιον ἰόντι ἑφομαρτεῖ, καὶ γυμναζομένῳ παρακάθηται, καὶ ἐπανιόντος πρόεισι, θαμινὰ ἐπιστρεφομένη, ὡς καταμανθάνειν, μή πη ἄρα ἐξετράπην τῆς ὁδοῦ· ἰδοῦσα δὲ καὶ ἐπιμειδιάσασα, αὖθις αὖ πρόεισιν. (4) Εἰ δὲ ἐπί τι ἔργον πολιτικὸν ἴοιμι, ἅδε τῷ ἑταίρῳ τῷ ἐμῷ ξύνεστι, καὶ πρὸς ἐκεῖνον τὰ αὐτὰ ταῦτα ὁρᾷ· ὁπότερος δὲ ἡμῶν κάμνοι τὸ σῶμα, ἐκείνου αὖ οὐκ ἀπαλλάττεται· εἰ δὲ καὶ δι' ὀλίγου χρόνου ἴδοι, ἐπιπηδᾷ ἀτρέμα, ὥσπερ ἀσπαζομένη, καὶ τῷ ἀσπασμῷ ἐπιφθέγγεται, οἷα φιλοφρονουμένη· καὶ δειπνοῦντι ξυνοῦσα συνάπτεται ἄλλοτε ἄλλῳ τοῖν ποδοῖν, ὑπομιμνήσκουσα ὅτι καὶ αὐτῇ ἄρα μεταδοτέον εἴη τῶν σιτίων· καὶ μὴν πολύφθογγός ἐστιν, ὡς οὔπω ἐγὼ ἰδεῖν μοι δοκῶ ἄλλην κύνα· καὶ ὅσων δεῖται, τῇ φωνῇ σημαίνει. (5) Καὶ ὅτι σκυλακευομένη μάστιγι ἐκολάζετο, εἴ τις εἰς τοῦτο ἔτι μάστιγα ὀνομάσειε, πρόσεισι τῷ ὀνομάσαντι, καὶ ὑποπτήξασα λιπαρεῖ, καὶ τὸ στόμα ἐφαρμόζει τῷ στόματι ὡς φιλοῦσα, καὶ ἐπιπηδήσασα ἐκκρέμαται τοῦ αὐχένος, καὶ οὐ πρόσθεν ἀνίησι, πρὶν τῆς ἀπειλῆς ἀποπαῦσαι τὸν θυμούμενον. (6) Ὥστε οὐκ ἂν ὀκνῆσαί μοι δοκῶ καὶ τὸ ὄνομα ἀναγράψαι τῆς κυνὸς, ὡς καὶ ἐς ὕστερον ἀπολελεῖφθαι αὐτῆς, ὅτι ἦν ἄρα Ξενοφῶντι τῷ Ἀθηναίῳ κύων, Ὁρμὴ ὄνομα, ὠκυτάτη καὶ σοφωτάτη καὶ ἱερωτάτη. (7) Ὦτα δὲ μεγάλα ἔστω ταῖς κυσὶ καὶ μαλθακὰ, ὥστε ὑπὸ μεγέθους καὶ μαλακότητος ἐπικεκλασμένα φαίνοιτο· οὕτως ἂν εἴη κράτιστα. Οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ εἰ ὀρθὰ φαίνοιτο, οὐ πονηρὸν, εἰ μὴ σμικρά τε εἴη καὶ σκληρά. (8) Τράχηλος δὲ μακρός τε ἔστω, καὶ περιφερὴς, καὶ ὑγρός· ὥστε, εἰ ἀντιτείνοις ἀπὸ τῶν δεραίων τὰς κύνας ἐς τοὐπίσω, ἐπικλᾶσθαι δοκεῖν τὸν τράχηλον δι' ὑγρότητα καὶ μαλακότητα· στήθη τε πλατέα ἀμείνω τῶν στενῶν. (9) Καὶ τὰς ὠμοπλάτας διεστώσας ἐχέτωσαν, καὶ μὴ ξυμπεπηγυίας, ἀλλ' ὡς οἵοντε λελυμένας ἀπ' ἀλλήλων· σκέλη στρογγύλα, ὀρθὰ, εὐπαγῆ· πλευρὰς γενναίας· ὀσφὺν πλατεῖαν, ἰσχυρὰν, μὴ σαρκώδη, ἀλλὰ νεύροις πεπηγυῖαν· λαγόνας ἀνειμένας· ἰσχία μὴ συνδεδεμένα· κενεῶνας λαγαρούς· οὐρὰς λεπτὰς, μακρὰς, δασείας τὴν τρίχα, ὑγρὰς, εὐκαμπεῖς, τὸ ἄκρον τῆς οὐρᾶς δασύτερον· ὑποκώλια μακρὰ, εὐπαγῆ. (10)

CAP. V.

De auctoris cane et qualis ille fuerit.

Nam et ipse canem educavi cæsium quantum fieri potest maxime : atque is et velox et industrius et animosus pedibusque optimus erat, adeo ut dum ætas esset integra, solus quattuor leporibus sufficeret. (2) Ceterum mansuetissimus est (supererat enim adhuc quum hæc scriberem) et heri amantissimus; neque ullus mihi antehac canis fuit, qui me et amicum meum et venationis socium Megillum tanto amore prosequeretur : nam dum cursu intermisso quiescit, nusquam a nobis aut saltem alterutro nostrûm divellitur. (3) Sed si ego domi sim, ipse mecum commoratur, et prodeuntem aliquo comitatur, et gymnasium adeuntem assectatur, corpusque exercenti assidet : et redeuntem præcedit subinde respiciens, ut sciat num forte de via deflexerim, et simulac me conspexerit, adblanditus nonnihil rursum præcedit. (4) Ac si publici negotii causa prodeam, adest amico meo, idemque erga eum facit. Sin alteruter nostrûm corporis morbo detineatur, nusquam ab eo discedit; et si vel exiguo temporis intervallo videat, libere assilit quasi salutans, et lætabundus salutationi testandæ voce blanda oggannit : quumque cœnanti adest, nunc uno nunc altero pede contingens, sibi quoque aliquid cibi tradendum monet : tum vocalis admodum est, ut vix credam me alium unquam vidisse vocaliorem : et quacumque re indigeat, voce significat. (5) Quumque tenellus adhuc flagro subinde cæsus esset, si quis jam eo fine flagrum dumtaxat nominet, illi obviam procedit, precesque submissus admovet, atque os ori tanquam deosculaturus applicat, et subsiliens inhæret collo, nec ante discedit, quam is qui irascitur, minas ponat : (6) adeo ut nec nomen istius canis prodere me pigeat, quo in posterum exstet fuisse aliquando Xenophonti Atheniensi canem nomine Hormen, velocissimum, sapientissimum atque sacerrimum (?) (7) Aures vero magnæ mollesque sint canibus, ut præ magnitudine et mollitie fractæ videantur; illæ enim præstantissimæ sunt : sed nec id malum, si arrectæ appareant, modo ne breves et duræ sint. (8) Sit collum longum, rotundum et flexibile : adeo ut si canes collo ligatos validiori nisu retrahas, id præ nimia flexibilitate et mollitie infractum videatur. Pectora lata angustis præstant. (9) Scapulas disjunctas habeant, non connexas, sed quammaxime a se invicem dissolutas. Crura longa, recta, bene compacta. Latera valida; dorsum latum, firmum, non carnosum, sed nervis innexum. Ventres demissos; coxas non commissas invicem; ilia vacua; caudas exiles, longas. hirsutas, molles et flexibiles : caudam extremam pilis spissioribus obsitam : internodia longa et bene compacta.

Σκέλη δὲ εἰ μὲν τὰ ὀπίσθια ἔχοι μείζω τῶν ἔμπροσθεν, τὰ ὄρθια ἂν μεταθέοι ἄμεινον· εἰ δὲ τὰ ἔμπροσθεν τῶν ὀπισθίων, τὰ κατάντη· εἰ δ' ἴσα εἴη ἄμφω, τὰ πεδία. Ἐπεὶ δὲ χαλεπώτερον ἐν ὀρθίῳ μὴ ἥττηθῆναι λαγὼ, ὅτι καὶ ὁ λαγὼς τὰ ὄρθια θεῖ ἄμεινον, ἐκεῖναι δοκοῦσι γενναιότεραι αἱ κύνες, ὅσαι τὰ ὄπισθεν μείζονα ἔχουσι τῶν ἔμπροσθεν· πόδες δὲ οἱ περιφερεῖς καὶ στερῥοὶ κράτιστοι.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Περὶ χρωμάτων, καὶ, ὡς ἂν ἔχωσι ταῦτα, ὅτι ἀδιάφορον.

Τὰ δὲ χρώματα οὐδὲν διοίσει ὁποῖα ἂν ἔχωσιν, οὐδ' εἰ παντελῶς εἶεν μέλαιναι ἢ πυῤῥαὶ ἢ λευκαί· καὶ οὐδὲ τὸ ἁπλοῦν χρὴ ὑποπτεύειν τῆς χρόας ὡς θηριῶδες· ἀλλὰ τὰ ὄντα ἔστω στιλπνὰ καὶ καθαρά· καὶ ἡ θριξ, εἴτε οὖν τοῦ δασέος γένους, εἴτε τοῦ ψιλοῦ τύχοιεν οἱ κύνες, λεπτὴ ἔστω καὶ πυκνὴ καὶ μαλθακή. (2) Κράτιστοι δὲ ἄῤῥενες μὲν, ὅσοι μεγάλοι τε καὶ εὐπαγεῖς ὄντες, ὑπὸ ὑγρότητος θηλείαις ἐοίκασι· θήλειαι δὲ, ὅσαι διὰ τὸ γενναῖον καὶ μυώδες τοῦ σώματος ἄῤῥεσι. (3) Τοῦ μὲν δὴ σώματος ταῦτά τις ἂν δοκεῖ μοι ἐπισκοπῶν δὴ ἀποχρῶντα τεκμήρια ποιεῖσθαι εἰς γενναιότητα, καὶ τὰ ἐναντία τοῦ ἐναντίου.

ΚΕΦ. Ζ'.

Περὶ τῆς γνώμης τῶν κυνῶν, ὁποῖα ταύτης τὰ σημεῖα.

Οὐ μείονα δὲ καὶ ἡ γνώμη τῶν κυνῶν ἐς ἑκάτερα τεκμηριοῦσθαι παρέξει τῷ ὡς χρὴ ὁρῶντι. Αὐτίκα ὅσαι σκυθρωπαὶ κύνες πρὸς ἅπαντας, οὐ γενναῖαι, εἰ δὲ ἔστιν ἃς εὕροις (ἂν) πρὸς μὲν τοὺς ἀγνῶτας χαλεπὰς, τῷ δὲ ἀνατρέφοντι προσφιλεῖς, καὶ τοῦτο ἀγαθὸν μᾶλλον ἢ κακόν. (2) Ἤδη δὲ ἔγνων κύνα, ἥτις οἴκοι μὲν κατηφὴς ἦν, καὶ οὐδενὶ τῶν πλησιαζόντων ἔχαιρεν· ἐπὶ θήραν δὲ ἐξαγομένη ὑπερευφραίνετο, καὶ παντὶ τῷ προσελθόντι προσμειδιῶσα καὶ προσσαίνουσα διεδήλου, ὅτι ἀνιᾶται οἴκοι μένουσα. Καὶ τοῦτο ἀγαθόν. (3) Κράτισται δὲ αἱ φιλανθρωπόταται, καὶ ὅσαις οὐκ ἔστι ξένον ὄψις ἀνθρώπου οὐδενός· ὅσαι δὲ ἀνθρώπους δείσασι, καὶ ὑπὸ ψόφου ἐκπλήττονται, καὶ θορυβώδεις εἰσὶ, καὶ ἐπὶ πολλὰ καὶ εἰκῇ κινοῦνται, καὶ ταῦτα ἀλόγιστά ἐστι καὶ οὐκ ἔμφρονα· καθάπερ ἄνθρωποι, εἰ δειλοὶ καὶ ἔκφρονες, οὕτω δὲ καὶ αἱ κύνες αἱ τοιαῦται οὔποτε ἂν εἶεν γενναῖαι. (4) Κακαὶ δὲ καὶ ὅσαι λυθεῖσαι τοῦ δεσμοῦ ἐν χωρίῳ οὐκ ἐπανίασιν ἐπὶ τὸν ἄγοντα καλούμεναι, ἀλλ' ἀποσκιρτῶσι· καὶ ἢν μὲν πράως μετακαλῇς, καταφρονοῦσιν· ἢν δὲ σὺν ἀπειλῇ, δειμαίνουσαι οὐ προσίασιν. (5) Ἀλλὰ χρὴ ἀποσκιρτήσασαν τὴν κύνα καὶ περιδραμοῦσαν ἐπανιέναι ἐπὶ τὸν κυναγωγὸν, εἰ καὶ μὴ καλοίη αὐτὸς, σημαίνουσαν ὅτι οἷά τε ὑπακούειν, εἰ ἤδη ἐθέλει· ἔτι δὲ, εἰ μὴ λαμβάνοιτο, πάλιν αὖ ἀποσκιρτάτω, καὶ πάλιν ἐπανίτω.

(10) Si crura posteriora anterioribus longiora habeat, melius acclivia percurret; sin anteriora posterioribus, melius declivia; si utrimque æqualia fuerint, melius planitiem. Verum quum difficilius sit in loco acclivi a lepore non superari, eo quod lepus longe melius per acclivia currit, illi mihi canes præstantiores esse videntur, quibus posteriora crura longiora sunt anterioribus. Pedes autem rotundi et firmi, omnium optimi.

CAP. VI.

De celoribus : nec referre qualescumque habeant.

Colores quoscumque tandem obtineant, parum refert, etiam si omnino nigri aut rufi vel albi fuerint. Nec simplicem colorem ut feritatis signum suspectum habeas : sed quicumque demum fuerit color, nitidus purusque esto. Pilus autem canibus, sive hirsuti generis fuerint, sive glabri, tenuis, densus et mollis sit. (2) Omnium vero præstantissimi sunt masculi, qui in magno et bene compacto corporis habitu flexibili quadam mollitie feminis similes videntur : feminæ autem, quæ generoso animo et toroso corpore masculos æquant. (3) Atque hæc quidem corporis signa si quis observet, meo judicio satis superque ex iis animi præstantiam, ex contrariis autem contraria colligere poterit.

CAP. VII.

De ingenio canum ejusque signis.

Neque minus ex indole canum in utramque partem poterit conjectare, quisquis recte eam inspexerit : nam qui promiscue in omnes sæviunt, degeneres sunt : si quos acres et vehementiores erga ignotos, erga nutricium blandos deprehenderis, id quoque bonum potius quam malum signum. (2) Ipse tamen canem novi, domi quidem tristem nec ulli adblandientem, qui ad venandum eductus maxima gestiebat alacritate, atque omnes blandissime adulando se invitum domi delitescere testabatur. Et hoc quidem bonum est. (3) Sed omnium præstantissimi sunt, quibus plurimum adest humanitatis, et quibus nullius hominis conspectus novus atque insolens accidit. At illi qui homines metuunt et strepitu terrentur et tumultus excitant et sæpius nulla de causa commoventur, bruti sunt parumque animosi : nam ut homines timidi degeneri sunt animo, ita hujusmodi canes nequaquam sunt animosi. (4) Mali quoque sunt qui vinculo soluto in aperto campo vocati non revertuntur ad ductorem, sed resiliunt; et qui blande revocantis vocem contemnunt, minitantem vero præ metu accedere non audent. (5) Sed canem libere vagantem ex cursu ad venatorem etiam non vocantem reverti oportet, ut ostendat sibi non deesse animum obtemperandi : et si venator non comprehendat, tum rursum curriculo abeat, rursumque

(6) Πεπαιδευμέναι δὲ, ὅσαι φθεγξαμένου τοῦ κυναγωγοῦ ὑποκατακλίνονται, μὴ ὑπὸ δέους, ἀλλὰ φιλοφρονούμεναι τὸν τροφέα καὶ τιμῶσαι, καθάπερ οἱ προσκυνοῦντες Μέγαν Βασιλέα· οὐδὲ τὸ ἵστασθαι δὲ ἐν πεδίῳ λυθεῖσαν κύνα ἀγαθὸν, εἰ μὴ πρεσβυτέρα τύχοι· ὄκνον γὰρ σημαίνει. (7) Ταῖς δὲ γενναιοτάταις καὶ ἐπισκύνιον πρόσεστι, καὶ σοβαραὶ φαίνονται, καὶ τὸ βάδισμα κοῦφον καὶ πυκνὸν καὶ ἄβρόν· καὶ μεταβάλλουσι τὰς πλευρὰς, καὶ τὸν τράχηλον ἀνατείνουσι, καθάπερ οἱ ἵπποι, ἐπειδὰν λαμπρύνωσιν.

redeat. (6) Illi vero bene edocti sunt, qui ad venatoris vocem non metu, sed præ amore atque honore nutricii sui se submittunt, instar illorum qui Magnum Regem adorant. Neque id bonum est canem vinculo exsolutum in campo quietum sistere, nisi senio fuerit confectus : id enim ignaviam ostendit. (7) Ceterum generosis canibus hispidum supercilium est vultuque terribili apparent : incessus quoque levis et creber et mollis; quin et transversis incedunt lateribus, et cervicem ut equi luxuriantes altius erigunt.

ΚΕΦ. Η'.

Περὶ τοῦ, πῶς διαγνωστέον ἀπὸ τοῦ ἐσθίειν τὴν ποιότητα τῶν κυνῶν.

Ἐσθίουσι δὲ αἱ μὲν λάβρως, αἱ δὲ κοσμίως· καὶ τὸ κόσμιον γενναιότερον τοῦ ἀκόσμου. (2) Ἀγαθαὶ δὲ, ὅσαι μὴ κακόσιτοι, ἀλλ' ἄρτῳ ἢ μάζῃ χαίρουσι· κράτιστον γὰρ κυσὶ τοῦτο σιτίον· καὶ οὐ δέος, μὴ ὑπερεμπλησθεῖεν ὑπ' αὐτοῦ. Ἄμεινον δὲ εἰ καὶ ξηρᾷ τῇ τροφῇ χαίροιεν· εἰ δὲ καὶ ὕδατι καταβρέχοις, καὶ τούτῳ χαίροιεν, οὐ κακόν. (3) Καμούσῃ δὲ ἐμβάλλειν ἢ ὕδωρ ἀπὸ κρέως λιπαροῦ, ἢ βοὸς ἧπαρ ἐν σποδιᾷ θερμῇ φρύξαντα, ἔπειτα τρίψαντα καθάπερ ἄλφιτα ἐπιπάττειν. (4) Καὶ ταῖς γε σκυλακευομέναις ἀγαθὸν τοῦτο ἐς τὸ πῆξαι τὰ μέλη, ἐπειδὰν ἀποπαύσωνται τοῦ γάλακτος· τὸ γάλα δὲ σκυλακεῦσαι κράτιστον ἐς ἔννατον μῆνα καὶ πορρωτέρω· καὶ καμούσῃ δὲ καὶ μαλακιζομένῃ ἀγαθὸν καὶ πόμα καὶ σιτίον· ἀγαθὸν δὲ καὶ ἡ ἀσιτία καμνούσῃ.

Canum alii avide vorant, alii modeste comedunt : sed modestia generosiorem canem arguit quam aviditas. (2) Sunt et illi boni qui malis spurcisque cibis abstinent et pane et maza gaudent : nam hic cibus omnium maxime canibus conducit, nec metuendum ne nimium illo se ingurgitent. Optimum autem signum est, si cibo sicco delectentur; neque id malum, si aqua perfusa gaudeant. (3) Cani ægrotanti jus carnis pinguioris exhibendum, vel jecur bubulum sub cinere calido tostum, tritumque farinæ instar aquæ inspergatur. (4) Idem quoque catulis inprimis prodest ad corroborandos artus, ubi a lacte depelluntur. Sed lac catulis enutriendis omnium optimum est in nonum usque mensem et amplius; ægrotis quoque et infirmioribus in potu ac cibo exhibitum prodest; conducit ægrotis etiam jejunium.

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ τοῦ, μετὰ τίνων καὶ πῶς κοιταστέον τὰς κύνας.

Οὐδὲν δὲ οἷον εὐνὴ μαλθακὴ καὶ ἀλεεινή· κρατίστη δὲ ἡ μετ' ἀνθρώπου, ὅτι καὶ φιλάνθρωποι ἀποτελοῦνται, καὶ τῷ χρωτὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ χαίρουσι, καὶ φιλοῦσιν οὐ μεῖον τὸν συγκαθεύδοντα ἢ τὸν τρέφοντα. Καὶ τῶν λυπούντων τὴν κύνα τις αἰσθάνοιτο, ὡς διψώσῃ τε ἐν νυκτὶ ἐπικουρῆσαι, καὶ ἐπειγομένῃ ὑπὸ τοῦ τῶν ἀναγκαίων· γνοίη δ' ἂν καὶ ὅπως ἀνεπαύσατο. Εἰ γὰρ ἀγρυπνήσειεν, ἐξάγειν ἐπὶ θήραν οὐκ ἀσφαλὲς, οὐδ' εἰ ἐπιστάξειε θαμινὰ ἐν τῷ ὕπνῳ, οὐδ' εἴ τι ἀπεμέσειε τῶν σιτίων· ταῦτα δὲ γνοίη ἂν ὁ συναναπαυόμενος. (2) Κακίστη δὲ κοίτη κυνῶν μετὰ κυνῶν· πολὺ πλέον, εἰ καὶ ἐπιψαύουσαι ἀλλήλων ἀναπαύοιντο· ὡς ἄνθρωπος μὲν συγκαθεύδων κυσὶν ἀφαιροῖτο χρωτὸς τὸ ἀνιαρόν· κύνες δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ἀναπαύόμεναι, ὅ τι περ πονηρὸν τοῦ χρωτὸς, τῷ πλησιάζειν τε καὶ ἐκθερμαίνειν ἐπάζουσιν· ὥστε ψώρας ἐμπίπλασθαι τὸ πολὺ, ὁπότε ἐν ταὐτῷ ἀναπαύωνται. (3) Τούτου δὲ τὸ αἴτιον καὶ ἡ

CAP. VIII.

Quomodo ex comestione qualitas canum dignoscenda.

Sed nihil æque juvat atque stratum molle et calidum. Optimum tamen si cum homine cubent, quod et humaniores evadant, et hominum cute gaudeant : nec minus ament eum quocum cubent quam qui cibum præbet : sentiet quoque si male habeant, ut sitienti noctu potum præbeat, et si quid necessarium desit, curam gerat : sciet etiam quomodo requiescant; nam si noctem exegerint insomnem, non tutum est eos venatum educere : nec si frequenter inter dormiendum excitentur, vel si quid ciborum evomuerint : quæ omnia facile sciri poterunt, si quis cum iis cubet. (2) Pessimum id est si canes cum canibus cubent : at multo pejus, si inter cubandum se invicem contingant : nam ubi homo cum canibus cubat, tollit vitia cutis : sed quum canes simul cubant, quibuscumque tandem cutis vitiis mutuo contactu et calore se inficiunt, adeo ut scabie ferme semper referti sint, ubi in eodem loco cubant. (3) Rei argumentum vel fœtor est, quem gravem atque acrem sen-

ὀδμὴ, ἐπειδὰν εἰσέλθῃς, οὗ κύνες πολλαὶ ἀναπαύονται· οὕτως χαλεπή τέ ἐστι καὶ δριμεῖα.

ties, si locum aliquem ingrediaris, ubi multi canes simul quiescunt.

ΚΕΦ. Ι'.

Ὅτι ἡ τρίψις τοῖς κυσὶν ὠφέλιμος, καὶ πῶς δεῖ ταύτας ἀποτρίβειν.

Μέγα δὲ ὄφελος κυνὶ καὶ τρίψις τοῦ σώματος παντὸς, οὐ μεῖον ἢ ἵππῳ· τά τε γὰρ μέλη πῆξαι καὶ ῥῶσαι ἀγαθὴ, καὶ τὴν τρίχα μαλθακὴν ἐργάζεται καὶ τὴν χρόαν στιλπνὴν, καὶ τοῦ χρωτὸς ἀποκαθαίρει ὅ τι περ πονηρόν. (2) Τρίβειν δὲ τὰ μὲν νῶτα καὶ τὴν ὀσφὺν τῇ δεξιᾷ, ὑποθέντα τὴν ἀριστερὰν τῇ λαγόνι, ὡς μὴ ἐπιθλιβομένην ἄνωθεν τὴν κύνα ὀκλάζουσαν κακοπαθεῖν. (3) Τὰς δὲ πλευρὰς ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ, καὶ τοὺς γλουτοὺς μέχρις ἄκρων ποδῶν, καὶ ὠμοπλάτας ὡσαύτως. (4) Ἐπεὶ δ' ἂν ἱκανῶς φαίνωνται ἔχειν, ἐπαίρειν τῆς οὐρᾶς λαβόμενον, καὶ ἀνατείναντα ἀφιέναι· ἡ δὲ διασείσεταί τε ἀφεθεῖσα, καὶ δήλη ἔσται, ὅτι ἠγάπησε τὸ πραχθέν.

Multum quoque canibus frictio totius corporis prodest, non minus quam equo : utilis est enim ad confirmandos et corroborandos artus; tum pilum mollem cutemque nitidam reddit, atque omnia ejus vitia expurgat. (2) Perfricandum autem dorsum et lumbi manu dextra, sinistra interim ventri supposita : ne pressus desuper canis labantibus genubus aliquid mali patiatur. (3) Latera autem et clunes utraque manu ad extremos pedes perducendi; eodem modo et scapulæ. (4) Ubi satis superque perfrictus videbitur, apprehensa cauda tollendus, eaque extensa dimittendus : at ille dimissus concutiet corpus et aperte se ea re delectatum ostendet.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ὅτι ἄμεινον δεδέσθαι τὰς κύνας, ἢ λελυμένας εἶναι.

Δεδέσθαι δὲ κύνα γενναίαν δι' ἡμέρας, ὥσπερ τι ἄλλο, ἀγαθόν· εἰ δὲ μὴ, ἀναγώγους ἀποτελεῖσθαι ἀνάγκη· καὶ εἴ ποτε ἄρα δεσμοῦ δεηθεῖεν, ἀσχάλλουσι, καὶ κλαυθμυρίζονται, καὶ ἀπεσθίουσι τοὺς ἱμάντας· ὥστε σιδήρου δεῖν ἐπ' αὐταῖς, καθάπερ ἐπὶ ἀνθρώποις τοῖς κακούργοις. (2) Καὶ ἐσθίειν δὲ ἀνάγκη λελυμένην κύνα πᾶν τὸ ἐμπεσόν· καὶ τὸ ἀκμαῖον τοῦ ὁρόμου ἀφαιρεῖται αὐτῶν ὁ δι' ἡμέρας περίπατος· ἀλλὰ χρὴ τεταγμένα μὲν περιπατεῖν, τὸ πολὺ δὲ ἀναπαύεσθαι.

Singulis autem diebus quater ut minimum in locum planum liberumque producendi sunt; et vinculo exsoluti ibidem dimittendi, quum ad necessitatem naturæ, tum ut saltu cursuque se recreent. (2) Si pigriores post venationem fuerint, sæpius id faciendum; et bini ac bini simul educendi, ut mutuo certamine atque lusu simul sese et oblectent et exerceant. (3) Plures una eademque vice ne solvas; sæpius enim in se invicem irruentes plurimum damni inferunt. (4) Nec robustum et confirmatæ ætatis canem una cum catulo emittas : gravis enim nec sine noxa ejus concursus : nam ubi insequitur, facile præcedentem occupat, et dum fugit, nullo negotio insequentem a tergo relinquit; adeo ut catulo necessario excidat animus, quum utrobique minus valeat. (5) Sed nec infensi sibi invicem

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Περὶ τοῦ, ἐπὶ πόσον τῆς ἡμέρας προακτέον τὰς κύνας· καὶ πόσας, καὶ ποίας ἐν ταὐτῷ λυτέον.

Προάγειν δὲ τὰς κύνας τοὐλάχιστον τετράκις (ἐπὶ) τῇ ἡμέρᾳ ἐς ὁμαλὸν χωρίον καὶ καθαρὸν· ἐνταῦθα ἀφιέναι τοῦ δεσμοῦ, τῶν τε ἀναγκαίων ἕνεκα, καὶ ἐς τὸ ἀποσκιρτᾶν καὶ διαθεῖν. (2) Εἰ δὲ ἄργοῦσαι ἀπὸ θήρας τύχοιεν, καὶ πλεονάκις ταὐτὸ τοῦτο δρᾶν· καὶ δύο ἐπὶ δυοῖν ἐν τῷ αὐτῷ, ὥστε ἁμιλλωμένας καὶ παιζούσας ὁμοῦ μὲν εὐφραίνεσθαι, ὁμοῦ δὲ γυμνάζεσθαι. (3) Πολλὰς δὲ μὴ λύειν ἐν ταὐτῷ· ἐμπίπτουσαι γὰρ ἀλλήλαις ἔστιν ὅτε μεγάλα κακὰ ἐργάζονται. (4) Ἀλλὰ μηδὲ σκληρὰν κύνα καὶ πεπηγυῖαν ἅμα τῇ σκυλακευομένῃ λυέτω· βαρεῖα γὰρ αὕτη καὶ ἀνιαρὰ συμφέρεσθαι· καὶ διώκουσά τε αἱρεῖ, καὶ ἀποφεύγουσα ἀπολείπει εὐμαρῶς· ὥστε ἀθυμεῖν ἀνάγκη τὸ σκυλάκιον ἐν ἑκατέρῳ μεῖον φερόμενον. (5) Ἀλλὰ μηδὲ ὅσαι

CAP. X.

Frictionem canibus prodesse, et quomodo institui debeat.

CAP. XI.

Præstare vinctos potius canes esse quam solutos.

Inprimis autem conducit canem generosum interdiu vinctum esse : sin minus, necessum est eos feros indomitosque evadere; et si quando vinculis alligentur, tum ægre ferentes ululant, et numellas corrodunt, adeo ut ferreis vinculis improborum hominum instar coercendi sint. (2) Tum canem solutum omni cibo promiscue vesci necessum est; et diem totum obambulanti currendi vigor perit : sed moderata quidem ambulatio illis permittenda, ut plurimum tamen quiescant.

CAP. XII.

Quoties producendi canes singulis diebus, et quot qualesque simul solvendi.

διεχθρεύουσιν ἀλλήλαις, μηδὲ ταύτας λύειν ὁμοῦ, ὡς μὴ λυμαίνοιντο ἀλλήλας· εἰσὶ γάρ τοι κύνες ἐχθραὶ ἀλλήλαις, καὶ ἄλλαι φίλαι, καθάπερ ἄνθρωποι, καὶ μάλιστα δὴ οἵ τε ἄῤῥενες τοῖς ἄῤῥεσι, καὶ αἱ θήλειαι ταῖς θηλείαις, τὸ πολὺ ὑπὸ φθόνου· καὶ οὐδὲ τούτων ἀμελῶς χρὴ ἔχειν.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Περὶ τοῦ, ποσάκις δεῖ ἐν χειμῶνι ἢ θέρει σιτεῖσθαι τὰς κύνας.

Καὶ δὴ χειμῶνος μὲν ὥρᾳ ἅπαξ σιτεῖσθαι τὰς κύνας ὀλίγον πρὸ τῆς ἑσπέρας· ἥ τε γὰρ ἡμέρα βραχεῖα, καὶ χρὴ γεγυμνάσθαι αὐτὰς, ὥστε, εἰ δέοι πόῤῥω τῆς ἡμέρας διαπονεῖσθαι ἐν θήρᾳ, τοῦ λιμοῦ ἀνέχεσθαι. (2) Θέρους δὲ ἀγαθὸν καὶ ἄρτου ὀλίγον δοῦναι ἐμφαγεῖν, ὡς μὴ ἀποκναίεσθαι ὑπὸ μήκους· καὶ γὰρ, εἰ διψήσειαν, ἀλυπότερον ἂν πίνοιεν ἐμφαγοῦσαι. Εἰ δὲ καὶ στέαρ ταριχευόμενον καθείης τῆς κυνὸς, ἀγαθὸν καὶ τοῦτο. (3) Εἰ δὲ μέγα τὸ καῦμα ἐπιφλέγοι, ᾠὸν ἐμβαλόντα εἰς τὴν χεῖρα, καὶ ἀνατείνοντα τῆς κυνὸς τὸ στόμα καθιέναι, ὡς ἀθρόον καταπιεῖν· καὶ τοῦτο σιτίον τε ἱκανὸν ἔσται αὐτῇ, καὶ ἀναψύξει τὸ ἄσθμα, καὶ ἀναπαύσει τὸ δίψος.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Περὶ τοῦ, ποίῳ χρόνῳ ἑξακτέον τὰς κύνας ἐπὶ θήραν.

Ἐξάγειν δὲ ἐπὶ θήραν ἦρος μὲν καὶ φθινοπώρου θαμινά· ἀσφαλέσταται γὰρ αἱ ὧραι αὗται ταῖς κυσίν· (2) θέρους δὲ ὀλιγάκις, καὶ τὸ πολὺ διαλείποντα, εἰ πνῖγος εἴη· οὐ γὰρ ἀνέχονται καύματος αἱ κύνες, ἀλλὰ πολλαὶ ἤδη διώξασαι ἀνὰ κράτος, ἀπεπνίγησαν ὑπὸ τοῦ ἄσθματος. (3) Τούτου δὴ ἕνεκα φέρειν χρὴ ὠὰ τὸν κυνηγέτην, ὥστε, εἰ ὑπερασθμαίνοι ἡ κύων, καθιέναι ἀθρόα· οὐ γάρ ἐστιν ὅ τι μᾶλλον ἀναψύχει τε αὐταῖς τὸ καῦμα, καὶ τὸ ἄσθμα ἀναπαύει. (4) Εἰ δὲ πίοι ἀθρόον ὑπερασθμαίνουσα, καὶ τοῦτο οὐκ ἀσφαλές. Τούτων δὴ ἕνεκα χρὴ φυλάττεσθαι ἐν καύματι ἐξάγειν. (5) Καὶ χειμῶνος δὲ μὴ ἐξάγειν, εἰ τὸ κρύος τύχοι χαλεπὸν, καὶ πολὺ δὴ μάλιστα, εἰ πεπηγυῖα ἡ γῆ τύχοι· ἀποκαίονται γὰρ ἐν τῷ κρυστάλλῳ αἱ κύνες, καὶ τοὺς ὄνυχάς ἐστιν αἳ ἀπολλύουσι, καὶ τὰ νέῤῥεθ τῶν ποδῶν αὐταῖς ῥήγνυνται. (6) Εἰ δὲ εὐψυχότεραι εἶεν, καὶ θραύοιεν ἂν περὶ τῷ κρυστάλλῳ τὰ ὀστᾶ τῶν ποδῶν, ἀφειδῶς θέουσαι· ὁ δὲ λαγὼς κοῦφός τέ ἐστι, καὶ δασεῖς ἔχει τοὺς πόδας καὶ μαλθακοὺς, ὥστε ἀλύπως θεῖν ἐν τῷ πάγῳ.

simul solvendi, ne malo se vicissim afficiant : nam canes quoque mutuas inimicitias et amicitias exercent, sicuti homines, præsertim masculi cum masculis et feminæ cum feminis; quod invidia plerumque laborent; neque id susque deque habendum.

CAP. XIII.

Quoties hieme vel æstate canibus præbendus sit cibus.

Hiberno tempore semel canibus cibus præbeatur, idque paullo ante vesperam : nam et dies contractior est, et exercitio assuefaciendi sunt, ut si per diem fere integrum venationi foret incumbendum, famem perferre valeant. (2) Æstate præstat iis nonnihil panis præberi, ne diei longitudine segniores fiant; tum si sitiant, minori cum damno post sumptum cibum bibunt : sed et illud bonum est, si adipem sale conditum cani immittas. (3) Verum ubi intensior æstus fuerit, præstat ovum manu capere, et diducto canis rictu ita immittere, ut una vice deglutiat; quod et in victum illi sufficiet et halitum refrigerabit et sitim restinguet.

CAP. XIV.

Quo tempore canes ad venationem educendi.

Ad venationem frequentius producendi sunt vere et autumno : quæ anni tempestates canibus omnium sunt tutissimæ : (2) rarius autem æstate, et satis magno temporis spatio interposito, si æstus fuerit : nam canes nullo modo sunt ferendo calori, sed multi dum intentissimis viribus feram persequuntur, suppressa respiratione suffocantur. (3) Quam ob causam venator ova secum deferat, ut si forte respirandi difficultas cani oboriatur, solida immittat : nihil enim æque nimium æstum in canibus refrigerando exstinguit, et respirandi difficultatem sedat. (4) Neque id periculo caret, si dum respiratio difficilior trahitur, nimis avide bibant. Quapropter cavendum ne nimio calore educantur. (5) Nec hiberno tempore producendi, si frigus vehementius fuerit, multo autem maxime, si terra fuerit congelata : nam membra canibus in glacie aduruntur; nonnullis quoque ungues pereunt, et pedum plantæ læduntur. (6) Quodsi animi vehementiores sint, nimio cursu ipsa quoque pedum ossa glacie vulnerantur; sed lepus et levis est et pedes villosos mollesque habet, ut sine ulla noxa per glaciem currat.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Περὶ διαστήματος, ἀφ' ὅτου δεῖ τῷ λαγῷ ἐπιλύειν τὰς κύνας, καὶ πόσας ταύτας.

Χρὴ δὲ, ὅστις κύνας ἀγαθὰς ἔχει, μήτε ἐγγύθεν ἐπιλύειν τῷ λαγῷ, μήτε πλείους δυοῖν· καὶ γὰρ, εἰ πάνυ ὠκὺς τύχοι καὶ πολλὰς πολλάκις κύνας διαπεφευγὼς, ἀλλά γε ἐξ εὐνῆς ἀνιστάμενον, καὶ ξὺν βοῇ καὶ κυνῶν ἐπικειμένων ἐκπλαγῆναι ἀνάγκη, καὶ πατάσσειν αὐτῷ τὴν καρδίαν. Καὶ ἐν τούτῳ πολλάκις γενναῖοι λαγωοὶ ἀκλεῶς ἀπώλοντο, μηδὲν μήτε δράσαντες μήτε ἐπιδειξάμενοι μνήμης ἄξιον. (2) Ἐὰν δὲ ὑπεκφυγεῖν ἀπὸ τῆς εὐνῆς, καὶ ἀναθαῤῥῆσαι. Ὁ δὲ, εἰ τύχοι δρομικὸς, ἐπαρεῖ εὐθὺς τὰ ὦτα, καὶ μεγάλα ἀπὸ τῆς εὐνῆς πηδήσεται· οἱ δὲ καὶ διαῤῥίψαντες τὰ μέλη, καθάπερ οἱ σκιρτῶντες, τότε ἀπευθυνοῦσι τὸν δρόμον. Καὶ τότε ἄρα ἐστὶ τὸ θέαμα ἄξιον τῶν πόνων, ὅσους ἐπὶ ταῖς κυσὶ πονεῖν ἀνάγκη.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Περὶ λαγωῶν, καὶ τίς ἡ τούτων ἀρετή.

Κράτιστοι δὲ τῶν λαγωῶν οἱ ἐν τοῖς περιφανέσι καὶ ἀναπεπταμένοις τὰς εὐνὰς ἔχοντες· ὑπὸ θάῤῥους γὰρ οὐκ ἀποκρύπτουσι σφᾶς, ἀλλὰ προκαλοῦνται, ἐμοὶ δοκεῖν, τὰς κύνας. (2) Οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι, ἐπειδὰν διώκωνται, οὐκ ἐπὶ τὰς νάπας φεύγουσιν, οὐδὲ ἐπὶ τὰ ἄλση, εἰ καὶ πάνυ πλησίον τύχοι ὄντα, ὥστε εὐμαρῶς ἀφελέσθαι αὐτοὺς τοῦ κινδύνου· ἀλλὰ ἐς τὰ πεδία βιάζονται, ἐρίζοντες πρὸς τὰς κύνας, καὶ, εἰ μὲν βραδεῖαι κύνες ἕποιντο αὐτοῖς, τοσοῦτον ὅσον διώκονται, θέουσιν· εἰ δὲ ὠκεῖαι, ὅση δύναμις. (3) Πολλάκις δὲ ἤδη ἐς τὰ πεδία ἐκτραπέντες, εἰ αἴσθοιντο ἐφομαρτοῦσαν κύνα ἀγαθὴν, ὡς ἐπισκιάζεσθαι ὑπ' αὐτῆς, θαμινὰ ἐν τοῖς ἐξελιγμοῖς διαῤῥίψαντες αὐτὴν, οἷδε τρέπονται αὖ ἐπὶ τὰς νάπας, ἢ εἴ που κατάδυσιν γιγνώσκοιεν. (4) Καὶ τοῦτο τεκμήριον ποιητέον, ὅτι ἐκράτησεν ἡ κύων τοῦ λαγῶ· οὐ γάρ τοι ἐπὶ τῷ ἁλῶναι τὸ θηρίον ἐξάγουσι τὰς κύνας, ἀλλὰ ἐς ἀγῶνα δρόμου καὶ ἅμιλλαν οἵ γε τῇ ἀληθείᾳ κυνηγετικοί· καὶ ἀγαπῶσιν εἰ ἐπιτύχοι ὁ λαγὼς τοῦ διασώσοντος. (5) Καὶ καταφυγόντα ἐς ἀκάνθας ἔστιν ὅτε ὀλίγας οἵδε καὶ ἰδόντες ἐπτηχότα καὶ ἀπαγορεύοντα, ἀνακαλοῦσι τὰς κύνας· μάλιστα δὴ, εἰ καλῶς διαγωνίσαιντο· ὥστε πολλάκις ἤδη ἔγωγε ἐφ' ἵππου ἐφομαρτῶν τῷ δρόμῳ, καὶ ἁλόντα ἐπελθὼν ζῶντα ἀφειλόμην· καὶ ἀφελόμενος καὶ δήσας τὴν κύνα, ἀφῆκα διαφυγεῖν τὸν λαγών· καὶ εἰ ὕστερος ἀφικόμην, ἢ ὥστε διασῶσαι, ἔπαισα τὴν κεφαλὴν, ὅτι ἀνταγωνιστὴν ἄρα ἀγαθὸν ἀπώλεσαν αἱ κύνες. (6) Καὶ τούτου μόνου ἕνεκα οὐ ξύμφημι τῷ ἐμαυτοῦ ὁμωνύμῳ, ἀλλὰ εὑρισκόμενον μὲν ὅστις ἴδοι τὸ θηρίον καὶ διωκόμενον καὶ μεταθεόμενον, ζυγχωρῶ, διότι ἐπιλάθοιτο ἂν εἴ του ἐρῴη· ἁλισκόμενον δὲ ἰδεῖν, οὔτε ἡδὺ τὸ θέαμα ἀπο-

CAP. XV.

Ex quo intervallo et quot canes simul in leporem immittendi.

Sed quicumque canes egregios habuerit, ne de proximo eos in leporem immittat, neu plures quam duos : nam etiamsi velocissimus sit et multos sæpenumero canes effugerit, nihilominus ubi cum clamore e cubili excitatur, canesque de proximo imminent, exterreri eum necesse est et cum metu percelli : atque in hujusmodi tumultu haud raro generosi lepores sine ullo memorabili facinore inglorii pereunt. (2) Quare permittendum est ut profugiat e cubili et animum recolligat. Ibi ille, si cursu valeat, statim arrigit aures, et magnis passibus sese e cubili proripit : nonnulli etiam magna membrorum volubilitate exsiliunt, quasi saltabundi, et deinde recto et intento cursu pergunt : ibi demum spectaculum dignum tantis laboribus, qui canibus impendendi sunt, exhibetur.

CAP. XVI.

De leporibus eorumque præstantia.

Præstantissimi autem lepores sunt ii, qui in apertis ac patentibus locis cubilia sua habent : nam præ virium fiducia semetipsos non abscondunt, sed, ut mihi videtur, provocant canes. (2) Atque hi, ubi canes persequendo instant, non ad saltus silvasque confugiunt, etiamsi in proximo sint, ut nullo negotio se periculo subducere queant; sed vi summa per camporum planitiem cursum intendunt, contendentes cum canibus, et si quidem canes tardiores insequantur, tantum currunt, quantum premuntur : sin velociores instent, fugiunt quantum possunt. (3) Sæpenumero ubi in apertos campos excurrunt, quum canem insequentem cursu prævalere vident, adeo ut umbra ejus jam tegantur, frequentibus conversionibus gyrisque illum eludunt, et cursum iterum ad saltus convertunt, vel si qua forte latibulum aliquod noverint. (4) Atque ex hoc argumento colligendum est canem lepori prævaluisse : nam veri venatores non eo fine canes educunt, ut feram capiant, sed ut cursu cum ea contendant : quin imo gaudent, si quod perfugium lepori obtingat. (5) Et ubi eum ad rubetum aliquod satis rarum et tenue confugisse ibique delitescere et certamen jam detrectare vident, revocant canes, præsertim si egregie certaverint : adeo quidem ut ego ipse eques non semel currentes assecutus, et capto superveniens, vivum leporem subtraxerim, et retracto ligatoque cane effugere illum siverim; et si accederem tardius, quam ut servari jam amplius posset, percussi caput, quod tam egregium et gnavum adversarium interemissent. (6) Et hac una in re nequaquam cognomini Xenophonti (5, 33) assentior : sed id quidem concedo, quisquis hoc animal videat, dum invenitur et cursu a persequentibus premitur, eum cujusvis rei caræ posse oblivisci : ubi autem capitur, id ego spectaculum nec visu jucundum nec admiratione di-

Sophithes rex Indorum, VI, 2, 2.
Sopolis equitibus præfectus, I, 2, 5; Hermodori filii ὕλη, III, 11, 8; in Macedoniam missus, IV, 18, 3; Hermolai pater, IV, 13, 2.
Sosicles, IV, 16, 6.
Sostratus Amyntæ filius Alexandro insidiatur, IV, 13, 3 s.; punitus, IV, 14, 3.
Spadagas Sanigarum rex, *Per.*, 11, 4.
Sparta ab Epaminonda territa, I, 9, 4.
Spartiates Euthycles, II, 15, 2.
Spatembas rex Ind., *Ind.*, 8, 1.
Spitaces Indorum νομάρχης, V, 18, 2,
Spitamenes equitibus Sogdianis præfectus, III, 28, 10; Bessum prodit, III, 29, 6 s.; 30, 1 s.; Maracanda oppugnat, IV, 3, 6 s.; vincit excurrentes, IV, 5, 2 ss.; eum persequitur Alexander, IV, 6, 3 ss.; rursus Macedonas aggreditur, IV, 16, 4 ss.; 17, 4 ss.
Spitamenes Bactrius, VII, 4, 6.
Spithridates Ioniæ et Lydiæ satrapes, I, 12, 8; ad Granicum occisus; I, 15, 8, 16, 3.
Stachemphax, Zilcharum rex, *Per.*, 18, 3.
Stamenes Babylonis satrapes, IV, 12, 3.
Stasanor ἑταῖρος, Ariorum satrapes, III, 29, 5; IV, 7, 1; 18, 1; Drangum, IV, 18, 3; Ariorum et Zarangum, VI, 27, 3; VI; 29, 1; *Succ. Al.*, 36.
Stephane, Ponti urbs, *Per.*, 14, 4.
Στῖφος, *Tact.*, 14, 5.
Στοιχεῖν quid? *Tact.* 8, 2; 20, 2; 22, 1.
Στόμα φάλαγγος, *Tact.*, 8, 5.
Στρατηγία idem quod φαλαγγαρχία, *Tact.*, 10, 6.
Straton, II, 13, 7 s.
Strobilus, Caucasi jugum, *Per.*, 11, 5.
Strymon, I, 11, 3; *Ind.*, 18, 10.
Stura locus Indiæ, *Ind.*, 21, 1.
Stymphæa, I, 7, 5.
Sunium, VI, 11, 6.
Suraseni gens Indiæ, *Ind.*, 8, 5.
Susa, III, 17, 1; 19, 8; VII, 10, 7; *Succ. Al.*, 38; monumentis ornata, III, 16, 7 s.; VII, 19, 2; præmium belli, III, 16, 2; fanum spoliatum, VI, 37, 5; nuptiæ ibi factæ, VII, 4, 4.
Susia Ariæ, III, 25, 1.
Susia terra, VII, 7, 1.
Susiana terra, III, 16, 9.
Susiani, III, 8, 5; eorum terra, VI, 28, 6; præfectus Antigenes, *Succ, Al.*, 35.
Susii, III, 11, 3; recepti, III, 16, 6 s.; V, 25, 5; VII, 9, 8; eorum satrapes, III, 16, 6, 9; 19, 2; *Ind.*, 40, 16; 42, 2 s.
Syene urbs Ægypti, *Ind.*, 25, 7.
Syllium, I, 26, 5.
Symboli portus, *Per.*, 19, 5.
Συλλογισμός quid, *Tact.*, 7, 1.
Συνασπισμός, *Tact.*, 11, 3.
Σύνταγμα, συνταγματάρχης, *Tact.*, 10, 3.
Syra, IV, 13, 5.
Syri, οἱ ἐκ τῆς κοίλης καὶ ὅσοι τῆς μεταξὺ τῶν ποταμῶν Συρίας, III, 8, 6.
Syria et Phœnice, III, 1, 2; ἡ κοίλη, II, 13, 7; ἥ τε κοίλη καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν, V, 25, 4; VII, 9, 8; οἵ τε ἐκ κοίλης Συρίας καὶ οἱ ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν, III, 11, 4. satrapes Mazæus, III, 8, 6; Arimmas, III, 6, 8; Asclepiodorus, IV, 13, 4. cf. IV, 7, 2; Menes, III, 16, 9; ἡ Παλαιστίνη καλουμένη Συρία, II, 25, 4. cf. VII, 9, 8; *Ind.*, 43, 1; Laomedonti assignatur, *Succ. Al.*, 5 et 34.
Syrmus rex Triballorum, I, 2, 2 s.; 4, 6.
Syrphax, I, 17, 12.
Σύστασις, *Tact.*, 14, 3.
Σύστρεμμα, *Tact.*, 14, 5.
Συστρεμματάρχαι, *Tact.*, 14, 6.
Συζυγεῖν quid, *Tact.*, 8, 2.

T

Tabularum duodecim leges Romani ab Atheniensibus mutuati sunt, *Tact.*, 33, 5.
Tacticòn auctores, *Tact.*, 1, 1.
Tænarum promontorium, II, 13, 6.
Tala vox Indica, *Ind.*, 7, 3.
Talmena portus, *Ind.*, 29, 1.
Tamyraca, *Per.*, 20, 1.
Tanais s. Iaxartes amnis, III, 28, 8; 30, 8 s.; IV, 1, 3; 3, 6; V, 25; 5; VII, 10, 6; quomodo ab Alexandro trajectus, IV, 4, 1 ss.
Tanais amnis qui Europam et Asiam dividit, III, 30, 8 s.; *Per.*, 19, 1.
Taoce locus Persidis, *Ind.*, 39, 3.
Tapuri, III, 11, 4; 23, 1; Persidi vicini, VII, 23, 1; equites Phratapherne duce, III, 8, 4; satrapes Autophradates, III, 23, 7; 24, 3.
Ταραντιναρχία, *Tact.*, 18, 3.
Tarentini quinam dicantur, *Tact.*, 4, 4.
Tarquinius superbus, p. 249. § 4.
Tarsenses, II, 4, 5.
Tarsias promontorium Asiæ, *Ind.*, 37, 9.
Tarsuras fluv., *Per.*, 10, 2.
Tarsus II, 4, 5 s.; 5, 2, 8; 6, 4.
Tartessus Phœnicum colonia, II, 16, 4.
Taulantii et rex eorum Glaucias, I, 5, 1 ss.; 6, 8 ss.
Taurica, *Per.*, 19, 4; Taurica Chersonesus, *ib.*, 19, 5.
Tauriscus, III, 6, 7.
Tauron sagittariis præfectus, V, 14, 1; phalangi, V, 16, 3.
Taurunos urbs Pæoniæ, *Ind.*, 4, 16.
Taurus mons, II, 4, 7. v. inprimis V, 5, 2 ss.; 6, 1 ss.; Asia cis Taurum, III, 6, 4 cl. 6; *Ind.*, 2, 2; 3, 2.
Taxila, VII, 2, 2; urbs maxima inter Indum et Hydaspem, V, 3, 6; 8, 2 ss.
Taxiles Indiæ partis regulus, IV, 22, 6 ss.; V, 3, 5; donatus, V, 8, 2; ad Porum missus, V, 18, 6 s.; cum eo reconciliatus, V, 20, 4; Indiæ partem administrandam accipit, VI, 27, 2; *Succ. Al*, 36.
Telephus ἑταῖρος, VI, 23, 6.
Τέλος idem quod μεραρχία, *Tact.*, 10, 5; τέλος equitum, *Tact.*, 18, 4.
Telmissenses recepti, I, 24, 4; σοφοὶ τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι; II, 3, 3 s. cf. Aristander.
Telmissenses Pisidarum, I, 27, 5 ss.; 28, 1.
Telmissus Pisidarum, I, 27, 5; 28, 2.
Tenedii a Persis subacti, II, 2, 2 s.; deficiunt, III, 2, 3.
Teridates, Arsacæ frater. *Parth.* 22.
Testudo Romanorum, *Tact.*, 11, 4.
Τετραφαλαγγαρχία, *Tact.*, 10, 8.
Τετραρχία τετράρχης, *Tact.* 10, 2.
Tetrisias, *Per.*, 24, 3.
Teucer Salaminius, *Cyn.*, 35, 1.
Teuchira, urbs Libyæ, *Succ. Al.*, 17.
Tenedus a Persis recepta, II, 2, 2 s.
Thapsacus, II, 13, 1; III, 6, 4; 7, 1; VII, 19, 3.
Thebæ, I, 7, 1; a Cadmo occupatæ, II, 16, 1; dirutæ, I, 9, 9 s.
Thebani. eorum perfidia et sævitia, I, 9, 7; victoriæ, I, 9, 4; Macedonibus semper infesti, VII, 9, 4; ab iis deficiunt, I, 7, 1 ss.; expugnantur, I, 8, 1 ss.; cladis magnitudo, I, 9, 1 ss.; legati ad Darium, II, 15, 2 ss. cf. Dionysus et Hercules.
Theocritus, IV, 13, 4.
Theodorus, III, 16, 9.
Theodosia urbs deserta, *Per.*, 19, 3.
Thera insula, II, 5, 7.
Theramenes, III, 5, 5.
Thermodon fluv., *Per.*, 15 *extr.*, 16, 1.
Theron tyrannus Agrigentinorum, I, 12, 2.
Thersippus Alexandri ad Darium legatus, II, 14, 4.
Theseus Neptuni filius, VII, 29, 3; ejus cum Amazonibus bellum, VII, 13, 5.
Thessalos, quos olim metuerant Macedones, subegit Philippus, VII, 9, 4; equites Alexandri, I, 14, 3; 25, 1 s.; II, 7, 8; 8, 9; 9, 1; 11, 2 s.; III, 11, 10; remissi, 3, 19, 6; V, 27, 5; Thessali equites quanam acie uti soleant, *Tact.*, 16, 3; Thessali equi, *Cyn.* 23, 2.
Thessalia, I, 7, 5.
Thessaliscus Thebanus ad Darium legatus, II, 15, 2 s.
Thetis Leucen ins. filio excitat, *Per.*, 21, 1.
Thiannica regio, *Per.*, 7, 1.
Thibro Lacedæmonius Harpalum interimit, in Cretam trajicit, Cyrenas proficiscitur, ubi post varia fata suspenditur, *Succ. Al.*, 16 *sq.*
Thoana, postea Tyana, *Per.*, 6, 4.
Thoaris fluv., *Per.*, 16, 1.
Thoas, Taurorum rex, *Per.* 6, 4.
Thoas Mandrodori filius, VI, 23, 2; *Ind.*, 18, 7; Gadrosiorum satrapes moritur, VI, 27, 1.
Thoraces equitum, *Tact.* 34, 6.
Thraces. fortes, II, 7, 5; Macedonibus infesti, VII, 9, 2. cf. V, 26, 6; οἱ αὐτόνομοι (καὶ οἱ ὄρειοι) I, 1, 5 s.; ab Alexandro victi, I, 1, 8 ss.; item qui Triballis vicini, I, 2, 3; 3, 3 s.; Alexandri milites, I, 14, 3; 28, 4; II, 5, 1; 9, 3; III, 12, 4; equites, II, 7, 8; Bithyni, I, 29, 5; *Per.*, 13, 6; a Scythis cuneatam aciem acceperunt, *Tact.*, 16, 6; eorum rex Seuthes, *Per.*, 25, 1.
Thracia, I, 1, 4; maxima pars a Philippo Macedoniæ adjuncta, VII, 9, 3. cf. II, 14, 5; στρατηγὸς ἐπὶ Θράϊκης Alexander Aeropi filius, I, 25, 1; Ptolemæus, IV, 7, 2; præfectus Craterus, VII, 12, 4. Lysimacho assignatur, *Succ. Al.*, 7.
Thriambus Dionysi cognomen, VI, 28, 2.
Thurinus Pasicrates, II, 22, 2; nisi forte Κουριεύς legendum.
Thymena, *Per.*, 14, 2.
Thymondas Mentoris filius, transfuga, militi peregrino præest, II, 2, 1; 13, 2.
Thynias litus, *Per.*, 24, 6.
Θυρεοφόροι, *Tact.*, 4, 4.
Thyræi legebantur IV, 23, 1.
Tibialia equitum, *Tact.*, 34, 6.
Tigris amnis III, 7, 4 s., 15; V, 7, 2; VII, 7, 6 s.; 16, 5; *Ind.*, 42, 2; ostium, VI, 19, 5; 28, 6; VII, 1, 1; Euphrate humilior fluit, VII, 7, 3 s.
Timander, ejus τάξις, I, 22, 4.
Timanthes Pellæus ex trierarchis, *Ind.*, 18, 3.
Timolaus, I, 7, 1.
Timoleontis historiam Arrianus scripsit, p. 249.
Tiryns Argolidis, V, 26, 5.
Titan, *Ind.*, 5, 11; *Per.*, 19, 2.
Titaresius Thessaliæ fluv. aquam levissimam habet, *Per.*, 8, 3.
Tius urbs, Milesiorum colonia, *Per.*, 13, 5.
Tlepolemus Pythophanis filius, ἑταῖρος, in Parthyæis et Hyrcaniis ἐπίσκοπος, III, 22, 1; Carmaniæ satrapes, VI, 27, 1; *Ind.* 36, 8; *Succ. Al.*, 35.
Tmolus mons Lydius, V, 1, 2.
Totulegum, vox celtica, quid, *Tact.*, 43, 3.
Tomea (Tomi), urbs Ponti, *Per.*, 24, 2.
Tomerus fluv. As., *Ind.*, 24, 1.
Topiri. v. Tapuri.
Trajanus, imperator, *Per.* 1, 3; 16; *Parth.* 3.
Tralles opp., I, 18, 1; 23, 6.
Trapezus, VII, 13, 4. *Per.* 1, 1; 16, 5; *Succ. Al.* 5.
Trapezuntii, *C. Alan.* 7; *Per.* 11, 1.
Triballi Macedonibus infesti, V, 26, 6; VII, 9, 2; res novas moliuntur, I, 1, 4; rex eorum Syrmus, I, 2, 2; 4, 6; vincuntur, I, 2, 4 ss.; frustra impugnantur, I, 3, 3 s.; dedunt se, I, 4, 6.

Triopium Cariæ, II, 5, 7.
Triopolis Phœnices, II, 13, 2. *Per.* 16, 4.
Triptolemus, *Ind.*, 7, 6.
Tripylum Halicarnassi, I, 22, 1, 4.
Troea locus Ichthyoph., *Ind.* 29, 5.
Trojanum bellum, I, 11, 7; Trojani de curribus pugnabant, *Tact.* 2, 5.
Tutapus fluv. Ind., *Ind.* 4, 10.
Thyana Cappadociæ, olim Thoana, *Per.* 6, 4.
Tylus insula, VII, 20, 6 s.
Tymphæa vel Stymphæa, I, 7, 5.
Tyndareus, IV, 8, 2.
Tyndaridæ, urbs Pontica, *Per.* 13, 4.
Tyriaspes cum imperio, V, 20, 7; satrapes Parapamisadarum, IV, 22, 5; remotus, VI, 15, 3.
Tyrii. eorum rex Azemilcus, II, 15, 7. cf. Hercules et Carthago.
Tyrus aditu Alexandro negato oppugnatur et expugnatur, II, 15, 6 — 24, 6; ab ὑπασπισταῖς, IV, 26, 6.
Tyrrheni legatos mittunt ad Alexandrum, VII, 15, 4.

U

Οὐρὰ φάλαγγος, *Tact.*, 8, 4.
Uragus qualis esse debeat, *Tact.*, 6, 4; 12, 11.
Uranus, VII, 20, 1.
Urii Jovis fanum, *Per.*, 12, 1. 2.
Uxii Cossæis finitimi, VII, 15, 1; Darii socii, III, 8, 5; 11, 5; ab Alexandro victi, III, 17, 1 ss.; VII, 10, 5; *Ind.*, 40, 16.

V

Valens, legionis dux, *C. Alan.*, 3; 24.
Vasaces Armenius, *C. Alan.*, 12.
Veneris fanum ad Artanen fluv., *Per.*, 12.
Vertragi, canes Gallici, *Cyn.*, 3; 6.
Verus, equitum Numidarum præfectus, *C. Alan.*, 3.

X

Xanthus amnis et oppidum, I, 24, 4.
Xathri Indi αὐτόνομοι, VI, 15, 1.
Ξεναγία, ξεναγος, *Tact.*, 10, 3; 14, 4.
Xenophantus, III, 5, 3.
Xenophon Grilli filius miles, II, 4, 3; 7; 8 s.; scriptor, I, 12, 3; II, 8, 11; VII, 13, 4; citatur, *Per.*, 1, 1; II, 3; 11, 1; 12, 5; 13, 6; 14, 4; 16, 3; 25, 1; *Tact.*, 6; 3; 29, 8; *Cyn.*, 1, 1; 2, 1 *sqq.*; 3, 1 *sqq.*; 5, 6; 16, 6; 24, 2; 30, 2.
Xenophon, militum dux in prælio contra Alanos ab Arriano commisso, *C. Alan.* 10. 22.
Xerxes superbus, VII, 14, 5; monumenta e Græcia asportavit, III, 16, 7; VII, 19, 2; victus, IV, 11, 9; templa Babyloniorum diruit, III, 16, 4; VII, 17, 2.
Xynema, Celticum jaculationis genus, *Tact.* 42, 4.
Χυστοφόροι, *Tact.* 4, 4.

Z

Zadracarta Hyrcaniæ, III, 23, 6.
Zagatis fluv., *Per.*, 7, 3.
Zagora, urbs Ponti, *Per.*, 14, 5.
Zarangæi, III, 25, 8; Zarangi, VI, 17, 3. cf. Dranges.
Zariaspa urbs maxima, IV, 1, 5; VII, 1, 16, 6.
Zelea, I, 12, 8.
Zelitæ, I, 17, 2.
Zephyrium, *Per.*, 14, 3; 16, 4.
Zeudracarta, III, 25, 1.
Zilchi, *Per.* 18, 3; eorum rex, *ib.*
Zydritæ, *Per.* 11, 2. eorum rex, Pharasmanus, *ib.*
Ζυγεῖν, *Tact.*, 20, 2; 22, 1.

SCRIPTORES

RERUM ALEXANDRI MAGNI.

CALLISTHENES.	DIODOTUS.	ANTICLIDES.
ANAXIMENES.	EPHIPPUS.	NICANOR.
MARSYAS.	MEDIUS.	ARISTUS.
ONESICRITUS.	CYRSILUS.	ASCLEPIADES.
NEARCHUS.	POLYCLETUS.	ANTIGENES.
ANDROSTHENES.	BÆTON.	NICOBULE.
CLITARCHUS.	DIOGNETUS.	DOROTHEUS.
PTOLEMÆUS.	AMYNTAS.	IASON.
ARISTOBULUS.	ARCHELAUS.	AMYNTIANUS.
CHARES.	HEGESIAS.	PRAXAGORAS.
EUMENES.	MENÆCHMUS.	ANTIDAMAS.

FRAGMENTA COLLEGIT, DISPOSUIT, VERTIT, ANNOTATIONE INSTRUXIT,
DE VITIS SCRIPTISQUE AUCTORUM DISSERUIT,
INDICEM PLENISSIMUM ADJECIT

CAROLUS MULLERUS.

PRÆFATIO.

Nemo unquam rerum suarum tot nactus scriptores est, quot in Alexandri vita gestisque narrandis elaborasse comperimus. Quodsi ne unus quidem in tanto numero exstitisse videtur, qui nobilitatem argumenti gravitatemque vi ingenii exæquaverit, id quidem ex studiorum perversitate, qua scribendæ ars historiæ inde ab Alexandri ævo depravari cœperat, explicationem facile admittit. Sed demirere Fortunam, quæ juveni suo dilectissimo ægre concesserit, ut ex uberrima ista copia monumentorum vix paucissima quædam neque ea præ ceteris conspicua ad longinquiorem ætatem perdurarent. Nam quas per literatissima sæcula quattuor Græcia tulit historias Alexandri, eas omnes nescio quæ invidia pessumdedit; neque integrum quidquam nobis jam relictum est præter ea, quæ Hadriani demum temporibus Arrianus et Plutarchus conscripserunt. Etenim subsequentis etiam ætatis auctores una omnes obruit oblivio. Quamquam horum jacturam ferre licet levius, quum in diem magis tunc degenerasse historiam consentaneum sit. Jam enim adolescit historiæ proles quædam spuria, quæ orbem terrarum perambulans tantopere suis illecebris homines irretivit, ut ipsa historia, contemtam sese videns ac proculcatam, e conspectu se subduceret errorisque pœnas penderet exilio. Fabulosas illas narrationes dico, quæ etsi neque ad literarum historiam parvi sint momenti, neque etiam ab Alexandri rerum scrutatore impune negligantur, hoc tamen loco tanto tutius missas facere licet, quum separatim de iis disserere sit propositum. Verum percurramus nomina scriptorum, quæ vel fama nobis tradidit, vel sparsis hic illic ruinis inscripta legimus.

Ipse Alexander historiæ suæ scribendæ munus demandasse videtur Anaximeni et Callistheni, quorum ille aliis operibus jam inclaruerat, hic vero, etiamsi scriptis nondum notus fuisset, tamen verbis magistri et suopte ingenio regi condiscipulo commendabatur. Præter hos Ephorus quoque, eodem, opinor, consilio, advocatus esse ab Alexandro, sed non obsecundasse invitanti perhibetur (Plutarch. De stoic. rep. c. 20). Reliquos autem comites neque

muneris professio neque regis exhortatio, sed rerum, quibus spectatores vel actores intererant, novitas et magnitudo ad scribendum abripuisse videtur. Eorum tamen numerus, qui omnem Alexandri historiam complexi sint, haud ita magnus est. Etenim Callisthenes quominus opus suum absolveret fato impeditus præmaturo; Marsyas Pellæus non ultra annum 331 a. C. narrationem deduxit; Nearchus nonnisi navigationem suam et quæ conjuncta cum ea erant, memoriæ prodidit. Quod idem statuendum est de Thasio Androsthene. Arctioribus etiam finibus circumscriptum argumentum tractavit Ephippus Olynthius, qui ea tantum quæ ad mortem et sepulturam Hephæstionis et Alexandri pertinent, persecutus esse videtur. Similiter non tam justas historias quam quæ subsidia historico forent, elaborarunt auctores Diariorum, Eumenes et Diodotus. Inferioris denique loci sunt Bæton et Diognetus, itinerum mensores, quibus similes addere licet Archelaum et fortasse Amyntam. Ex reliquis Chares Mytilenæus majorem operæ partem in vita regis privata enarranda posuisse videtur. Cyrsili autem et Medii et Polycleti et Leontis Byzantini historiarum quæ fuerit indoles et ambitus, dici jam nequit. Itaque inter æquales Alexandri historicorum nomine præ ceteris dignos præter Anaximenem et Callisthenem novimus Onesicritum, Ptolemæum, Aristobulum, Clitarchum. Quorum postremus, quamvis comitibus regis probabiliter accensendus non sit, eademque qua Onesicritus malæ fidei infamia premeretur, nihilominus propter orationis jucunditatem et spiritum quendam poeticum reliquis omnibus palmam præripuit, nec minorem in seriores rerum Alexandri scriptores quam Ctesias in Assyriacôn narratores vim exercuit. Quemadmodum vero contra Ctesiæ fabulas Dinon, pater Clitarchi, exstitit, sic Clitarchi similiumque levitas et auctoritas immerita haud minimum contulisse videtur, ut senes jam duumviri, Ptolemæus et Aristobulus, scribendi provinciam susciperent, ad fidem severitatemque historiam revocaturi.

Proximis dehinc temporibus insigniores scriptores misso Alexandro ad successorum historiam se converterunt, quam postea unus Nymphis, quantum scio, cum Alexandri historia conjunxit. Ii autem, qui denuo Macedonis res tractarunt, inferioris notæ fuisse omnes videntur. Agmen ducit Hegesias rhetor, qui Asiaticæ dictionis adipe Clitarcheam lævitatem superare studebat. Alexandrinorum eruditionem curiosam ad narrationes suas attulerunt Menæchmus Sicyonius et Anticlides Atheniensis, antiquarii potius illi quam historici. Similes iis ex parte fuerint Nicanor, Asclepiades, Dorotheus, Nicobule, Antigenes, quorum nonnisi tenuissima notitia ad nos pervenit.

Nova deinde vi ex lege quadam historiæ reviviscere Alexandri memoria illis debuit temporibus, quibus arma Romana orientem sibi aperuerunt, et cuique fere bello Parthico vanitas hominum vel adulatio suum vindicabat æmulum Alexandri. Eodem vero tempore quo rex Indorum ad Augustum legatos misit alterque Calanus Athenis imperatore coram flagrasse dicitur, etiam historiæ scribendæ genus, quod inde a Clitarcho diu neglectum jacuerat, nova laude reparavit Timagenes. Huic suppar Strabo de rege nostro commentatus est. Strabonem excipit Tiberii familiaris Potamo Mytilenæus. Mox sub Claudio Clitarchus toga Romana donatur. Hadriani ævo, historiographiæ luce ultima, quem cecinit imperator, ejus gesta oratione soluta narravit præter Arrianum et Plutarchum Cephalio, cui adjungi quodammodo potest Iason Argivus. Denique sub Marco Antonino Amyntianum, sub Constantino Magno Praxagoram Atheniensem res Alexandri scripsisse accepimus.

Horum igitur auctorum quasi ossilegium pie institui reliquiasque in eundem omnes loculum componi jussit Musarum græcarum apud Gallos antistes, Firminus Didot. Itaque quum jam ante annos aliquot demandasset mihi vir celeberrimus, ut colligerem quidquid superesset historicorum græcorum qui inde a Cadmo Milesio ad Byzantina usque tempora floruissent, ex ampla hac auctorum legione cohortem evocavi eorum, qui expeditiones Alexandri peculiaribus scriptis prosecuti sunt. Eximiam, uti constat, iis operam olim navavit Sancto-Crucius, cujus viri clarissimi de Alexandro opus, quamquam habet sat multa, quæ elegantius quam verius dicta esse hodie censentur, insuperatum tamen hucusque inter omnes eminet. Verum faustius etiam evenit, ut viri doctissimi data opera fragmenta præcipuorum Alexandri rerum scriptorum colligerent illustrarentque. Inter quos quam egregie Westermannus de Callisthene, de Marsya Ritschelius meruerint nemo est qui nesciat. Quorum vestigia legentes eandem nuperrime laudem æmulati sunt Hullemanus et Geierus. Ac Hullemanus quidem, quem jam nosti Duridis Samii reliquiarum editorem, nunc dedit fragmenta Ptole-

mæi, Aristobuli et Charetis. Geierus vero pari cum diligentia sed molimine multo majori in unum corpus redegit fragmenta Ptolemæi, Aristobuli, Onesicriti, Nearchi, Clitarchi, Callisthenis, Anaximenis, Charetis, Ephippi, Marsyæ, Androsthenis, Medii, Cyrsili, Eumenis, Bætonis, Diogneti.

His igitur subsidiis, quibus addenda est censura libri Geieriani, quam summus Creuzerus in Annalibus Viennensibus instituit et deinde libro egregio De arte historica inseruit, pro consilio nostræ editionis ita sumus usi, ut quæ ad indolem scriptorum recte dijudicandam apposite dicta viderentur, diligenter consignaremus, præterea enotaremus etiam, si in commentariis nova quædam et notatu digna deprehenderemus. Reliqua rerum congeries, qua ex more vetere sed præsenti literarum statui parum accommodato amplificari volumina facili negotio nulloque merito solent, a nobis aliena erat. Multo magis referebat, ne quid reliquiarum omitteretur. Quod quum in Callisthenis, Onesicriti et Clitarchi fragmentis haud semel prioribus editoribus acciderit, tantum tamen abest, ut crimini id vertam, ut ipse potius, si simile quid peccaverim, veniæ petitionem hic anticipem. Ceterum ex fragmentis nostris quadringentis fere numero, vix tertia pars ad Alexandri historias pertinet; reliqua ex aliis eorundem auctorum operibus petita sunt. Quæ segregare in aliud volumen vel propterea noluimus, quod sæpius fit, ut de ipsis Alexandri historiis non tam ex fragmentis earum quam ex indole reliquorum operum, quæ ab iisdem scriptoribus profecta sunt, judicari debeat. Porro ubi cognomines auctores existerent, quibus suum cuique tribuere res esset lubrica, ita fecimus, ut nulla adhibita nostra auctoritate judicium lectorum relinqueretur integrum ac liberum. Sunt denique qui tum alia opera composuisse ferantur, tum etiam Alexandri historiam, cujus vero ne levissimum quidem vestigium indagare potui. De his igitur auctoribus quum alias aptior disserendi occasio offeratur, hoc loco satis habemus nomina eorum recensuisse, verbo denique etiam de iis monuisse, qui inter Alexandri rerum scriptores absque causa idonea referuntur.

Aristotelis liber quintus Περὶ Ἀλεξάνδρου laudatur apud Eustathium ad Dionys. Per. 440, ubi hæc : Κώφης Ἰνδικός ἐστι ποταμός... Ἀριστοτέλης δὲ, ὥς φασιν, ἐν πέμπτῳ Περὶ Ἀλεξάνδρου τὸν Κωφῆνά φησι, ὡς τὸν σωλῆνα. Sed jam Holstenius monuit nomen auctoris corruptum esse ex Ἀρριανός. Ipso initio libri quinti Arrianus Cophenis fluvii mentionem facit. Neque tamen apud Eustathium quidquam mutandum : nam reperisse eum nomen Aristotelis arguunt verba ὥς φασιν, quæ de Arriano loquens non usurpasset. Ceterum quod auctor anonymus Vitæ Aristotelis ap. Menag. inter scripta philosophi recenset opus Περὶ Ἀλεξάνδρου ἢ περὶ ῥήτορος ἢ πολιτικοῦ, id ad nos nihil pertinere sponte intelligitur. Titulus quidem ita comparatus est, ut duo distinguenda putare possis opera, alterum Περὶ Ἀλεξάνδρου βιβλ. η′, alterum Περὶ ῥήτορος ἢ πολιτικοῦ. Verum quemadmodum Diodorus Περὶ βιβλιοθηκῶν, Dionysius Περὶ κύκλων ac simili negligentia aliorum scripta passim laudantur, sic etiam quæ apud Anonymum leguntur ita sunt intelligenda, ut operis sive genuini sive suppositicii sincerus titulus fuerit : Ἀλέξανδρος ἢ περὶ ῥήτ. κτλ., quocum conferatur Ἀλέξανδρος ἢ περὶ ἐποικιῶν ap. eundem Anonymum.

Hecatæum Abderitam rerum Alexandri scriptoribus annumerandum esse adeo destituta omni præsidio est nonnullorum opinio, ut eam refellere non sit operæ pretium.

Leon, Leontis filius, Byzantinus, Platonis vel secundum alios Aristotelis discipulus, præter Philippi et belli sacri historias aliaque nonnulla etiam Alexandri res conscripsit. Testatur Suidas v. Λέων, addens, uti solet, ineptias. Scilicet historicum hunc putat eundem cum Leonte rhetore Byzantino esse, quem ipse vivente adhuc Philippo vitam suspendio finiisse refert. Ex historiis illis nihil superstes. Ceterum quum Leonti eædem plane atque Callistheni historiæ tribuantur, nescio an suspicari liceat, Leontem Aristotelicum fuisse, qui Callisthenis scripta in publicum ediderit.

Lycum Rheginum, Lycophronis fratrem, de rebus Alexandri Magni scripsisse censet summus Creuzerus in libro De arte historica p. 364 ed. noviss., allato loco Stephani Byzantii, ubi hæc : Σκίδρος, πόλις Ἰταλίας · τὸ ἐθνικὸν Σκιδριανὸς, ὡς Λύκος (Λίκιος cod. Rhed.) ἐν τῷ Περὶ Ἀλεξάνδρου. Quæras tamen quomodo in Macedonis historia Lycus Scidri mentionem fecerit. Ad aliena auctorem aberrasse dicerem, nisi alia suaderet Scholiasta ad Aristoph. Pac. 925, qui ita habet : Περὶ δὲ τῶν λαρινῶν βοῶν Λύκος μὲν ὁ Ῥηγῖνος ἐπὶ ταῖς (ἐν τοῖς? ἐν ἐπιστολαῖς?) Πρὸς Ἀλέξανδρόν φησιν ἀπὸ Λαρίνου τινὸς βουκόλου ταύτην αὐτοὺς προσηγορίαν ἐσχηκέναι ... Τοὺς δὲ Ἠπειρωτικοὺς βοῦς οὕτω λέγουσιν ἀπό τινος Λαρίνου βουκόλου, παραλαβόντος παρὰ Ἡρακλέους τὰς Γηρυόνου βοῦς. Dubium vix est quin Stephanus et scholiasta idem respexerint opus, adeo ut alter ex altero corrigendus sit. Quodsi vero etiam concesserim apud schol. Arist. reponendum esse, ἐν τῷ Περὶ Ἀλεξάνδρου, tamen mentio urbis Italicæ bovumque Epiroticorum eo nos ducit, ut non de Macedone Alexandro, sed de Epirota et de expeditione ejus Italica auctorem egisse censeamus.

Hieronymus Cardianus apud Suidam scripsisse dicitur τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείᾳ πραχθέντα. Corrupta hæc Vossius, Fabricius, Mannertus, Kiesslingius emendari voluerunt in τὰ ἐπ' vel τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρου πραχθέντα. At quæ de Hieronymi historiis comperta habemus, flagitant τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πραχθέντα, uti sæpius viri docti monuerunt. Quamquam hæc tituli ratio insoliti quiddam habet.

Eratosthenem peculiare de rebus Alexandri opus scripsisse ex iis quæ leguntur apud Plutarch. Alex. c. 3, 31, De Alex. fortun. c. 3, Arrian. Exp. V, 3, colligi voluerunt Schmiederus, Heerenius, Santo-Crucius. Cujus decreti rationes idoneas desiderari, præeunte Bernhardyo, dixi in Eratosthenis Fragm. Chronol. (N° 16-19 ibiq. not.). Stat sententia.

Philoni Thebano et *Philippo Chalcidensi* si quis inter scriptores rerum Alexandri locum assignari velit, neque refelli sententia neque comprobari potest, quum omnis eorum memoria uno Plutarchi loco contineatur (V. Onesicrit. Fragm. 5., p. 48 ibique not.).

Nymphis Heracleota secundum Suidam posteritati mandavit Περὶ Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν διαδόχων βιβλία κδ'. Ex quo opere præter unum locum (ap. Ælian. H. A. XVII. 3) e libro nono Περὶ Πτολεμαίων (i. e. περὶ διαδόχων) nihil superest.

Varroni epitomen historiæ Alexandri tribui Suidas Βάρρων (Βάρων ed. Med.) ait,

УНИВЕРЗИТЕТСКА БИБЛИОТЕКА БЕОГРАД

ἱστορικός. Ἐπιτομὴν τῶν κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα. Eundem auctorem citare Küstero videtur v. ἐγκατέσκηψαν, ubi : « Τὰ Αἰγυπτίων κακὰ τὰ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πόλει ἐγκατέσκηψε καὶ τῇ Ῥώμῃ. » Οὐάρων φησίν. Ceterum Terentius Varro si rerum Alexandri compendium græce scripsisset, haud dubie mentionem ejus fecisset auctor Itinerarii Alexandri cap. 6, ubi se Varronis Ephemeridem Pompejo scriptam imitari dicit. Quare si recte nomen historici se habet, de alio quodam Varrone cogitare malim. Sin corruptum est, fortasse latet mentio Batonis, quem Περσικὰ aliaque composuisse novimus.

Timagenem non solum dicendi genere sed argumento etiam historias Clitarchi imitatum esse collegeris ex Curtio IX, 5, 21 (V. Clitarchi fr. 11, p. 79). Porro Schwabius (*De Livio et Timagene historiarum æmulis*. Program. Stuttg. 1834) probabiliter admodum suspicatur Timagenem notari Livianis istis (IX, 18): *Id vero periculum erat quod levissimi ex Græcis, qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriæ favent, dictitare solent, ne majestatem nominis Alexandri, quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse, sustinere potuerit populus Romanus, etc.* Quæ ipsa quidem de Alexandro loquens auctor protulisse videatur. Ceterum num peculiare de Alexandro opus justamque regis historiam elaboraverit nec ne, in medio relinquendum est. Quamquam proclivior in eam sum sententiam, de Alexandro Timagenem dixisse in libris Περὶ βασιλέων (V. Steph. Byz. v. Μιλύαι). De quo opere si Bonamyus (*Mém. de l'Ac.*, XIII, p. 50), quem Santo-Crucius (p. 55) sequitur, dicit: *C'était une histoire d'Alexandre et des rois qui divisèrent sa monarchie*, huic judicii confidentiæ haud patrocinatur species verisimilitudinis; nam titulus libri ex Græcorum loquendi usu in ejusmodi argumentum minime cadit, id quod Ebertus (in Diss. Sicul. p. 135) pluribus exposuit. Ego quidem Περὶ βασιλέων opus fuisse tale fere cogitarim, qualis umbram ostendit Cornelii Nepotis libellus *De regibus*. Sermo ibi fit de regibus Persarum, Lacedæmoniorum, Siculorum, Macedonum, deque ipso Alexandro nostro ejusque successoribus, non ita tamen ut continuam scriptor historiam contexat, sed eo potius consilio, ut personarum rebus gestis, animi dotibus, fatorum vicissitudine conspicuarum adumbret imagines. Ejusmodi vero argumentum Timagenis studiis rhetoricis per erat accommodatum.

Strabo (II, p. 70) postquam Indicorum scriptores Daimachum, Megasthenem et Onesicritum, Nearchum, alios, ψευδολόγους dixit, subjicit: Καὶ ἡμῖν δ' ὑπῆρξεν ἐπίπλεον κατιδεῖν ταῦτα ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις. Quibus item non peculiare opus indicari videtur, sed pars τῶν ὑπομνημάτων ἱστορικῶν, quæ ipse memorat lib. I, p. 13.

Potamo Mytilenæus præter alia etiam Alexandri historiam condidit, referente Suida. In ea narraverit quod audiisse se ex Potamone tradit Sotion ap. Plutarchum (Alex. c. 61), qui de urbe in Bucephali honorem condita locutus addit hæc : Λέγεται δὲ καὶ κύνα, Περίταν ὄνομα, τεθραμμένον ὑπ' αὐτοῦ καὶ στεργόμενον ἀποβαλὼν, κτίσαι πόλιν ἐπώνυμον. Τοῦτο δὲ Σωτίων φησὶ Ποταμῶνος ἀκοῦσαι τοῦ Λεσβίου.

Cephalion Musarum libro nono, *Urania* inscripto, narravit καὶ τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον. Adhibuit vero ad contexendum hunc librum scripta συγγραφέων τριάκοντα, ἐν οἷς καὶ ἡ Κεφαλίωνος ἱστορία (Photius Bibl. cod. 68, p. 34 ed. Bekk.). Quæ ita intelligenda esse videntur, ut ipsum Musarum auctorem peculiari scripto de Alexandro exposuisse statuamus.

Hactenus de iis, qui data opera seorsim Alexandri res gestas tractarunt. Jam quod attinet historias sive universales sive miscellaneas atque opera geographica, quibus passim Alexander memoratur, porro scripta philosophica, quibus præcepta exemplis ex historia petitis illustrabantur, declamationes denique rhetorum, quibus Alexandri persona et fortuna argumentum erat, necnon collectiones epistolarum, quæ Alexandri vel de Alexandro circumferebantur, poetarumque deliramenta, iis omnibus locum in hoc volumine ratio instituti nostri denegavit. Vale, lector, faveque.

CAROLUS MÜLLER.

Parisiis, mense decembri MDCCCXLVI.

CALLISTHENES OLYNTHIUS.

Callisthenes Olynthius patrem habuit aut Demotimum aut Callisthenem (1), matrem Hero, quæ consobrina erat Aristotelis (2). Natales ejus quamquam certius constitui non possunt, probabiliter tamen ad Olymp. 103 (368-365) eos refert Sevinus (3). Educatus puer est (ἐτέθραπτο) apud Aristotelem, quem ne tunc quidem juvenis reliquisse videtur, quum ad Alexandrum instituendum Pellam philosophus se contulit (Ol. 109, 2. 343). Nam *condiscipulatu apud Aristotelem Alexandro familiaris* Callisthenes fuisse dicitur apud Justinum XII, 6 (4). Jam Aristotelem scimus Alexandri magistrum egisse usque ad Olymp. 110, 1. 340, deinde munere hoc perfunctum quattuor adhuc annos in Macedonia degisse, atque eo demum anno, quo expeditionem Asiaticam Alexander parabat (Ol. 111, 2. 335), Athenas esse reversum (v. Stahr. *Aristot.* I, p. 101 sqq.). Cum Aristotele Callisthenes quoque in Græciam profectus esse videtur Westermanno, propterea quod una cum Theophrasto operam philosopho dedisse perhibetur (Diog. L. V, 39. Cic. Tuscul. III, 10, 21) (5). « Etenim Theophrastus, ait, primum Leucippi auditor fuit, tum Platonem audivit, denique ad Aristotelem se contulit (Diog. L. V, 36). Ex quo consequitur ut puer non ab Aristotele una cum Alexandro et Callisthene institutus esse possit, sed ut aliquanto post ad eum accesserit; neque aliud restat huic accessioni accommodatum tempus quam quo relictis Stagiris Aristoteles iterum Athenas redux factus docuit (Ol. 111, 2 sqq). Cujus rei quum Theophrastus socium Callisthenem haberet, efficitur ut hic quoque, antequam in Asiam ad Alexandrum accederet, Athenas aliquando rediisse ibique amicitiam cum Theophrasto junxisse putandus sit (6). » Quod uti fieri potuisse non nego, sic nihil est quod ita statuere nos cogat. Quidni Theophrastus postremis annis, quos in Macedonia Aristoteles degit, ad eum accesserit? Num probabile est intimam amicitiam

(1) Suidas : Καλλισθένης, Δημοτίμου, οἱ δὲ Καλλισθένους, Ὀλύνθιος, μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιαδοῦς· ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι· ὁ δ' ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν ἀνεῖλεν ἅμα Νεάρχῳ (debebat Νεόφρονι) τῷ τραγικῷ, διότι συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης· τινὲς δὲ αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα Ἀλεξάνδρῳ ἀνῃρῆσθαί φασιν ἅμα Νεάρχῳ (Νεόφρονι. cf. Suid. s. h. v.). Εὐφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν καὶ ῥύμῃ πολλῇ φέρεσθαι. Καὶ φέρεται λόγος, ὡς ὁ Καλλισθένης ὑπὸ φθειρῶν ὑπερβλύσεως καὶ ἐκθράσεως τὸν βίον καταστρέφει· καὶ μαρτυρεῖ ὁ ἰαμβος οὗτος·

Καὶ φθειριῶσαν, ὡς ὁ πρὶν Καλλισθένης·
περὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης λέγων, ὡς ἠμέλητο πάνυ.

(2) Plutarch. Alex. c. 55 : Καὶ γὰρ ἐτέθραπτο Καλλισθένης παρ' αὐτῷ (τῷ Ἀριστοτέλει) διὰ τὴν συγγένειαν, ἐξ Ἡροῦς γεγονὼς, ἀνεψιᾶς Ἀριστοτέλους. WESTERMANNUS (*De Callisthene Olynthio et Pseudo-Callisthene qui dicitur Commentationes quatuor*. Pars I, Lips. 1838. Pars II, 1841 et 1842.) I, p. 3 : « Ipsum ἀνεψιᾶς vocabulum quo sensu intelligi voluerit Plutarchus paullulum dubitari potest, quoniam eo Græci, sicut v. *consobrinæ* Romani, et fratris sive sororis filiam et quamlibet affinem (cf. Plut. Solon. c. 1) significare solent. Prius si hoc loco præfers, Hero fuerit filia Arimnestæ, sororis Aristotelis, fratre unico Arimnesto sine liberis mortuo. Jam Aristoteles ipse natus est demum Ol. 99, 1. 384 a. C.; cujus etiamsi sororem natu majorem fuisse concedamus, tamen ex lege naturæ nepotem ante Ol. 107 ex ea nasci potuisse vix est credibile : hoc autem tempore Callisthenem jam aliquatenus adolevisse ex eis apparebit, quæ deinde disputabimus. Itaque veri similius est alterum, Hero fuisse quovis alio affinitatis gradu cum Aristotele conjunctam. »

(3) SEVIN. *Recherches sur la vie et les ouvrages de Callisthène* in *Mém. de l'Acad. des I. et belles L.* tom. IX, p. 198 sqq. Cf. GEIER. Alex. Histor. Script. p. 192, ubi disputat contra Westermannum, qui natales C. referri malebat ad Ol. 104 vel 105.

(4) Contra Seneca Suasor. I, p. 6 Bip. et Solinus c. 9, p. 29 Salm. Callisthenem Alexandri *præceptorem* et *rectorem* appellant. Cogitaverint illi de auctoritate, qua per aliquantum temporis Callisthenes apud Alexandrum valuit, vel potius sua hauserunt ex declamationibus istis et ῥητορείαις de nefando scelere, quod in philosophum rex juvenis perpetraverit. Nihilominus in errorem se induci passus est Sevinus l. l., ubi hæc : *Après un séjour de quelques années Aristote obtint la permission de se retirer. Callisthène qui l'avait accompagné, prit sa place, il fut déclaré précepteur du fils de Philippe.* Scilicet hoc inesse opinatus est verbis Diogenis Laert. V, 4 : Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει (Ἀριστοτέλης) ἐπιεικῶς αὐτῷ συγγεγενῆσθαι Ἀλεξάνδρῳ, ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας, συστήσας αὐτῷ τὸν συγγενῆ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον.

(5) Mutuæ amicitiæ et amoris testis luculentissimus est liber Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους inscriptus, in quo sortem Callisthenis tristissimam Theophrastus ploravit.

(6) Idem Westermannus p. 4 not. errorem notat Stahrii (l. l. p. 121), qui cum nostro Callisthene male confudit eum Callisthenem, quem inter bonorum suorum heredes et ipsius testamenti curatores Theophrastus esse voluit (Diog L. V, 53. 56).

virorum ex consuetudine derivare, cui jungendæ colendæque ex Westermanni rationibus tempus brevissimum, fortasse paucorum tantum mensium spatium concedi posset? Ac remansisse in Macedonia Callisthenem haud obscure innuunt verba Diogenis (V, 4; cf. not. 4) : Ἀπῆρεν (Ἀριστοτέλης) εἰς Ἀθήνας, συστήσας αὐτῷ (τῷ Ἀλεξάνδρῳ) τὸν συγγενῆ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον, *commendans illi cognatum suum Callisthenem*. Quibus Diogenes idem procul dubio significari voluit, quod disertius eloquitur Suidas (not. 1) verbis : ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι. Contra si Justinum audias, non una cum Alexandro Callisthenes in Asiam trajecit, sed aliquanto post, quum de celebritate expeditionis e primis victoriis augurari liceret, hunc sibi gloriæ suæ præconem rex arcessivisse videtur. Scilicet Justinus XII, 6, quo loco de Alexandro agit propter Cliti cædem ingenti luctui indulgente, ad consolandum regem *multum profuere*, inquit, *et Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi, et tunc ab ipso rege ad prodenda memoriæ acta ejus acciti*. (Particula *tunc* non premenda, sed ad prima expeditionis tempora referenda est.) Cum his fortasse conjungenda sunt quæ nescio quam recte tradit Plutarchus Alex. 53 : Τοὺς πολίτας καταγαγεῖν καὶ κατοικίσαι πάλιν τὴν πατρίδα φιλοτιμούμενος (Καλλισθένης) ἀνέβη πρὸς Ἀλέξανδρον. Id. De Stoic. repugn. c. 20 : Καλλισθένει τινὲς ἐγκαλοῦσιν ὅτι πρὸς Ἀλέξανδρον ἔπλευσεν, ἐλπίζων ἀναστήσειν Ὄλυνθον, ὡς Στάγειρα Ἀριστοτέλης (7).

Callisthenem quæ manserit sors, inter omnes constat. Cujus gloriam posteritati tradere venerat, ab eo mox in vincula conjectus, secundum nonnullos etiam affectus est supplicio. Cecidit vero non scelere oppressus, quippe quod nullum commisisse videatur, sed propterea quod ingenium domare moresque conditioni rerum attemperare non didicerat. « Qua indole Callisthenes fuerit (Westermanni p. 5 verbis utor) intelligetur maxime ex dicto Aristotelis ap. Diog. L. V, 2, 39 : Λέγεται δ' ἐπ' αὐτοῦ (Θεοφράστου) τε καὶ Καλλισθένους τὸ ὅμοιον εἰπεῖν Ἀριστοτέλην, ὅπερ Πλάτωνα, καθὰ προείρηται, φασὶν εἰπεῖν ἐπί τε Ξενοκράτους καὶ αὐτοῦ τούτου· φάναι γὰρ τοῦ μὲν Θεοφράστου καθ' ὑπερβολὴν ὀξύτητος πᾶν τὸ νοηθὲν ἑξερμηνεύοντος, τοῦ δὲ νωθροῦ τὴν φύσιν ὑπάρχοντος, ὡς τῷ μὲν χαλινοῦ δέοι, τῷ δὲ κέντρου. In quibus νωθρὸν τὴν φύσιν, i. e. tardum ingenio et obtusum, erraret qui sic dictum acciperet, quasi omnem in eo animi alacritatem prorsus magister desiderasset. Scilicet nihil aliud sibi voluit Aristoteles quam Callisthenem, si compararetur cum Theophrasto, qui pro excellenti ingenii acumine cuncta facillime assequeretur et egregie exponeret, in ediscenda atque aliis tradenda philosophia longe fuisse inferiorem. Neque alia fuit sententia Platonis et Isocratis, quorum idem dictum traditur de Aristotele et Xenocrate (Diog. L. IV, 2, 6) ac de Theopompo et Ephoro (Cic. Brut. 56; Epist. ad Attic. VI, 1, 12); quippe Xenocrates et Ephorus per se quidem minime spernendi erant, immo suo uterque genere eruditionis aliis multis longe excellebat; sed præ divino Aristotelis ingenio acerrimoque animi ardore Theopompi, tardi tamen, hebetes et obtusi videbantur. Ac de Ephoro quidem non satis liquet, licet haud inepte illud Marxius (Fragm. Ephor. p. 12) ex communi Cumanorum stupore ingeniique tarditate, quæ pæne in proverbium abiit (cf. Strabo XIII, p. 622; Steph. Byz. v. Κύμη) explicet. Verum Xenocrates quo animo fuerit penitus perspectum habemus cum multis aliis ex locis veterum scriptorum, tum ex ejus vita, quæ legitur apud Diogenem L. IV, 2, isque eo rectius ad judicium de Callisthene ferendum a nobis adhibetur, quia iisdem verbis Xenocratis quoque animum describit § 6 : Ἦν δὲ τὴν φύσιν ὥστε φασὶν λέγειν τὸν Πλάτωνα συγκρίνοντα αὐτὸν Ἀριστοτέλει, τῷ μὲν μύωπος δεῖ, τῷ δὲ χαλινοῦ, καὶ, ἐφ' οἷον ἵππον οἷον ὄνον ἀλείφω. Scilicet vir erat probus atque sanctus; quum testimonium aliquando publice dixisset et jurandi causa ad aram accederet, una voce omnes judices, ne juraret, reclamaverunt; integer atque incorruptus; contempsit dona a Philippo, Alexandro, Antipatro oblata; purus atque continens; gravis atque severus; virtutem summopere exaggeravit; cetera extenuavit et abjecit; dictione simplex atque invenustus; ore denique adeo tristi semper atque serio, ut sæpenumero Plato eum increparet, Ξενόκρατες, θύε ταῖς Χάρισι. Ex quo consequitur νωθρότητα illam non tam ingenii hebetudinem significare quam animi atque morum rigorem atque severitatem, quam qui habent (suntque ii homines sane plerumque ingenio aliquantum tardiores), quoniam probitate nititur, nihil extimescere, vitæ dulcedinem contemnere, recta via ad

(7) « Quæ a diversis scriptoribus ejus rei caussæ proferuntur diversissimæ, eæ omnes fortasse aliquid veri in se habent, ut facile inter se conciliari possint... Igitur Alexander quum bellum contra Persas pararet sive in Asiam jam trajecisset [hoc probat Geierus] — quod in controversia relinquendum — accessit ad eum Callisthenes, amore patriæ et miseratione commotus ut Olynthum in pristinum honorem restitueretur petiturus. Commendavit eum ut socium atque comitem Aristoteles, quippe ipse quoque haud leve in eo habiturus rerum suarum adjumentum et subsidium. Alexander autem benigne exceptum condiscipulum, precibus ejus, ut videtur, neque exauditis neque plane spretis, ut rerum gerendarum optatissimum præconem retinuit et in Asiam secum duxit. » Westermann. p. 7.

finem tendere, libere omnia eloqui, itaque hominibus mollioribus, potentibus inprimis, majori offensioni quam delectationi esse solent. Jam eandem fere Callisthenis quoque fuisse indolem, eandem animi fortitudinem, eandem in dicendo audaciam, eandem rerum mortalium contemtionem, ex iis intelligitur quæ de ejus vita memoriæ tradita accepimus. »

Atque minime aptum regum commercio fuisse Callisthenem ob linguam immodice et intempestive liberam Aristoteles bene perspexit. Etenim narrat Diogenes (V, 1, 5) : Παρρησιαστικώτερον λαλοῦντα Καλλισθένη τῷ βασιλεῖ καὶ μὴ πειθόμενον αὐτῷ ἐπιπλήξαντα (Ἀριστοτέλη) εἰπεῖν·

Ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις.

Porro Valerius Max. VII, 2, 11 : *Aristoteles*, inquit, *Callisthenem auditorem suum ad Alexandrum dimittens monuit ut cum eo aut rarissime aut quam jucundissime loqueretur : quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior.* (Addit : *At ille, dum Alexandrum Persica Macedonum salutatione gaudentem objurgat, et ad Macedonicos mores invitum revocare perseverat, spiritu carere jussus seram neglecti consilii pœnitentiam egit.* Cf. Ammian. Marcell. XVIII, 3, 7.)

Talis igitur Callisthenes ad Alexandrum accessit, a quo tum propter Aristotelis affinitatem tum propter doctrinæ et eloquentiæ laudem benigne acceptus est. Otium impendit et aliis studiis (*) et conscribendis rebus Alexandri, cujus tam studiosum se ostendit laudatorem, ut ne ea quidem, quibus vulgi credulitas vel servile obsequium vel admiratio supra humanam imbecillitatem regem evexit, facundissimus narrator in historias suas recipere spreverit. Verum si Alexandrum rerum gestarum magnitudine omnes mortales superantem ad deos usque efferre historicus haud verebatur, mox ubi supra hominem etiam superbire rex cœpit, philosophus noster ejusdem acerbissimus exstitit adversarius vel certe vituperator molestissimus. Jam evenerunt quæ eventura esse Aristoteles præviderat. Ac primum quidem opera Anaxarchi, aulici potius quam philosophi, factum esse dicitur, ut Alexandri animus a Callisthene abalienaretur. Scilicet post cædem Cliti quum regem ad vitam et ingenium revocare studerent amici, Καλλισθένη τε τὸν φιλόσοφον (Plutarchus ait Alex. c. 52) παρεισήγαγον Ἀριστοτέλους οἰκεῖον ὄντα, καὶ τὸν Ἀβδηρίτην Ἀνάξαρχον. Ὃν Καλλισθένης μὲν ἠθικῶς ἐπειρᾶτο καὶ πράως, ὑποδυόμενος τῷ λόγῳ καὶ περιιὼν ἀλύπως, λαβέσθαι τοῦ πάθους· ὁ δ' Ἀνάξαρχος (1), ἰδίαν τινὰ πορευόμενος ἐξ ἀρχῆς ὁδὸν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ δόξαν εἰληφὼς ὑπεροψίας καὶ ὀλιγωρίας τῶν συνήθων, εὐθὺς εἰσελθὼν ἀνεβόησεν· « Οὗτός ἐστιν Ἀλέξανδρος, εἰς ὃν ἡ οἰκουμένη νῦν ἀποβλέπει; κτλ.... Τοιούτοις τισὶ λόγοις χρησάμενος ὁ Ἀνάξαρχος τὸ μὲν πάθος ἐκούφισε τοῦ βασιλέως, τὸ δ' ἦθος εἰς πολλὰ χαυνότερον καὶ παρανομώτερον ἐποίησεν, αὐτὸν δὲ δαιμονίως ἐνήρμοσε, καὶ τοῦ Καλλισθένους τὴν ὁμιλίαν, οὐδ' ἄλλως ἐπίχαριν διὰ τὸ αὐστηρὸν οὖσαν, προσδιέβαλε.

Pergit Plutarchus : Λέγεται δέ ποτε παρὰ δεῖπνον ὑπὲρ ὡρῶν καὶ κράσεως τοῦ περιέχοντος λόγων ὄντων, τὸν Καλλισθένη, μετέχοντα δόξης τοῖς λέγουσι, τἀκεῖ μᾶλλον εἶναι ψυχρὰ καὶ δυσχείμερα τῶν Ἑλληνικῶν, ἐναντιουμένου τοῦ Ἀναξάρχου καὶ φιλονεικοῦντος, εἰπεῖν· « Ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη σοι ταῦτ' ἐκείνων ὁμολογεῖν ψυχρότερα· σὺ γὰρ ἐκεῖ μὲν ἐν τρίβωνι διεχείμαζες, ἐνταῦθα δὲ τρεῖς ἐπιβεβλημένος δάπιδας κατάκεισαι. (2) « Τὸν μὲν οὖν Ἀνάξαρχον καὶ τοῦτο προσπαρώξυνε.

Cap. 53. Τοὺς δ' ἄλλους σοφιστὰς καὶ κόλακας ὁ Καλλισθένης ἐλύπει, σπουδαζόμενος μὲν ὑπὸ τῶν νέων διὰ τὸν λόγον, οὐχ ἧττον δὲ τοῖς πρεσβυτέροις ἀρέσκων διὰ τὸν βίον, εὔτακτον ὄντα καὶ σεμνὸν καὶ αὐτάρκη (3), καὶ βεβαιοῦντα τὴν λεγομένην τῆς ἀποδημίας πρόφασιν, ὅτι τοὺς πολίτας καταγαγεῖν καὶ κατοικίσαι πάλιν τὴν πατρίδα φιλοτιμούμενος ἀνέβη πρὸς Ἀλέξανδρον. Φθονούμενος δὲ διὰ τὴν δόξαν, ἔστιν ἃ καὶ καθ' αὑτοῦ τοῖς διαβάλλουσι παρεῖχε, τάς τε κλήσεις τὰ πολλὰ διωθούμενος ἔν τε τῷ συνεῖναι βαρύτητι καὶ σιωπῇ δοκῶν οὐκ

(*) Homeri Iliadem una cum Alexandro et Anaxarcho correxit; Hellenicorum suorum libros absolvit (v. infra); Babylone ad Aristotelem misit Chaldæorum observationes astronomicas, teste Simplicio ad Arist. De cœlo 2, p. 123. Cf. Ideler. *Handb. d. Chronol.* I, p. 21.

(1) De Anaxarchi declamatione cf. Arrian. Exp. IV, 9, 9; Plutarch. Ad princip. inerud. c. 4; p. 954 Didot.; Athenæus VI, p. 250 F. Arrianus l. l. de *Callisthenis* consolatione tacet, sed in eodem capite Anaxarcho oratione regis adorationem suadenti opponit Callisthenem τὸν τρόπον ὄντα ὑπαγροικότερον. Justini locum (XII, 6) huc pertinentem supra jam adscripsimus. Propter Arriani de Callisthene regis consolatore silentium, non multum ponderis Plutarchi narrationi tribuendum esse putat Geier. l. l. p. 200.

(2) « Quibus verbis mollitiem et avaritiam notavit miseri hominis et liberalitate Alexandri impudenter abutentis (v. Plutarch. in Apophthegmat. in Alex. § 7), dum ipse paucis contentus viveret : ita ut in eum non quadrarit, quod, quum Callisthenem aliquis felicem prædicaret, quod magnificis ab Alexandro apparatibus exciperetur, Diogenes Sinopensis respondit, Κακοδαίμων μὲν οὖν ἐστιν, ὃς καὶ ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ ὅταν Ἀλεξάνδρῳ δοκῇ (Eadem Plutarch. De exil. c. 12). » Westermann. p. 10.

(3) De Callisthenis sobrietate curaque sanitatis cf. Chares (fr. 7) ap. Athenæum p. 434, D, ubi poculo per orbem eunte Callisthenes bibere noluisse narratur eamque ob rem interpellatus respondisse : οὐδὲν δέομαι Ἀλεξάνδρου πιὼν τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι. Ejusmodi prudentia invisa turbæ potatorum. Plutarch. Sympos. I, 6, 1 : Δοκεῖ δὲ καὶ Καλλισθένης ἐν διαβολῇ γενέσθαι πρὸς αὐτὸν ὡς δυσχεραίνων δειπνεῖν διὰ τὸν πότον. Vide Krügerum in Censura libri Droyseniani (Alexander) in *Jahn. Jahrb.* 1835, tom. XV, p. 189 sq.

ἐπαινεῖν οὐδ' ἀρέσκεσθαι τοῖς γινομένοις, ὥστε καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτῷ·

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός (4).

Λέγεται δέ ποτε, πολλῶν παρακεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἐπαινέσαι κελευσθεὶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου Μακεδόνας ὁ Καλλισθένης, οὕτως εὐροῆσαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, ὥστ' ἀνισταμένους κροτεῖν καὶ βάλλειν τοὺς στεφάνους ἐπ' αὐτόν· εἰπεῖν οὖν τὸν Ἀλέξανδρον, ὅτι, κατ' Εὐριπίδην, τὸν λαβόντα τῶν λόγων

Καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν·

« Ἀλλ' ἔνδειξαι (φάναι) τὴν σαυτοῦ δύναμιν ἡμῖν, κατηγορήσας Μακεδόνων, ἵνα καὶ βελτίους γένωνται μαθόντες ἃ πλημμελοῦσιν. » Οὕτω δὴ τὸν ἄνδρα, πρὸς τὴν παλινῳδίαν τραπόμενον, πολλὰ παῤῥησιάσασθαι κατὰ τῶν Μακεδόνων, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν στάσιν αἰτίαν ἀποφήναντα τῆς γενομένης περὶ Φίλιππον αὐξήσεως καὶ δυνάμεως, εἰπεῖν·

Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔλλαχε τιμῆς.

Ἐφ' ᾧ πικρὸν καὶ βαρὺ ἐγγενέσθαι μῖσος τοῖς Μακεδόσι· καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἰπεῖν, ὡς οὐ τῆς δεινότητος ὁ Καλλισθένης, ἀλλὰ τῆς δυσμενείας Μακεδόσιν ἀπόδειξιν δέδωκε.

Cap. 54. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἑρμιππός φησι τὸν ἀναγνώστην τοῦ Καλλισθένους Στροῖβον Ἀριστοτέλει διηγεῖσθαι· τὸν δὲ Καλλισθένη, συνέντα τὴν ἀλλοτριότητα τοῦ βασιλέως, δὶς ἢ τρὶς ἐπανιόντα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν·

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

Οὐ φαύλως οὖν εἰπεῖν ἔοικεν ὁ Ἀριστοτέλης, ὅτι Καλλισθένης λόγῳ μὲν ἦν δυνατὸς καὶ μέγας, νοῦν δ' οὐκ εἶχεν (5). Ἀλλὰ τήν γε προσκύνησιν ἰσχυρῶς ἀπωσάμενος καὶ φιλοσόφως, καὶ μόνος ἐν φανερῷ διελθὼν, ἃ κρύφα πάντες οἱ βέλτιστοι καὶ πρεσβύτατοι τῶν Μακεδόνων ἠγανάκτουν, τοὺς μὲν Ἕλληνας αἰσχύνης ἀπήλλαξε μεγάλης (6), καὶ μείζονος Ἀλέξανδρον, ἀποτρέψας τὴν προσκύνησιν, αὐτὸν δ' ἀπώλεσεν, ἐκβιάσασθαι δοκῶν μᾶλλον ἢ πεῖσαι τὸν βασιλέα. Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος φησὶ, τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ συμποσίῳ πιόντα φιάλην προτεῖναί τινι τῶν φίλων, τὸν δὲ δεξάμενον πρὸς ἑστίαν ἀναστῆναι, καὶ πιόντα προσκυνῆσαι πρῶτον, εἶτα φιλῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ συμποσίῳ, καὶ κατακλιθῆναι. Πάντων δὲ τοῦτο ποιούντων ἐφεξῆς, τὸν Καλλισθένη λαβόντα τὴν φιάλην, οὐ προσέχοντος τοῦ βασιλέως, ἀλλ' Ἡφαιστίωνι προσδιαλεγομένου, πιόντα προσιέναι φιλήσοντα. Δημητρίου δὲ, τοῦ προσονομαζομένου Φείδωνος, εἰπόντος· « Ὦ βασιλεῦ, μὴ φιλήσῃς· οὗτος γάρ σε μόνος οὐ προσκεκύνηκε· » διακλῖναι τὸ φίλημα τὸν Ἀλέξανδρον· τὸν δὲ Καλλισθένη μέγα φθεγξάμενον εἰπεῖν· « Φιλήματι τοίνυν ἔλασσον ἔχων ἄπειμι. »

Cap. 55. Τοιαύτης ὑπογενομένης ἀλλοτριότητος, πρῶτον μὲν Ἡφαιστίων ἐπιστεύετο, λέγων ὅτι συνθέμενος πρὸς αὐτὸν ὁ Καλλισθένης προσκυνῆσαι, ψεύσαιτο τὴν ὁμολογίαν· ἔπειτα Αυσίμαχοι καὶ Ἄγνωνες ἐπεφύοντο, φάσκοντες περιιέναι τὸν σοφιστὴν, ὡς ἐπὶ καταλύσει τυραννίδος μέγα φρονοῦντα, καὶ συντρέχειν πρὸς αὐτὸν τὰ μειράκια, καὶ περιέπειν, ὡς μόνον ἐλεύθερον ἐν τοσαύταις μυριάσι. Διὸ καὶ τῶν περὶ Ἑρμόλαον ἐπιβουλευσάντων τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ φανερῶν γενομένων, ἔδοξαν ἀληθέσιν ὁμοια κατηγορεῖν οἱ διαβάλλοντες, ὡς τῷ μὲν προβαλόντι, πῶς ἂν ἐνδοξότατος γένοιτο ἄνθρωπος, εἶπεν, « Ἂν ἀποκτείνῃ τὸν ἐνδοξότατον· » τὸν δ' Ἑρμόλαον ἐπὶ τὴν πρᾶξιν παροξύνων, ἐκέλευε μὴ δεδιέναι τὴν χρυσῆν κλίνην, ἀλλὰ μνημονεύειν ὅτι καὶ νοσοῦντι καὶ τιτρωσκομένῳ πρόσεισιν ἀνθρώπῳ (7). Καίτοι τῶν περὶ Ἑρμόλαον οὐδεὶς, οὐδὲ διὰ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης, τοῦ Καλλισθένους κατεῖπεν (8).

(4) « *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit.* » Ennius ap. Cic. Ep. ad fam. VII, 6. Cf. ibid. XIII, 15; De off. III, 15; Plutarch. De occult. viv. c. 1.

(5) Cf. Joh. Lydus De mens. III, 36, p 45 ed. Rœth. (et Cram. An. Paris. I, pag. 329) : Ἀριστοτέλης τὸν Καλλισθένην ἀπέσκωψε τὸν μὲν περιττὸν νοῦν ἔχειν, τὸν δὲ ἀνθρώπινον ἀποβεβληκέναι. Ubi νοῦς ἀνθρώπινος dicitur ista ingenii dexteritas, qua suis quisque commodis præ ceteris consulit; virtus in aulicis maxime conspicua. Cf. Krüger. l. l. p. 195.

(6) Cf. Curt. VIII, 5, 20 : *Æquis auribus Callisthenes veluti vindex publicæ libertatis audiebatur.* Ibid. § 13 : *Gravitas viri et prompta libertas invisa erat regi, quasi solus Macedonas paratos ad tale obsequium moraretur.* Cf. Arrian. IV, 10, 7 sqq.; Justin. XII, 7; Itinerar. Alex. c. 92. Ceterum miror summopere istam προσκύνησιν suum apud Germanos invenisse defensorem, qui itaque vanæ stupiditatis crimine Callisthenem onerat. Vide Krüger. l. l.

(7) Hæc dicta Callisthene plane indigna inter mera commenta recte refert Westermannus p. 9. Plutarcheis adde locum Arriani in Exp. IV, 10, 4 : Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ὡς ἄρα ἤρετό ποτε αὐτὸν Φιλώτας, ὅντινα οἴοιτο μάλιστα τιμηθῆναι πρὸς τῆς Ἀθηναίων πόλεως· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, ὅτι τὸν ἕτερον τοῖν τυράννοιν ἔκτειναν καὶ τυραννίδα ὅτι κατέλυσαν· ἐρέσθαι αὖθις τὸν Φιλώταν εἰ τῷ τύραννον κτείναντι ὑπάρχει παρ' οὕστινας ἐθέλει τῶν Ἑλλήνων φυγόντα σώζεσθαι· καὶ ἀποκρίνασθαι αὖθις Καλλισθένην, εἰ καὶ μὴ παρ' ἄλλους, παρά γε Ἀθηναίους ὅτι φυγόντι ὑπάρχει σώζεσθαι· τούτους γὰρ καὶ πρὸς Εὐρυσθέα πολεμῆσαι ὑπὲρ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους, τυραννοῦντα ἐν τῷ τότε τῆς Ἑλλάδος. De Philotæ perduellione cf. Arrian. III, 56.

(8) Contrarium affirmant Aristobulus et Ptolemæus (fr. 13) ap. Arrian. IV, 14, 1 : Ἀριστόβουλος μὲν λέγει ὅτι καὶ Καλλισθένην ἐπᾶραι σφᾶς ἔφασαν (sc. Hermolaus et Sostratus) ἐς τὸ τόλμημα, καὶ Πτολεμαῖος ὡσαύτως λέγει. Οἱ δὲ οὐ ταύτῃ λέγουσιν, ἀλλὰ διὰ μῖσος γὰρ τὸ ἤδη ὂν πρὸς Καλλισθένην ἐξ Ἀλεξάνδρου καὶ ὅτι ὁ Ἑρμόλαος ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτήδειος ἦν τῷ Καλλισθένει, οὐ χαλεπῶς πιστεῦσαι τὰ χείρω ὑπὲρ Καλλισθένους Ἀλέξανδρον. Curtius VIII, 6, 24 : *Callisthenem non ut participem facinoris nominatum esse constabat, sed solitum esse puerorum sermonibus vituperantium criminantiumque faciles aures præbere. Quidam adjiciunt, quum Hermolaus apud eum quoque verberatum se a rege quereretur, dixisse Callisthenem,*

Ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρος αὐτὸς εὐθὺς Κρατερῷ γράφων καὶ Ἀττάλῳ καὶ Ἀλκέτᾳ, φησὶ, τοὺς παῖδας βασανιζομένους ὁμολογεῖν, ὡς αὐτοὶ ταῦτα πράξειαν, ἄλλος δ' οὐδεὶς συνειδείη. Ὕστερον δὲ γράφων πρὸς Ἀντίπατρον, καὶ τὸν Καλλισθένη συνεπαιτιασάμενος· « Οἱ μὲν παῖδες (φησὶν) ὑπὸ τῶν Μακεδόνων κατελεύσθησαν (9)· τὸν δὲ σοφιστὴν ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν, καὶ τοὺς ὑποδεχομένους ταῖς πόλεσι τοὺς ἐμοὶ ἐπιβουλεύοντας », ἀντικρυς ἔν γε τούτοις ἀποκαλυπτόμενος πρὸς Ἀριστοτέλη· καὶ γὰρ ἐτέθραπτο Καλλισθένης παρ' αὐτῷ διὰ τὴν συγγένειαν, ἐξ Ἡροῦς γεγονὼς, ἀνεψιᾶς Ἀριστοτέλους. Ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν οἱ μὲν ὑπ' Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν, οἱ δ' ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα· Χάρης δὲ, μετὰ τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ κριθείη, παρόντος Ἀριστοτέλους· ἐν αἷς δ' ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη, περὶ τὴν Ἰνδίαν ἀποθανεῖν ὑπέρπαχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα (10).

meminisse debere eos jam viros esse; idque an ad consolandam patientiam verberum, an ad incitandum juvenum dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse. Ab imprudentiæ crimine philosophum haud absolveris, verum scelesto eum consilio se conjuratoribus adjunxisse, recte, uti censeo, negatur. Aristobulo et Ptolemæo refragatur ipsius testimonium Alexandri. Neque post Hermolai et Sostrati silentium, alia indicia sese obtulisse videntur, quæ nullam de Callisthene sceleris participe dubitationem relinquerent. Quod si aliter res se habuisset, non is fuit Alexander, qui servaret Callisthenem ut coram Aristotele judicium subiret. In vincula conjecit non sicariorum socium, at virum, qui inopportuna sua se gerendi et loquendi ratione animos Macedonum a rege abalienaret, atque impia in aliis consilia evocare posset etiam nescius. Ceterum cf. Krüger l. l.

(9) « Quod accidit non multo post Cliti cædem, Cariatis, Bactrianæ oppido, Olymp. 113, 2. 327. Cf. Strabo XI, p. 517; Arrian. Exp. IV, 14, 7; Plutarch. De adulator. et amic. c. 24; Itinerar. Alex. c. 93 et 103; Orosius Hist. III, 8. » Geier. p. 208.

(10) Cf. Plutarch. Syll. c. 36; Diog. L. V, 1, 5, Suidas v. Καλλισθένης et Νεόφρων (v. not. 1); morbo Callisthenem in vinculis obiisse etiam Aristobulus dicit ap. Arrian. IV, 14, 5. Idque omnino pro vero habendum est. Contra Ptolemæus (fr. 14) tortum et suspensum esse tradit. Aliorum ineptias servavit Justin. XV, 3 : *Quum Alexander M. Callisthenem philosophum propter salutationis Persicæ interpellatum morem, insidiarum, quæ sibi paratæ fuissent, conscium fuisse iratus finxisset, eumque truncatis crudeliter omnibus membris abscissisque auribus ac naso labiisque deforme ac miserandum spectaculum reddidisset; insuper cum cane in cavea clausum ad metum ceterorum circumferret : tunc Lysimachum, audire Callisthenem et præcepta ab eo virtutis accipere solitum, misertum tanti viri, non culpæ sed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedium calamitatum dedisse.* » Cf. Ovid. Ib. 519. Tatian. Or. adv. Gr. c. 2 [διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτὸν προσκυνεῖν, καθείρξας ὥσπερ ἄρκτον ἢ πάρδαλιν περιέφερε]; Diog. L. l. l.; Schol. Lucian. Dial. mort. XIII, 6, ubi leoni objectus esse narratur. Quæ apud Justinum leguntur Westermannus conjicit ad Callisthenem translata esse per rerum memorabilium aucupes a Telesphoro Rhodio, quem crudelissimo hoc supplicio affectum esse a Lysimacho auctores sunt Plutarch. De exil. c. 16 et Seneca De ira III, 17. Equidem propter Lysimachi mentionem hancce narrationem fictam esse suspicor ab Onesicrito philosopho, qui in aula Lysimachi commentarios suos composuit. Narrare hæc debuit fere libro quarto, quem ipsum auctorem coram Lysimacho recitasse scimus. Ceterum bene Westermannus p. 14 : « Quoniam philosophus fuit Callisthenes, haud improbabilis est suspicio a philosophis sodalem lugentibus, peripateticis inprimis, cui scholæ addictus ille fuerat, quæque permagnam Vitarum scriptorum copiam progenuit, Alexandri in illo occidendo supra modum exaggeratam esse crudelitatem. Cf. Ste-Croix. *Exam. crit.* p. 362 sq. Itaque Callisthenis obitum deploravit Theophrastus, dicens eum incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis uti conveniret (Cic. Tusc. III, 10, 21), ac libro singulari Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους inscripto sodalis memoriam celebravit (vid. Diog. L. V, 44; Cic. Tusc. V, 9, 25; coll. Alex. Aphrod. in Arist. De an. 2 extr.) [Themist. ait Theophrastem in Callisthene suo docuisse idem esse *fatum et naturam*. Ex hoc libro Th. petitum dictum, quod refellit Plutarch. De fort. 97 : Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία, *Vitam regit fortuna, non sapientia.* Hæc Fabric. B. G. II, 249]; deploraverunt item Seneca et Themistius. Et ille quidem in Quæst. nat. VI, 23 hoc modo de eo scribit : *Hanc* (terræ concussionis caussam) *etiam Callisthenes probat, non contemptus vir. Fuit enim illi nobile ingenium et furibundi regis impatiens. Hoc est Alexandri crimen æternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet. Nam quotiens quis dixerit, Occidit Persarum multa millia, opponetur, Et Callisthenem; quotiens dictum erit, Omnia oceano tenus vicit, ipsum quoque tentavit novis classibus et imperium ex angulo Thraciæ usque ad orientis terminos protulit, dicetur, Sed Callisthenem occidit. Omnia licet antiqua ducum regumque exempla transierit, ex his quæ fecit nihil tam magnum erit quam scelus Callisthenis.* Adde Themistii Orat. VII, p. 94; X, p. 129 sq.; XIII, p. 176 ed. Hard. coll. Dion. Chrysost. Or. LXIV, p. 597 sq.; Cic. pr. Rabir. Post. c. 9, 23. Neque rhetorum hallucinationes effugere potuit Callisthenes. Quippe M. Seneca Suasor. I, p. 6 Bip. singularia hæc et inaudita profert : *Orbis illum* (Alexandrum) *suus non capit; itaque nihil dicendum aiebat nisi cum summa veneratione regis, ne accideret idem quod præceptori ejus Callistheni accidit, quem occidit propter intempestive liberos sales. Nam quum deus vellet videri et vulneratus esset, viso sanguine ejus philosophus mirari se dixerat, quod non esset* ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι (v. *Il. V*, 340), *ille se ab hac urbanitate lancea vindicavit.* (Anaxarchum hoc dixisse in Alexandrum refert Diog. IX, 60, Dioxippum athletam Aristobul. ap. Athen. p. 251, A; Alexandrum in se ipsum Plutarch. Alex. c. 28). » — Adde Lucian. Alex. et Diog. in Orco (p. 101 Didot.), ubi Diogenes ait Κλεῖτον ὁρῶ καὶ Καλλισθένην καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐπί σε ὁρμῶντας, ὡς διασπάσαιντο καὶ ἀμύναιντο ὧν ἔδρασας αὐτούς.

virum agnoscere nobis videmur probum; ob probitatis rigorem ceteramque consuetudinis injucunditatem multis infensum scopumque calumniarum; nimia virtutis conscientia in tanta plurimorum depravatione vanum interdum et superbiorem; socium eorum, quibus Alexander de recta via in diem magis deflectere videbatur, sed qui scelere se contaminari numquam sustinuerit.

De scriptis Callisthenis.

Opera quæ sine ulla controversia ad Callisthenem Olynthium referuntur, tria sunt hæcce :

1. Ἑλληνικὰ ἐν βίβλοις δέκα. fr. 1–17. (Ol. 98, 2–105, 4. 387–357 a. C.)
2. Περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου. fr. 18. (Ol. 105, 4–108, 3. 357–346 a. C.)
3. [Τὰ κατ' Ἀλέξανδρον]. fr. 19–38. (Ol. 111, 2–112, 3. 335–330 a. C.?)

De *Hellenicis* Diodor. XIV, 117 (ad Ol. 98, 2) : Καλλισθένης δ' ὁ ἱστοριογράφος [κατὰ] τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν ἀπὸ τῆς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν γενομένης εἰρήνης τοῖς Ἕλλησι πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα (inde a pace, quam Antalcidæ vulgo dicimus) τὴν ἱστορίαν ἦρκται γράφειν· διελθὼν δὲ τριακονταετῆ χρόνον ἔγραψε μὲν βίβλους δέκα, τὴν δὲ τελευταίαν κατέπαυσε τῆς συντάξεως εἰς τὴν ὑπὸ τοῦ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως κατάληψιν τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ (*). — Idem XVI, 14, 4 (ad Ol. 105, 4) : Καλλισθένης δὲ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βίβλοις δέκα, καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ καὶ παρανομίαν Φιλομήλου τοῦ Φωκέως.

Opus hoc Callisthenem in Asia absolvisse colligis ex fr. 6 libri quarti. Totum componere inter expeditionum molestias a Græcia longe remotus vix potuit. Quare statuerim historiam jam antea elaboratam, nondum vero foras editam, in iis maxime rebus, quæ ad Asiam et Ægyptum spectant, ab auctore, dum versaretur in his terris, esse retractatam. (**)

De *historia belli sacri* cf. Cicero Ep. ad div. V, 12, 1 : *Sed quia videbam Italici belli et civilis historiam jam a te pæne esse perfectam, dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui quin te admonerem, ut cogitares, conjunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere, an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum* (*Foicum* v. l.; *Phocicum* Westerm.) *bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea quæ dixi bella separaverunt, tu quoque item civilem conjurationem ab hostilibus externisque bellis sejungere.* Pro *Troicum* (*) Orellius voluit *Crissaicum;* sed unica vera emendatio Westermanni, qui « de Troico bello, ait, cogitari nequit, siquidem separari non possunt quæ jam sunt alienissima et separatissima... Hunc librum quo tempore conscripserit non liquet; sed fortasse juvenis conscripsit eoque Alexandro ita se commendavit, ut ille suas quoque res gerendas ab eo describi concupisceret; nam si nihildum scripsisset, non fuisset cur ille hanc ei provinciam demandaret. »

Tertium opus, quod est *de rebus Alexandri*, Περσικά inscriptum fuisse vel a primis editoribus vel postea a grammaticis, statuunt Sevinus, Sancto-Crucius, Westermannus, Geierus. Scilicet Callisthenis Περσικῶν liber secundus a Suida laudatur de duobus Sardanapallis deque monumento alterius Anchialensi. De his vero in Alexandri historia Callisthenem dixisse tum per se probabile est, tum spondent exempla Clitarchi (fr. 2), Aristobuli (fr. 6), Arriani (II, 5). « Neque in ipsa inscriptione, Westermannus inquit, est quod offendat; nam descripsit auctor res in Asia ab Alexandro gestas et imperii Persarum eversionem. » Quod parum mihi probatur. Facilis quidem conjectura est ex argumento fragmenti Περσικῶν opus quempiam nobis finxisse; sed quæritur an omnino Callisthenis fragmentum sit. Dubia enim res est, quum narrata ita se habeant, ut, confitente Westermanno, a comite Alexandri proficisci vix potuerint. Jam quum de duobus Sardanapallis et monumenti inscriptione eadem afferantur ap. Schol. Aristoph. Av. 1022 ex Περσικοῖς Hellanici (fr. 150), nullus dubito

(*) « Suspicor deesse quidpiam inter βασιλέα et τὴν ἱστορίαν. Nam alioqui ex his duobus accusativis σύνταξιν et ἱστορίαν vacaret alter. » Stephanus. Creuzerus (*Histor. Kunst.* ed. sec. Lips. 1845; p. 380) legendum censet διηνεκῆ ἱστορίαν, *perpetuas historias*, quas Cicero ait loco mox laudando. Vel sic tamen laborat ratio verborum grammatica. Ejicere incommoda possis. Ego inserui voculam κατὰ ante σύνταξιν. Etenim quemadmodum Dinonis, Timæi, aliorum historiæ in plures συντάξεις erant distributæ, similiter Callisthenis opera historica in unum corpus ab editoribus conjungi poterant, cujus prima pars erat ἡ τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξις. Certe Hellenica et Alex. Historiam simul post mortem auctoris in publicum prodiisse consentaneum est, quoniam Hellenica in Asia demum absoluta esse liquet.

(**) Simul hinc intelligitur vana esse, quæ de Ephoro ex Callisthenis scriptis in sua multa transferente hariolatur Porphyrius ap. Euseb. P. E. p. 464 (v. Vit. Ephori p. LXIV). Neque de belli sacri historia cogitari potest quippe quam non Ephorus, sed Demophilus filius scripsit. Sin hunc fortasse Callisthenis opere abusum esse credis, Demophilum moneo uno libro et historiam belli sacri, et qui deinceps sequuntur annorum quinque res gestas comprehendisse.

(*) Nullo peculiari opere de mythicis temporibus Callisthenem egisse liquet etiam ex Diodoro (IV, 1), ubi postquam de Ephoro dixerat : τὰς παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη κτλ., pergit ita : Ὁμοίως δὲ τούτῳ Καλλισθένης καὶ Θεόπομπος, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότες, ἀπέστησαν τῶν παλαιῶν μύθων· ἡμεῖς δὲ τὴν ἐναντίαν τούτοις κρίσιν ἔχοντες καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀναγραφῆς πόνον ὑποστάντες τὴν πᾶσαν ἐπιμέλειαν ἐποιησάμεθα τῆς ἀρχαιολογίας. Sed hæc non impediunt quin data occasione uti Theopompus sic Callisthenes ad mythica adscenderit.

quin aut totum fragmentum Hellanico tribuendum sit, aut grammaticus quidam in fonte suo et Callisthenem et Persica Hellanici laudatos reperiens, confusa utriusque scriptoris memoria Callisthenis Περσικά creaverit. Igitur de titulo operis Callisthenis non constat.

Fragmentum 37 pertinet ad descriptionem prœlii ad Arbelam s. Gaugamela commissi (Ol. 112, 2, 331). His auctor sequentia subjunxerit usque ad mortem Darii (330). Ulterius progressus esse non videtur. « Etenim Plutarchus (Alex. 46. V. Onesicrit. fr. 5) ubi de Amazonis ad Alexandrum egit adventu ab aliis auctoribus inter vera relato, ab aliis in commentis habito, quum *præter unum Callisthenem*, ad cujus Persica sæpius provocavit in antecedentibus, omnes diligentissime recensuerit Alexandri rerum auctores, quorum quidem ipse libris usus est, haud vana profecto hinc emergit suspicio, non perducta fuisse Callisthenis Persica usque ad πολυθρύλλητον istum Amazonis adventum, quippe qui inter Sogdianam Alexandri expeditionem (Ol. 112, 4. 329 a. C.) vulgo ponatur. Atqui prœlium ad Gaugamela factum scriptis attigisse scimus Callisthenem. Ergo quis dubitaverit, quin eodem anno, in quem Darii cædes incidit, substiterit Olynthius in Alexandri rebus conscribendis, id quod egregie quadrat ad ea, quæ de viri vita supra commentati sumus, ubi eodem fere tempore Callisthenis animum magis magisque ab Alexandro abalienatum esse vidimus. » Hæc Geierus p. 220. — Jam quis scripta post mortem auctoris collegerit et primus ediderit, quærere inutile est, quum de hac re altum sit silentium. Eorum vero sententia, qui historias has a calumniatoribus deformatas esse suspicantur, omni caret fundamento, uti recte monent Westermannus et Geierus.

Accedo ad ea opera Callisthenis, quæ utrum Olynthii fuerint an alius ejusdem nominis viri, veterum auctoritate comprobari nequit. Ecce titulorum laterculum :

1. Περίπλους (fr. 39. 40). Sch. Apoll. Rh.
2. Ἀποφθέγματα (fr. 41). Photius.
3. Μακεδονικά (fr. 42). Plut. Par.; Stobæus.
4. Θρᾳκικά (fr. 44). Plut. Par.
5. Μεταμορφώσεις (fr. 45). Idem et Stobæus.
6. Κυνηγετικά (fr. 46). Plut. De fluv.

Hæc omnia a Nostro aliena esse puto. Ac Μεταμορφώσεις quidem et Κυνηγετικὰ non esse C. Olynthii, ex ipsis librorum argumentis collegeris. Iisdem accenseas collectionem Ἀποφθεγμάτων. Verum sane est Lynceum quoque *peripateticum* Ἀποφθέγματα scripsisse (Athen. p. 245 a, 248 d, 337 d); sed præter *peripatetici* titulum hic Theophrasti discipulus et poeta comicus et ἐπιστολῶν δειπνητικῶν et τέχνης ὀψωνητικῆς auctor, cum Callisthene Olynthio nihil habet commune : alia ætas, diversi plane mores et ingenium.

Major dubitatio esse possit de scriptore Μακεδονικῶν et Θρᾳκικῶν. Sed quæ ex Θρᾳκικῶν libris narrantur fabulosa atque si spectes antiquissimam imperii Atheniensium famam inepte composita et Olynthio plane indigna esse bene monet Westermannus. Ejusdem farinæ fragmentum est ex Macedonica historia petitum (v. not. ad fr. 42). Huc accedit quod et Θρᾳκικὰ et Μακεδονικὰ et Μεταμορφώσεις ex iisdem Plutarchi et Stobæi libris in notitiam nostram venere. Unde vero fit simillimum ejusdem Stobæi loco laudatur Callisthenes Sybarita (*) Γαλατικῶν scriptor (fr. 47), cujus de ea-

(*) C. Sybarita vixit ante Timagenem Syrum, qui opere ejus usus est. Timagenes Syrus non diversus ab T. Alexandrino, Pompeii et Cæsaris æquali. Porro si vera est uti veri simillima est Galei conjectura, Callisthenis nomen ap. Stephanum abiisse in illud *Eratosthenis*, item Galaticorum auctoris, ex Stephan. Byz. v. Βοὸς κεφαλαί (v. not. ad fr. 47) sequitur Callisthenem vixisse post Prusiam II, qui bellum gessit contra Attalum (II Philadelphum, circa 156 a. C. Vid. Clinton. F. H. tom. III, p. 407, coll. p. 415 not., ubi Clinton. ut Eratostheni Galatica vindicari possint, fortasse de Prusia I cogitandum esse dicit parum probabiliter). Hinc ætas Callisthenis terminis sat angustis circumscribitur. « Præter auctorem rerum Gallicarum ejusdem nominis, ut mittam olympionicam Laconem Ol. 26 apud Euseb. Chr. p. 40, duo tantum, quod sciam, aliqua cum laude a veteribus scriptoribus nominantur, uterque Atheniensis, Olynthii æquales : unus prætor Atheniensium, quem sunt qui cum Olynthio confundant. In his Sevinus est, qui p. 135 ad Olynthium refert locum Aristotelis Rhetor. II, 3, 13 : Ῥᾷοι γὰρ γίγνονται, ὅταν εἰς ἄλλον τὴν ὀργὴν ἀναλώσωσιν· οἷον συνέβη ἐπὶ Ἐργοφίλου· μᾶλλον γὰρ χαλεπαίνοντες ἢ Καλλισθένει ἀφῆσαν διὰ τὸ Καλλισθένους τῇ προτεραίᾳ καταγνῶναι θάνατον, id quod in concione Macedonum accidisse asseverat. Verum apparet Atheniensium judicium significari; Ergophilus enim στρατηγὸς Ἀθηναίων, ut ait Harpocration, Callisthenes autem item prætor, is quem propter res in Macedonia infeliciter gestas ad mortem condemnatum esse dicit Æschines Or. de fals. leg. § 30. Alter Callisthenes orator atque demagogus fuit, Philippi adversarius, cujus decretum recitari jubet Demosth. Or. de cor. p. 238, § 37, quem comici traducunt apud Athen. VIII, p. 338, F; 341, F, quem Alexander cum aliis tradi sibi jussit, Plutarch. Dem. c. 23, adversus quem per εἰσαγγελίαν accusatum orationem scripsit Dinarchus sec. Dionys. Halic. Din. c. 10 (cf. Dem. Lept. § 33), ubi Κλεισθένους in Καλλισθένους corrigendum est; cf. nostr. Hist. eloq. gr. p. 313. Hujus etiam fortasse dictum est quod affert Lucian. Encom. Dem. c. 15 (p. 750 Didot.), τὸν Αἰσχύλον τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν ἐξορμῶντα καὶ ἀναθερμαίνοντα τὴν ψυχήν, quo poterat suam aut alius vinolentiam per jocum velle excusare; quanquam non primus dixit Callisthenes : eodem enim nomine jam olim Sophocles Æschylum reprehendisse dicitur; vid. Athen. I, p. 22, A; X, p. 428, F; Eustath. ad Odyss. X, 298, p. 1598, coll. Plut. Sympos. quæst. VII, 10, 2. Memoratur præterea Callisthenes quidam *Atheniensis* apud Xenoph. Hellen. IV, 8, 13. Callisthenes

dem re meminit etiam Plutarchus in libro De fluviis, nescio an verum tetigerim, si omnia hæc opera Sybaritæ assignanda esse statuam. — Quod *Periplum* attinet, Callisthenes cum Callistrato confusus esse mihi videtur (vide not. ad fr. 40). Ea nomina permutantur sæpius (vide fr. 48. 49).

Præter historias Callisthenem Olynthium De natura oculi et De Plantis libros scripsisse statuit Westermannus. Etenim Chalcidius ad Platon. Tim. p. 340 Meurs. : *Demonstranda igitur oculi natura est, de qua cum plerique alii tum Alcmæo Crotoniensis in physicis exercitatus quique primus exsectionem aggredi est ausus, et Callisthenes, Aristotelis auditor, et Herophilus multa et præclara in lucem protulerunt.* « Quæ tam sunt plana atque aperta (Westerm. ait), ut nullam admittant dubitationem; certe nimis esset suspicax, qui Chalcidium, hominem quarto ineunte p. Ch. n. sæculo viventem, verba illa *Aristotelis auditor* de suo addidisse putaret. Nam qui reputet, quam diversa sint in quibus Aristoteles excelluit genera litterarum, concedet discipulum ejus quoque præter historiam etiam physicam inprimis tractare potuisse; id quod in Callisthene clarius etiam infra apparebit. Itaque nec absurdum est eundem credere significari ab Epiphanio Adv. hæres. 1, 3, qui inter scriptores *De natura atque vi plantarum* Callisthenem quoque nominat, id quod Plinius confirmat, qui quæ de plantis Asiæ habet Hist. nat. lib. XII, c. 5 sqq. et lib. XIII, in horum librorum indice ipse partim ex Callisthene hausta esse confitetur; quæ omnia ex Persicis deprompta esse ad suspicandum facilius est quam ad probandum. Accedit quod vix aliunde quam ex libro De plantis petita esse possunt, quæ habet Aristoteles De mir. ausc. c. 132 (fr. 34); quem librum etsi Aristoteles ipse non scripsit, tamen si verum est, quod opinantur, jam tertio eum ante Chr. n. sæculo in hominum manibus fuisse, de alio Callisthene quam de Aristotelis discipulo prorsus non licet cogitare. » — Quod Chalcidii locum attinet, unus sum eorum, quos nimis suspicaces Westermannus dicit. Locus vero Aristotelis ad Alexandri historiam refertur commodissime; nec quidquam probat Plinius una cum Callisthene recensens Clitarchum, Anaximenem, Nearchum, Onesicritum, alios rerum Alexandri scriptores, quos in plantis Asiæ describendis sat multos fuisse compertum habemus.

His absolutis revertentes ad Olynthium, quæ ejus commentariorum fuerit indoles paucis exponamus. Ac primum quidem summopere Callisthenem studuisse narrationis ubertati varietatique fragmenta perlustrans facile intelliges. Quæ ex Hellenicis servata habemus, eorum magna pars ab ipsa historia, quam tractandam sibi sumpserat, aliena est (v. fr. 3. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 15. 16). Inter hæc disputationes de incrementis Nili fluvii (fr. 6) et de causis, quæ Helicen et Burin urbes in mare demerserint (fr. 8), rerum naturalium scrutatorem Aristotelis disciplina formatum ostendunt luculenter. In describendis oraculis rebusque sacris valde placuisse sibi videtur (fr. 3. 4); neque a portentorum expositione abhorruit, sive talia religiositate motus, sive, quod probabilius, ornandæ narrationis causa adsciverit. — Eandem rerum copiam in Alexandri historia deprehendimus, ubi permultus fuit de regionibus Asiæ minoris deque populis, qui pridem eas incoluerint (*). Scilicet summo studio tractare solebat carmina Homerica. « Id quod, ut Westermannus ait, non solum in colloquiis recitandis sæpenumero versibus Homericis, verum etiam eo probavit, quod Iliadem jussu Alexandri eoque ipso præeunte una cum Anaxarcho correxit itaque novam ejus recensionem paravit, quæ quoniam in capsula pretiosissima in Persico thesauro reperta ab Alexandro circumferebatur, ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος vocata est; vid. Strabo XIII, p. 594, quamquam ab Aristotele eam profectam dicit Plutarch. Alex. c. 8; cf. Wolf. Prolegg. p. 183 sqq. Has autem correctiones vel maxime pertinuisse ad res geographicas eosque Asiæ populos, quos Trojanis auxilio venisse Homerus tradidisset, quorumque sedes atque nomina nunc Alexander sociique aliquatenus ab Homericis discrepare intelligerent, recte demonstravit C. Lehrs De Aristarchi stud. Homer. p. 245 sq. » Hæc igitur cu-

Haliartius ap. Plutarch. Narrat. amat. c 1 [p. 943 Didot.], Callisthenes, *Luculli libertus*, ap. Eund. An sen. ger. s. resp. c. 16 [p. 967 Didot.], Vit. Lucull. c. 43, Harpocrat. v. Στεφανῶν; alii ejusdem cognominis in inscriptionibus ap. Bœckh. Corp. Inscr. I, nr. 214, 115, 168 b, (343 b, 3664, 2077 b; Add. tom. 2). Cf. Droysen *Ztschft. f. Alterthumsw.* 1839 n. 114, p. 920, Bœhnecke *Forsch.* I, p. 618 sqq. » — « Callisthenis nomen in libris manu scriptis nonnunquam corruptum et cum aliis ejusdem aut initii aut exitus confusum est, uti cum *Eratosthene* ap. Phavorin. [fr. 4], atque in versione latina ap. Strabon. XVII, p. 790 [fr. 6], item cum *Demosthene*, ut conjicio, ap. Steph. Byz. v. Χαλκεῖα [v. not. ad fr. 35], cum *Clisthene* ap. Dion. Hal. Dinarch. c. 10 [v. supra], cum *Antisthene* in libris manuscr., ut videtur, historiæ Pseudo-Callistheneæ; cum *Callixeno* ap. Plin. H. N. XXXVI, 9, 67 [ubi *Callisthenes* Harduinus in suis libris se reperisse dicit; Siebelis in var. lect. affert : *Calisthenus, Callischenus, Calixemis*. Sermo est de obelisco sub regno Ptolemæi II in altum erecto], tum aliquoties cum Callistrato [fr. 48. 49]. » Hæc Westermannus.

(*) Callisthenem inter fontes suos numerat Scymnus Chius v. 124, ubi nomen Nostri ex superstitum literarum vestigiis (Καλλισθέν) bene elicuit Miller. in ed. Marciani Heracleot. p. 296.

riosam viri eruditionem, atque merito *doctum* a Cicerone (Or. pro Rabir. Post. c. 9) Callisthenem appellari coarguunt. Verum quemadmodum antiquariis istis studiis supersedere poterat expeditionum prœliorumque narrator, sic peritiam quandam rerum militarium jure nobis postulamus. At rudem prorsus earum Callisthenem fuisse ideoque in pugnarum descriptione sæpenumero ineptire uno sed præclaro exemplo Polybius nescio an paullo acerbius exponit (fr. 33). Nihilo secius ab eodem Polybio (fr. 17) Callisthenes una cum Xenophonte, Ephoro, Platone inter τοὺς λογιωτάτους τῶν ἀρχαίων συγγραφέων recensetur. Et quanta ejus apud Alexandrinos grammaticos existimatio fuerit inde patet, quod cum Ephoro, Anaximene, Clitarcho in Canonem historicorum receptus est (Montef. Bibl. Coisl. p. 597). Quam quidem laudem non tam propter eruditionem, qua scripta ejus excellunt, quam propter orationis ornatum ceteraque narrationis lenocinia adeptus esse videtur. Etenim λόγῳ ἦν δυνατὸς καὶ μέγας, uti Aristoteles dicit (Plut. Alex. 53), atque specimen eloquentiæ, quæ in admirationem Macedones abripuit supra jam commemoravimus (ex Plut. Alex. 54). Hanc igitur facundiam Callisthenem etiam ad historias transtulisse testis est Cicero (De orat. II, 14, 58), qui eum *pæne rhetoris more* scripsisse affirmat. Simile quid Cicero significare voluerit in Ep. ad Quint. fratr. II, 13 : *Ad Callisthenem*, ait, *et Philistum redeo, in quibus video te volutatum. Callisthenes quidem vulgare et notum negotium, quemadmodum Græci aliquot locuti sunt; Siculus ille, capitalis, creber, acutus, brevis, pæne pusillus Thucydides*. Ubi illud *vulgare et notum negotium* recte, puto, Geierus intelligit de rhetorico dicendi genere, quod ea ætate ab omnibus fere historicis tritum sit et usurpatum, dum alia plane sectaretur Philistus (*). Apud Longinum (De subl. III, 2), severum sane judicem, vituperatur Callisthenes quod oratio ejus interdum non vere sublimis, sed inani potius tumore sit elata. Verba sunt : Ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου γελᾶται, γράφοντος, « Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεύς », καὶ « Γῦπες, ἔμψυχοι τάφοι »· καί τινα τῶν Καλλισθένους, ὄντα οὐχ ὑψηλὰ, ἀλλὰ μετέωρα. Tale vero scribendi genus perniciosam sæpenumero vim in fidem et auctoritatem scriptoris exercere satis constat. Quod quatenus in Callisthenem cadat, fragmentis non demonstratur quidem certissime, subindicatur tamen, veluti iis quæ de Alexandri per Pamphyliam itinere juxta maris oram instituto servavit Eustathius (fr. 25), ubi mare dicitur ἐξυπαναστῆναι αἰσθόμενον οἷον τῆς ἐκείνου πορείας καὶ οὐδ' αὐτὸ ἀγνοῆσαν τὸν ἄνακτα, ἵνα ἐν τῷ ὑποκυρτοῦσθαί πως δοκῇ προσκυνεῖν. Simillima leguntur fr. 36 de itinere ad Ammonem non sine numine facto deque oraculo Branchidarum. Ejusmodi vel κολακείας dixeris vel δεισιδαιμονίας exempla quamquam ne ab optimis quidem scriptoribus prorsus absunt, in Callisthene tamen nimis crebra fuisse videntur, quam ut sinceram nudæ veritatis tradendæ voluntatem ei tribuamus. Etenim Polybius (XII, 12 c. Exc. Vatican.) de Timæo refert hæc : * * κατηγορεῖν καὶ διασύρειν τῶν ὀνειρωττόντων καὶ δαιμονώντων ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν· ὅσοι γε μὴν αὐτοὶ πολλὴν τῆς τοιαύτης ἐμπεποίηνται φλυαρίας, τοὺς τοιούτους ἀγαπᾶν ἂν δέοι μὴ τυγχάνοντας κατηγορίας, μηδέ τι καὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς κατατρέχειν, ὃ συμβέβηκε περὶ Τίμαιον. Ἐκεῖνος γὰρ κόλακα μὲν εἶναι φησὶ τὸν Καλλισθένην τὰ τοιαῦτα γράφοντα, καὶ πλεῖστον ἀπέχειν φιλοσοφίας, κόραξι δὲ προσέχοντα καὶ κορυβαντιῶσαις γυναιξί· δικαίως δ' αὐτὸν ὑπ' Ἀλεξάνδρου τετευχέναι τιμωρίας διεφθαρκότα τὴν ἐκείνου ψυχὴν καθόσον οἷός τε ἦν· Δημοσθένην μὲν καὶ τοὺς ἄλλους ῥήτορας τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀκμάσαντας ἐπαινεῖ καὶ φησὶ τῆς Ἑλλάδος ἀξίους γεγονέναι, διότι ταῖς Ἀλεξάνδρου τιμαῖς ταῖς ἰσοθέοις ἀντέλεγον· τὸν δὲ φιλόσοφον, αἰγίδα καὶ κεραυνὸν προσθέντα θνητῇ φύσει, δικαίως αὐτὸν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τετευχέναι ὧν ἔτυχεν (*). Deinde Polybius (c. 23 ex Exc. Vales.) pergit : Εἰ τὸν Καλλισθένην θετέον εἰκότως κολασθέντα μεταλλάξαι τὸν βίον, τί χρὴ πάσχειν τὸν Τίμαιον; πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον τούτῳ

(*) *Westermannus* : « Muretus Var. lectt. II, 5, ita explicat, quasi Cicero Callisthenem infimi ordinis scriptorem ac nullius pretii esse dicat; contra Sevinus p. 142 sqq., quoniam tum sibi ipse repugnaret Cicero et dicto loco opponatur Philistus, capitalis, creber, acutus, brevis, pæne pusillus Thucydides, cujus concisas sententias interdum etiam non satis apertas dicat idem Cic. Brut. c. 17, sic interpretatur, ut clara, aperta, dilucida Callisthenis oratio indicetur, quæ item Manutii fuit opinio ita explicantis, ut in historia ille non exquisite loquutus esse videretur, sed *sicuti vulgo loqueretur*. Neutri assentior. Haberet quidem utraque sententia quo commendaretur, si suum hoc loco Cicero judicium faceret; nam et vocabulo *negotii* in malam partem uti solet (cf. Epp. ad Attic. I, 12, Or. ad sen. post red. c. 6), neque in infimum locum deprimere potest quem alibi cum optimis conjungit. Verum enim vero non satis viri docti attenderunt adjecta a Cicerone verba : *quemadmodum Græci aliquot loquuti sunt*. Non suum igitur judicium interponit, sed quid Græci de Callisthene dixerint refert. Jam quod ex Græcorum sententia fuit ille *vulgare et notum negotium* — κοινόν τε καὶ γνώριμον χρῆμα (cf. intpp. ad Ant. Lib. 12, Fisch. Prol. ad Palæph. 2, 3, p. 25 sqq.) s. πρᾶγμα, non uti Muretus interpretatur, εὐκαταφρόνητον πρᾶγμα καὶ οὐ πολλοῦ ἄξιον, — non aliter potest accipi (?) quam de homine docto ab Alexandro crudeliter interfecto, in scholis tam rhetorum quam philosophorum argumento sermone trito atque celebrato. Itaque nihil aliud sibi vult Cicero quam de Callisthene omnibus notissimo non esse cur accuratius exponatur. » Quæ propter Philisti oppositionem vix probanda sunt.

(*) Hic locus ante caput 23 ponendus erat.

νεμεσήσαι τὸ δαιμόνιον ἢ Καλλισθένει. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον ἐβουλήθη (*)· Τίμαιος δὲ μείζω ποιεῖ τὸν Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν. Καὶ Καλλισθένης μὲν ἄνδρα τοιοῦτον, ὃν πάντες μεγαλοφυέστερον ἢ κατ' ἄνθρωπον γεγονέναι τῇ ψυχῇ συγχωροῦσιν· οὗτος δὲ τὸν Τιμολέοντα τὸν οὐχ οἷον δόξαντά τι πεπραχέναι κτλ.

Timæi verba quamvis non majoris facienda sint atque convicia ista quæ in Aristotelem spurcissime jacit, hoc tamen cum Polybio concedendum est Alexandrum in panegyricis Callisthenis sui historiis ad deos usque evectum esse : ut mireris sane quomodo suum auctor de historici officio præceptum observasse sibi visus sit. Nam τὸν γράφειν τι πειρώμενον, Callisthenes jubet, δεῖν μὴ ἀστοχεῖν τοῦ προσώπου, ἀλλὰ οἰκείως αὐτῷ καὶ τοῖς πράγμασι τοὺς λόγους θεῖναι (fr. 19). Neque minus hæc librorum indoles cum ingenio philosophi pugnare videtur. Sed aliud, dixeris, est vita hominis moresque, aliud est scriptis historiis eloquentiæ sibi erigere monimentum. Quod etsi in universum parum recte dictum est, in Callisthene tamen non possumus quin distinguamus inter rhetorem atque philosophum. Quanta hujus esse potuit severitas, tantam ille interdum ostenderit vanitatem, cujus testimonium haberemus luculentissimum, si vera essent, quæ dubitanter refert Arrianus (IV, 10, 1). Ait : Τούτου μὲν ἕνεκα (sc. quod adorationem regi recusavit) καὶ αὐτὸς Καλλισθένει ξυμφέρομαι· ἐκεῖνα δὲ οὐκ ἔτι ἐπιεικῆ δοκῶ τοῦ Καλλισθένους (εἴπερ ἀληθῆ ξυγγέγραπται), ἅτι ὑφ' αὑτῷ τε εἶναι ἀπέφαινε καὶ τῇ αὑτοῦ ξυγγραφῇ Ἀλέξανδρόν τε καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Οὔκουν αὐτὸς ἀφῖχθαι ἐξ Ἀλεξάνδρου δόξαν κτησόμενος, ἀλλὰ εὐκλεᾶ ἐς ἀνθρώπους ποιήσων· καὶ οὖν καὶ τοῦ θείου τὴν μετουσίαν Ἀλεξάνδρῳ οὐκ ἐξ ὧν Ὀλυμπιὰς ὑπὲρ τῆς γενέσεως αὐτοῦ ψεύδεται ἀνηρτῆσθαι, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου συγγράψας ἐξενέγκῃ ἐς ἀνθρώπους. Verum hæc absurda esse calumniatorum commenta Westermanno lubenter concedimus.

Statuam Callisthenis *historiarum scriptoris* Plinius (H. N. VI, 5, 36) vidit in hortis Servilianis. Opus fuit Amphistrati, quem Alexandri ætate vixisse statuit Sillig. in Artiff. Catalog. p. 12.

Fabulosæ Pseudo-Callisthenis historiæ (*), infimæ ætatis fœtus, ad nos nihil pertinent, eatenus tamen commemorandæ, quatenus celebritatem auctoris nostri testantur.

(*) Codex οὐκ ἐβουλήθη; quam particulam asterisco notavit Valesius; omittit Suidas v. Τίμαιος, ubi eadem leguntur; ejiciendam censuerunt Reiskius, Santo-Crucius l. l. p. 37, 3, Polybii editor Parisiensis, Geier. p. 223 sq. Dubius hæsit Schweighæuserus. Vulgatam tuetur Westermannus l. l., quod non fecisset si memor fuisset loci Excerptor. Vatican.; qui etsi Geërum quoque fugit, is recte tamen vel propter verba τούτῳ νεμεσήσαι τὸ δαιμόνιον particulam οὐχ ineptam esse perspexit. Quam cur addendam sciolus quidam censuerit, ex iis quæ de vita Callisthenis diximus, facile intelligitur.

(*) Singulari libro de iis dicet Westermannus, qui ex hoc fonte impurissimo fluxisse recte statuit, quæ leguntur ap. Tzetzen Chil. I, 325; III, 110. 349. 386. 885. Eodem refert Chil. III, 83, de quo tamen possis dubitare : locum exscriptum habes in Ctesiæ fragm. 3. Ceterum vide Fabric. B. Gr. III, p. 36 Harl.; Ste-Croix p. 166; Ang. Mai in Præfat. ad J. Valer. c. VIII, Berkel. ad Stephan. Byz. p. 237. 238, ubi fragm. ex cod. Bibl. Lugdun.; Berger de Xivrey. in *Extraits des manuscrits de la Bibl. R.* tom. XIII, p. 161 — 306; Westermann. in Pauly's *Realencyclop.* v. *Callisthenes;* Creuzer. *Histor. Kunst* p. 383.

ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Plutarchus Cimon. c. 12 de pugna ad Eurymedontem (466 a. C) : Ἔφορος (fr. 116) μὲν οὖν Τιθραύστην φησὶ τῶν βασιλικῶν νεῶν ἄρχειν καὶ τοῦ πεζοῦ Φερενδάτην, Καλλισθένης δὲ Ἀριομάνδην τὸν Γωβρύου κυριώτατον ὄντα τῆς δυνάμεως παρὰ τὸν Εὐρυμέδοντα ταῖς ναυσὶ παρορμεῖν, οὐκ ὄντα μάχεσθαι τοῖς Ἕλλησι πρόθυμον, ἀλλὰ προσδεχόμενον ὀγδοήκοντα ναῦς Φοινίσσας ἀπὸ Κύπρου προσπλεούσας. Cf. Diodor. XI, 60.

Id. ibid. c. 13 : Τοῦτο τὸ ἔργον οὕτως ἐταπείνωσε τὴν γνώμην τοῦ βασιλέως, ὥστε συνθέσθαι τὴν περιβόητον εἰρήνην ἐκείνην, ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονίων μακρᾷ νηὶ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλέειν. Καίτοι Καλλισθένης οὔ φησι ταῦτα συνθέσθαι τὸν βάρβαρον, ἔργῳ δὲ ποιεῖν διὰ φόβον τῆς ἥττης ἐκείνης, καὶ μακρὰν οὕτως ἀποστῆναι τῆς Ἑλλάδος, ὥστε πεντήκοντα ναυσὶ Περικλέα καὶ τριάκοντα μόναις Ἐφιάλτην ἐπέκεινα πλεῦσαι Χελιδονίων καὶ μηδὲν αὐτοῖς ναυτικὸν ἀπαντῆσαι τῶν βαρβάρων.

Hæc ex operis introitu. — Ceterum quod ad pacem istam, quam Cimonis vulgo dicimus, rectissime sensit Callisthenes. V. Dahlmann. *Forschung.* tom. I, 1-148; Krüger. *Histor. philolog. Studien*, p. 74-143.

Fragmentum per errorem, ut videtur, *libro primo* adscriptum vide infra, fr. 12.

E LIBRO SECUNDO.

2.

Harpocratio : Σφοδρίας. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Μεγαρέων, εἰ γνήσιος. Στρατηγὸς Λακεδαιμονίων ὁ Σφοδρίας. Φησὶ δ' αὐτὸν ὁ Καλλισθένης ἐν β' Ἑλληνικῶν εὐήθη τε εἶναι λίαν καὶ κοῦφον πρὸς τὰς ἐλπίδας.

Cf. Diodor. XV, 29, 5 : Σφοδριάδου τοῦ Σπαρτιάτου τεταγμένου μὲν ἐφ' ἡγεμονίας, φύσει δ' ὄντος μετεώρου καὶ προπετοῦς, ἔπεισεν αὐτὸν Κλεόμβροτος ὁ βασιλεὺς τῶν Λακ. ἄνευ τῆς γνώμης τῶν ἐφόρων καταλαβέσθαι τὸν Πειραιέα κτλ. Xenophon Hell. V, 4, 20, τὸν ἐν Θεσπιαῖς [Θεράπναις Plutarch. Ages. 24] ἁρμοστὴν Σφοδρίαν dicit. Plutarcho in Pelop. c. 14 Sphodrias est ἀεὶ ἐλπίδων μᾶλλον ἢ φρενῶν ἀγαθῶν μεστός, coll. Ages. c. 24, ubi : ὑπόκουφος τὴν γνώμην καὶ κενῶν ἐλπίδων καὶ φιλοτιμίας ἀνοήτου μεστός. Hæc sicuti illa Diodori ex Callisthene fluxisse suspicatur Schneider. ad Xen. l. l. Res pertinet ad Ol. 100, 3 (378).

E LIBRO TERTIO.

3.

Stephan. Byz. : Τεγύρα, πόλις Βοιωτίας, ἐν ᾗ Ἀπόλλωνά φασι γεννηθῆναι (sequitur fragm. Semi Delii)... Καλλισθένης ἐν τρίτῳ τῶν Ἑλληνικῶν εἶναι μαντεῖά φησι τὸ μὲν Ἰσμήνιον ἐν Θήβαις, τὸ δὲ Τροφώνιον ἐν Λεβαδείᾳ, τὸ δὲ ἐν Ἄβαις λεγόμενον ἐν Φωκεῦσι, τὸ δὲ κυριώτερον ἐν Δελφοῖς, ὃ καὶ μάλιστά φασι (φησι?) μεμαρτυρηκέναι τὴν ἐν Τεγύρᾳ (sc. τοῦ θεοῦ γένεσιν).

Pertinere hæc ad locum, quo pugna ad Tegyram commissa (Ol. 101, 1. 376. Diodor. XV, 37, 1; 81, 2) describebatur, jam Schneiderus monuit ad Xenoph. Hell. præf. p. XIV. De oraculo Tegyræo cf. Plutarch. Pelop. 16 : Τὴν γὰρ διὰ μέσου πᾶσαν ὁ Μέλας ποταμὸς, εὐθὺς ἐκ πηγῶν εἰς ἕλη πλωτὰ καὶ λίμνας διασπειρόμενος, ἄπορον ἐποίει, μικρὸν δὲ

HELLENICA.

E LIBRO PRIMO.

1.

Ephorus Tithrausten classi regiæ tradit præfuisse, terrestribus copiis Pherendaten, Callisthenes vero ait Ariomanden, Gobriæ filium, qui summo imperio exercitui præfuerit, classem ad Eurymedontem in statione habuisse prælii cum Græcis ineundi minime cupidum, quum Phœnices naves octoginta a Cypro advehentes exspectasset.

Hæcce (Cimonis ad Eurymedontem) victoria regis animum adeo depressit, ut famigeratam istam pacem componeret, secundum quam semper a mari Græco ad curriculum equi abstineret, neque intra insulas Cyaneas et Chelidonias longam navem vel rostratam haberet. Callisthenes vero negat ita fœdere pactum barbarum : sed re ipsa ita fecisse metu, quem clades illa ei injecerat, ac tam procul a Græcia eum se removisse, ut quinquaginta navibus Pericles, et triginta tantum Ephialtes ultra Chelidonias prænavigantes nihil vidissent classis barbaricæ.

2.

E LIBRO SECUNDO.

Sphodriam, Lacedæmoniorum ducem, Callisthenes Hellenicorum libro secundo simplicem fuisse admodum et in spe vana concipienda levissimum.

3.

E LIBRO TERTIO.

Tegyra, urbs Bœotiæ, in qua natum dicunt Apollinem. Callisthenes Hellenicorum libro tertio oracula Apollinis recenset Ismenium Thebarum, Trophonium Lebadeæ, illud quod Abis est in Phocide, et celebrius reliquis Delphicum, quod etiam disertissime deum Tegyræ natum esse testatum dicit.

ΕΘΝΙΚΟΝ ΜΕΤΣΟΒΙΟΝ ΠΟΛΥΤΕΧΝΕΙΟΝ
ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟ ΦΥΣΙΚΗΣ ΓΕΩΔΑΙΣΙΑΣ
ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟ ΤΟΠΟΓΡΑΦΙΑΣ
ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟ ΓΕΩΔΑΙΣΙΑΣ
ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟ ΦΩΤΟΓΡΑΜΜΕΤΡΙΑΣ
ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟ ΑΝΩΤΕΡΑΣ ΓΕΩΔΑΙΣ

ὑπὸ τὰ ἕλη νεώς ἐστιν Ἀπόλλωνος Τεγυραίου καὶ μαντεῖον ἐκλελειμμένον οὐ πάνυ πολὺν χρόνον, ἀλλ' ἄχρι τῶν Μηδικῶν ἤκμαζε, τὴν προφητείαν Ἐχεκράτους ἔχοντος. Ἐνταῦθα μυθολογοῦσι τὸν θεὸν γενέσθαι. Καὶ τὸ μὲν πλησίον ὄρος Δῆλος καλεῖται καὶ πρὸς αὐτὸ καταλήγουσιν αἱ τοῦ Μέλανος διαχύσεις. Ὀπίσω δὲ τοῦ ναοῦ δύο ῥήγνυνται πηγαὶ γλυκύτητι καὶ πλήθει καὶ ψυχρότητι θαυμαστοῦ νάματος, ὧν τὸ μὲν Φοίνικα, τὸ δὲ Ἐλαίαν ἄχρι νῦν ὀνομάζομεν, οὐ φυτῶν μεταξὺ δυεῖν, ἀλλὰ ῥείθρων τῆς θεοῦ λοχευθείσης. Plura de eodem oraculo narrata habes ap. eundem De defect. orac. c. 5 et 8 (p. 502 et 504 ed. Didot.). Cf. Müller. *Minyer* p. 147, 3; 150, 1, et quem Westermannus affert, Ulrichs. *Reisen u. Forschungen in Griech.* I, p. 196.

4.

Plutarch. Qu. gr. c. 9 (p. 360 Didot) : Τίς ὁ παρὰ Δελφοῖς Ὁσιωτὴρ, καὶ διὰ τί Βύσιον ἕνα τῶν μηνῶν καλοῦσιν; Ὁσιωτῆρα μὲν καλοῦσι τὸ θυόμενον ἱερεῖον, ὅταν Ὅσιος ἀποδειχθῇ. Πέντε δέ εἰσιν Ὅσιοι διὰ βίου, καὶ τὰ πολλὰ μετὰ τῶν προφητῶν δρῶσιν οὗτοι, καὶ συνιερουργοῦσιν, ἅτε γεγονέναι δοκοῦντες ἀπὸ Δευκαλίωνος. Ὁ δὲ Βύσιος μὴν, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ νομίζουσι, φύσιός ἐστιν· ἔαρος γὰρ ἄρχει, καὶ τὰ πολλὰ φύεται τηνικαῦτα καὶ διαβλαστάνει· τὸ δ' ἀληθὲς οὐκ ἔχει οὕτως. Οὗ γὰρ ἀντὶ τοῦ φ τῷ β χρῶνται Δελφοὶ, καθάπερ Μακεδόνες, Βίλιππον καὶ Βαλακρὸν καὶ Βερονίκην λέγοντες· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ π· καὶ γὰρ τὸ πατεῖν, βατεῖν, καὶ τὸ πικρὸν, βικρὸν ἐπιεικῶς καλοῦσιν. Ἔστιν οὖν Πύσιος ὁ Βύσιος, ἐν ᾧ πυστιῶνται καὶ πυνθάνονται τοῦ θεοῦ. Τὸ γὰρ ἐννοεῖν καὶ πάτριον. Ἐν τῷ μηνὶ γὰρ τούτῳ χρηστήριον ἐγίγνετο, καὶ ἑβδόμην ταύτην νομίζουσι τοῦ θεοῦ γενέθλιον, καὶ πολύφθοον ὀνομάζουσιν, οὐ διὰ τὸ πέττεσθαι φθοΐς, ἀλλὰ πολυπευθῆ καὶ πολυμάντευτον οὖσαν. Ὀψὲ γὰρ ἀνείθησαν αἱ κατὰ μῆνα μαντεῖαι τοῖς δεομένοις· πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης καὶ Ἀναξανδρίδης ἱστορήκασι.

Hæc propter argumentum antecedentibus junxi, quamquam etiam ad libros de bello Phocico referre potes. De Bysio mense cf. Ideler. *Handb. d. Chron.* I, 367; Bœckh. C. I. I, 814; Müller. *Dor.* I, p. 212, 2; 329, 3; C. F. Hermann. De anno Delphico p. 26; Idem *Ueber griech. Monatskunde* p. 51 (Gotting. 1844); F. G. Schwartz. De antiquissima Apollinis natura p. 25 (Berolin. 1843).

Uti septima Apollo, sic tertia mensis die nata Minerva : Tzetzes ad Lyc. 519 : Τριγένητος ἡ Ἀθηνᾶ ὅτι ἐν Τρίτωνι ποταμῷ Λιβύης ἐγεννήθη... ἢ ὅτι, κατὰ Καλλισθένην, τρίτῃ τοῦ μηνὸς ἐγεννήθη· διὸ παρ' Ἀθηναίοις ἡ τρίτη ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς. Pro Καλλισθένης Phavorinus v. Τριγένητος habet Ἐρατοσθένης (cf. not. ad fr. 47). De re cum Callisthene facit schol. Hom. Il. VIII, 39. Hinc supplenda glossa Suidæ et Photii s. h. v., ubi : ἢ ὅτι παρὰ Τρίτωνι τῷ ποταμῷ Λιβύης ἐγεννήθη [ἢ ὅτι τρίτῃ] φθίνοντος, ὡς καὶ Ἀθηναῖοι ἄγουσιν. Cf. Mullach. ad fragm. Democriti p. 120, ubi scribendum proponit : ἢ ὅτι ἐγεννήθη τρίτῃ Ἑκατομβαιῶνος φθίνοντος, ὡς καὶ τῇ τρίτῃ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ μικρὰ Παναθήναια ἄγουσιν.

5.

Plutarch. Pelop. 17 : Ἦσαν δὲ δύο μόραι Λακεδαιμονίων (sc. in prœlio ad Tegyram commisso). Τὴν δὲ μόραν Ἔφορος (fr. 140) μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους φησὶ, Καλλισθένης δ' ἑπτακοσίους, ἄλλοι δέ τινες ἐννακοσίους, ὧν Πολύβιός (fragm. hist. 25, p. 156 ed. Did.) ἐστιν.

E LIBRO QUARTO.

6.

Joh. Laurentius De Mensib. IV, 68, p. 264 ed. Rœth. : Ἀλλὰ καὶ Θρασυάλκης ὁ Θάσιος τοὺς ἐτησίους φησὶν ἐξωθεῖν τὸν Νεῖλον· τῆς γὰρ Αἰθιοπίας ὑψηλοῖς παρὰ τὸ καθ' ἡμᾶς ὄρεσι διεζωσμένης, ὑποδεχομένης τε τὰς νεφέλας πρὸς τῶν ἐτησίων ὠθουμένας, ἐκδιδόναι τὸν Νεῖλον, ὡς καὶ Καλλισθένης ὁ περιπατητικὸς ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῶν Ἑλληνικῶν φησὶν, ἑαυτὸν συστρατεύσασθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι, καὶ γενόμενον ἐπὶ τῆς Αἰθιοπίας εὑρεῖν τὸν Νεῖλον ἐξ ἀπείρων ὄμβρων κατ' ἐκείνην γενομένων καταφερόμενον. Ἀλλὰ καὶ Δικαίαρχος ἐν Περιόδῳ γῆς ἐκ τῆς Ἀτλαντικῆς θαλάττης τὸν Νεῖλον ἀναχεῖσθαι βούλεται. Cf. fragm. Ephori 108 et 109.

Anonymus Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως ap. Schweighæuser. in Athenæo II, c. 87 (et ap. Stephan. in Collect. scriptt. quorund. Aristot. et Theophr. Par. 1557, p. 145) : Καλλισθένης δ' ὁ ἱστοριογράφος πρὸς τὰ μικρῷ πρότερον εἰρημένα ὑπ' Ἀναξαγόρου τε καὶ Εὐριπίδου ἀντεῖπεν· αὐτὸς δὲ τὴν αὐτοῦ γνώμην (τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ χρώμενος Steph.) φησὶν, ὑδάτων πολλῶν καὶ λαμπρῶν γινομένων κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν κατὰ τὰς τοῦ Κυνὸς ἀνατολὰς ἕως τῆς ἐπιτολῆς ἀρκτούρου, καθ' οὓς χρόνους καὶ οἱ ἐτησίαι πνέουσιν ἄνεμοι· τούτους γάρ φησι τοὺς ἀνέμους μάλιστα τὰ νέφη φέρειν πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν· ὧν καὶ προσπιπτόντων πρὸς τὰ ὄρη καταῤῥήγνυσθαι πολὺ πλῆθος ὕδατος, ἀφ' οὗ τὸν Νεῖλον ἀναβαίνειν.

Strabo XVII, p. 790 : Φησὶ γὰρ (sc. Ποσειδώνιος) Καλλισθένη (*Eratosthenem* vet. Interpr.) λέγειν τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν παρὰ Ἀριστοτέλους λαβόντα, ἐκεῖνον δὲ παρὰ Θρασυάλκου τοῦ Θασίου (τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἷς οὗτος), ἐκεῖνον δὲ παρ' ἄλλου [παρὰ Θαλοῦ?], τὸν δὲ παρ' Ὁμήρου διϊπετέα φάσκοντος τὸν Νεῖλον.

De his disserendi occasionem præbuit, uti bene monet Westermannus, expeditio Ægyptiaca Græcorum, qui, Iphicrate duce, Pharnabazo in auxilium missi sunt Ol. 101, 3. 374 a. C. Vide Diodor. XV, 41 sqq. « Scilicet appulsa classe ad Mendesium Nili ostium, expugnatoque quod ibi conditum erat castello, Iphicrates vehementer ut continuo Memphin aggrederentur institit, Pharnabazus autem copiis suis, ut aiebat, sed revera socio imperii diffisus cunctando tempus perdidit : χρονιζούσης δὲ τῆς περὶ τὸ πολισμάτιον τοῦτο στρατείας καὶ τῶν ἐτησίων ἤδη γενομένων, ὁ Νεῖλος πληρούμενος καὶ πάντα τόπον ἐπέχων τῷ πλήθει τοῦ ῥεύματος ἀεὶ μᾶλλον ὠχύρου τὴν Αἴγυπτον (Diod. 43, 4). Ceterum ista Callisthenem non ante Ol. 112, 1, quo anno in eas regiones Alexander penetravit, scripsisse sponte intelligitur. Neque omittendum est, quod suam ipsius de ea re sententiam aperuisse eum dicit auctor lib. De Nili increm., Aristotelis vero Posidonius : quod si verum, vix liberandus est a crimine jactantiæ aliena pro suis venditantis. » Westerm. Cf. Ephori fr. 142.

7.

Proclus in Platon. Tim. p. 30 ed. Basil. : Τοὺς δὲ Ἀθηναίους Καλλισθένης μὲν καὶ Φανόδημος πατέρας τῶν Σαΐτων ἱστοροῦσι γενέσθαι· Θεόπομπος δὲ (fr. 172) κτλ. Cf. Müller. *Min.* p. 107.

8.

Seneca Qu. Nat. VI, 23 : *Rara terræ natura est multumque habens vacui. Per has raritates spiritus fertur, qui ubi major influxit nec emittitur, concutit terram. Hæc placet et aliis, ut paullo ante rettuli, caussa; si quid apud te profectura testium turba est. Hanc etiam Callisthenes probat, non contemptus vir. ... Hic Callisthenes in libris, quibus describit quemadmodum Helice Burisque mersæ sint* (Ol. 101, 4. a. C. 374), *quis illas casus in mare vel in illas mare immiserit, dicit id quod in priore parte dictum est : spiritus intrat terram per occulta foramina, quemadmodum ubique, ita et sub mari. Deinde quum est obstructus ille trames, per quem descenderat, reditum autem illi a tergo resistens aqua abstulit, huc et illuc fertur et sibi ipse occurrens terram labefactat. Ideo frequentissime mari opposita vexantur et inde Neptuno hæc assignata est movendi potentia.*

Idem ibid. c. 26 : *Hanc* (Delum) *philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri auctore Pindaro; Thucydides* (II, 8) *ait, antea quidem immotam fuisse, sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Callisthenes et alio tempore ait hoc accidisse. Inter multa, inquit, prodigia, quibus de-*

4.

Quis est apud Delphos Hosioter, et cur unum de mensibus appellant Bysium? Hosioter est victima quæ immolatur quum creatur Hosius (vox *sanctum* notat). Quinque autem sunt *Hosii* per omnem vitam, multisque in rebus adsunt vatibus, atque una etiam sacrificant : quippe a Deucalione genus crediti trahere. *Bysius* mensis, ut plerique putant, *Physius* est, a nascendo sic dictus : est enim veris initio, quo tempore pleraque nascuntur et germinant : sed res ita non habet. Non enim Delphi B littera pro Ph utuntur, ut Macedones, qui *Bilippum, Balacrum, Beronicam* dicunt (quæ sunt *Philippus, Phalacrus, Pheronice*), sed loco litteræ P, soliti *batein* dicere et *bicron*, quæ sunt *patein* et *picron*. Est ergo *Bysius* dictum pro *Pysius*, quod eo mense deum scitantur. Atque hæc sententia convenit cum antiquis Delphorum observationibus. Mense enim isto oraculum primo exstitit, et septimanam istam deo natalitiam putant, *polyphthoum*que nominant, non a coquendis *phthoibus*, quod est placentæ genus, sed quod multa tum responsa deus edat. Sero enim cœpit singulis mensibus oracula requirentibus respondere : antiquitus semel duntaxat in anno vaticinabatur Pythia, idque ista die, ut *Callisthenes* et *Anaxandridas* tradiderunt.

Τριγένητος Minerva nominatur vel quod ad Tritonem fluvium Libyæ nata est, vel secundum Callisthenem, quod tertia mensis die in lucem edita. Quapropter apud Athenienses dies tertia sacra est Minervæ.

5.

Duæ erant (in prœlio ad Tegyram commisso) Moræ Lacedæmoniorum. Moram vero Ephorus quinquaginta, Callisthenes septingentorum, alii, inter eosque Polybius, nongentorum virorum esse dicunt.

6.

E LIBRO QUARTO.

Thrasyalces quoque Thasius ab Etesiis ait Nilum extrudi : Æthiopia enim quum altioribus quam qui apud nos sunt montibus circumdetur, atque excipiat nubes, quæ ab Etesiis protruduntur, Nilum ab ea inundari : quemadmodum etiam Callisthenes Peripateticus quarto libro Hellenicorum ait, se una cum Alexandro Macedone expeditionem fecisse, et quum in Æthiopia fuisset, invenisse Nilum ex infinitis imbribus ibi ortis deferri. Verum etiam Dicæarchus in Periodo Terræ ex mari Atlantico Nilum vult effundi.

Callisthenes historiarum scriptor his quæ paullo ante ab Anaxagora et Euripide dicta retulimus, contradicit, suamque sententiam exponit : Quum sint in Æthiopia imbres multi validique circa Canis ortum usque ad ortum Arcturi, quo ipso etiam tempore venti flant Etesiæ; eosdem hos ventos ait maxime nubes in Æthiopiam deferre, adlisisque nubibus ad montes magnam erumpere aquæ vim; quæ causa sit cur intumescat Nilus.

Posidonius ait Callisthenem tradere æstivos imbres caussam esse; idque hunc ab Aristotele sumpsisse, Aristotelem vero a Thrasyalce Thasio, qui unus fuit ex antiquis physicis; Thrasyalcen autem ab alio (*a Thalete?*), atque illum ab Homero, qui διϊπετέα, i. e. cœlitus delabentem, Nilum dicit.

7.

Callisthenes et Phanodemus Athenienses patres Saitarum esse tradunt.

nuntiata est auarum urbium, Helices et Buris, eversio, fuere maxime notabilia columna ignis immensi et Delos agitata. Quam ideo stabilem videri vult, quia mari imposita habeat concavas rupes et saxa pervia, quæ dent deprehenso aeri reditum. Ob hoc etiam insulas esse certioris soli urbesque eo tutiores, quo propius ad mare accesserunt.

Idem ibid. VII, 5 : *Charimander quoque in eo libro, quem de cometis composuit, ait, Anaxagoræ visum grande insolitumque cœlo lumen magnitudine amplæ trabis, et id per multos dies fulsisse. Talem effigiem ignis longi fuisse Callisthenes tradit antequam Burin et Helicen mare absconderet. Aristoteles ait, non trabem illam, sed cometam fuisse; ceterum ob nimium ardorem non apparuisse sparsum ignem, sed procedente tempore cum jam minus flagraret, redditam suam cometæ faciem. In quo igne multa quidem fuerunt digna quæ notarentur, nihil tamen magis quam quod, ut ille fulsit in cœlo, statim supra Burin et Helicen mare fuit. Numquia ergo Aristoteles non illam tantum, sed omnes trabes cometas esse credebat? Hanc habet is differentiam, quod iis continuus ignis est, ceteris sparsus. Trabes enim flammam æqualem habent nec ullo loco intermissam aut languidam, in ultimis vero partibus coactam, qualem fuisse illam, quam modo rettuli, Callisthenes tradit.*

Hæc placet... causa] « Imprimis Aristoteli (vid. ibid. c. 13), cui sua rursus debet Callisthenes, quique sententiam suam exposuit breviter in libro De mundo c. 4, copiose accurateque in Meteorolog. II, 6 et 8. Cf. præter ipsum Senecam Plin. H. N. II, 79—82, Plutarch. De placit. phil. III, 15, Ammian. Marcell. XVII, 7, 9-14, et qui nostra ætate veterum de terræ motu ejusque causis placita diligenter composuit J. L. Ideler in ed. Arist. Meteorol. I, p. 582 sqq. » Westermann. — De ruina Buræ et Helices cf. præter Aristotelem (De mund. c. 4, Meteorol. I, 6, 8 sqq.; II, 8, 9. 43) Polyb. II, 41, 7; Diodor. XV, 48; Strabo I, p. 54, 59. VIII, p. 384; Pausan. VII, 25, 4, 8; Ælian. H. An. XI, 19.

9.

Cicero De divin. I, 34 : *Quid? Lacedæmoniis paullo ante Leuctricam calamitatem quæ significatio facta est, quum in Herculis fano arma sonuerunt, Herculisque simulacrum multo sudore manavit? At eodem tempore Thebis, ut ait Callisthenes, in templo Herculis valvæ clausæ repagulis subito se ipsæ aperuerunt, armaque, quæ fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi inventa. Quumque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res divina fieret gallos gallinaceos in eo loco sic assidue canere cœpisse, ut nihil intermitterent. Tum augures dixisse Bœotios, Thebanorum esse victoriam propterea quod avis illa victa silere soleret, canere si vicisset. Eademque tempestate multis signis Lacedæmoniis Leuctricæ pugnæ* (Ol. 102, 2. 371) *calamitas denuntiabatur. Namque et Lysandri, qui Lacedæmoniorum clarissimus fuerat, statuæ quæ Delphis, stabat in capite corona subito exstitit ex asperis herbis et agrestibus, stellæque aureæ, quæ Delphis erant a Lacedæmoniis positæ post navalem illam victoriam Lysandri, quo Athenienses conciderunt* (*qua in pugna quia Castor et Pollux cum Lacedæmoniorum classe visi esse dicebantur, eorum insignia deorum, stellæ aureæ, quas dixi, Delphis positæ*), *paullo ante Leuctricam pugnam deciderunt neque repertæ sunt. Maximum vero illud portentum iisdem Spartanis fuit, quod, quum oraculum a Jove Dodonæo petivissent de victoria sciscitantes, legatique illud in quo inerant sortes collocavissent, simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, et sortes ipsas et cetera quæ erant ad sortem parata disturbavit et aliud alio dissipavit. Tum ea quæ proposita erat oraculo sacerdos dixisse dicitur, de salute Lacedæmoniorum esse, non de victoria cogitandum.*

Cf. Idem ib. II, 25 et 26; Xenoph. Hell. VI, 4, 7; Diodor. XV, 53, quem sua ex Callisthene sumpsisse videri monet Wesseling.; Polyæn. Strateg. II, 3, 8; Plutarch. De Pyth. orac. c. 8.

10.

Strabo VIII, p. 362, postquam dixit Tyrtæum in Eunomia dicere se Erineo profectum esse in Peloponnesum, ita pergit : ὥστε ἢ ταῦτα ἠκύρωται τὰ ἐλεγεῖα ἢ Φιλοχόρῳ ἀπιστητέον τῷ φήσαντι Ἀθηναῖόν τε καὶ Ἀφιδναῖον, καὶ Καλλισθένει καὶ ἄλλοις πλείοσι τοῖς εἰποῦσιν ἐξ Ἀθηνῶν ἀφικέσθαι δεηθέντων Λακεδαιμονίων κατὰ χρησμὸν, ὃς ἐπέταττε παρ' Ἀθηναίων λαβεῖν ἡγεμόνα.

Ita hunc locum e codd. constituit Cramer. Comment. crit. de codd. Strab. p. 40. Vulgatam vide in Philoch. fr. 55. « Messeniaci belli, ut mihi quidem videtur, Callisthenes memoriam redintegravit ad Ol. 102, 3. 370, quo anno Messenii restituti sunt. Diodor. XV, 66; Pausan. IV, 27, 5. Strabo autem quum dicit, errare aut Tyrtæum aut quos laudat historiæ scriptores, nec ipsa verba Tyrtæi recte intelligit, et miscet quæ diversa sunt. Tyrtæus enim dicit, sese Erineo in Peloponnesum venisse; sed aliud est quod hinc Strabo colligit, εἶναι ἐκεῖθεν. Deinde Erineum sine dubio Strabo intelligit eam, quæ una fuit ex quattuor Doriensium urbibus (de qua IX, p. 427; X, p. 475); sed in Attica quoque fuisse locum eodem nomine appellatum testis est Pausan. I, 38, 5. » *Westermann.* Hariolatur Franck.in Callino p. 294. Ex eadem Callisthenis narratione sumpta quæ sequuntur.

10. Igitur aut his versibus elegiacis auctoritas derogatur, aut fides habenda non est Philochoro, qui Tyrtæum Athenien-

sem vel Aphidnæum dicit, et Callistheni aliisque pluribus, qui produnt Athenis eum venisse Lacedæmoniorum rogatu oraculo jussorum ducem ab Atheniensibus sumere.

11.

Polybius IV, 33 init. : Οἱ γὰρ Μεσσήνιοι, πρὸς ἄλλοις πολλοῖς, καὶ παρὰ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου βωμὸν ἀνέθεσαν στήλην ἐν τοῖς κατ' Ἀριστομένην καιροῖς, καθάπερ καὶ Καλλισθένης φησὶ, γράψαντες τὸ γράμμα τοῦτο·

Πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆϊ
εὗρε δὲ Μεσσήνη σὺν Διΐ τὸν προδότην
ῥηϊδίως. Χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον.
Χαῖρε Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ σάω Ἀρκαδίαν.

Cf. Pausan. IV, 22, 4. Müller. *Dor.* I, p. 150, 151.

E LIBRO QUINTO

12.

Eustratius ad Aristotel. Ethic. IV, 8, p. 54 b : Ἱστορεῖ Καλλισθένης ἐν τῇ πρώτῃ (?) τῶν Ἑλληνικῶν, ὅτι, Θηβαίων εἰς τὴν Λακωνικὴν εἰσβαλλόντων, ἔπεμψαν Λακεδαιμόνιοι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους συμμαχίας δεόμενοι, λέγοντες ἐπ' Ἀθηναίων, ὅσα μὲν τοὺς Ἀθηναίους οἱ Λακεδαιμόνιοι πεποιήκασιν εὖ, τούτων ἐπελάθοντο ἑκόντες, ἃ δ' αὐτοὶ χρηστὰ πρὸς Ἀθηναίων ἐπεπόνθεσαν, τούτων ἐμέμνηντο, ὡς διὰ τούτων αὐτοὺς ἐπαξόμενοι πρὸς τὴν συμμαχίαν μᾶλλον.

Res fragmento nostro (quod fugit Westermannum et Geierum) memoratas ad Ol. 102, 4 (369) rectissime refert Clinton. in F. H. III, p. 294 Cf. etiam Schneider. ad Xenoph. Hell. VI, 5, 33. Igitur nisi forte data occasione præter ordinem chronologicum mentionem ejus Callisthenes injecerit (quod parum probabile), non video quomodo tueri possis verba ἐν τῇ πρώτῃ Ἑλληνικῶν. Scripserim ἐν τῇ πέμπτῃ.

13.

Athenæus X, 452, A : Τοιοῦτόν τι καὶ Καλλισθένης ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς φησιν, ὡς Ἀρκάδων πολιορκούντων Κρῶμνον, (πολίχνιον δ' ἐστὶν ἱδρυμένον πλησίον Μεγάλης πόλεως), Ἱππόδαμος ὁ Λάκων, εἷς ὢν τῶν πολιορκουμένων, διεκελεύετο τῷ παρὰ Λακεδαιμονίων πρὸς αὐτοὺς ἥκοντι κήρυκι, δηλῶν ἐν αἰνιγμῷ τὴν περὶ αὐτοὺς κατάστασιν, ἀπαγγέλλειν τῇ μητρὶ λύεσθαι τὸ γύναιον δέχ' ἡμερῶν τὸ ἐν Ἀπολλωνίῳ δεδεμένον· ὡς οὐκ ἔτι λύσιμον ἐσόμενον, ἐὰν αὐτὰς παρέλθωσι. Καὶ διὰ ταύτης τῆς γνώμης ἐμήνυε σαφῶς τὸ μήνυμα. Αὕτη γάρ ἐστιν ἐν τῷ Ἀπολλωνίῳ παρὰ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος θρόνον διὰ γραφῆς ἀπομεμιμημένος Λιμὸς, ἔχων γυναικὸς μορφήν. Φανερὸν οὖν ἐγένετο πᾶσιν, ὅτι δέκα ἡμέρας ἔτι καρτερῆσαι δύνανται οἱ πολιορκούμενοι διὰ τὸν λιμόν. Συνέντες οὖν οἱ Λάκωνες τὸ λεχθὲν ἐβοήθησαν κατὰ τάχος τοῖς ἐν τῇ Κρώμνῃ.

« Idem narrat Polyæn. Strateg. II, 15, sed oppidum ab Arcadibus obsessum Prasias vocat, quod erat τῆς Λακωνικῆς πόλισμα ἐπιθαλάσσιον, ut ait Thucyd. II, 56, aliisque dicitur Brasiæ. Cromna ut Peloponnesi urbs a Stephano Byz. memoratur, sed Κρῶμοι dicitur Pausan. VIII, 3, 4 et 27, 4 [adde 34, 6]. Verum Tzetzes ad Lyc. 522, ubi legitur : Κρώμνα δὲ χωρίον Κορίνθου, ἐξ οὗ οἱ στρατεύσαντες, φησὶν, οἱ περὶ Ἰδαν; aperte Cromyonem cum Cromna commutavit. Cf. Pausan. II, 1, 3. De ipsa hujus urbis obsidione nihil compertum habeo; sed licet tamen suspicari, eam aut ex rebus Messeniorum, quibuscum conjunctissimi semper Arcades fue-

11. Messenii enim, ut alia omittam, etiam ad Jovis Lycæi aram, temporibus Aristomenis, columnam dedicarunt, in qua, teste Callisthene, hujusmodi epigramma fuit insculptum :

Injustum regem tempus non sivit inultum :
Messenæ inventus cum Jove proditor est
perfacile : haud poterat perjurus fallere numen
Juppiter, o salve, protege et Arcadiam.

12.

E LIBRO QUINTO.

Callisthenes Hellenicorum libro primo (*quinto*) narrat Lacedæmonios, Thebanis Laconiam invadentibus, ad Athenienses societatis ineundæ causa legatos misisse, qui coram populo dixissent, quæcunque Lacedæmonii in Athenienses bona contulissent, eorum oblivisci se lubentes, verum quæ ipsi ab Atheniensibus commoda experti essent eorum meminisse, ut ita eos tanto facilius ad contrahendum societatis fœdus adducerent.

13.

Callisthenes in Historiis Græcis narrat, Arcadibus Cromnum (sive Cromnam) obsidentibus (quod est oppidulum haud procul a Megalopoli situm) Hippodamum Lacedæmonium, unum ex his, qui in oppido inclusi erant, præconi qui ad illos a Lacedæmoniis venerat, statum in quo essent res oppidi ænigmate significantem mandasse, nuntiaret matri, ut solveret intra decem dies mulierculam in Apollinis templo vinctam : nec enim amplius fieri posse ut solvatur, si illos prætermisissent. Quo dicto perspicue declaravit id quod illis nuntiari voluerat. Est enim mulierula illa Fames, cujus imago in Apollinis templo muliebri forma picta juxta dei solium suspensa erat. Quare perspicuum erat omnibus, per decem adhuc dies famem tolerare posse oppidanos. Quod quum Spartani intellexissent, auxilium ferre Cromniis festinarunt.

runt (cf. Pausan. IV, II, 1, 14, 8. VIII, 5, 10. 6, 1), aut ex ipsorum Arcadum, quas cum Lacedæmoniis inprimis Ol. 102, 2 sq. habuerunt, simultatibus esse repetendam. » WESTERM. Verba Stephani Byz. l. l. sunt : Κρώμνα Πελοποννήσου πόλις, ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς καὶ πληθυντικῶς, ἀπὸ Κρώμνου τοῦ Λυκάονος. Formam Κρῶμνος habes apud Xenophont. Hell. VII, 4, 21, quo loco de hac urbe ab Archidamo rege capta et Lacedæmoniorum præsidio firmata, deinde vero ab Arcadibus obsessa fuse admodum exponit (c. 4, 19—26); de iis tamen quæ ex Callisthene afferuntur, nihil ap. Xenophontem legitur. Secundum Plutarch. De vitioso pud. c. 16, p. 648 Didot., Archidamus Nicostratum Argivum ad prodendam *Cromnum* urbem adducere studuit. Res pertinet ad Ol. 104, 1. 364.

14.

Plutarchus Agesil. 34 : Ἐπεὶ γὰρ οἱ Μαντινεῖς αὖθις ἀπέστησαν τῶν Θηβαίων καὶ μετεπέμποντο τοὺς Λακεδαιμονίους, αἰσθόμενος ὁ Ἐπαμινώνδας τὸν Ἀγησίλαον ἐξεστρατευμένον μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ προσιόντα, λαθὼν τοὺς Μαντινεῖς ἀνέζευξε νυκτὸς ἐκ Τεγέας ἄγων ἐπ' αὐτὴν Λακεδαίμονα τὸ στράτευμα, καὶ μικρὸν ἐδέησε παραλλάξας τὸν Ἀγησίλαον ἔρημον ἐξαίφνης καταλαβεῖν τὴν πόλιν. Εὐθύνου δὲ Θεσπιέως, ὡς Καλλισθένης φησίν, ὡς δὲ Ξενοφῶν (Hell. VII, 5, 10), Κρητός τινος ἐξαγγείλαντος τῷ Ἀγησιλάῳ, ταχὺ προπέμψας ἱππέα τοῖς ἐν τῇ πόλει φράσοντα, μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸς παρῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην.

Cf. Diodor. XV, 82 (362 a. C.).

E LIBRO NONO.

15.

Schol. Eur. Hec. 892 : Καλλισθένης ἐν θ' τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει· Ἑάλω μὲν ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς ὡς μέν τινες τῶν ἱστορικῶν ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα (πεποιηκὼς) ὀγδόῃ φθίνοντος· διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα

Νὺξ μὲν ἦην μέσση, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη·

μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατείλειεν.

Plutarch. Camill. 19 : Ἐνήνοχε δὲ καὶ ὁ Θαργηλιὼν μὴν τοῖς βαρβάροις ἐπιδήλως ἀτυχίας· καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ Γρανικῷ τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς Θαργηλιῶνος ἐνίκησε καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης (fr. 4) καὶ Φύλαρχος (fr. 66) ἱστορήκασιν.

Duodecimo Thargelionis die Trojam captam statuerunt Hellanicus, Duris, Dionysius (vel Dinias) Argivus, Lysimachus. Vide Bœckh. ad M. Par. ep. 25; Fischer. Tabb. chron. p. 16 sq. Alii Trojam *Scirophorione* mense eversam dixerunt. Jam Plutarchus De glor. Athen. c. 7 : Τὴν δὲ δωδεκάτην τοῦ Σκιροφοριῶνος ἱερωτέραν ἐποίησεν ὁ Μαντινιακὸς ἀγών. — Hinc profectus Callisthenes de die excidii Trojani dixisse videtur, uti monet Westermannus, addens tamen, « Nisi mavis, quemadmodum Plutarchum in Vita Camilli ab Alliensi, sic et olim Callisthenem a Mantineensi prœlio ad recensendas gravissimas quasque quas Græci retulissent victorias earumque dies indicandas digressum esse. » Ceterum pro libro *nono*, Scaliger in Synagog. p. 376 exhibet librum *secundum*.

Sequuntur fragmenta sedis incertioris.

16.

Plutarch. Aristid. c. 27 : Λυσιμάχου θυγατέρα Πολυκρίτην ἀπολιπόντος, ὡς Καλλισθένης φησὶ, καὶ ταύτῃ σίτησιν, ὅσην καὶ τοῖς Ὀλυμπιονίκαις, ὁ δῆμος ἐψηφίσατο· Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος καὶ Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς καὶ Ἀριστοτέλης

14.

Postquam Mantinenses iterum a Thebanis defecerunt, et acciverunt Lacedæmonios, Epaminondas, ubi Agesilaum rescivit cum exercitu ab urbe profectum accedere, clam Mantinensibus noctu ex Tegea vasis conclamatis in ipsam movit Lacedæmonem; ac nihil propius factum est, quam ut prætervectus alia via Agesilaum vacuam caperet urbem. Verum quum Euthynus Thespiensis, ut Callisthenes tradit (ut Xenophon Cretensis quidam), Agesilao rem nuntiasset, præmisso equite significavit rem civibus, nec multo post ipse est urbem ingressus.

15.

E LIBRO NONO.

Callisthenes libro nono Hellenicorum scribit ita : « Capta Troja est, ut nonnulli historicorum tradunt, die octavo Thargelionis incipientis, secundum auctorem vero Iliadis parvæ die octavo ante finem ejus mensis. Ipse enim poeta excidium urbis definit verbis illis, quibus accidisse rem dicit quo tempore :

Nox erat media splendensque oriebatur luna.

Media autem nocte luna non nisi octavo ante finem mensis die oriri potuerit. »

Mensis Thargelion manifeste erat barbaris infaustus. Nam Alexander Persarum regis præfectos hoc mense superavit ad Granicum. Ejusdem mensis ante finem die septimo Carthaginienses in Sicilia a Timoleonte cladem passi sunt; eodem fere die Ilium quoque captum videtur, uti Ephorus, Callisthenes, Damastes et Phylarchus tradiderunt.

16.

Lysimacho Polycriten filiam relinquente, huic quoque ut Callisthenes tradit, victum e publico præbendum, quemadmodum Olympionicis, populus decrevit. Demetrius vero Phalereus et Hieronymus Rhodius et Aristoxenus mu-

(εἰ δὴ τὸ Περὶ εὐγενείας βιβλίον ἐν τοῖς γνησίοις Ἀριστοτέλους θετέον) ἱστοροῦσι, Μυρτὼ θυγατριδῆν Ἀριστείδου Σωκράτει τῷ σοφῷ συνοικῆσαι, γυναῖκα μὲν ἑτέραν ἔχοντι, ταύτην δ' ἀναλαβόντι χηρεύουσαν διὰ πενίαν καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεομένην. Πρὸς μὲν οὖν τούτους ἱκανῶς ὁ Παναίτιος ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους ἀντείρηκεν.

Athenæus XIII, p. 555, F : Ἐκ τούτων οὖν τις ὁρμώμενος μέμψαιτ' ἂν τοὺς περιτιθέντας Σωκράτει δύο γαμετὰς γυναῖκας, Ξανθίππην καὶ τὴν Ἀριστείδου Μυρτὼ, οὐ τοῦ δικαίου καλουμένου (οἱ χρόνοι γὰρ οὐ συγχωροῦσιν), ἀλλὰ τοῦ τρίτου ἀπ' ἐκείνου· εἰσὶ δὲ Καλλισθένης, Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, Σάτυρος ὁ περιπατητικὸς, Ἀριστόξενος, οἷς τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστοτέλης ἔδωκεν ἱστορῶν τοῦτο ἐν τῷ Περὶ εὐγενείας. ... Ἀντεῖπε δὲ τοῖς λέγουσι περὶ τῶν Σωκράτους γυναικῶν Παναίτιος ὁ Ῥόδιος.

« Plutarchus quo jure Callisthenem eximat ex numero eorum, qui duas Socratem uxores habuisse tradidissent, obscurum est. Sed Myrto eidem recte, ut videtur, Aristidis non est filia, sed neptis (θυγατριδῆ); quamquam filiam ejus fuisse alii crediderunt, temporum illi plane incuriosi, — Socrates enim natus est demum anno proximo post mortem Aristidis [?] — in quibus est Diogenes L. II, 56; qua ex difficultate Athenæus sive is quem sequitur sic sese expedire tentavit, ut poneret Myrto filiam fuisse non Aristidis, cui Justi cognomen erat, sed ejus nepotis demum, cui item fuit nomen Aristidis (Plat. Lach. p. 179, A.). » Hæc Westermannus, qui ibidem pluribus exponit de stemmate Aristidis. De Bigamia Socratis cf. Luzac. p. 54 sqq. Ceterum Mahnius in notis ad Aristoxenum censet Athenæum ante oculos habuisse locum Plutarchi, quem festinantius excerpens aliena miscuerit.

17.

Polybius VI, 45 : Ἐπὶ δὲ τὴν τῶν Κρήτων μεταβάντες (πολιτείαν) ἄξιον ἐπιστῆσαι κατὰ δύο τρόπους, πῶς οἱ λογιώτατοι τῶν ἀρχαίων συγγραφέων, Ἔφορος, Ξενοφῶν, Καλλισθένης, Πλάτων, πρῶτον μὲν ὁμοίαν εἶναί φασι καὶ τὴν αὐτὴν τῇ Λακεδαιμονίων, δεύτερον δ' ἐπαινετὴν ὑπάρχουσαν ἀποφαίνουσιν. Ὧν οὐδέτερον ἀληθὲς εἶναι ἐμοὶ δοκεῖ. Sequentia et quæ reliqua huc pertinent, vide in Ephori fr. 64.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ.

18.

Athenæus XIII, 560, B, C : Καὶ ὁ Κρισαϊκὸς δὲ πόλεμος ὀνομαζόμενος, ὥς φησι Καλλισθένης ἐν τῷ Περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, ὅτε Κιρραῖοι πρὸς Φωκεῖς ἐπολέμησαν, δεκαετὴς ἦν, ἁρπασάντων Κιρραίων τὴν Πελάγοντος τοῦ Φωκέως θυγατέρα Μεγιστὼ καὶ τὰς Ἀργείων θυγατέρας ἐπανιούσας ἐκ τοῦ Πυθικοῦ ἱεροῦ. Δεκάτῳ δὲ ἔτει ἑάλω καὶ ἡ Κίρρα.

Scilicet ut Phocicum bellum, quod Callisthenes enarrandum sibi sumpsit, per decem annos gestum est, sic etiam vetus istud bellum Crissaicum decennale fuisse statuerunt; quod quam verum sit, nos in medio relinquimus.

ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

19.

Athenæus Mechan. p. 2 ed. Mathem. Paris. : Ὁ μὲν ἱστοριογράφος Καλλισθένης φησὶ, δεῖν τὸν γράφειν τι πειρώμενον μὴ ἀστοχεῖν τοῦ προσώπου, ἀλλὰ οἰκείως αὐτῷ τε καὶ τοῖς πράγμασι τοὺς λόγους θεῖναι.

Ex procœmio aliquo sive hujus sive alius operis.

sicus, et Aristoteles (si modo liber De nobilitate inter germanos est Aristotelis libros recensendus) Myrto tradunt Aristidis e filia neptem a Socrate illo sapiente domum acceptam; habuisse quidem cum aliam uxorem, verum hanc recepisse utpote propter paupertatem viduam omniumque rerum egenam. Ceterum refellit hæc abunde Panætius in libris, quos de Socrate scripsit.

Non injuria quispiam arguat eos, qui duas uxores Socratem habuisse prodiderunt, Xanthippen nimirum et Myrto, Aristidis filiam, non Justi illius, quem dicunt (tempora enim repugnant), sed tertii ab illo. Auctores autem ejus rei sunt Callisthenes, Demetrius Phalereus, Satyrus Peripateticus, Aristoxenus : præivit iis Aristoteles, qui in libro De nobilitate id narravit... Contradixit iis, qui de duabus Socratis uxoribus locuti sunt, Panætius.

17.

Nunc ad Cretensium rempublicam conversa oratione, duo circa illam considerare nos operæ pretium fuerit, quæ sunt ab eruditissimis scriptoribus antiquis prodita, Ephoro, Xenophonte, Callisthene, Platone : qui illud primo dixerunt, similem hanc esse atque adeo eandem cum Spartana; deinde laude dignam pronuntiarunt. Quorum neutrum mihi quidem videtur esse verum.

DE BELLO SACRO.

18.

Crissæum bellum quod vocatur, quod Cirrhæi adversus Phocenses gesserunt, ut ait Callisthenes in libro De bello sacro, decennale fuit : inde ortum, quod Cirrhæi Pelagontis Phocensis filiam Megisto et Argivorum filias, ex Pythico templo redeuntes, rapuissent. Decimo vero anno capta etiam Cirrha est.

DE REBUS ALEXANDRI.

19.

Callisthenes historicus dicit scribere aliquid tentantem debere non aberrare a persona sua, sed ratione quæ conveniat ei rebusque gestis sermonem componere.

20.

Strabo XIII, p. 588 : Ἐκαλεῖτο δ' ἡ χώρα αὕτη Ἀδράστεια καὶ Ἀδραστείας πεδίον, κατὰ ἔθος τι οὕτω λεγόντων τὸ αὐτὸ χωρίον διττῶς, ὡς καὶ Θήβην καὶ Θήβης πεδίον καὶ Μυγδονίαν καὶ Μυγδονίας πεδίον. Φησὶ δὲ καὶ Καλλισθένης ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, ὃς πρῶτος Νεμέσεως ἱερὸν ἱδρύσατο, καλεῖσθαι Ἀδράστειαν.

Cf. Steph. Byz. v. Ἀδραστεία, Eustath. ad Il. II, 828; schol. Ap. Rh. I, 1116; Marquardt. *Cyzicus u. sein Gebiet* p. 103 sqq. Westermannus fragmentum ad Periplum pertinere putavit. Geiero Callisthenes de Adrastea regione egisse videtur eo loco ubi de pugna ad Granicum, qui Adrasteam regionem alluit, sermo erat.

21.

Strabo XIII, p. 627 : Φησὶ δὲ Καλλισθένης ἁλῶναι τὰς Σάρδεις ὑπὸ Κιμμερίων πρῶτον, εἶθ' ὑπὸ Τρηρῶν καὶ Λυκίων, ὅπερ καὶ Καλλῖνον δηλοῦν τὸν τῆς ἐλεγείας ποιητὴν, ὕστατα δὲ τὴν ἐπὶ Κύρου καὶ Κροίσου γενέσθαι ἅλωσιν.

De prioribus Sardium expugnationibus Westermannus laudat J. C. Cæsar. in Diss. de carm. Gr. eleg. orig. et nat. (Marb. 1837, c. add. 1841) p. 59 sqq., quibus adde quæ ipse Westerm. ad h. l. disputat. De tertia urbis expugnatione v. id. in Epimetr. ad ed. Plut. vit. Solon. p. 80 sqq. et Vœmel. Exercit. chron. de ætate Solonis (Frankf. 1832). Multum tamen abest ut ad liquidum res perducta sit. Alexandro urbs se dedit Ol. 111, 3. 334. Hinc profectus, monente Geiero, Callisthenes ad remotiora ascendit. Cf. Arrian. Exp. Al. I, 17, 3; Plut. Alex. 17; Diodor. XVII, 21 sqq. Callisthenem sapere Geiero videntur maxime verba Arriani l. l. : αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ ναὸν... καὶ οὕτως ἐκέλευσεν.

22.

Strabo XIV, p. 645 : Ἠτύχησε δ' ἡ πόλις (Μίλητος) ἀποκλείσασα Ἀλέξανδρον καὶ βίᾳ ληφθεῖσα, καθάπερ καὶ Ἁλικαρνασσὸς, ἔτι δὲ πρότερον ὑπὸ Περσῶν, καὶ φησί γε Καλλισθένης ὑπ' Ἀθηναίων χιλίαις ζημιωθῆναι Φρύνιχον τὸν τραγικὸν, διότι δρᾶμα ἐποίησε Μιλήτου ἅλωσιν ὑπὸ Δαρείου.

De Mileto a Persis capta v. Herodot. VI, 6, ab Alexandro v. Arrian. Exp. I, 18; Plut. Alex. c. 17; Diodor. XVII, 22, ibiq. interpr.

23.

Strabo XIII, p. 611 : Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῶν Ἁλικαρνασσέων τὰ Πήδασα ὑπ' αὐτῶν (sc. τῶν Λελέγων) ὀνομασθέντα ἦν πόλις, καὶ ἡ νῦν χώρα Πηδασὶς λέγεται. Φασὶ δ' ἐν αὐτῇ καὶ ὀκτὼ πόλεις ᾠκῆσθαι ὑπὸ τῶν Λελέγων πρότερον εὐανδρησάντων, ὥστε καὶ τῆς Καρίας κατασχεῖν τῆς μέχρι Μύνδου καὶ Βαργυλίων, καὶ τῆς Πισιδίας ἀποτεμέσθαι πολλήν. Ὕστερον δ' ἅμα τοῖς Καρσὶ στρατευόμενοι κατεμερίσθησαν εἰς ὅλην τὴν Ἑλλάδα καὶ ἠφανίσθη τὸ γένος. Τῶν δ' ὀκτὼ πόλεων τὰς ἓξ Μαύσωλος εἰς μίαν τὴν Ἁλικαρνασσὸν συνήγαγεν, ὡς Καλλισθένης ἱστορεῖ, Σουάγελα δὲ καὶ Μύνδον διεφύλαξε.

Cf. St. Byz. : Σουάγελα, πόλις Καρίας, ἔνθα ὁ τάφος ἦν τοῦ Καρός, ὡς δηλοῖ καὶ τοὔνομα· καλοῦσι γὰρ οἱ Κᾶρες σοῦαν τὸν τάφον, γέλαν δὲ τὸν βασιλέα. « Hæc eo Callisthenis commentariorum loco fuisse lectitata consentaneum est, quo de Halicarnasso ab Alexandro capta egerat, qua de re cf. Strabo XIV, p. 656; Arrianus Exp. Alex. I, 20—23; Diod. XVII, 24—25; Plutarch. Alex. c. 17; Curtius V, 2 (7), 5; Freinshem. Supplem. ad Curt. II, c. 8—9; Santo-Cruc. *Ex. crit.* p. 242; Tzchuck. ad Pomp. Mel. I, 16, 3; Droysen. *Gesch. Alex.* p. 127 sqq. » Geier..

24.

Ælianus. H. An. XVI, 30 : Ἐν Λυκίᾳ λέγει Καλλισθένης ὁ Ὀλύνθιος κείρεσθαι καὶ τὰς αἶγας, ὥσπερ

20.

Regio hæc (*Troadis*) vocabatur Adrastea et Campus Adrasteæ, more quodam recepto, ut duplex eidem loco nomen esset, sicuti etiam Theben et Thebes Campum, Mygdoniam et Mygdoniæ Campum dicunt. Callisthenes Adrasteam ab Adrasto rege denominatam ait, qui primus Nemesi templum dedicavit.

21.

Callisthenes Sardes captas ait primum a Cimmeriis; deinde a Treribus et Lyciis, idque Callinum quoque elegiacum poetam declarare; postremo autem Cyri Crœsique temporibus.

22.

Infortunium habuit Miletus urbs, quum Alexandrum exclusit et vi capta est, sicuti Halicarnassus quoque. Eadem antea etiam a Persis capta. Atque narrat Callisthenes Phrynichum tragicum mille drachmis esse ab Atheniensibus mulctatum, quod captam a Dario Miletum fabulæ argumentum fecisset.

23.

In mediterraneis autem Halicarnassensium ditionis Pedasa urbs fuit a Lelegibus nominata, et quæ nunc regio Pedasis dicitur. In ea octo urbes frequentatas dicunt a Lelegibus, qui hominum multitudine olim polluerint, adeo ut etiam Cariæ partem tenerent, quæ Myndum usque et Bargylia porrigitur, bonamque etiam Pisidiæ partem occuparent. Postea cum Caribus in bellum profecti divisi sunt per totam Græciam et gens ipsa deleta est. De octo autem urbibus sex Mausolus in unam Halicarnassum conduxit, ut Callisthenes refert : Suagela et Myndum (*hodie Mendes*) integras reliquit.

24.

Callisthenes Olynthius capras in Lycia, ut alibi oves, dicit tonderi : esse enim densissimo et prolixissimo hirsutas

οὖν πανταχῆ τὰ πρόβατα· γίνεσθαι γὰρ δασυτάτα καὶ εὐτριχας δεινῶς τὰς αἶγας, ὡς εἰπεῖν βοστρύχους ἤ τινας ἕλικας κόμης ἐξηρτῆσθαι αὐτῶν· καὶ μέντοι καὶ τοὺς τεχνίτας τῆς τῶν νεῶν ἐργασίας καταχρῆσθαι αὐταῖς τὰς σειρὰς συμπλέκοντας, ὡς καὶ τοὺς κάλους ἄλλοι.

« Idem de Lyciæ capris tradit Aristot. H. An. VIII, 27, 3. Schneider comparat Plin. VIII, 50, 76. Varro R. R. II, 11, de capris Ciliciæ, quas descripsit Busbeck. in Epist. fol. 31. Linnæo capra dicitur Angorica. Cf. etiam Pallas in Zool. Ross. I, p. 128 sq. » Jacobs.

25.

Eustath. in Il. XIII, 29 : Καλλισθένης τὸ Παμφύλιον πέλαγος Ἀλεξάνδρου παριόντος... ἐξυπαναστῆναι λέγει αἰσθόμενον οἷον τῆς ἐκείνου πορείας καὶ οὐδ' αὐτὸ ἀγνοῆσαν τὸν ἄνακτα, ἵνα ἐν τῷ ὑποκυρτοῦσθαί πως δοκῇ προσκυνεῖν.

Cf. Schol. Victor ad h. l. p. 355 Bekk. : Ἀλεξάνδρῳ φησὶ τὸ κατὰ Παμφυλίαν πέλαγος [διαστῆναι] Καλλισθένης. De eadem re Plutarch. Alex. 17 : Ἡ δὲ τῆς Παμφυλίας παραδρομὴ πολλοῖς γέγονε τῶν ἱστορικῶν ὑπόθεσις γραφικὴ πρὸς ἔκπληξιν καὶ ὄγκον, ὡς θείᾳ τινὶ τύχῃ παραχωρήσασαν Ἀλεξάνδρῳ τὴν θάλασσαν, ἄλλως ἀεὶ τραχεῖαν ἐκ πελάγους προσφερομένην, σπανίως δέ ποτε λεπτοὺς καὶ προσεχεῖς ὑπὸ τὰ κρημνώδη καὶ παρερρωγότα τῆς ὀρεινῆς πάγους διακαλύπτουσαν. Δηλοῖ δὲ καὶ Μένανδρος (fr. 39, p. 60 ed. Dübn.) ἐν κωμῳδίᾳ παίζων πρὸς τὸ παράδοξον.... Αὐτὸς δ' Ἀλέξανδρος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς οὐδὲν τοιοῦτον τερατευσάμενος ὁδοποιῆσαί φησι λεγομένην Κλίμακα καὶ διελθεῖν ὁρμήσας ἐκ Φασηλίδος.

Cf. Arrian. Exp. I, 26, 1; Strabo XIV, p. 666; Joseph. Antiq. II, 7; Appian. Bell. civ. II, 149; Seneca Suas. I, 8; Ste-Croix, *Exam. crit.* p. 243; Droysen. *Alex.* p. 140.

26.

Strabo XIV, p. 667 : Φασὶ δ' ἐν τῷ μεταξὺ Φασηλίδος καὶ Ἀτταλείας δείκνυσθαι Θήβην τε καὶ Λυρνησσὸν, ἐκπεσόντων ἐκ τοῦ Θήβης πεδίου τῶν Τρωικῶν Κιλίκων εἰς τὴν Παμφυλίαν ἐκ μέρους, ὡς εἴρηκε Καλλισθένης.

27.

Schol. Apoll. Rh. II, 936, de Parthenio fl. Paphlagoniæ : Παρθένιον δέ φησιν αὐτὸν ὠνομάσθαι Καλλισθένης διὰ τὸ τὴν Ἄρτεμιν ἐν αὐτῷ λούεσθαι. Ἔνιοι δὲ διὰ τὸ στάσιμον τοῦ ῥεύματος καὶ ἥρεμον φασὶν οὕτω προσαγορεύεσθαι. Quæ hunc in modum contracta sunt in cod. Par. : Κληθῆναι δέ φησι Κ. οὕτω διὰ τὸ στάδιον καὶ ἡσυχον τοῦ ῥεύματος. Cf. Steph. Byz. : Παρθένιος ἐκλήθη δ' ἐκ τοῦ συνεχῶς περὶ αὐτὸν τὴν παρθένον Ἄρτεμιν κυνηγετεῖν ἢ διὰ τὸ ἠρεμαῖον καὶ παρθενῶδες τοῦ ῥεύματος κτλ. Schol. Hom. Il. II, 855, ubi eadem, quæ Callisthenes posuit; Scymnus Chius v. 974 ed. Letronn. : Ὁ Παρθένης... καταφέρων ῥεῖθρον ἡσυχώτατον... ἐν αὐτῷ δὲ λόγος Ἀρτέμιδος εἶναι λουτρὸν ἐπιφανέστατον. (Scymnus inter auctores suos recensuit etiam Callisthenem, uti patet ex Manuscr. Regio, ubi v. 124 supersunt literæ Καλλισθεν... V. Miller. *Marcien de Héracl.* p. 293. Letronne *Scymnus* p. 342.) Strabo XII, p. 543; Forbiger. *Alte Geogr.* II, p. 100, et qui ibi laudantur. Fragmentum ex eodem loco petitum videtur ad quem sequentia pertinent

28

Strabo XII, p. 542 : Τοὺς δὲ Καύκωνας, οὓς ἱστοροῦσι τὴν ἑφεξῆς οἰκῆσαι παραλίαν τοῖς Μαριανδυνοῖς μέχρι τοῦ Παρθενίου ποταμοῦ, πόλιν ἔχοντας τὸ Τίειον, οἱ μὲν Σκύθας φασὶν, οἱ δὲ τῶν Μακεδόνων τινὰς, οἱ δὲ τῶν Πελασγῶν.... Καλλισθένης δὲ καὶ ἔγραφε τὰ ἔπη ταῦτα εἰς τὸν διάκοσμον, μετὰ τὸ (Il. II, 855)

Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους,

τιθεὶς

Καύκωνας αὖτ' ἦγε Πολυκλέος υἱὸς ἀμύμων,
οἳ περὶ Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον.

Παρήκειν γὰρ ἀφ' Ἡρακλείας καὶ Μαριανδυνῶν μέχρι Λευκοσύρων, οὓς καὶ ἡμεῖς Καππάδοκας προσαγορεύο-

capillo, ut cincinnos et capillorum quasi capreolos implexos ab iis dependere diceres; navium quoque fabros ex iis funes contexere, sicuti rudentes alii.

25.

Narrat Callisthenes mare Pamphylium prætereunti Alexandro exsurrexisse, quasi viam illius sentiens neque ipsum regem ignorans, ut obliquando se adorare eum quodammodo videretur.

26.

Inter Phaselidem et Attaleam monstrari aiunt Theben et Lyrnessum : nimirum Cilices Trojani Thebes Campo ejecti ex parte in Pamphyliam venerunt, uti tradit Callisthenes.

27.

Parthenium (*i. e. Virginalem*; *nunc : Partine vel Bartansu*) fluvium inde nomen habere Callisthenes dicit, quod Diana (*virgo*) in eo lavaretur.

28.

Caucones, quos narrant accolere oram deinceps a Mariandynis maritimam usque ad Parthenium fluvium, urbemque habere Tieum, alii Scythas faciunt, alii Macedonum quosdam, nonnulli etiam Pelasgorum... Callisthenes vero etiam in recensionem Homericam post versum :

Cromnamque Ægialumque et sublimes Erithynos,

ista posuit :

Caucones duxit proles generosa Polyclis,
circa Parthenium sedes quibus obtigit amnem ·

nam ab Heraclea et Mariandynis juxta oram porrigi usque ad Leucosyros, quos etiam nos Cappadoces vocamus : Cauconum autem gentem circa Tieum usque ad Parthenium flumen :

μεν· τὸ δὲ τῶν Καυκώνων γένος τὸ περὶ τὸ Τίειον μέχρι Παρθενίου καὶ τὸ τῶν Ἑνετῶν τὸ συνεχὲς μετὰ τὸν Παρθένιον τῶν ἐχόντων τὸ Κύτωρον· καὶ νῦν δ' ἔτι Καυκωνῖτας εἶναί τινας περὶ τὸν Παρθένιον.

« Repetit versus a Callisthene insertos Eustath. ad Il. XX, 329, p. 1288, qui et in var. lect. ponit Ἄμειβος pro ἀμύμων et κατὰ pro κλυτά. Sed male invexit Callisthenes, si suo loco reliquit versum plane geminum 854 : ἀμφί τε Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον. Ut credam hunc eum ejecisse. Caucones autem Trojanorum sociis adjecit maxime, ut videtur, propter Iliad. XX, 329, horumque caussa Heracleam Mariandynosque nominavit; hinc enim Caucones habitabant usque ad Parthenium. » Westerm. Ceterum cf. Wolf. Proll. p. 261.

29.

Strabo XIV, p. 680 : Φήσας δὲ (Ἀπολλόδωρος) ἀγνώτων τινῶν μεμνῆσθαι τὸν ποιητὴν, Καύκωνας μὲν ὀρθῶς λέγει καὶ Σολύμους καὶ Κητείους καὶ Λέλεγας καὶ Κίλικας τοὺς ἐκ Θήβης πεδίου· τοὺς δ' Ἀλιζῶνας αὐτὸς πλάττει, μᾶλλον δ' οἱ πρῶτοι τοὺς Ἀλιζῶνας ἀγνοήσαντες τίνες εἰσί, καὶ μεταγράφοντες πλεοναχῶς καὶ πλάττοντες τὴν τοῦ ἀργύρου γενέθλην καὶ ἄλλα πολλὰ μεγάλα, ἐκλελυμένα ἅπαντα. Πρὸς ταύτην δὲ τὴν φιλοτιμίαν κἀκείνας συνήγαγον τὰς ἱστορίας, ἃς ὁ Σκήψιος τίθησι παρὰ Καλλισθένους λαβὼν καὶ ἄλλων τινῶν οὐ καθαρευόντων τῆς περὶ τῶν Ἀλιζώνων ψευδοδοξίας, ὡς ὁ μὲν Ταντάλου πλοῦτος καὶ τῶν Πελοπιδῶν ἀπὸ τῶν περὶ Φρυγίαν καὶ Σίπυλον μετάλλων ἐγένετο, ὁ δὲ Κάδμου [ἐκ τῶν] περὶ Θρᾴκην καὶ τὸ Παγγαῖον ὄρος, ὁ δὲ Πριάμου ἐκ τῶν ἐν Ἀστύροις περὶ Ἄβυδον χρυσείων, ὧν καὶ νῦν ἔτι μικρὰ λείπεται (πολλὴ δ' ἡ ἐκβολὴ καὶ τὰ ὀρύγματα σημεῖα τῆς πάλαι μεταλλείας), ὁ δὲ Μίδου ἐκ τῶν περὶ τὸ Βέρμιον ὄρος, ὁ δὲ Γύγου καὶ Ἀλυάττου καὶ Κροίσου ἀπὸ τῶν ἐν Λυδίᾳ τῆς μεταξὺ Ἀταρνέως τε καὶ Περγάμου πολίχνης ἐρήμης ἐκμεταλλευόμενα ἐχούσης τὰ χωρία.

« Gravissima est ac lectu dignissima Strabonis de Homeri Halizonibus disputatio 12, p. 549 sqq. et 14, p. 677 sqq. Scilicet Homerus Iliad. 2, 856 sq. de eis hæc habet :

Αὐτὰρ Ἀλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

Ac Strabo quidem Halizones istos eosdem esse putat qui suo tempore Chaldæi, antiquo Chalybes vocabantur, in Ponto circa Pharnaciam habitantes, quorum in regione etiam tum erant non argenti, sed ferri fodinæ. Jam vero ante eum qui de hoc loco explicarunt, in alia omnia abierunt. Omnium longissime modum excessit Ephorus, qui correxit sic (fr. 87) :

Αὐτὰρ Ἀμαζόνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης, ὅθ' Ἀμαζονίδων γένος ἐστί,

Amazones ponens in locis inter Mysiam, Cariam et Lydiam. Alii Ἀλαζώνων dederunt pro Ἀλιζώνων (Alazones Scythiæ populus, Herodot. 4, 17), Ἀλόβης pro Ἀλύβης. Demetrius Scepsius autem usus maxime est testibus Hecatæo, Menecrate atque Palæphato, quorum primus (fr. 202) Alazones posuit in Bithynia circa Alaziam urbem, alter ibidem juxta Myrleam, tertius in Troade circa Zeleam, ipse denique Demetrius item in Troade circa Scepsin vicinosque pagos Argyriam atque Alaziam. Quos omnes bene refutat Strabo, eo maxime quod τηλόθεν illi venisse dicuntur ab Homero, ac nihili esse demonstrat argumentum quo plurimi usi sint, præ ceteris Apollodorus, in eo positum, ut Trojanis auxilia ex regionibus trans Halyn fluvium venisse non esset consentaneum. Ipse autem Strabo Halizones persuasum habens ponendos esse in eo quo diximus loco, facere non potuit quin hoc qui ignorarent errare diceret omnes, eosdemque male aut Homerum corrigere aut fingere nescio quem Halizonum populum, argenti proventum, alia, et ad hoc commonstrandum ex variis scriptoribus historiolas congerere, quippe ex celeberrimis thesauris, ut videtur, de Halizonum regione conjecturam facientes. Horum hominum non immunium falsarum de Halizonibus opinionum unum Strabo nostro loco nominat quasi omnium ducem auctoremque Callisthenem. Cujus quæ sententia de Halizonibus fuerit quod incertum hoc loco reliquit Strabo valde dolendum est. Sed opportune cecidit, quod alium ejusdem locum (fr. 28) servavit, ex quo conjiciat aliquis propius quam reliquorum Callisthenis sententiam a sententia Strabonis ab-

cui contigua est Henetorum, qui post Parthenium sunt, et Cytorum tenent; atque etiam nunc esse Cauconitas quosdam apud Parthenium.

29.

Fatus deinde (Apollodorus) Homerum ignotos quosdam nominasse, recte profert Caucones, Solymos, Ceteos, Leleges ac Cilices e Thebes Campo : ipse autem Halizones fingit, aut potius ii, qui primi, Halizones ignorantes, varie mutarunt scripturam, et commenti sunt argenti proventum, multaque alia magna quæ futilia sunt omnia. Atque ad hoc studium contulerunt etiam narrationes illas, quas a Callisthene sumptas et quibusdam aliis (Demetrius) Scepsius posuit, non immunibus falsarum de Halizonibus opinionum : scilicet Tantali et Pelopidarum divitias e Phrygiæ metallis et Sipylo fuisse haustas; Cadmi e Thracia et Pangæo monte; Priami ex auri fodinis, quæ apud Abydum sunt in Astyris quorumque exiguæ etiamnum supersunt reliquiæ (multum ibi terræ egestum ac fossæ signa sunt secturarum antiquarum); Midæ e metallis Bermiæ montis; Gygis, Alyattis et Crœsi e Lydiæ metallis apud oppidulum quoddam desertum inter Atarneum et Pergamum, ubi metalla effoderentur.

fuisse. Etenim Strabo p. 542 Callisthenem ait in Iliadis lib. II post v. 855 duos versus addidisse, quibus in copiis a Trojanorum parte stantibus Caucones etiam numerarentur : παρήκειν γὰρ etc... τὸ Κύτωρον (v. fr. 28). Offendit in his maxime Politus ad Eustath. tom. 2, p. 787 : quippe Strabonem neutiquam dicere posse, Caucones ad Cappadoces usque permitti, quum interpositi sint Paphlagones : quam ob causam verbum παρήκειν in προήκειν mutandum et ad ipsum Homerum referendum esse. Sensum probe perspexit Politus, verum mutandum nihil, quum idem significet παρήκειν, h. e. *ire oram legentem*. Itaque procedit Homerus in sociis Trojanorum recensendis secundum litus Pontus Euxini ab Heraclea et Mariandynis usque ad Leucosyros. At nec Heracleam nominat Homerus nec Mariandynos usquam nec Leucosyros, qui et ipsi ad oram usque minime pertinebant. De Heraclea Mariandynisque v. not. ad fr. 28. Leucosyros autem ponit Callisthenes ad sententiam suam accuratius explicandam. Hoc enim vult, procedere Homerum ad eum usque locum, qui fines Leucosyrorum contingat. Sed unde hoc habet Callisthenes? Ex ipsis Homeri verbis sine dubio quæ sequuntur v. 856, αὐτὰρ Ἀλιζώνων etc. Ex quo efficitur, ut Halizones sedes suas habere voluerit inter Paphlagones (nam et hos appellat) et Leucosyros, i. e. in regione fere inter Halyn et Thermodontem sita. Nam si aliis in locis eos collocasset, prorsus non fuisset cur Leucosyrorum mentionem faceret. Quæ quum ita sint, apparet quam prope absit Callisthenes ab ipsa sententia Strabonis. — Sed parum abest quin verear ne frustra hucusque omnia disputata sint. Namque hæ Halizonum sedes mirum quam conveniunt cum ipsis sedibus Amazonum. Quid ergo? Nonne videtur Callisthenes quoque in iis fuisse, qui Amazones pro Halizonibus Homero existimarent esse restituendos? Quam quæstionem licet dirimere non audeam, tamen sic demum intelligo, quomodo Strabo cum reliquis damnarit Callisthenem. Id unum obstat, quod dixit ille de variis thesauris eorumque fontibus; nam cum Halizonibus necesse erat caderet etiam ἀργύρου γενέθλη. Certe non is sum qui credam, metalla circa Cabira prope Thermodontem a Strabone (XII, p. 566) memorata jam Homero nota fuisse et ab Amazonibus exercita. Nisi vis hunc ipsum metallorum indicem eo factum esse consilio, ut appareret in illis regionibus argentum non reperiri, et hinc Halizones, si qui fuissent, alibi quærendos esse. » Westerm. « Ceterum si quæris hæc quomodo cum Alexandri rebus a Callisthene conscriptis cohæreant, eo fortasse loco fuisse commemorata, ubi de Gordii urbis rebus commentatus esset, *Midæ* certe mentione videtur indicari. Cf. Arrian. Exp. Alex. II, 3. Aristobul. fr. 4. » Geier.

30.

Strabo XIII, p. 627. : Καλλισθένης δ' ἐγγὺς τοῦ Καλυκάδνου καὶ τῆς Σαρπηδόνος ἄκρας παρ' αὐτὸ τὸ Κωρύκιον ἄντρον εἶναι τοὺς Ἀρίμους, ἀφ' ὧν τὰ ἐγγὺς ὄρη λέγεσθαι Ἄριμα. Cf. Pindar. Pyth. I, 32. Æschyl. Prom. 351 de Arimis in Cilicia.

31.

Schol. Apollon. Rh. I, 212 : Τὴν δὲ Ὠρειθυίαν Σιμωνίδης ἀπὸ Βριλησσοῦ φησιν ἁρπαγεῖσαν ἐπὶ τὴν Σαρπηδονίαν πέτραν τῆς Θρᾴκης ἐνεχθῆναι· ἔστι γὰρ καὶ τῆς Κιλικίας ὁμώνυμος [ταύτῃ πέτρα cod. Par.], ὡς Καλλισθένης. V. Forbiger. *Geogr.* II, p. 274.

(E LIBRO SECUNDO.)

32.

Suidas v. Σαρδανάπαλλος : Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ τῶν Περσικῶν δύο φησὶ γεγονέναι Σαρδαναπάλους, ἕνα μὲν δραστήριον καὶ γενναῖον, ἄλλον δὲ μαλακόν. Ἐν Νίνῳ δ' ἐπὶ τοῦ μνήματος αὐτοῦ τοῦτο ἐπιγέγραπται· « Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξεως παῖς Ταρσόν τε καὶ Ἀγχιάλην ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ. Ἔσθιε, πῖνε, ὄχευε, ὡς τά γε ἄλλα οὐδὲ τούτου ἐστὶν ἄξια, » τουτέστι τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος· τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας πεποίηται ὡς ἂν ἀποληκοῦν τοῖς δακτύλοις. Ταῦτὸ καὶ ἐν Ἀγχιάλῳ τῇ πρὸς Ταρσῷ ἐπιγέγραπται, ἥτις νῦν καλεῖται Ζεφύριον.

30.

Callisthenes prope Calycadnum et Sarpedonium promontorium ad ipsum Corycium antrum Arimos ponit, a quibus et vicini montes Arimi dicantur.

31.

Orithyiam Simonides e Brilesso raptam in Sarpedoniam petram Thraciæ translatam esse dicit. Etiam in Cilicia ejusdem nominis petra est, auctore Callisthene.

32.

Callisthenes secundo (Persicorum) libro duos fuisse dicit Sardanapallos, alterum strenuum virum fortemque, alterum mollem. In monumento ejus, quod Nini (s. Ninive) est, hæc legitur inscriptio : « Sardanapallus, Anacyndaraxei filius, uno die ædificavit Tarsum et Anchialum. Ede, bibe, coi; nam reliqua facienda sunt ne tantilli quidem; » id est : ne crepitus quidem digitorum. Etenim signum, quod impositum monumento, ita factum est, ut manus supra caput erectas habeat, et concrepare digitis videatur. Idem inscriptum est monumento, quod est in Anchiale urbe, prope Tarsum sita, quæ nunc vocatur Zephyrium.

Persica Callisthenis grammatici aliena confundentis esse figmentum dixi in Introductione. Ex Callisthene neque Nili fluxerit mentio, neque Sardanapallorum duorum : hæc potius Hellanici fuerint. — WESTERMANNUS : « Totum locum ex Callisthene expressum esse nego ac pernego ; falsa sunt enim quæ his verbis de Sardanapali monumento traduntur ac talia quæ ab ipso Alexandri comite proficisci nullo modo potuerunt. Qua in re non multum profecerunt Ste Croix *Exam. crit.* p. 247 et 854, quosque ibi laudat et qui de sepulcrali Sardanapali inscriptione disputavit I. G. Hubmannus in Jahnii *Archiv.* III, 1. p. 126 sqq. Cf. etiam Schneidewin. *Fragm. griech. Dichter aus einem Papyrus* p. 13 sq. Nobis vero paucis rem transigendi potestatem fecit Nækius egregia disputatione in Chœrili fragm. p. 196—256. Scilicet falsum est et quod ad Ninum urbem refertur inscriptio quæ erat Anchialæ, et quod eadem utroque loco fuisse dicitur. Nam quæ Nini erat, alteri aliquatenus sane gemina, Sardanapali sepulcro imposita erat, scripta literis Chaldaicis : sensum ejus prosa oratione græce expressit Amyntas in Stationum libro tertio ap. Athen. XII, p. 529, F, in versus transtulit Græcus aliquis (Diodor., II, 23), Amynta teste Chœrilus (Iasensis, unus ex comitibus Alexandri), et quidem, uti Nækius docet p. 510, ita ut duos ignoti auctoris jam ante ex eodem fonte vulgatos versus (seorsim adhibitos a Polybio VIII, 12; Plutarch. De Alex. fort. 1, 9, De sui laude c. 17; Strabon. XIV, p. 672, — cf. Krameri Diss. crit. de Strabon. codd. p. 47, — Steph. Byz. v. Ἀγχιάλη, Suida, aliis, et latine expressos a Cicer. Tusc. V, 35.) paullulum immutatos in suum epigramma reciperet. Hoc integrum præbent ex Chrysippo Athenæus VIII, p. 336, A, Schol. Arist. Av. v. 1022, Eudocia p. 372, omisso versu septimo Strabo l. l. et Anthol. Pal. I, p. 399, sexto quoque Diodorus l. l. et Tzetzes Chil. III, 453 sqq. Ab hac inscriptione diversa erat altera eaque brevior, Assyricis litteris scripta atque imposita monumento ad Anchialen erecto cum simulacro Sardanapali. De hac Aristobulus egit testis gravissimus, ap. Athen. XII, p. 530, B (Aristob. fr. 6). Quocum in inscriptionis forma ad verbum conspirant Strabo et Stephanus ll. ll., præterquam quod prior rectius Σ. ὁ Ἀνακυνδαράξεω, alter male Σ. ὁ Κυνδαράξεω, et deinde ἔδειμεν ἐν ἡμέρᾳ μιῇ. Atque universim quidem reliqui quoque, qui inscriptionem illam protulerunt, consentiunt; in singulis autem item discrepant, adeo ut ejusdem diversas quasi recensiones fuisse appareat. Scilicet, ut leviora mittam, σὺ δ' ante ἔσθιε inserunt Apostolius et Arsenius, ὄγευε habent pro παῖζε iidem; Suid. s. v. Σαρδ. et Ὀχεύω, Schol. Aristophanis, Photius, Append. proverbiorum, extrema verba sic repræsentant, ὡς τά γε ἄλλα οὐδὲ (οὐ Suid. s. v. Ὀχεύω) τούτου ἐστὶν ἄξια (Apost. Phot. Arsen. Append.), aut ὡς τἆλλα οὐδενός ἐστιν ἄξια (Schol. Arist.), aut ὡς τά γε ἄλλα οὐδενός ἐστιν ἄξια (Suid. s. v. Ὀχ.). Omnium maxime vero interpolatoris manum experta est inscriptio apud Arrianum (ex quo correctus Suidæ cod. E. et edd. s. v. Σαρδ. ante Gaisford.) Exp. Alex. II, 5, 4 (Aristob. fr. 6). In his aperte falsa sunt, ut Nækius docet p. 249 sqq., quæ scripsit Arrianus de manibus complosis. Ambas Sardanapali manus erectas fuisse asseverant Suidas, Photius, Apostolius, Arsenius, Auctor appendicis proverbiorum; verum eosdem non de plausu manuum, sed de digitorum crepitu cogitavisse intelligitur ex vocabulo ἀποληκοῦν, quod explicandi caussa usurpant Suidas, Photius atque Parœmiographus, quodque interpretatur rursus Suidas s. v. Ἀναποληκοῦν, τὸ εἴδωλον κροτοῦν τοῖς δακτύλοις. Rem conficit Aristobulus, qui dicit repræsentatum esse hominem συμβεβληκότα τῆς δεξιᾶς χειρὸς τοὺς δακτύλους ὡς ἂν ἐπικροτοῦντα. Sed quid læva faciamus? Recte Nækius (p. 251), Sardanapali statua, inquit, utramque manum erectam habuit, dextram eo modo compositam, ut digitis concrepare videretur, sinistram extensam, quo monstraret quasi, quod inscriptio dicebat, τἆλλα. His adde Suid. s. v. Ὀχεύω.... τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα... ἀνεζωσμένον Λυδιστί, μαρμάρεον τὴν ὕλην. — Vides jam, quo jure antea negaverim, ex ipsis Callisthenis libris deprompta esse, quæ de ista inscriptione memoriæ tradidissent Suidas atque reliqui. Callisthenem secundo Persicorum libro de illo monumento verba fecisse, quo ducit injecta Sardanapali mentio, persuasum quidem est; sed qui ipse viderat monumentum Anchialeum, nullo modo potuit tam turpiter errare, ut id non Anchialæ, sed Nini esse diceret. Quamobrem confusio ista sine dubio ipsis grammaticis debetur; in quem errorem homines incautos incidisse non mirabere, si memineris, ab eodem non cavisse auctorem longe graviorem, Strabonem, et qui ab eo, ut videtur, pendet, Stephanum Byzantium. » De duobus Sardanapallis cf. Hellanicus fr. 158; Fragm. Chronol. p. 167. Ctesias fr. 20 not.; O. Müller. *Rhein. Mus.* III, 1, p. 29; Hupfeld. Exercit. Herodot. De Regno Assyr. p. 29 sqq. Præ ceteris tamen de toto hoc loco jam adeundus est Movers. *Phœnizien*, tom. 1, p. 464 sqq. — Ζεφύριον. Hanc urbem a Tarso recte distinguit Steph. Byz. v. Ἀγχιάλη· De situ urbis v. Forbiger. *Geogr.* II, p. 288 sq. et quos laudat.

33.

Polybius XII, c. 17 : ** Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν τῶν τηλικούτων ἀνδρῶν καταξιοπιστεύεσθαι, μνησθησόμεθα μιᾶς παρατάξεως, ἣν ἅμα μὲν μίαν ἐπιφανεστάτην εἶναι συμβέβηκεν, ἅμα δὲ τοῖς καιροῖς οὐ μακρὰν ἀπηρτῆσθαι, τὸ δὲ μέγιστον παρατετευχέναι τὸν Καλλισθένη. Λέγω δὲ περὶ τῆς ἐν Κιλικίᾳ γενομένης Ἀλεξάνδρῳ πρὸς Δαρεῖον· ἣν ᾗ φησὶ μὲν Ἀλέξανδρον ἤδη διαπεπορεῦσθαι τὰ στενὰ καὶ τὰς λεγομένας ἐν τῇ Κιλικίᾳ Πύλας, Δαρεῖον δὲ χρησάμενον τῇ διὰ τῶν Ἀμανίδων λεγομένων Πυλῶν πορείᾳ καταῦραι μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Κιλικίαν. Πυθόμενον δὲ παρὰ τῶν ἐγχωρίων, προάγειν τὸν Ἀλέξανδρον ὡς ἐπὶ Συρίαν, ἀκολουθεῖν καὶ συνεγγίσαντα τοῖς στενοῖς στρατοπεδεῦσαι παρὰ τὸν Πίναρον ποταμόν. Εἶναι δὲ τοῦ μὲν τόπου τὸ διάστημα οὐ πλείω τῶν τεττάρων καὶ δέκα σταδίων ἀπὸ θαλάττης ἕως πρὸς τὴν παρώρειαν. Διὰ δὲ τούτου φέρεσθαι τὸν προειρημένον ποταμὸν ἐπικάρσιον, ἀπὸ μὲν τῶν ὀρῶν εὐθέως ἐκρήγματα [πολλὰ ποιοῦντα] τῶν πλευρῶν, διὰ δὲ τῶν ἐπιπέδων ἕως εἰς θάλασσαν ἀποτόμους ἔχοντα καὶ δυσβάτους λόφους. Ταῦτα δ' ὑποθέμενος, ἐπεὶ συνεγγίζοιεν οἱ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐξ ὑποστροφῆς ἐπ' αὐτούς ἀναχωροῦντες, κρῖναί φησι Δαρεῖον καὶ τοὺς ἡγεμόνας τὴν μὲν φάλαγγα τάξαι πᾶσαν ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς εἶχε, χρήσασθαι δὲ τῷ ποταμῷ προβλήματι διὰ τὸ παρ' αὐτὴν ῥεῖν τὴν στρατοπεδείαν. Μετὰ δὲ ταῦτά φησι τοὺς μὲν ἱππεῖς τάξαι παρὰ θάλατταν, τοὺς δὲ μισθοφόρους ἐξῆς τούτοις παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἐχομένους τούτων, τοὺς δὲ πελταστὰς συναπτοντας τοῖς ὄρεσι.

(Cap 18.) Πῶς δὲ προέταξε τούτους πρὸ τῆς φάλαγγος τοῦ ποταμοῦ ῥέοντος παρ' αὐτὴν τὴν στρατοπεδείαν, δυσχερὲς κατανοῆσαι, καὶ ταῦτα τῷ πλήθει τοσούτων ὑπαρχόντων. Τρισμύριοι μὲν γὰρ ἱππεῖς ὑπῆρχον, ὡς αὐτὸς ὁ Καλλισθένης φησὶ, τρισμύριοι δὲ μισθοφόροι. Πόσου δ' εἶχον οὗτοι τόπου χρείαν εὐχερὲς καταμαθεῖν. Πλεῖστον μὲν γὰρ ἱππέων τάττεται βάθος ἐπ' ὀκτὼ πρὸς ἀληθινὴν χρείαν, καὶ μεταξὺ τῶν ἴλῶν ἑκάστης συνυπάρχειν δεῖ διάστημα τοῖς μετώποις πρὸς τὸ ταῖς ἐπιστροφαῖς δύνασθαι καὶ τοῖς περισπασμοῖς εὐχρηστεῖν. Ἐξ ὧν τὸ στάδιον ὀκτακοσίους λαμβάνει, τὰ δὲ δέκα τοὺς ὀκτακισχιλίους, τὰ δὲ τέτταρα τρισχιλίους διακοσίους· ὥστ' ἀπὸ τῶν μυρίων χιλίων διακοσίων πεπληρῶσθαι τὸν τῶν τεσσαρεσκαίδεκα σταδίων τόπον. Ἐὰν δὲ πάντας ἐκτάττῃ τοὺς τρισμυρίους, βραχὺ λείπει τοῦ τριφαλαγγίαν ἐπάλληλον εἶναι τῶν ἱππέων αὐτῶν. Εἰς ποῖον οὖν τόπον ἐτάττετο τὸ τῶν μισθοφόρων πλῆθος, εἰ μὴ νὴ Δία κατόπιν τῶν ἱππέων; Ἀλλ' οὔ φησιν, ἀλλὰ συμπεπτωκέναι τούτους τοῖς Μακεδόσι κατὰ τὴν ἐπαγωγήν. Ἐξ ὧν ἀνάγκη ποιεῖσθαι τὴν ἐκδοχήν, διότι τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ τόπου, τὸ παρὰ θάλατταν, ἡ τῶν ἱππέων ἐπεῖχε τάξις, τὸ δ' ἥμισυ, τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσιν, ἡ τῶν μισθοφόρων. Ἐκ δὲ τούτων εὐσυλλόγιστον, πόσον ὑπῆρχε τὸ βάθος τῶν ἱππέων καὶ ποῖον ἔδει τόπον ἀπέχειν τὸν ποταμὸν ἀπὸ τῆς στρατοπεδείας. Μετὰ δὲ ταῦτα συνεγγιζόντων τῶν πολεμίων φησὶ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν κατὰ μέσην ὑπάρχοντα τὴν τάξιν καλεῖν τοὺς μισθοφό-

33.

Ne autem videamur temere tantorum virorum auctoritati velle derogare, mentionem hoc loco faciemus unius duntaxat pugnæ, acie instructa pugnatæ, quæ et nobilissima fuit, neque tempore admodum remota, cui denique, quod est omnium maximum, Callisthenes ipse interfuit. Eam dico pugnam quam in Cilicia Alexander cum Dario commisit. Jam Alexander, inquit Callisthenes, fauces superaverat, et quas Cilicias Pylas vocant : Darius vero per Amanicas Pylas ducto agmine, in Ciliciam cum copiis jam descenderat. Ubi certior factus ab indigenis, progressum esse Alexandrum Syriam petentem, sequi illum institit. Ad fauces ut ventum, prope amnem Pinarum castris locum cepit. Patet autem eo loci, ut hic ait, intervallum a mari ad montis radices stadia non amplius quattuordecim. Per hoc spatium, inquit, ex transverso labitur prædictus amnis; qui quidem, ubi e montibus erupit, statim latera passim exedit atque excavat; deinde vero, per planitiem ad mare decurrens, altas habet ripas atque abruptas superatuque difficiles. His ita positis, addit Callisthenes : Alexandrum conversa signa versus hostem reduxisse; eoque jam appropinquante, consilium cepisse Darium et ejus duces, universam phalangem eo ipso in loco, ubi tendebant, ordinandi, sicut a principio fecerant, flumine, quod castra ipsa præterfluebat, pro munitione hosti objecto : deinde vero, ait, secundum mare equites constituisse, proximos his in fluminis ripa mercenarios, tum cetratos, ita ut montes contingerent.

Sed quonam modo ante phalangis aciem hos Darius locaverit, quum propter ipsa castra fluvius laberetur, complecti mente difficile est, in tanta præsertim hominum multitudine. Nam Callisthene ipso teste, equites erant tricies mille, et mercenarii pari numero. Quæ multitudo armatorum quantum requirat spatii, in promtu est intelligere. Maxima enim altitudo, qua ordinatur equitum acies ad verum justumque prœlium, octonûm equitum est : et inter turmas interstitium sit oportet pro cujusque fronte, quo possit commode vel in latus vel retrorsum conversio turmarum institui. Igitur stadium equites octingentos capit; stadia decem, equitum octo millia; stadia quattuor ter mille ducentos : atque ita fit, ut locum illum, quem diximus stadiorum quattuordecim, equitum millia undecim et ducenti fuerint impleturi. Quod si igitur omnia triginta millia in aciem eo loci instruxit, parum abest quin ex solis equitibus triplicem aciem effecerit, quarum secunda primam subsequebatur, tertia secundam. Cedo igitur locum, ubi mercenariorum manus esset posita? Nisi forte dicat aliquis, pone equites eam stetisse. At non hoc dicit Callisthenes, qui scribit, quum committeretur pugna, conductitium militem concurrisse cum Macedonibus. Qua ex re necessario intelligendum, prædicti loci partem dimidiam, versus mare, ab equitibus fui se occupatam; dimidium alterum

ρους ἀπὸ τοῦ κέρατος πρὸς αὐτόν. Πῶς δὲ λέγεται τοῦτο διαπορεῖν ἐστι. Τῶν γὰρ μισθοφόρων ἀνάγκη καὶ τῶν ἱππέων τὴν συναφὴν κατὰ μέσον ὑπάρχειν τὸν τόπον, ὥστ' ἐν αὐτοῖς ὢν τοῖς μισθοφόροις ὁ Δαρεῖος ποῦ καὶ πρὸς τί καὶ πῶς ἐκάλει τοὺς μισθοφόρους; Τὸ δὲ τελευταῖόν φησι τοὺς ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἱππεῖς ἐπαγαγόντας ἐμβαλεῖν τοῖς περὶ τὸν Ἀλέξανδρον, τοὺς δὲ γενναίως δεξαμένους ἀντεπάγειν καὶ ποιεῖν μάχην ἰσχυράν. Ὅτι δὲ ποταμὸς ἦν ἐν μέσῳ, καὶ ποταμὸς οἷον ἀρτίως εἶπεν, ἐπελάθετο.

(Cap. 19.) Τούτοις δ' ἐστὶ παραπλήσια τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον. Φησὶ γὰρ αὐτὸν ποιήσασθαι τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασιν πεζῶν μὲν ἔχοντα τέτταρας μυριάδας, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους· μέλλοντι δ' εἰς Κιλικίαν ἐμβάλλειν ἄλλους ἐλθεῖν ἐκ Μακεδονίας, πεζοὺς μὲν πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ὀκτακοσίους. Ἀφ' ὧν εἴ τις ἀφέλοι τρισχιλίους μὲν πεζοὺς, τριακοσίους δ' ἱππεῖς, ἐπὶ τὸ πλεῖον ποιῶν τὴν ἀπουσίαν πρὸς τὰς γεγενημένας χρείας, ὅμως πεζοὶ μὲν ἀπολειφθήσονται τετρακισμύριοι δισχίλιοι, [ἱππεῖς δὲ πεντακισχίλιοι]. Τούτων οὖν ὑποκειμένων φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον πυθέσθαι τὴν Δαρείου παρουσίαν εἰς Κιλικίαν ἑκατὸν ἀπέχοντα σταδίους ἀπ' αὐτοῦ, διαπεπορευμένον ἤδη τὰ στενά. Διόπερ ἐξ ὑποστροφῆς πάλιν ποιεῖσθαι τὴν πορείαν διὰ τῶν στενῶν, ἄγοντα πρῶτον μὲν τὴν φάλαγγα, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς, ἐπὶ πᾶσι τὸ σκευοφόρον. Ἅμα δὲ τῷ πρῶτον εἰς τὰς εὐρυχωρίας ἐκπεσεῖν διασκευάζεσθαι παραγγείλαντα πᾶσιν ἐπιπαρεμβαλεῖν τὴν φάλαγγα καὶ ποιήσασθαι τὸ βάθος αὐτῆς ἐπὶ τριάκοντα καὶ δύο, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν εἰς ἑκκαίδεκα, τὸ δὲ τελευταῖον εἰσεγγίζοντα τοῖς πολεμίοις, εἰς ὀκτώ. Ταῦτα δ' ἐστὶ μείζω τῶν προειρημένων ἀλογήματα· τοῦ γὰρ σταδίου λαμβάνοντος ἄνδρας ἐν τοῖς πορευτικοῖς διαστήμασιν, ὅταν εἰς ἑκκαίδεκα τὸ βάθος ὦσι, χιλίους ἑξακοσίους, ἑκάστου τῶν ἀνδρῶν ἓξ πόδας ἐπέχοντος· φανερὸν ὅτι τὰ δέκα στάδια λήψεται μυρίους ἑξακισχιλίους, τὰ δὲ εἴκοσι τοὺς διπλασίους. Ἐκ δὲ τούτων εὐθεώρητον ὅτι, καθ' ὃν καιρὸν ἐποίησε τὴν δύναμιν Ἀλέξανδρος ἑκκαίδεκα τὸ βάθος, ἀναγκαῖον ἦν εἴκοσι σταδίων ὑπάρχειν τὸ τοῦ τόπου διάστημα, καὶ περιττεύειν ἔτι τοὺς μὲν ἱππεῖς πάντας, τῶν δὲ πεζῶν μυρίους.

(Cap. 20.) Μετὰ δὲ ταῦτά φησι μετωπηδὸν ἄγειν τὴν δύναμιν ἀπέχοντα τῶν πολεμίων περὶ τετταράκοντα σταδίους. Τούτου δε μεῖζον ἀλόγημα δυσχερὲς ἐπινοῆσαι. Ποῦ γὰρ ἂν εὕροι τις τοιούτους τόπους, ἄλλως τε καὶ κατὰ Κιλικίαν, ὥστε ἐπὶ σταδίους εἴκοσι μὲν τὸ πλάτος, τετταράκοντα δὲ τὸ μῆκος μετωπηδὸν ἄγειν φάλαγγα σαρισσοφόρον; Τοσαῦτα γάρ ἐστιν ἐμπόδια πρὸς τὴν τοιαύτην τάξιν καὶ χρείαν, ἅ τις οὐδ' ἐξαριθμήσαιτο ῥᾳδίως· ἐκ δὲ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Καλλισθένους λεγομένων ἱκανὸν ὑπάρχει πρὸς πίστιν· τοὺς γὰρ

montes versus, cepisse mercenarios. Quæ quum ita sint facile iniri ratio potest, quanta fuerit equitum altitudo, et quam longo intervallo fluvius a Darii castris distiterit. Ait deinde, ubi jam hostes appropinquabant, Darium, qui in media versabatur acie, mercenarios e cornu ad se vocasse. Quod qua ratione sit dictum, dubitare licet. Nam mercenarios et equites sese invicem contigisse in medio illo spatio, prorsus est necesse : Darius igitur qui jam inter mercenarios esset, ubi, et quorsum, et quomodo mercenarios vocavit? Postremo ait, equites, qui in dextro stabant cornu, in hostem invehentes, Alexandrum esse aggressos : illum cum suis horum impetum forti animo excepisse, et vice versa in ipsos invectum atrocem pugnam accendisse. At enim inter duas acies medium fuisse fluvium, et quidem ejusmodi fluvium, qualem paulo ante descripsit, hoc vero Callisthenes erat oblitus.

Similia his sunt quæ de Alexandro scribit, quem ait in Asiam trajecisse cum peditum quadraginta, equitum quatuor millibus et quingentis. Deinde quum inibi esset, ut in Ciliciam intraret, supplementum advenisse ei e Macedonia, quinque millia peditum, equites octingentos. Qua ex multitudine si quis tollat pedites ter mille, equites vero trecentos, ita ut numerum quam maxime augeat eorum, qui propter varios usus potuerunt abesse; relinquentur tamen peditum duo et quadraginta millia, [equitum quinque millia]. His ita positis, narrat Callisthenes, Alexandrum de adventu Darii in Ciliciam certiorem esse factum quum ab ipso stadia centum distaret, postquam fauces ipse jam superasset. Propterea converso itinere iterum per fauces reduxisse : et in primo quidem agmine habuisse phalangem; proximum huic equitatum, in ultimo agmine impedimenta. Simul ventum in campos patentes, edixisse omnibus Alexandrum, ut in legitimum phalangis ordinem instruerentur, seque manipulis applicarent; altitudinemque aciei instituisse, armatorum binum et tricenum, postea vero senum denum, postremo, ubi jam propius hostem venerunt, octonum. Sed hæc quidem deliria sunt, prioribus etiam majora. Enimvero stadium unum capit homines mille sexcentos, quoties intervallorum rationes ad faciendum iter sunt accommodatæ, senis denis altitudinem agminis constituentibus, et viro quoque pedes senos occupante. Quod quum ita sit, perspicuum est, decem stadia pedites captura esse sexies mille, viginti stadia, alterum tantum. Ex quibus facile intelligitur, quando Alexander aciem suam ita ordinavit, ut ejus profunditas esset militum senum denum, campos illum nancisci oportuisse viginti stadia patentes; quamquam etiam sic superfuerint, quos locus non capiebat, equites omnes, cum peditum decem millibus.

Deinde vero ait · Alexandrum, ubi ab hoste stadia circiter quadraginta abfuit, copias suas porrecta et æquata fronte in eum duxisse. Quo delirio vix quidem majus aliud queat excogitari. Nam ubi terrarum ejusmodi loca invenias, maxime autem in Cilicia, per quæ loca phalangem, sarissis armatam, stadia viginti in latitudinem porrectam, quadraginta in longitudinem stadia, fronte recta et æquata ducas? Nam si quis acie sic ordinata procedere decreverit, tot se illi impedimenta offerent, ut ne percensere quidem illa facile aliquis valeat. Ad cujus rei faciendam fidem vel illa suffecerint, quæ ab ipso Callisthene dicuntur. Qui quidem ait torrentes fluvios, qui e montibus cadunt, tot locis hia-

ἀπὸ τῶν ὀρῶν χειμάρρους καταφερομένους τοσαῦτά φησι ποιεῖν ἐκρήγματα κατὰ τὸ πεδίον, ὥστε καὶ τῶν Περσῶν κατὰ τὴν φυγὴν διαφθαρῆναι λέγουσι τοὺς πλείστους ἐν τοῖς τοιούτοις κοιλώμασι. Νὴ Δί', ἀλλ' ἕτοιμος ἐβούλετ' εἶναι πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφάνειαν. Τί δ' ἀνετοιμότερον φάλαγγος ἐν μετώπῳ διαλελυμένης καὶ διεστραμμένης; πόσῳ γὰρ ἐκ πορευτικῆς ἀγωγῆς ἁρμοζούσης παρατάξαι ῥᾴδιον ἢ διαλελυμένην ἐν μετώπῳ καὶ διεσπασμένην δύναμιν ἐπὶ τὴν αὐτὴν εὐθεῖαν ἀναγαγεῖν καὶ συστῆσαι πρὸς μάχην ἐν τόποις ὑλώδεσι καὶ περικεκλασμένοις; Διόπερ οὐδὲ παρὰ μικρὸν ἦν κρεῖττον ἄγειν διφαλαγγίαν ἢ τετραφαλαγγίαν ἁρμόζουσαν, εἰ καὶ τόπον πρὸς πορείαν εὑρεῖν οὐκ ἀδύνατον, καὶ τὸ παρατάξαι ταχέως ῥᾴδιόν γε δυνάμενον διὰ τῶν προδρόμων ἐκ πολλοῦ γινώσκειν τὴν τῶν πολεμίων παρουσίαν. Ὁ δὲ χωρὶς τῶν ἄλλων οὐδὲ τοὺς ἱππεῖς προέθετο μετωπηδὸν ἄγων τὴν δύναμιν ἐν τόποις ἐπιπέδοις, ἀλλ' ἐξ ἴσου ποιεῖ τοῖς πεζοῖς.

(Cap. 21.) Τὸ δὲ δὴ πάντων μέγιστον· ἤδη γὰρ σύνεγγυς ὄντα τοῖς πολεμίοις αὐτὸν εἰς ὀκτὼ ποιῆσαί φησι τὸ βάθος. Ἐξ οὗ δῆλον ὅτι κατ' ἀνάγκην ἐπὶ τετταράκοντα σταδίους ἔδει γενέσθαι τὸ μῆκος τῆς φάλαγγος. Εἰ δ' ὅλως συνήσπισαν κατὰ τὸν ποιητὴν οὕτως ὥστε συνερεῖσαι πρὸς ἀλλήλους, ὅμως εἴκοσι σταδίων ἔδει τὸν τόπον ὑπάρχειν. Αὐτὸς δέ φησι λείπειν τῶν δεκατεσσάρων σταδίων. Καὶ τούτου μέρος μέν τι πρὸς θαλάττῃ** τοὺς ἡμίσεας ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ· ἔτι δὲ τὴν ὅλην τάξιν ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἱκανὸν τόπον ἀφεστάναι πρὸς τὸ μὴ τοῖς πολεμίοις ὑποπεπτωκέναι τοῖς κατέχουσι τὰς παρωρείας. Ἴσμεν γὰρ ὃ ποιεῖ πρὸς τούτους ἐπικάμπιον. Ὑπολεπόμεθα καὶ νῦν ἡμεῖς τοὺς μυρίους πεζοὺς πλείους ὄντας τῆς ἐκείνου προθέσεως. Ὥστ' ἐκ τούτων ἔνδεκα σταδίους ἐπὶ τὸ πλεῖον ἀπολείπεσθαι τὸ τῆς φάλαγγος μῆκος κατ' αὐτὸν τὸν Καλλισθένην, ἐν οἷς ἀνάγκη τοὺς τρισμυρίους καὶ δισχιλίους ἐπὶ τριάκοντα τὸ βάθος ὑπάρχειν συνησπικότας. Ὁ δέ φησιν εἰς ὀκτὼ τεταγμένων γενέσθαι τὴν μάχην. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἁμαρτημάτων οὐδ' ἀπολογίαν ἐπιδέχεται· τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν πράγμασιν ** αὐτόθεν ἔχει τὴν πίστιν. Διόπερ ὅταν καὶ τὰ κατ' ἄνδρα διαστήματα καὶ τὸ πᾶν τοῦ τόπου μέγεθος ὡρισμένον ὑποθῶσι καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν, ἀναπολόγητον γίγνεται τὸ ψεῦδος.

(Cap. 22.) Τὰ μὲν γὰρ ἅμα τούτοις ἀλογήματα μακρὸν ἂν εἴη λέγειν πάντα πλὴν τελέως ὀλίγων. Φησὶ γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον σπουδάζειν κατὰ τὴν τάξιν, ἵνα κατὰ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν ποιήσηται τὴν μάχην. Ὁμοίως δὲ κατὰ μὲν ἀρχὰς καὶ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν βούλεσθαι κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον, ὕστερον δὲ μετανοῆσαι. Πῶς δ' ἐπέγνωσαν ἀλλήλους οὗτοι, ποῦ τῆς ἰδίας δυνάμεως ἔχουσι τὴν τάξιν, ἢ ποῦ μετέβη πάλιν ὁ Δαρεῖος, ἁπλῶς οὐδὲν λέγεται. Πῶς δὲ προσανέβη πρὸς τὴν ὄφρὺν τοῦ ποταμοῦ φαλαγγιτῶν τάξις ἀπότομον οὖσαν καὶ βατώδη; Καὶ γὰρ τοῦτο παρὰ λόγον. Ἀλεξάνδρῳ μὲν οὖν οὐκ ἐποιστέον τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν ὁμολο-

tus aperire in subjecta planitie, ut pars maxima Persarum fugientium in cavis illis perierit. At, hercules, voluit Alexander, parata suorum ut acies in conspectum hostium veniret. Quasi vero potuerit quidquam esse imparatius ea phalange, cujus frons esset dissoluta et divulsa. Quanto namque facilius erat futurum, ex agmine ad iter composito aciem phalangis instruere, quam interruptas in fronte et divulsas copias ad priorem figuram lineamque rectam revocare, atque in locis silvosis et anfractis apte ad pugnam eos dirigere? Erat igitur profecto longe satius, divisas copias ducere, in duo vel etiam quattuor agmina partitas, quæ se aliud post aliud sequerentur; quandoquidem et viæ ad ita faciendum iter aptæ poterant inveniri, et legitimam repente instruere aciem facile erat futurum; quum præsertim per præcursores sciri multo ante hostis adventus posset. At hic, ut alia taceam absurda, quum per loca plana exercitum fronte æquata duceret, ne equites quidem præeuntes fecit, sed peditibus eos exæquavit.

Omnium vero absurdissimum est, quod ait, Macedonem, quum proxime ab hostibus abesset, altitudinem aciei fecisse octonûm militum. Ex quo consequitur, phalangem illam stadia quadraginta necessario in longitudinem patuisse. Sed demus sic constipatam fuisse aciem, quod ait poeta, ut conferti invicem hærerent, omnino tamen stadiorum viginti locum illum esse oportuit. At ipse ait minorem fuisse stadiis quattuordecim. Et hujus quidem partem aliquam propter mare *** dimidium hujus numeri in dextro cornu : quin etiam scribit idem aciem universam a montibus idoneo spatio fuisse distantem, ne hosti, qui rapides montis obtinebat, subjiceretur. Scimus sane dicere illum partem aciei Alexandri retrorsum ad latus fuisse inflexam. Idcirco etiam nos hic relinquimus in eum usum decem peditum millia, qui major est numerus quam ipsius ratio desiderat. Ex istis tandem sequitur, vel ipso auctore Callisthene, pro phalangis longitudine stadia ad summum undecim relinqui : intra quod intervallum necesse est aciem duorum et triginta millium hominum tricenos milites consertis clypeis constipatos in altitudine habuisse. At ille ait altitudinem aciei octonûm fuisse hominum, quum est pugnatum. Sunt vero hoc genus peccata ejusmodi, ut excusationem nullam prorsus admittant. Nam quod per rerum naturam fieri non potest, ** ipsum per se fidem invenit. Quoties igitur aliquis viritim ponit intervallum, et certam loci mensuram designat, numerum item hominum : hic si mentiatur, nulla ratione potest excusari.

Jam quæ his subjecit absurda alia, commemorare longum sit : pauca tantum afferemus. Ait Alexandrum in ordinanda acie summo studio id operam dedisse, ut cum ea parte hostilis aciei pugnam capesseret, in qua Darius ipse staret : et similiter Darium quoque initio ex adverso Alexandri pugnare voluisse, mox vero sententiam mutasse. At quomodo dignoscere sese invicem reges potuerint, et rescire, in qua parte exercitus sui uterque stationem cepisset, et quo tandem post mutatam sententiam Darius transierit, nihil plane horum dicitur. Præterea, qui potuit phalanx ordinata amnis supercilium præruptum et spinis obsitum ascendere et superare? Nam et hoc quis credat? Hujusmodi igitur manifestæ absurditatis Alexandrum damnare, nefas

γουμένην, παραλαμβάνοντας περὶ αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἐμπειρίαν καὶ τριβὴν ἐκ παιδὸς, τῷ δὲ συγγραφεῖ μᾶλλον, ὃς διὰ τὴν ἀπειρίαν οὐδὲ τὸ δυνατὸν ἐν τοῖς τοιούτοις δύναται διευκρινεῖν. Περὶ μὲν οὖν Ἐφόρου καὶ Καλλισθένους ταῦθ' ἡμῖν εἰρήσθω.

34.

Aristotel. Mirab. 132 : Ἐν μιᾷ τῶν Αἰόλου προσαγορευομένων νήσων πλῆθός τί φασι γενέσθαι φοινίκων, ὅθεν καὶ Φοινικώδη καλεῖσθαι. Οὐκ ἂν οὖν εἴη τὸ λεγόμενον ὑπὸ Καλλισθένους ἀληθὲς, ὅτι ἀπὸ Φοινίκων τῆς Συρίας τῶν τὴν παραλίαν οἰκούντων τὸ φυτὸν ἔλαβε τὴν προσηγορίαν.

Laudatur præterea Callisthenes cum reliquis rerum Alexandri scriptoribus in Elencho auctorum ad Plin. H. N. lib. XII et XIII, ubi de arboribus sermo est. Porro apud Epiphanium Adv. hæres. I, 3, nominatur inter eos, qui de natura atque vi plantarum verba fecerint. Quare singularem quendam Περὶ φυτῶν librum a Callisthene scriptum putat Westermannus, præter necessitatem.

(35.)

Steph. Byz : Χαλκεῖα, πόλις Λιβύης· ὁ Πολυΐστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ, ὡς Δημοσθένης (καὶ Καλλισθένης conj. Westerm.), ᾧ μεμφόμενος Πολύβιος ἐν τῷ δωδεκάτῳ, ὧδε γράφει· Ἀγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ περὶ τῶν Χαλκείων. Οὔτε γὰρ πόλις ἐστὶν, ἀλλὰ χαλκουργεῖα.

De Demosthene, κτίσεων scriptore et Βιθυνιακῶν, cogitavit Schweighæuser.; notiorem historicum sibi postulans sua invexit Westermannus; de Timosthene Rhodio cogitavit Geier.; possis etiam Demostheni substituere Democharem (in Agathoclis historia), de quo dixisse Polybium libro duodecimo constat. Sed hæc omnia arbitraria sunt. Χαλκεῖα ista intelligenda esse τὰ χαλκωρύχια Mauritaniæ quorum Strabo XVII, p. 830 et Ptolemæus IV, 14 meminerunt, censet Schweighæuser.

36.

Plutarch. Alex. c. 27 : Ἐν γοῦν τῇ τότε (εἰς Ἄμμωνος) πορείᾳ τὰ συντυχόντα ταῖς ἀπορίαις παρὰ τοῦ θεοῦ βοηθήματα τῶν ὑστέρων χρησμῶν ἐπιστεύθη μᾶλλον· τρόπον δέ τινα καὶ τοῖς χρησμοῖς ἡ πίστις ἐκ τούτων ὑπῆρξε. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐκ Διὸς ὕδωρ πολὺ καὶ διαρκεῖς ὑετοὶ γενόμενοι τόν τε τῆς δίψης φόβον ἔλυσαν καὶ τὴν ξηρότητα κατασβέσαντες τῆς ἄμμου, νοτερᾶς γενομένης καὶ πρὸς αὐτὴν ξυμπεσούσης, εὔπνουν τὸν ἀέρα καὶ καθαρώτερον παρέσχον. Ἔπειτα τῶν ὄρων, οἵπερ ἦσαν τοῖς ὁδηγοῖς, συγχυθέντων καὶ πλάνης οὔσης καὶ διασπασμοῦ τῶν βαδιζόντων διὰ τὴν ἄγνοιαν, κόρακες ἐκφανέντες ὑπελάμβανον τὴν ἡγεμονίαν τῆς πορείας, ἑπομένων μὲν ἔμπροσθεν πετόμενοι καὶ σπεύδοντες, ὑστεροῦντας δὲ καὶ βραδύνοντας ἀναμένοντες· ὃ δὲ ἦν θαυμασιώτατον, ὡς Καλλισθένης φησὶ, ταῖς φωναῖς ἀνακαλούμενοι τοὺς πλανωμένους νύκτωρ καὶ κλάζοντες εἰς ἴχνος καθίστασαν τῆς πορείας. Ἐπεὶ δὲ διεξελθὼν τὴν ἔρημον ἦκεν εἰς τὸν τόπον, ὁ μὲν προφήτης αὐτὸν ὁ Ἄμμωνος ἀπὸ τοῦ θεοῦ χαίρειν, ὡς ἀπὸ πατρὸς, προσεῖπεν· ὁ δὲ ἐπήρετο, μή τις αὐτὸν εἴη διαπεφευγὼς τῶν τοῦ πατρὸς φονέων. Εὐφημεῖν δὲ τοῦ προφήτου κελεύσαντος, οὐ γὰρ εἶναι πατέρα θνητὸν αὐτῷ, μεταβαλὼν ἐπυνθάνετο, τοὺς Φιλίππου φονεῖς εἰ πάντας εἴη τετιμωρημένος· εἶτα περὶ τῆς ἀρχῆς, εἰ πάντων αὐτῷ δίδωσιν ἀνθρώπων κυρίῳ γενέσθαι. Χρήσαντος δὲ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦτο διδόναι καὶ Φίλιππον ἀπέχειν ἔκπλεω τὴν δίκην, ἐδωρεῖτο τὸν θεὸν ἀναθήμασι λαμπροῖς καὶ χρήμασι τοὺς ἀνθρώπους. Ταῦτα περὶ τῶν χρησμῶν οἱ πλεῖστοι γράφουσιν.

Strabo XVII, p. 813 : Τὸ ἐν Ἄμμωνι σχεδόν τι ἐκλέλειπται χρηστήριον, πρότερον δὲ ἐτετίμητο. Δηλοῦσι δὲ μάλιστα τοῦτο οἱ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις ἀναγράψαντες, προστιθέντες μὲν πολὺ καὶ τὸ τῆς κολακείας εἶδος, ἐμφαίνοντες δ' ὅ τι καὶ πίστεως ἄξιον. Ὁ γοῦν Καλλισθένης φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον φιλοδοξῆσαι μάλιστα, ἀνελθεῖν δὲ ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ἐπειδὴ καὶ Περσέα ἤκουσε πρότερον ἀναβῆναι καὶ Ἡρακλέα· ὁρμήσαντα δ' ἐκ Παραιτονίου καίπερ νότων ἐμπεσόντων βιάσασθαι, πλανώμενον δ' ἀπὸ τοῦ κονιορτοῦ σωθῆναι γενομένων ὄμβρων καὶ δυοῖν κοράκων ἡγησαμένων τὴν ὁδὸν, ἤδη τούτων κολακευτικῶς λεγομένων. Τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἑξῆς· μόνῳ γὰρ δὴ τῷ βασιλεῖ τὸν ἱερέα ἐπιτρέψαι παρελθεῖν εἰς τὸν νεὼν μετὰ τῆς συνήθους στολῆς, τοὺς δ' ἄλλους μετενδῦναι τὴν ἐσθῆτα, ἔξωθέν τε τῆς θεμιστείας ἀκροάσασθαι πάντας πλὴν Ἀλεξάνδρου, τοῦτον δ' ἔνδοθεν εἶναι, οὐχ ὥσπερ ἐν Δελφοῖς καὶ Βραγχίδαις τὰς ἀποθεσπίσεις διὰ λόγων, ἀλλὰ νεύμασι καὶ συμβόλοις τὸ πλέον, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ (Il. I, 528)

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,

τοῦ προφήτου τὸν Δία ὑποκρινομένου· τοῦτο μέντοι ῥητῶς εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι εἴη Διὸς υἱός. Προστραγῳδεῖ δὲ τούτοις ὁ Καλλισθένης, ὅτι τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις μαντεῖον ἐκλελοιπότος, ἐξ ὅτου τὸ ἱερὸν ὑπὸ τῶν Βραγχίδων σεσύληται ἐπὶ Ξέρξου περσισάντων, ἐκλελοιπυίας δὲ καὶ τῆς κρήνης, τότε ἥ τε κρήνη ἀνάσχοι καὶ μαντεῖα πολλὰ οἱ Μιλησίων πρέσβεις κομισθέντες* εἰς Μέμφιν περὶ τῆς ἐκ Διὸς γενέσεως τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τῆς ἐσομένης περὶ Ἄρβηλα νίκης καὶ τοῦ Δαρείου θανάτου καὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι νεωτερισμῶν. Περὶ δὲ τῆς εὐγενείας καὶ τὴν Ἐρυθραίαν Ἀθηναΐδα φησὶν ἀνειπεῖν· καὶ γὰρ ταύτην ὁμοίαν γενέσθαι τῇ παλαιᾷ Σιβύλλῃ τῇ Ἐρυθραίᾳ. Τὰ μὲν δὴ τῶν συγγραφέων τοιαῦτα.

profecto fuerit; quem et disciplina et usu rerum bellicarum a puero imbutum fuisse accepimus : sed scriptorem potius hominem adeo imperitum, ut ne quidem, quid fieri in talibus queat aut nequeat, internoscere potuerit. Ac de Ephoro quidem et Callisthene hæc a nobis dicta sufficiant.

34.

In una ex insulis, quas Æoli nominant, multas nasci palmas, indeque eam Phœnicoden appellari tradunt. Falsum igitur esse videtur quod Callisthenes dicit, a Phœnicibus, qui Syriæ oram incolant, arborem istam nomen habere.

35.

Chalcea, urbs Libyæ; (Alexander) Polyhistor Libycorum tertio, uti etiam Demosthenes (?), quem reprehendens Polybius libro duodecimo sic scribit : De Chalceis quoque errat vehementer; neque enim urbs est Chalcea, sed æris officinæ.

36.

Quas in illo (ad Ammonem) itinere difficultatibus ejus dii opes attulerunt, hæ quam insecuta oracula fidem invenierunt majorem : immo oraculis hæ quodammodo fidem astruxere. Primum enim cœlestes aquæ et largi excussi imbres sitis timorem discusserunt, ariditateque exstincta sabuli irrigati et jam compactiores liquidum aerem reddiderunt et puriorem. Deinde confusis, quibus duces itineris utebantur, notis quum erraret agmen per ignorantiam atque ab itinere deflecteret : corvi oblati duces præbuerunt se. Si agmen sequebatur, incitatis antecedebant pennis : sin incederet lentius et tardius, opperiebantur. Quod vero miraculum superabat omne, ut auctor est Callisthenes, vocibus et crocitu, si qui nocte aberrarent, hos revocabant atque ad vestigium viæ reducebant. Ut emensus solitudinem quo tendebat venit, vates Ammonis eum dei nomine ut parentis salutavit. Ille quæsivit an interfectores parentis sui omnes pœnas dedissent. Cui vates : Dii meliora, respondit, neque enim tuus mortalis parens est. Ita varians rex rogavit, omnesne Philippi punivisset percussores? hinc de imperio, an dominatum sibi omnium gentium concederet. Quum deus ostendisset et hoc annuere se et Philippi peractam plene ultionem : deum magnificis donis, et sacerdotes honoravit pecunia. Hæc de oraculis tradunt plerique.

De corvis cf. Ptolemæi Lag. fr. 7. De Branchidarum oraculo vide Soldau (*Das Orakel der Branchiden*) in *Zeitschrift. f. Alterthwss.* 1841, nr. 66-67. — ἐπὶ Ξέρξου περσ.] Cf. Strabo XI, p. 518; XIV, p. 634; Plutarch. De ser. num. vindict. c. 12; Suidas v. Βραγχίδαι; Curtius VII, 5. Ceterum pro Xerxe dicendus fuit Darius (v. Herodot. VI, 19).

37.

Plutarch. Alex. 33 de pugna ad Arbela : Τότε δὲ τοῖς Θετταλοῖς πλεῖστα διαλεχθεὶς καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὡς ἐπέρρωσαν αὐτὸν βοῶντες ἄγειν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, τὸ ξυστὸν εἰς τὴν ἀριστερὰν μεταβαλὼν τῇ δεξιᾷ παρεκάλει τοὺς θεοὺς, ὡς Καλλισθένης φησὶν, ἐπευχόμενος, εἴπερ ὄντως Διόθεν ἐστὶ γεγονὼς, ἀμῦναι καὶ συνεπιῤῥῶσαι τοὺς Ἕλληνας.

Id. ibid. : Non evasurus fuisset Darius, nisi Parmenio Alexandrum retraxisset : Ὅλως γὰρ αἰτιῶνται Παρμενίωνα κατ' ἐκείνην τὴν μάχην νωθρὸν γενέσθαι καὶ δύσεργον, εἴτε τοῦ γήρως ἤδη τι παραλύοντος τῆς τόλμης, εἴτε τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸν ὄγκον, ὡς Καλλισθένης φησὶ, τῆς Ἀλεξάνδρου δυνάμεως βαρυνόμενον καὶ προσφθονοῦντα.

« Ex priore loco, Geierus ait, satis apparet, data opera Callisthenem ad divinam Alexandri originem respexisse. Etenim revera talia ab Alexandro dicta esse quis crediderit! »

38.

Strabo XI, p. 531 : Οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος περὶ τοῦ Ἀράξου ποταμοῦ ἔχει τι πιθανὸν, ὁ δὲ Ἡροδότειος (lib I, c. 202) οὐ πάνυ. Φησὶ γὰρ ἐκ Ματιηνῶν αὐτὸν ῥέοντα εἰς τετταράκοντα ποταμοὺς σχίζεσθαι,

Ammonis oraculum fere desertum est, prius autem in honore fuit. Id inprimis declarant rerum Alexandri scriptores, qui quamquam adulandi gratia non pauca adjecerunt, indicant tamen etiam quæ credenda sint. Callisthenes igitur narrat, Alexandrum ambitione quadam inductum ad id oraculum contendisse, quod audiisset Perseum quoque et Herculem prius eo ascendisse; atque e Parætonio profectum, quamquam austrinis incidentibus flatibus, pertendisse, et quum per pulverem vagaretur, imbrium superventu et duorum corvorum, qui iter commonstrassent, servatum esse : quæ ipsa jam adulatorie dicuntur. Similia sunt quæ sequuntur. Soli scilicet regi a sacerdote concessum, ut in templum ingrederetur habitu consueto : ceteros vestem mutare jussos, et foris oraculum audivisse omnes præter Alexandrum, qui ingressus intro fuerit. Responsa non, ut apud Delphos et Branchidas, verbis, sed magna ex parte nutu et signis, quemadmodum apud Homerum

Dixit cæruleisque superciliis pater almus Annuit,

a vate data Jovem imitante. Hoc tamen expresse eum regi dixisse, esse ipsum Jovis filium. His Callisthenes tragice rem exaggerans addit, quum Apollo Branchidarum oraculum deseruisset inde ab eo tempore, quo templum a Branchidis Xerxem (Darium) sequentibus spoliatum fuit, quumque fons defecisset : et hunc tum denuo scaturiisse, et Milesiorum legatos Memphim profectos multa responsa attulisse de nato e Jove Alexandro, de futura apud Arbela victoria, de Darii morte, de rebus Lacedæmone novatis. De generis vero nobilitate etiam Erythræam Athenaidem effatam, quæ antiquæ illi Erythrææ Sibyllæ similis fuisset. Talia sunt quæ a scriptoribus traduntur.

37.

Ibi Thessalos longa oratione adhortatus atque reliquos Græcos, ubi alacres se ostenderunt conclamantes, duceret in Barbaros : trajecta in sinistram lancea deorum opem invocavit, ut auctor est Callisthenes, precatus : si vere satus Jove esset, ut Græcis adessent dexteri et propitii.

Omnino enim Parmenionem insimulant in prœlio isto ad Arbelam segnem se præbuisse et difficilem, sive quod senium jam cœperit audaciam ejus resolvere, sive quod, ut Callisthenes dicit, magnificentiam et tumorem Alexandri potentiæ ægre tulerit et invidiose.

38.

Hæc de Araxe narratio habet aliquid probabilitatis, Herodoti non item. Is enim dicit eum a Matianis fluentem in

μερίζειν δὲ Σκύθας καὶ Βακτριανούς. Καὶ Καλλισθένης δὲ ἠκολούθησεν αὐτῷ.

Hæc ad Periplum refert Westermannus, ad Alexandri historiam Geierus, Callistheni statuens pro more suo digrediendi occasionem Araxis fluvii describendi dedisse ejusdem nominis flumen, quod apud Persepolin vidisset: « Attigit vero Araxem, pergit, etiam Medius Thessalus (fr. 1) et Curtius IV, 5, 4 : *transeundum esse Alexandro Euphraten Tigrimque et Araxen et Hydaspen, magna munimenta regni sui* (cf. V, 4, 7; 7, 9; VII, 3, 19). Qui locus sive cum Mützellio de Persico sive cum Cellario de Armenico, sive, id quod nobis quidem maxime probabile videtur, de ipso hoc Bactriano Araxe vel potius Iaxarte intelligitur, satis docet, quam facile Callisthenes in Alexandri rebus conscribendis, etiamsi prius substiterit quam ad illum Bactrianum flumen perventum est, mentionem ejus facere potuerit. Ceterum et Herodotum l. l. c. 202 et Callisthenem, qui eum secutus est, Araxen cum Iaxarte male confudisse, recte animadvertit Bæhrius ad Herodot. l. l. » Plura de Iaxarte variis nominibus appellato et cum aliis fluviis confuso vide ap. Forbiger. *Geogr.* II, p. 77 et ap. eos qui ibi laudantur.

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

39.

Schol. Apoll. Rh. II, 672 : Περὶ τῆς Θυνιάδος νήσου προείρηται, ἧς μέμνηται Νύμφις ὁ Ἡρακλεώτης. Φησὶ δὲ αὐτὴν ἑπτὰ σταδίους ἔχειν τὴν περίμετρον. Καλλισθένης δὲ ἐν τῷ Περίπλῳ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων φησὶ προσαγορεύεσθαι τήν τε χώραν καὶ τὴν νῆσον Θυνιάδα, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Θυνίαν (Βιθυνίαν Unger. in *Zeitschrift f. Alterthwiss.* 1844, nr. 30, p. 236.)

40.

Id. ibid. I, 1037, postquam de pugna nocturna, quam Cyziceni cum Argonautis commiserunt, secundum Deiochi (fr. 6) narrationem exposuerat, addit : Καλλισθένης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Περίπλου κατ' ἔχθραν φησὶ τοὺς οἰκοῦντας τὴν Κύζικον ἐπιθέσθαι νυκτὸς τοῖς Ἀργοναύταις.

Duobus his scholiastæ locis fisus Westermannus tantum non omnia quæ de rebus geographicis ex Callisthene traduntur, ad Peripli libros retulit (fr. 30–43 ap. Westerm.), atque hunc in modum disposuit : *Pontus :* fr. 38, 29 ex nostra dispositione; *Paphlagonia :* fr. 26; *Bithynia :* fr. 28, 39; *Mysia :* fr. 40, 20, *Lydia :* fr. 21 ; *Ionia :* fr. 25; *Caria :* fr. 23; *Lycia :* fr. 24; *Pamphylia :* fr. 26; *Cilicia :* fr. 30, 31.

Itaque quinque tantum vel sex fragmenta Commentariis de rebus Alexandri relinquuntur. Contra hæc Geierus p. 215 : « Miramur quod Westermannus quæcunque vel apud Strabonem vel apud alium veterem auctorem de Asiæ regionibus, quas Alexander peragravit, ex Callisthene afferuntur, libro quidem unde hæc deprompserint non indicato, ad Periplum istum, si diis placet, Callisthenis *Olynthii* referenda opinatus est id genus omnia, quamquam addit : « nonnulla eorum si quis ad *Persica* (i. e. Historiam Alexandri) potius trahere mallet, fortasse non repugnarem. » At nos quidem ne illud quidem largiri possumus viro eruditissimo, quod dicit admodum difficile esse definitu, ad Periplum an ad Persica pertineant, quæ pro natura sua ad utrumque librum putat posse pertinere. Quid multa? Periplum istum neque ab *Olynthio* neque ab *Sybarita* Callisthene proditum esse arbitramur, sed iis adnumerandum esse scriptionibus persuasum habemus, quæ multo post Alexandrum M. Ptolemæorum potissimum posteriorum ætate de insulis et oppidis ad oram maritimam sitis aliisque id genus rebus geographicis concinnatæ celebrioris cujusdam auctoris nomine et Periplorum et Paraplorum titulo inscriptæ pervulgari solebant, qualis erat Jubæ Mauritani (v. fr. 26 Onesicriti) et quales aliæ haud paucæ, de quibus uberius commentatus est Dodwellus (Geogr. Min. tom. 1, De Arriani Nearcho p. 140). Callisthenis autem nomine præ ceteris fictitio abusos esse posterioris ævi scriptores comprobatur etiam fabulis istis de Alexandro M. eundem Pseudo-Callisthenis titulum in fronte gerentibus. A Callisthene autem Olynthio Periplum conscriptum esse negamus atque pernegamus, primum quod ante expeditionem Indicam nulla ab Alexandro, qui ne classe quidem tunc temporis uteretur, navigatio est instituta, quæ a quoquam ejus comitum potuisset enarrari; dein quod etiamsi et ab Alexandro instituta et ab Olynthio enarrata esset ejusmodi navigatio, vix ac ne vix quidem esset credibile eam ab reliquis Alexandri rerum commentariis ab eodem Callisthene con-

quadraginta scindi fluvios, et Scythas a Bactrianis dividere : Herodotum tamen etiam Callisthenes secutus est.

39.

Nymphis Heracleota Thyniadem insulam, septem stadiorum circuitu esse dicit. Callisthenes vero in Periplo regionem illam atque insulam a Græcis quidem dici Thyniadem, a Barbaris vero Thyniam (*Bithyniam?*).

40.

Callisthenes Peripli libro primo dicit Cyzici incolas hostili animo nocturnas Argonautis struxisse insidias.

scriptis separatim esse editam; denique quod ipsis temporis angustiis prohibitus erat Olynthius, quominus præter Hellenica, quod opus dum Alexandrum comitaretur eum composuisse recte vidit Westermannus, et præter Persica aliud literarum monumentum, nedum geographicum susciperet elaborandum. » Hæc Geierus. Mihi quoque Periplus a nostro Callisthene alienus esse videtur. Nisi fallor, Callisthenes qui a schol. ad Apoll. II, 672 cum Nymphide componitur, idem est atque Callistratus, quem cum eodem Nymphide idem componit schol. ad II, 780 (ὡς Νύμφις καὶ Καλλίστρατος), ac præterea Stephan. Byz. de Hypio fluvio Pontico (v. Nymphid. fr. 4). Utrumque, et Nymphidem et Callistratum, Περὶ Ἡρακλείας scripsisse constat; Nymphidi etiam periplus Ἀσίας tribuitur ab Athenæo XIII, p. 596, si genuina lectio est; de Callistrato, Nymphidis imitatore, id non habemus testatum, etsi ex iis, quæ de regionibus et urbibus Ponticis ex eo traduntur, Ponti periplum aliquis elicere conetur. — Ceterum Callisthenis et Callistrati (Aristophanei) nomina etiam ap. Suidam v. Ἀναρᾶσθαι et ap. Harpocration. v. ἀναγκαῖον confusa esse recte procul dubio statuit Reinesius, probante etiam Westermanno. Vide quæ ad calcem fragmentorum Callisthenis adscripsimus pag. 32.

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

41.

Pollux Onom. IX, 6, 93 : Ἦν δέ τι καὶ νομίσματος εἶδος οὕτως (sc. Φωκαΐδες) ὀνομαζόμενον. Φησὶ γοῦν ἐν τοῖς Ἀποφθέγμασι Καλλισθένης, ὑπ' Εὐβούλου τοῦ Ἀταρνίτου τὸν ποιητὴν Περσίνον ἀμελούμενον εἰς Μυτιλήνην ἀπελθόντα θαυμάζοντι (sic Kühn.; θαυμάζοντα libri) γράψαι, διότι τὰς Φωκαΐδας, [ἃς interpos. Hemsterh.] ἔχων ἦλθεν, ἥδιον ἐν Μυτιλήνῃ μᾶλλον ἢ ἐν Ἀτάρνῃ καταλλάττει.

Περσίνον] in aliis libris Πέρσιον, Γέρσιον. Persinum quendam, Milesium poetam, inter Orphicos recenset Suidas v. Ὀρφεύς e lectione codd. A et E.

DICTERIA.

41.

Phocaides etiam numorum species appellatur. Narratque Callisthenes in Dicteriis, Persinum poetam, quum se ab Eubulo Atarnensi neglectum videret, Mytilenas abiisse, idque mirato Eubulo scripsisse Phocaides, quibus ipse instructus venisset, suavius Mytilenis quam Atarnæ permutari.

ΜΑΚΕΔΟΝΙΚΑ.

42.

E LIBRO TERTIO.

Stobæus Florileg. VII, 65 : Καλλισθένης ἐν τρίτῳ Μακεδονικῶν. Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς δύο καὶ τριάκοντα Χαλκιδικὰς πόλεις τοῖς ἰδίοις ὑποτάξας σκήπτροις Μεθωναίους καὶ Ὀλυνθίους λεηλατεῖν ἤρξατο. Γενόμενος δὲ κατὰ γέφυραν ποταμοῦ Σάρδωνος καὶ εἰς τὸ πέραν διαβῆναι βιαζόμενος ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν Ὀλυνθίων ἐπεσχέθη. Τοξότης δέ τις Ἀστὴρ τοὔνομα τόξον ἐντείνας ἐτύφλωσε τὸν Φίλιππον, εἰπών· Ἀστὴρ Φιλίππῳ θανάσιμον πέμπει βέλος. Ἀποβαλὼν δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν ὀφθαλμὸν εἰς τὸν ποταμὸν ἑαυτὸν ἔρ-

MACEDONICA.

42.

E LIBRO TERTIO.

Callisthenes in Macedonicorum libro tertio : Philippus Macedonum rex quum duas et triginta urbes Chalcidicas in suam redegisset potestatem, Methonæos et Olynthios prædari instituit. Jam quum ad pontem Sardonis fluvii esset et in oppositam ripam vi trajicere tentaret, a multitudine Olynthiorum inhibitus est. Atque sagittarius quidam Aster nomine missa sagitta oculum Philippo excussit dicens : « Aster Philippo letiferum mittit telum. » Amisso rex oculo

Hesych.: Φωκαΐς... τὸ κάκιστον χρυσίον. Cf. Bœckh. *Staatshaush.* I, p. 24 sq. — Hemsterhus. : « Videtur Persinus ille invitatus Atarnam ab Eubulo, apud quem dum moratur, de suis sibi divitiis vivendum esse quum videret, Mytilenas Eubulo relicto concessisse; neque injuria, siquidem evocatis a regibus eruditis viris omni modo honorem haberi mos obtinuerit. » — Ceterum Callisthenem Pollucis Olynthium esse placuit Westermanno : « Ἀποφθέγματα ab Olynthio scripta esse posse, ait, non est quod dubitemus, quum paullo post Lynceus Samius, item Peripateticus, ejusdem argumenti librum composuerit... Imo hunc potius quam Sybaritam sive alium auctorem credere malit aliquis propterea, quod quæ hinc affert Pollux spectant ad Eubulum, Atarnei tyrannum, cui Hermias postquam, ut ait Strabo XIII, p. 611, per aliquod tempus socius imperii fuerat, deinde solus imperavit atque Aristotelem Athenis accivit, eique filiam fratris in matrimonium dedit : ab hoc autem dictum poetæ ceterum ignoti Callisthenem accepisse admodum verisimile est, imo ipse fortasse ibi certior factus, si verum est, quod suspicati sumus, Aristotelem discipulum secum Atarneum duxisse. »

ρυψε καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους διανηξάμενος τὸν κίνδυνον ἐξέφυγεν.

Plutarchus Parall. min. c. 8 (p. 378 Didot) : Φίλιππος Μεθώνην καὶ Ὄλυνθον βουλόμενος πορθῆσαι καὶ βιαζόμενος ἐπὶ τῷ Σανδάνῳ (sic) ποταμῷ διαβῆναι πέραν, ὑπό τινος τῶν Ὀλυνθίων, Ἀστέρος ὀνόματι, ἐτοξεύθη τὸν ὀφθαλμὸν, εἰπόντος·

Ἀστὴρ Φιλίππῳ θανάσιμον πέμπει βέλος.

Ὁ δ' ὀπίσω διανηξάμενος πρὸς τοὺς οἰκείους σώζεται ἀπολέσας τὸν ὀφθαλμόν· ὡς Καλλισθένης ἐν τρίτῳ Μακεδονικῶν.

« Certatim historiolam referunt veteres scriptores, sed breviter plerique, velut Demosth. De coron. p. 247, § 67; Strabo VII, p. 330; VIII, 374; Diodor. XVI, 34; Lucian. De hist. scrib. 38; Themist. p. 284; Ptolem. Heph. ap. Phot. cod. 190, p. 149, a; Harpocrat. v. Μεθώνη; Eustath. ad Il. II, p. 248; Suidas v. Κάρανος; Justin. VII, 6; Plin. H. N. VII, 37; Solin. c. 8, 5; cf. Palmer. Exercitt. p. 557 sqq. Stobæus unde sua habeat dici nequit; certe si Olynthius auctor est, neque ipsa ejus verba, neque veram ex omni parte et integram historiam habemus. Integram ac veriorem adponam ex Suida : Μεθωναίοις δὲ τοῖς ἐπὶ Θράκης πολεμῶν τὸν ὀφθαλμὸν ἐπηρώθη, Ἀστέρος τινὸς ὄνομα βαλόντος αὐτὸν βέλει, ἐπιγράψαντός τε τῷ βέλει « Ἀστὴρ Φιλίππῳ θανάσιμον πέμπει βέλος. » Πρὸς ὃν ἀντιγράψας ἔπεμψε βέλος ὁ Φίλιππος « Ἀστέρα Φίλιππος ἢν λάβῃ κρεμήσεται. » Καὶ ὑποσχόμενος εἰρήνην ἐξήτησε καὶ λαβὼν ἐκρέμασεν. » *Westerm.* Hic Callisthenes Stobæi et Pseudo-Plutarchi, ex mea sententia idem est atque ille cujus Θρακικά et Galatica et Cynegetica et Metamorphoses ex iisdem novimus auctoribus.

43.

Tertullian. De anim. c. 46 : *Et Bardylidem Illyricum a Molossis usque Macedoniam ex somnio dominatum de Callisthene disco.*

« *Bardylidem* scripsi ex conjectura pro eo quod in editionibus inveni, *Baralirem* s. *Balaridem*. Scilicet Bardylis rex erat Illyriorum, quem vicit Philippus Ol. 105, 2. 359. V. Diodor. XVI, 4. Neque ab eo diversus videtur Bardylis Illyrius latro, de quo Theopompum (fr. 35) egisse dicit Cicero De off. II, 11, quemque inter eos, qui infimo loco nati ad summas dignitates pervenerant, Helladius ap. Phot. cod. 279, p. 530 recenset sic: Βράδυλλις δέ τις Ἰλλυριῶν ἀνθρακεὺς γεγονώς. » *Westermann.*

ΘΡΑΚΙΚΑ.

44.

E LIBRO TERTIO.

Plutarchus Parall.. min. c. 31 (p. 385 Didot) : Ἀθηναίων πόλεμον ἐχόντων πρὸς Εὔμολπον, καὶ τῆς εὐθηνίας μὴ ἐπαρκούσης, Πύρανδρος ταμίας τῶν δημοσίων ὑπεσπάσατο τὸ μέτρον, φειδωλῶς χρώμενος· οἱ δ' ἐγχώριοι, ὡς προδότην ὑποπτεύσαντες, λιθόλευστον ἐποίησαν· ὡς Καλλισθένης ἐν τρίτῳ Θρακικῶν.

« Res fabulosa atque si spectes antiquissimam formam imperii Atheniensium, inepte composita. Pro Πύρανδρος Harl. exhibere Χρύσανδρος annotat Wyttenbachius. De bello autem, si tanti est, cf. Strabo VII, p. 321; Pausan. I, 38, 2; Apollodor. III, 15, 4, quem sua partim ex Callisthenis Thracicis hausisse suspicatur Galeus. » Westerm.

ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΙΣ.

45.

E LIBRO SECUNDO.

Stobæus Floril. VII, 69 : Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ Μεταμορφώσεων. Κατὰ Κελαινὰς, πόλιν τῆς Φρυγίας, διὰ μῆνιν Ἰδαίου Διὸς χάσμα μεθ' ὕδατος γενομένου πολλὰς οἰκίας αὐτάνδρους εἰς τὸν βυθὸν καθείλκυσε. Τοῦ δὲ δήμου κινδυνεύοντος Μίδας ὁ βασιλεὺς χρησμὸν ἔλαβε, συνελεύσεσθαι τὴν γῆν, ἐὰν εἰς τὸ βάραθρον βάλῃ τὸ τιμιώτατον ἐν ἀνθρωπίνῳ βίῳ. Τῶν δὲ Κελαι-

in fluvium se conjecit et ad suos transnatans periculum effugit.

Philippus Methonen et Olynthum eversurus quum Sandanum (?) fluvium vi trajicere vellet, Olynthius quidam, cui Asteri nomen, sagitta oculum ejus percussit, dicens :

Aster Philippo letiferum mittit telum.

Tum rex natando ad suos reversus, amisso oculo, feliciter evasit. Narrat rem Callisthenes libro tertio De rebus Macedonum.

THRACICA.

44.

E LIBRO TERTIO.

Bello Atheniensium contra Eumolpum, quum non sufficeret commeatus, Pyrander publicus quæstor, parce annonam subministrans, aliquid de mensura deminuit. Cives eum proditionis ideo insimulantes lapidibus obruerunt. Callisthenes tertio Thracicorum.

METAMORPHOSES.

45.

E LIBRO SECUNDO.

Callisthenes in libro secundo Metamorphoseôn narrat Celænis in Phrygia propter iram Jovis Idæi terræ hiatum aqua plenum multas domos cum incolis earum in profundum tractas absorpsisse. Populo itaque in summo discrimine versante, Midas rex oraculum accepit, fore ut coiret rursum terra, si in faucem dejiceret quod pretiosissimum

νιτῶν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ τὸν κόσμον τῶν γυναικῶν εἰς τὸ χάσμα ῥιψάντων καὶ μηδ' οὕτω τοῦ κακοῦ λήξαντος, Ἄγχουρος (Αἰγίστεος Apost. et Arsen. ὁ υἱὸς Μίδα, λογισάμενος μηδὲν εἶναι τιμιώτερον ἐν βίῳ ψυχῆς ἀνθρωπίνης, ἀναπηδήσας καὶ δοὺς περιπλοκὰς τῷ γεννήσαντι καὶ ἀποταξάμενος τῇ γυναικὶ Τιμοθέᾳ, μεθ' ὁρμῆς ἔφιππος εἰς τὸν τόπον τοῦ χάσματος ἠνέχθη. Τῆς δὲ γῆς εἰς τὴν φυσικὴν ἁρμονίαν συνελθούσης, Μίδας βωμὸν ἱδρύσατο Διὸς Ἰδαίου, ὃν χρύσεον ἐποίησε χερσὶν ἁψάμενος. Οὗτος ὁ βωμὸς περὶ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ τὸ χάσμα συνέβη γενέσθαι, λίθινος γίνεται, τῆς δ' ὡρισμένης προθεσμίας παρελθούσης χρύσεος ὁρᾶται.

Eadem Plutarch. Parall. min. c. 5, p. 377 Didot., Apostol. Prov. I, 79, Arsen. Viol. p. 25. Quis sit hic Callisthenes non constat; Sybaritam esse suspicor, quem ex eodem Stobæo et Plutarcho novimus.

ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΑ.

46.

E LIBRO TERTIO.

Plutarch. De fluv. 4, 2 de Gange : Γεννᾶται δὲ παρ' αὐτῷ βοτάνη παραπλησία βουγλώσσῳ, ἣν λειοτριβοῦντες τὸν χυλὸν αὐτῆς τηροῦσιν καὶ νυκτὸς βαθείας τοὺς φωλεοὺς τῶν τίγρεων περιῤῥαίνουσιν, αἱ δὲ διὰ τὴν δύναμιν τῆς ἐκχυθείσης ὑγρασίας προχωρῆσαι μὴ δυνάμεναι θνήσκουσιν, καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ἐν γ' τῶν Κυνηγετικῶν.

Callisthenem h. l. eundem habeo cum C. Sybarita, cujus Galatica Plutarchus laudat l. l. c. 6, 3 (v. fr. 47).

ΓΑΛΑΤΙΚΑ.

47.

E LIBRO DECIMO TERTIO.

Plutarch. De fluv. c. 6 : Ἄραρ ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς παρὰ τῷ ἡρμόσθαι τῷ Ῥοδανῷ· καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον κατὰ τὴν χώραν τῶν Ἀλλοβρόγων. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Βρίγουλος· μετωνομάσθη δὲ διὰ αἰτίαν τοιαύτην. Ἄραρ κυνηγεσίας χάριν εἰς ὕλην προχωρήσας καὶ εὑρὼν τὸν ἀδελφὸν Κελτίβηρον ὑπὸ θηρίων ἀνηλωμένον, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν καιρίως πλήξας ἔβαλεν εἰς τὸν ποταμὸν Βρίγουλον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη Ἄραρ. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς, Σκολόπιδος (? Κλουπαῖα Stob.) προσαγορευόμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Οὗτος αὐξανομένης τῆς σελήνης, λευκός ἐστι· μειωμένης δὲ, μέλας γίνεται παντελῶς· ὑπεραυξήσας δ' ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν. Εὑρίσκεται δ' ἐν αὐτῷ λίθος ἐν τῇ κεφαλῇ (ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λίθος Stob.) χόνδρῳ παρόμοιος ἁλὸς, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς τεταρταίους νόσους, τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ σώματος προσδεδεμένος τῆς σελήνης μειουμένης, καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ὁ Συβαρίτης ἐν ιγ' Γαλατικῶν, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφε Τιμαγένης ὁ Σύρος.

Eadem, omissis nonnullis, Stobæus in Florileg. 100, 4, et in Boissonad. An. gr. I, p. 417.

Hunc Callisthenem eundem esse cum eo Galaticorum auctore, quem Stephanus Byz. *Eratosthenem* [cf. not. ad fr. 4] dicit, conjecit Galeus, uti disco ex Bernhardyo Fragm. Eratosth. p. 109, ubi hæc : « Præter solitum perspicax opus Callistheni Galeus attribuit; non enim pervixisse Eratosthenem ad tempora Prusiæ, cujus illic (s. v. Βοὸς κεφαλαί) mentio fiat. Callisthenem unde arripuerit, dicere

in humana vita sit. Celænitæ igitur aurum et argentum et mundum mulierum in hiatum dejecerunt. Verum quum ne sic quidem malum cessaret, Anchurus, Midæ filius, reputans secum nihil majoris pretii apud mortales esse vita humana, repente exsiliit, et postquam parentem amplexus et Timotheæ uxori valedixit, concitato equi cursu in hiatum se dejicit. Jam quum coiisset terra et ad naturalem statum rediisset, Midas aram consecrari jussit Jovi Idæo, quam manu tangens auream fecit. Hæc ara eo tempore, quo hiare terram accidit, lapidea, præstituto tempore elapso aurea conspicitur.

DE VENATIONE.

46.

E LIRRO TERTIO.

Nascitur ad Gangen herba, buglosso similis, quam conterunt, et ex succo expresso, quem sedulo servant, profunda nocte tigridum latibula circumlinunt, quæ quum egredi nequeant ob vim effusi humoris, intus moriuntur, ut refert Callisthenes libro tertio De venatione.

47.

E LIBRO DECIMO TERTIO.

Arar fluvius est Galliæ Celticæ, qui denominationem accepit ex eo, quod immisceatur Rhodano; in eum enim labitur juxta regionem Allobrogum. Primum Brigulus dictus est; mutavit vero postea nomen ob hanc causam : Arar venationis causa silvam ingressus, quum fratrem Celtiberum a feris dilaniatum offendisset, ob extremum dolorem postquam letale sibi vulnus inflixerat, in Brigulum se præcipitavit fluvium, qui ab eo Araris nomen sumpsit. Nascitur in eo magnus piscis, ab indigenis clupæa vocatus, qui crescente luna albus est, decrescente vero prorsus niger est. Idem quum in extremam crevit magnitudinem, a propriis spinis interficitur. Porro reperitur in ejus capite lapis grumo salis similis, qui decrescente luna, sinistris corporis partibus applicatus, febres quartanas sanat, uti narrat Callisthenes libro tredecimo Rerum Gallicarum, a quo sumpsit argumentum Timogenes Syrus.

neglexit. « Quare ipse Bernhardyus, Plutarchei loci haud memor, alteri cuidam Eratostheni Galatica tribuit. Quamquam vel propterea Galei sententiam addubitare licet, quod quæ Stephanus ex Eratosthene affert, omnia pertinent, non ad Europæ Galliam, sed ad Asiaticam. — Laudatur Eratosthenes ille hisce locis :

Τολιστόβιοι, ἔθνος Γαλατῶν ἑσπερίων μετοικησάντων ἐκ τῆς Κελτογαλατίας ἐς Βιθυνίαν. Ἐρατοσθένης ἐν πρώτῳ Γαλατικῶν Τολιστοβογίους αὐτούς φησι.

Σπάρτακος, πόλις Θρᾴκης. Ἐρ. ἐν Γαλατικῶν δευτέρῳ.

Διανεῖς, ἔθνος Γαλατικόν. Ἐρ. ἐν δ' Γαλατικῶν.

Ὑρκανία... Ἔστι καὶ Ὑρκάνιον πεδίον τῆς Αὐδίας, ὡς Ἐρ. ἐν πέμπτῳ Γαλ.

Βοὸς κεφαλαί, τόπος καθ' ὃν ἐπολέμησε Προυσίας πρὸς Ἄτταλον, ὡς Ἐρ. ἐν ἑβδόμῃ Γαλ.

Ὑδρηλα, πόλις Καρίας. Ἐρ. τριακοστῷ τρίτῳ (?) Γαλ.

DUBIA.

48.

Suidas v. Ἀναγκαῖον : Ἰσαῖος [ἐν τῷ πρὸς Ἑρμωνα καὶ Ξενοφῶν Ἑλληνικοῖς (V, 4, 8) addit Harpocrat.] ἀναγκαῖον τὸ δεσμωτήριον καλεῖ. Καλλισθένης δὲ [Καλλίστρατος δὲ Reinesius V. L. III, 366] ἀνώγεων εἶπε, καὶ οὕτω δεῖ μᾶλλον λέγεσθαι.

« Eadem Harpocratio vulgaris, Palat. tamen Ἰσαῖος καὶ Καλλισθ. οὕτω λέγει τὸ δεσμ., qui jure potiore hic audiendus videtur, quum ab eodem Suida v. Βόθυνος iterum copulentur Ἰσ. καὶ Καλλ. » *Bernhardy*. Cf. Suidas v. Ἀνώγεων. Schœmann. in Isæum p. 493.

49.

Suidas : Ἀναρᾶσθαι· ἀντὶ τοῦ καταλύειν τὴν γενομένην ἀράν· οὕτω Καλλισθένης [Καλλίστρατος Vales.].

Eadem Phavorin. p. 175. Cf. Valesius in Ammian. M. 24, 6, p. 292. Valckenaer. in Herodot. VIII, 63.

50.

Harpocratio : Βόθυνος, τόπος τις ἰδίως οὕτω καλούμενος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ, οὗ μνήμην Ἰσαῖος καὶ Καλλισθένης ποιεῖται. Sic codd. D. et E; vulgo : Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἑρμωνα περὶ ἐγγύης μνημονεύει τοῦ τόπου. Eadem Suidas. Cf. Zonaras p. 395, et locum Isæi in Bekker. An. p. 173, 26.

51.

Harpocratio : Μυλωθρὸς, ὁ μύλωνα κεκτημένος καὶ ἐργαζόμενος αὐτῷ· Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους πολλάκις. Ἔστι καὶ τοὔνομα παρὰ Καλλισθένει καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς πολλάκις. Sic codd. B. C. G. Bekkeri; reliqui : ἔστι καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς πολὺ τοὔνομα.

48.

Isæus in oratione contra Hermonem et Xenophon in Hellenicis carcerem dicit ἀναγκαῖον, Callisthenes vero ἀνώγεων, idque rectius.

49.

Ἀναρᾶσθαι, resecrare, exsecrationes revocare. Sic Callisthenes.

50.

Βόθυνος, locus quidam proprie sic dictus in via sacra : meminerunt ejus Isæus et Callisthenes.

51.

Μυλωθρός, qui pistrinum possidet et in eo opus facit. Verbum hoc etiam apud Callisthenem et apud Atticos sæpius.

ANAXIMENES LAMPSACENUS.

Quæ de vita Anaximenis veteres tradiderunt hæc sunt :

Strabo XIII, p. 589 : Ἐκ Λαμψάκου δὲ... Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ.

Diodorus XV, 76, 4 ad Olymp. 103, 3. 366 a. C. : Ὑπῆρξαν δὲ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἄνδρες κατὰ παιδείαν ἄξιοι μνήμης Ἰσοκράτης τε ὁ ῥήτωρ καὶ οἱ τούτου γενόμενοι μαθηταὶ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος· ἔτι δὲ Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος· ἔτι δὲ τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι, Ξενοφῶν τε ὁ τὰς ἱστορίας συγγραψάμενος, ἐσχατόγηρως ὤν· Ἀρίστιππός τε καὶ Ἀντισθένης· πρὸς δὲ τούτοις Αἰσχίνης ὁ Σφήττιος ὁ Σωκρατικός.

Aristoteles Olymp. 103, 3 vitæ annum egit duodevicesimum. Similiter Anaximenem quoque tum juvenem adhuc fuisse Aristotele paullo vel antiquiorem vel juniorem verisimillimum est. Diodori testimonio adde Pausaniæ VI, 18, 2, ubi Anaximenem dicit Ἀλεξάνδρῳ τε αὐτῷ καὶ ἔτι Φιλίππῳ πρότερον γεγονότα ἐν γνώσει. Eusebius Chron. ad Olymp. 112, 4. 329 : *Anaximenes et Epicurus agnoscebantur*. Cf. Syncell. p. 275, A.

Suidas: Ἀναξιμένης, Ἀριστοκλέους, Λαμψακηνός, ῥήτωρ, μαθητὴς Διογένους τοῦ Κυνὸς καὶ Ζωΐλου τοῦ Ἀμφιπολίτου γραμματικοῦ, τοῦ κακίζοντος Ὅμηρον, διδάσκαλος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. Εἴπετο δὲ αὐτῷ ἐν τοῖς πολέμοις (*). Postrema εἴπετο δὲ κτλ. omittit Eudocia p. 51. Quæ apud Suidam sequuntur petita sunt e Pausania (VI, 18).

De magistris Anaximenis præter Suidam nemo quidquam tradidit; attamen familiaritatem aliquam etiam postea Anaximeni cum Cynico intercessisse ex dicteriis colligi possit, quæ Diogenes in Anaximenem jactasse fertur (*). Etenim narrat Diog. L. VI, 57 : Ἀναξιμένει τῷ ῥήτορι παχεῖ ὄντι προσελθὼν (Διογένης), « Ἐπίδος καὶ ἡμῖν, ἔφη, τοῖς πτώχοις τῆς γαστρός· καὶ γὰρ αὐτὸς κουφισθήσῃ καὶ ἡμᾶς ὠφελήσεις. » Διαλεγομένου ποτὲ αὐτοῦ, τάριχον προτείνας περιέσπασε τοὺς ἀκροατάς· ἀγαναντοῦντος δὲ, « Τὴν Ἀναξιμένους, ἔφη, διάλεξιν ὀβολοῦ τάριχος διαλέλυκεν. » Ceterum ut pinguis Anaximenes, sic in vestitu negligens fuisse videtur, perstringente Theocrito Chio ap. Athenæum I, p. 21, C : Ἑρμιππος δέ φησι Θεόκριτον τὸν Χῖον ὡς ἀπαίδευτον μέμφεσθαι τὴν Ἀναξιμένους περιβολήν (**).

Anaximenem magistrum fuisse Alexandri præter Suidam dicit Valerius Maximus (VII, 3, 4) et Cedrenus p. 130, 53, ubi postquam de Anaximenis *philosophi placitis* locutus est, diversa plane confundens addit : οὗτος ἤκμασε κατὰ τοὺς χρόνους Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, οὗτινος καὶ διδάσκαλος γέγονεν. At recte, opinor, Geierus « Cave, ait, ne proprio id sensu de ipsa Alexandri pueri educatione vel institutione accipias, in qua non magis occupatum fuisse Anaximenem quam Callisthenem, cui item Alexandri præceptoris vel rectoris a nonnullis titulum tributum esse videmus, non est operæ pretium pluribus demonstrare. Neque id, quod

artis suæ rationem videns, timidus factus est : unde et cor cervi habere dicitur : unde et Homerus ait, οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο, *id est* : « *Ebriose, oculos canis habens et cor cervi.* » *Sed dum periculum venandi fugeret, affectum tamen canum non dimisit, quos immaniter pascendo pæne omnem substantiam perdidit : ob hanc rem a canibus suis dilaceratus dicitur esse.* — Apud eundem Fulgentium II, 14 memoratur Anaximander Lampsacenus de interpretatione allegorica Musarum numeri nonarii; ubi aut *Anaximander Milesius* (junior), aut *Anaximenes Lampsacenus*, restituendus esse videtur; atque hoc quidem probabilius. Quæritur an noster An. an alius sit intelligendus.

(*) Distinguendus a Nostro est Anaximenes Lampsacenus alter, ejus qui res Alexandri scripsit nepos ex sorore. Diogen. L. II, 3 de Anaximene Milesio philosopho locutus : Γεγόνασι καὶ ἄλλοι δύο, Λαμψακηνοί, ῥήτωρ, καὶ ἱστορικός, ὃς ἀδελφῆς υἱὸς ἦν τοῦ ῥήτορος τοῦ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις γεγραφότος. De hoc certioris nihil constat. — Lucianus in Herodot. c. 3 (p. 243 ed. Didot.) inter eos qui orationibus Olympiæ habitis brevi gloriam sibi paraverint, nominat Hippiam Eleum, Prodicum Ceum, *Anaximenem Chium*, Polum Agrigentinum. Chium istum Nitzschius Hist. Homer. II, p. 88 eundem habet cum Lampsaceno nostro. Argumentum sententiæ me fugit, nisi fortasse inde, quod Anaximeni cum Theopompo Chio inimicitiæ erant, et quod ejusdem vestitum Chius Theocritus risisse narratur, aliquis colligi voluerit, eum per aliquod tempus in insula hac versatum atque propterea Chium a Luciano nominatum esse. Ego puto apud Lucian. reponendum esse *Xenomedem Chium*. Hunc enim tamquam æqualem eorum, cum quibus ap. Lucianum componitur, novimus e Dionysio Halic. Fusius de hoc Xenomede suo dicemus loco. — *Anaximenem* nescio quem *De picturis antiquis* citat Fulgentius Myth. III, 3 : *Anaximenes, qui de picturis antiquis disseruit, in libro secundo ait venationem Actæonem dilexisse : qui quum ad maturam pervenisset ætatem, consideratis venationum periculis, id est quasi nudam*

(*) Diogenes Onesicriti quoque magister fuit. Quo condiscipulatu usum quendam familiarem inter utrumque Alexandri comitem fuisse suspicatur Geierus p. 274.

(**) Vocem περιβολήν Geierus p. 283 interpretatur *circumjectam orationem*. De amictu cogitandum esse recte monet Creuzerus (*Hist. Kunst* p. 386). Similiter Callistratus Aristophaneus Aristarchum perstrinxit ἐπὶ τῷ μὴ εὐρύθμως ἀμπέχεσθαι, φέροντός τι καὶ τοῦ τοιούτου πρὸς παιδείας ἐξέτασιν (Athen. p. 21, C.).

facile cuiquam in mentem venire possit, Rhetoricam ad Alexandrum ab eo scriptam huc valuisse existimamus. Debuisse potius videtur Anaximenes similiter atque Callisthenes hujus tituli honorem familiari consuetudini, quæ erat aliquamdiu inter senem philosophum et regem juvenem. » — Præter Alexandrum discipulus Anaximenis fuisse dicitur Timolaus. Suidas : Τιμόλαος Λαρισσαῖος ἐκ Μακεδονίας, ῥήτωρ, Ἀναξιμένους τοῦ Λαμψακηνοῦ μαθητής· ὃς καὶ ποιητικῶς ἔχων παρενέβαλε τῇ Ἰλιάδι στίχον πρὸς στίχον καὶ ἐπέγραψε τὸ σύνταγμα Τρωικόν... ἔγραψε καὶ ἄλλα τινά (*). — Porro veneratum tinà τῶν Ἀναξιμένους τοῦ ῥήτορος μαθητῶν, coram Antigono rege oraticnem recitantem memorat Plutarchus in Imper. Apophthegm. p. 182, E.

Restat ut apponamus quæ de Anaximene patriæ servatore, deque indole viri tradit Pausanias VI, 18, 2 : Ἐνταῦθα (in Olympia) καὶ Ἀναξιμένους οἶδα εἰκόνα ἀνευρών, ὃς τὰ ἐν Ἕλλησι ἀρχαῖα, καὶ ὅσα Φίλιππος ὁ Ἀμύντου καὶ ὕστερον Ἀλέξανδρος εἰργάσατο, συνέγραψεν ὁμοίως ἅπαντα· ἡ δέ οἱ τιμὴ γέγονεν ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τῶν Λαμψακηνῶν τοῦ δήμου. Ὑπελίπετο δὲ Ἀναξιμένης τοσάδε ἐς μνήμην. Βασιλέα γὰρ οὐ τὰ πάντα ἤπιον, ἀλλὰ καὶ τὰ μάλιστα θυμῷ χρώμενον, Ἀλεξάνδρον τὸν Φιλίππου, τέχνῃ περιῆλθε τοιᾷδε. Λαμψακηνῶν τὰ βασιλέως τοῦ Περσῶν φρονησάντων ἢ καὶ αἰτίαν φρονῆσαι λαβόντων, ὁ Ἀλέξανδρος, ἅτε ὑπερζέων ἐς αὐτοὺς τῇ ὀργῇ, κακῶν ἠπείλει τὰ μέγιστα ἐργάσεσθαι. Οἱ δὲ ἅτε θέοντες περὶ γυναικῶν τε καὶ παίδων καὶ αὐτῆς πατρίδος, ἀποστέλλουσιν Ἀναξιμένην ἱκετεύειν, Ἀλεξάνδρῳ τε αὐτῷ καὶ ἔτι Φιλίππῳ πρότερον γεγονότα ἐν γνώσει. Προσῄει τε ὁ Ἀναξιμένης, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον πεπυσμένον, καθ' ἥντινα αἰτίαν ἥκοι, κατομόσασθαί φασιν ἐπονομάζοντα θεοὺς τοὺς Ἕλλήνων, ἢ μὴν αὐτοῦ ταῖς δεήσεσιν ὁπόσα ἐστὶν ἐναντία ἐργάσεσθαι. Ἔνθα δὴ εἶπεν Ἀναξιμένης· Χάρισαί μοι τήνδε, ὦ βασιλεῦ, τὴν χάριν, ἐξανδραποδίσασθαι μὲν γυναῖκας καὶ τέκνα Λαμψακηνῶν, καταβαλεῖν δὲ καὶ ἐς ἔδαφος τὴν πόλιν πᾶσαν, τὰ δὲ ἱερὰ τῶν θεῶν σφισιν ἐμπρῆσαι. Ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγεν. Ἀλέξανδρος δὲ οὔτε πρὸς τὸ σόφισμα ἀντιμηχανήσασθαί τι εὑρίσκων, καὶ ἐνεχόμενος τῇ ἀνάγκῃ τοῦ ὅρκου, συγγνώμην ἔνεμεν οὐκ ἐθέλων Λαμψακηνοῖς (*).

Ib. 5. Φαίνεται δὲ καὶ ἄνδρα ὁ Ἀναξιμένης ἐχθρὸν οὐκ ἀμαθέστατα, ἀλλὰ καὶ ἐπιφθονώτατα ἀμυνάμενος. Ἐπεφύκει μὲν αὐτὸς σοφιστὴς καὶ σοφιστῶν λόγους μιμεῖσθαι· ὡς δέ οἱ διαφορὰ ἐς Θεόπομπον ἐγεγόνει τὸν Δαμασιστράτου, γράφει βιβλίον ἐς Ἀθηναίους καὶ ἐπὶ Λακεδαιμονίοις ὁμοῦ καὶ Θηβαίοις συγγραφὴν λοίδορον. Ὡς δὲ ἦν ἐς τὸ ἀκριβέστατον αὐτῷ μεμιμημένα, ἐπιγράψας τοῦ Θεοπόμπου τὸ ὄνομα τῷ βιβλίῳ, διέπεμπεν ἐς τὰς πόλεις. Καὶ αὐτός τε συγγεγραφὼς ἦν, καὶ τὸ ἔχθος τὸ ἐς Θεόπομπον ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἐπηύξητο (**). Οὐ μὴν οὐδὲ εἰπεῖν τις αὐτοσχεδίως Ἀναξιμένους πρότερός ἐστιν εὑρηκώς. Τὰ ἔπη δὲ τὰ ἐς Ἀλέξανδρον οὔ μοι πιστά ἐστιν Ἀναξιμένην τὸν ποιήσαντα εἶναι (***).

De Anaximene Alexandri comite Diog. L. V, 10 : Λέγεται δὲ (Ἀριστοτέλης) διὰ τὴν Καλλισθένους πρὸς Ἀλέξανδρον σύστασιν προσκροῦσαι τῷ βασιλεῖ· κἀκεῖνον ἐπὶ τῷ τοῦτον λυπῆσαι, Ἀναξιμένη μὲν αὐξῆσαι, πέμψαι δὲ καὶ Ξενοκράτει δῶρα. Cujus rei fides penes auctorem esto.

(*) Cf. Hesych Miles. p. 54 Orelli. Eustath. Prœem. in Odyss. et p. 1379, 48; 1697, 57, schol. ad Od. 3, 267. Timolai nescio cujus Φρυγιακά laudantur ap. Plutarch. De fluv. c. 9. Errat procul dubio Roulez ad Ptol. Heph. p. 153, qui historiunculam ap. Plutarch. l. l. narratam esse opinatur Timolai Cyziceni, Platonis discipuli, cujus mentionem injicit Diog. L. III, 46.

(*) Eadem ex Pausania Suidas l. l. Cf. Valerius Maximus VII, 3, 4 : *Lampsacenæ urbis salus unius vaframenti beneficio constitit. Nam quum ad excidium ejus summo studio Alexander ferretur, progressumque extra mœnia Anaximenem præceptorem suum vidisset, quia manifestum erat, futurum ut preces suas iræ ejus opponeret, non facturum se quod petiisset, juravit. Tunc Anaximenes, « Peto, inquit, ut Lampsacum diruas. » Hæc velocitas sagavitatis oppidum vetusta nobilitate inclytum exitio, cui destinatum erat, subtraxit.* Pro Anaximene et Lampsaco Aristotelem et Stagira ponit ceterum eadem narrans vetus auctor Gallicus in cod. Bibl. Gothanæ. V. Jacobs *Beitræge z. alt. Lit. d. Bibl. zu Gotha*, I, p. 375, citante Geiero.

(**) Nomen maledici hujus auctoris reponendum esse duco ap. Dionys. H. A. R. I, 2, ubi hæc : οὔτε διαβολὰς καθ' ἑτέρων ἐγνωκὼς ποιεῖσθαι συγγραφέων, ὥσπερ Ἀναξίλαος (scr. Ἀναξιμένης) καὶ Θεόπομπος ἐν τοῖς προοιμίοις τῶν ἱστοριῶν ἐποίησαν.

(***) « *Sollte sich in diesem Poem, frage ich, nicht schon einer der Keime der nachher so üppig fortwuchernden Romanenliteratur über diesen Kœnig finden?* » Creuzer *Hist. Kunst.* p. 387.

OPERA ANAXIMENIS.

1. Ἱστορίαι.
   a. Ἑλληνικά. Πρῶται ἱστορίαι (fr. 1—6).
   b. Φιλιππικά [Δεύτεραι ἱστορ.] (fr. 7—14).
   c. Τὰ περὶ Ἀλέξανδρον [Τρίται ἱστορ.] (fr. 15—17).
2. Βασιλέων μεταλλαγαί (fr. 18—19).
3. Περὶ Ὁμήρου (fr. 20).
4. Τριπολιτικός.
5. Λόγοι συμβουλευτικοὶ καὶ δικανικοί.
6. Ῥητορικὴ πρὸς Ἀλέξανδρον.

[7. Ἔπηεἰς Ἀλέξανδρον.] Opus spurium. V. Pausan. l. l.

De *Hellenicis*, quæ κατ' ἐξοχὴν sic dicere licet, Diodorus, XV, 89 ad Ol. 104, 3 : Ἀναξιμένης δὲ ὁ Λαμψακηνὸς τὴν πρώτην (sc. σύνταξιν) τῶν Ἑλληνικῶν ἀνέγραψεν, ἀρξάμενος ἀπὸ θεογονίας καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου γένους τῶν ἀνθρώπων, κατέστροφε δ' εἰς τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην καὶ τὴν Ἐπαμινώνδου τελευτήν· περιέλαβε δὲ πάσας σχέδον τὰς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων πράξεις ἐν βίβλοις δώδεκα. — Hæc Pausanias l. l. significat verbis τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα. Sincera inscriptio fuit Πρῶται ἱστορίαι (fr. 1). Altera pars, de rebus Philippi exponens, libros complectebatur minimum octo (fr. 12); tertiæ laudatur liber secundus. Reliquiæ tam tenues sunt, ut accuratius de indole totius operis judicium ferri haud possit. — De libro Βασιλέων μεταλλαγαί inscripto vide notam ad fr. 19. — *De Homero* peculiarem librum Anaximenem scripsisse docemur a Dionysio Hal. De Is. 19 (v. infra). — Τριπολιτικὸς vel Τρικάρανος inscripta erat λοίδορος ista συγγραφή, de qua verba facit Pausanias l. l. Rem præterea testantur Josephus C. Apion. 1, 24, p. 459; Euseb. P. E. p. 491; Syncell. p. 121 ed. Bonn. coll. Lucian. Pseudol. c. 29. Vide quæ diximus in Vit. Theopompi p. LXXIV. — Inter oratores Anaximenes recensetur a Dionysio H. l. l. et in Epist. ad Amm. c. 2. Perduravit memoria orationis, quam Euthiæ scripsit contra Phrynen. Harpocrat. v. Εὐθίας : Ὑπερίδης ὑπὲρ Φρύνης, τῶν ἐπὶ συκοφαντίᾳ διαβεβλημένων ἦν ὁ Εὐθίας. Τὸν μέντοι λόγον αὐτῷ τὸν κατὰ Φρύνης Ἀναξιμένην πεποιηκέναι φησὶν Ἕρμιππος. Athenæus XIII, p. 591, E : Οὐκ ἀγνοῶ δέ, ὅτι τὸν ἐπιγραφόμενον κατ' αὐτῆς (Φρύνης) Εὐθίου λόγον Διόδωρος ὁ Περιηγητὴς Ἀναξιμένους φησὶν εἶναι. Cf. Ruhnken. Hist. crit. orat. p. 51 ed. Frotscher. 1831. — Artem rhetoricam ad Alexandrum scriptam, quam vulgo Aristoteli tribuebant, Anaximenis nostri esse, hodie communis est fere omnium consensus. Vide Spengel. Συναγ. τεχν. p. 182, Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* § 68, 69, et qui ibi laudantur, et præ ceteris Spengel. in Prolegg. ad librum : « Anaximenis Ars rhetorica quæ vulgo fertur Aristotelis ad Alexandrum. » 1844.

Anaximenem etiam in historia scribenda rhetorem egisse vel non moniti ex ingenio istorum temporum colligeremus. Testimonia veterum hæc sunt : Plutarch. De ger. rep. c. 6 : Ἐπὶ δὲ τῶν Ἐφόρου καὶ Θεοπόμπου ῥητορείων καὶ περιόδων, ἃς περαίνουσιν ἐξοπλίσαντες τὰ στρατεύματα καὶ παρατάξαντες, ἔστιν εἰπεῖν·

Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας.

Stobæus Flor. XXXVI, p. 217, 44 ed. Gesn. : Θεόκριτος (sc. ὁ Χῖος) Ἀναξιμένους λέγειν μέλλοντος, « Ἄρχεται, εἶπε, λέξεων μὲν ποταμὸς, νοῦ δὲ σταλαγμός. »

Dionysius Hal. De Is. jud. 19 (vol. V, p. 626 R.) : Ἀναξιμένην δὲ τὸν Λαμψακηνὸν ἐν ἁπάσαις μὲν ταῖς ἰδέαις τῶν λόγων τετράγωνόν τινα εἶναι βουλόμενον· καὶ γὰρ ἱστορίας γέγραφε καὶ περὶ τοῦ ποιητοῦ συντάξεις καταλέλοιπε καὶ τέχνας ἐξενήνοχεν, ἥπται δὲ καὶ συμβουλευτικῶν καὶ δικανικῶν ἀγώνων· οὐ μέντοι τέλειόν γε ἐν οὐδεμιᾷ τούτων τῶν ἰδεῶν, ἀλλ' ἀσθενῆ καὶ ἀπίθανον ὄντα ἐν ἁπάσαις θεωρῶν. Cf. id. De vi Demosth. c. 8. — Ceterum minus severos se præbuerunt Alexandrini grammatici, qui Anaximenem cum Clitarcho in Canonem historicorum receperunt (Bibl. Coislin. p. 597).

De opinione Porphyrii ap. Euseb. P. E. p. 464, qui Ephorum multa ex Daimachi, Callisthenis, Anaximenis historiis furatum esse et verbotenus transcripsisse putat, diximus in Vit. Ephori p. LXIV. Fieri sane potuit ut Anaximenes Hellenica sua jam ediderit, quo tempore Ephorus in scribendo adhuc occupatus erat. At quum Anaximeni jungantur Callisthenes et Daimachus, et similes ineptiæ ap. Porphyrium et Clementem permultæ legantur, fides hisce omnino deneganda est. Similiter Anaximenes cum Hellanico et Hecatæo inter eos recensetur, qui Amelesagoræ scripta expilaverint (Clem. Alex. Strom. VI, p. 279, 9 Sylb.). Quod quomodo de Anaximene Milesio philosopho dictum voluerit Brandis (*Gesch. d. Phil.* I, p. 148), haud assequor.

ΠΡΩΤΑΙ ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

1.

E LIBRO PRIMO.

Athenæus VI, 231 C : Ἀναξιμένης δ' ὁ Λαμψακηνὸς ἐν ταῖς Πρώταις ἐπιγραφομέναις Ἱστορίαις τὸν Ἐριφύλης ὅρμον διαβόητον γενέσθαι διὰ τὸ σπάνιον εἶναι τότε χρυσίον παρὰ τοῖς Ἕλλησι.

2.

Harpocr. s. v. Ἀμφικτύονες· συνέδριόν τί ἐστιν Ἑλληνικόν· ὠνομάσθη... ἀπὸ τοῦ περιοίκους εἶναι τῶν Δελφῶν τοὺς συναχθέντας, ὡς Ἀναξιμένης ἐν α' Ἑλληνικῶν. Eadem Apostolius III, 4.

PRIMÆ HISTORIÆ.

HELLENICA.

1.

E LIBRO PRIMO.

Anaximenes Lampsacenus in Primis, quæ inscribuntur, Historiis monile Eriphyles famigeratum fuisse (dicit) præterea, quod aurum tunc temporis perrarum fuerit apud Græcos.

2.

Amphictyonum (*Amphictionum*) Græcorum synedrium, inde nomen habet, quod populi fœderi adscripti circa Delphos circumhabitabant, ut Anaximenes ait libro primo Hellenicorum.

Cf. Androtion. fr. 33; Marm. Par. epoch. 5 ibique laudati p. 558; Theopompus fr. 80.

3.

Strabo XIII, p. 589 : Μιλησίων δ' εἰσὶν καὶ αἱ Κολωναὶ αἱ ὑπὲρ Λαμψάκου ἐν τῇ μεσογαίᾳ τῆς Λαμψακηνῆς· ἄλλαι δ' εἰσὶν ἐπὶ τῇ ἐκτὸς Ἑλλησποντίᾳ θαλάττῃ, Ἰλίου διέχουσαι σταδίους τετταράκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν· ἐξ ὧν τὸν Κύκνον φασίν. Ἀναξιμένης δὲ καὶ ἐν τῇ Ἐρυθραίᾳ φησὶ λέγεσθαι Κολωνὰς καὶ ἐν τῇ Φωκίδι καὶ ἐν Θετταλίᾳ.

4.

Idem XIV, p. 635 : Ἀναξιμένης γοῦν ὁ Λαμψακηνὸς οὕτω φησὶν, ὅτι καὶ Ἴκαρον τὴν νῆσον καὶ Λέρον Μιλήσιοι συνῴκισαν, καὶ περὶ Ἑλλήσποντον ἐν μὲν τῇ χερρονήσῳ Λίμνας, ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ Ἄβυδον, Ἄρισβαν, Παισόν· ἐν δὲ τῇ Κυζικηνῶν νήσῳ Ἀρτάκην, Κύζικον· ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῆς Τρωάδος Σκῆψιν. Non omnes tamen Milesiorum colonias Anaximenes recensuit, nam addit Strabo : Ἡμεῖς δ' ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα λέγομεν καὶ τὰς ἄλλας τὰς ὑπὸ τούτου παραλελειμμένας. Cf. Müller *Min.* p. 292.

5.

Plutarch. Poplicol. c. 9, de laudatione funebri Junii Bruti : Λέγεται δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιταφίων ἐκεῖνος γενέσθαι πρεσβύτερος· εἴγε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ ἱστόρηκεν. Sec. Diodorum XI, 33, 3 post pugnam Plataicam ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπιτάφιον τότε πρῶτον ἐποίησε, καὶ νόμον ἔθηκαν λέγειν ἐγκώμιον τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις τοὺς προαιρεθέντας τῶν ῥητόρων. Cf. Dionys. Hal. V, 3.

6.

Harpocrat. Ἀρχιδάμιος πόλεμος. Τὰ πρῶτα ι' ἔτη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου Ἀρχιδάμιος ἐκλήθη πόλεμος, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τοῦ τὸν Ἀρχίδαμον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλεῖν, καθὰ Θουκυδίδης καὶ Ἔφορος (fr. 120) καὶ Ἀναξιμένης φασίν. Eadem Apostol. IV, 30.

ΔΕΥΤΕΡΑΙ ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

ΦΙΛΙΠΠΙΚΑ.

7.

E LIBRO PRIMO.

Harpocratio : Πεζέταιρος· Δημοσθένης Φιλιππικοῖς (Olynth. 2, 17). Ἀναξιμένης ἐν α' Φιλιππικῶν περὶ Ἀλεξάνδρου λέγων φησὶν, « Ἔπειτα τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους ἱππεύειν συνεθίσας ἑταίρους προσηγόρευσε, τοὺς δὲ πλείστους καὶ τοὺς πεζοὺς ἐς λόχους καὶ δεκάδας καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς διελὼν πεζεταίρους ὠνόμασεν, ὅπως ἑκάτεροι μετέχοντες τῆς βασιλικῆς ἑταιρίας προθυμότατοι διατελῶσιν ὄντες. »

Eadem Photius et Suidas s. v. Institutum ad Philippum pertinet, sec. Lex. Rhet. p. 289. Ad Alexandrum, Amyntæ filium, rem retulisse videtur An. De nomine πεζέταιροι variaque ejus scriptura (πεζαίτεροι, πεζέτεροι) vide Ulpian. ad Demosthen. Olynth. II, § 17, p. 29, Etym. M. s. v. et plura apud Meurs. Lectt. Att. II, c. 11.

8.

Athenæus V, 217, D. E : Περδίκκας τοίνυν πρὸ Ἀρχελάου βασιλεύει, ὡς μὲν ὁ Ἀκάνθιός φησι Νικομήδης, ἔτη τεσσαράκοντα ἕν. Θεόπομπος (fr. 31) δὲ τριάκοντα πέντε, Ἀναξιμένης τεσσαράκοντα, Ἱερώνυμος εἴκοσιν ὀκτὼ, Μαρσύας δὲ καὶ Φιλόχορος, εἴκοσι τρία.

3.

Milesiorum colonia etiam sunt Colonæ supra Lampsacum in Lampsaceni agri mediterraneis. Aliæ sunt ad exterum Hellesponti mare, ab Ilio distantes stadia centum et quadraginta. Hinc Cycnum fuisse tradunt. Anaximenes etiam in Erythræa haberi Colonas perhibet, et in Phocide et in Thessalia.

4.

Anaximenes Lampsacenus ait Icarum quoque insulam et Lerum Milesiorum esse colonias; et juxta Hellespontum in Chersoneso Limnas; in Asia Abydum, Arisbam, Pæsum; in Cyzicena insula Artacen et Cyzicum, in mediterraneis Troadis Scepsin.

5.

Ea laudatio funebris Græcis antiquior esse dicitur, nisi forte hoc quoque orationum funebrium institutum a Solone profectum est, uti tradit rhetor Anaximenes.

6.

Priores decem belli Peloponesiaci anni dicebantur bellum Archidamicum, ab Archidami, ut videtur, in Atticam invasionibus, uti tradunt Thucydides, Ephorus, Anaximenes.

SECUNDÆ HISTORIÆ.

PHILIPPICA.

7.

E LIBRO PRIMO.

Anaximenes libro primo Philippicorum de Alexandro (*Amyntæ filio*) loquens dicit : Deinde eos, qui in exercitu illustriores erant, equitare assuefecit et ἑταίρους (*socios, commilitones*) appellavit, reliquos vero (ignobiliores) pedestri exercitui adscriptos in cohortes, decurias aliosque ordines distribuens πεζεταίρους nominavit, ut nominis honore, quo utrosque esse socios regios indigitaret, promptiores et alacriores efficeret.

8.

Perdiccas ante Archelaum regnavit, uti Anaximenes ait, annis quadraginta.

Vide Clinton. in Fastis Hellen. II, p. 221 sqq. Ad Anaximenis calculos præter Nicomedem proxime accedit Auctor Marmoris Par. ep. 58, ex cujus rationibus 41 anni regno Perdiccæ assignandi. Numerorum varietas non miranda, quum explicari facile possit. Ceterum vides Anaximenem in Philippicorum libro primo de antiquiore Macedoniæ historia (breviter) exposuisse.

9.

E LIBRO QUARTO.

Eustratius ad Aristot. Ethic. III, 8 p. 46, b, de pugna quam in Coronea urbe (Ol. 106, 4) Bœoti contra Onomarchum commiserunt : Ἱστοροῦσι περὶ τῆς μάχης ταύτης Κηφισόδωρος ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν Περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου καὶ Ἀναξιμένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν περὶ Φίλιππον καὶ Ἔφορος ἐν τῇ τριακοστῇ (fr. 153, ubi vide).

Harpocratio : Ἀλόννησος, νησύδριον ἐν τῷ Αἰγαίῳ πελάγει. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος, ὡς καὶ Ἀρχέλαος ἐν δ' Εὐβοϊκῶν. Μνημονεύει δὲ τῆς ἀμφισβητήσεως τῆς περὶ Ἀλοννήσου καὶ Θεόπομπος ἐν δ' (fr. 56) καὶ Ἀναξιμένης ἐν δ' Φιλιππικῶν.

11.

E LIBRO SEPTIMO.

Idem Μάστειρα : Μήποτε γραπτέον (apud Demosthen. p. 100, 22) Βάστειραν ἢ Πίστειραν (Πίστυραν cod. B.) ἢ Ἐπίμαστον, ἐπεὶ ταύτας τὰς πόλεις εὑρίσκομεν παρ' Ἀναξιμένει ἐν ζ' τῶν περὶ Φίλιππον, τὴν δὲ Μάστειραν οὐδαμοῦ μνήμης τυχοῦσαν. Eadem leguntur apud Photium et Suidam. Verba Demosthenis Orat. περὶ τῶν ἐν Χερσονήσῳ p. 100, 22 : Οὐ γὰρ οὕτω γ' εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν οὐδεὶς, ὥστε ὑπολαμβάνειν τὸν Φίλιππον τῶν μὲν ἐν Θράκῃ κακῶν (τί γὰρ ἄλλο ἄν τις εἴποι Δρογγίλον καὶ Καβύλην καὶ Μάστειραν;) καὶ ἃ νῦν ἑξαιρεῖ καὶ κατασκευάζεται, τούτων μὲν ἐπιθυμεῖν κτλ.

12.

E LIBRO OCTAVO.

Idem v. Καβύλη : Χωρίον ἐστὶ τῆς Θράκης, ὡς φησι Θεόπομπός τε ἐν μζ' (fr. 246) καὶ Ἀναξιμένης ἐν η' Φιλιππικῶν. Οὗτος δέ φησιν αὐτὸ ἱδρῦσθαι πρὸς Τάξῳ (Ἀξιῷ em. Meursius) ποταμῷ κατὰ μέσον τῆς Θράκης. Cf. fr. 11. Steph. Byz. : Καβύλη, πόλις Θρᾳκίας οὐ πόρρω τῆς τῶν Ἀστῶν χώρας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῃ (cap. 10, 9).

13.

Idem v. Μύρτανον : Φρούριον ἦν ἐν Θράκῃ, ὡς Μαρσύας ὁ πρεσβύτερος ἐν ζ' Μακεδονικῶν καὶ Ἀναξιμένης ἐν Φιλιππικῷ (Φιλιππικοῖς aut Φιλιππικῶν βίβλ. **).

14.

Idem v. Ὁ κάτωθεν νόμος, aliis ejus dictionis rationibus allatis, ita pergit : ἢ ἐπεὶ, φησὶ (Δίδυμος), τοὺς ἄξονας καὶ τοὺς κύρβεις ἄνωθεν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ τὴν ἀγορὰν μετέστησεν Ἐφιάλτης, ὥς φησι Ἀναξιμένης ἐν Φιλιππικοῖς (sic cod. D., vulgo Φιλιππικῷ, ut fr. 13).

Cf. Aristoteles ap. Harpocrat. p. 117. Bekk. : Ἀναγράψαντες δὲ τοὺς νόμους εἰς τοὺς κύρβεις ἔστησαν ἐν τῇ στοᾷ τῇ βασιλείᾳ. Polemonis et Plutarchi ætate reliquiæ jacebant in prytaneo. V. Preller. ad Polemon. p. 90 sq.

9.

E LIBRO QUARTO.

De pugna ista exponunt Cephisodorus duodecimo libro De bello sacro, Anaximenes De rebus Philippi libro quarto, Ephorus libro tricesimo.

10.

Controversiæ de Halonneso meminit etiam Theopompus libro quarto et Anaximenes quarto Philippicorum.

11.

E LIBRO SEPTIMO.

Fortasse (apud Demosthenem) pro Μάστειραν scribendum est Βάστειραν vel Πίστειραν vel Ἐπίμαστον; has enim urbes reperimus apud Anaximenem in libro De rebus Philippi septimo, nusquam vero Mastiram commemorari.

12.

E LIBRO OCTAVO.

Cabyle, locus munitus Thraciæ, ut Theopompus ait libro 47, et Anaximenes Philippicorum libro octavo, ubi situm dicit ad Axium fluvium in media Thracia.

13.

Myrtanum, Thraciæ castellum, ut Marsyas senior libro septimo De rebus Macedonum, et Anaximenes in Philippicis.

14.

Axes et cyrbes ex superiore loco, ex acropoli scilicet, in curiam et forum transtulit Ephialtes, uti ait Anaximenes in Philippicis.

[ΤΡΙΤΑΙ ΙΣΤΟΡΙΑΙ.]

ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

E LIBRO PRIMO.

15.

Plutarchus De fort. Alex. or. I, c. 3 : Ὡς δὲ Ἀναξιμένης, τετρακισμύριοι πεζοὶ καὶ τρισχίλιοι, πεντακισχίλιοι δὲ καὶ πεντακόσιοι ἱππεῖς (sc. Alexandro duce bellum Persis movere conati sunt). V. Ptolemæi Lag. fr. 4.

16.

Harpocrat. : Ἀκινάκης· Δημοσθένης... Περσικὸν ξίφος ἐστί· καὶ Ἀναξιμένης ἐν α' τῶν Περὶ Ἀλέξανδρον.

Καὶ Ἀν. sqq. in uno codice D leguntur.

17.

E LIBRO SECUNDO.

Harpocratio : Ἀλκίμαχος. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου. Στρατηγὸς οὗτός ἐστιν, Ἀναγυράσιος τὸν δῆμον, στρατηγήσας ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ. Ἕτερος δέ ἐστιν Ἀλκίμαχος Μακεδών· οὗ μνημονεύει Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου οὕτως· « Ἀλκίμαχον καὶ Ἀντίπατρον Ἀθηναίους καὶ προξένους ἐποιησάμεθα. » Ἀναξιμένης δὲ ἐν τῇ β' τῶν Περὶ Ἀλέξανδρον ἀνέγραψεν αὐτοῦ δημηγορίαν, πρὸς ἣν ἀντειπεῖν φησὶ Δημοσθένην. Fragmentum ad res ante Thebarum excidium Athenis factas pertinere suspicatur Geierus.

Plinius in Elench. auct. ad lib. XII et XIII cum aliis Alexandri rerum scriptoribus etiam Anaximenem laudat. Sermo in libris illis est de arboribus Asiæ.

18.

ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΤΑΛΛΑΓΑΙ.

Stephan. Byz. : Πασσαργάδαι, πόλις, θηλυκῶς. Διότιμος ἐν ἑξηκοστῷ πέμπτῳ Παντοδαπῶν ἀναγνωσμάτων παρατιθέμενος Ἀναξιμένην ἐν Μεταλλαγαῖς βασιλέων οὕτω γράφοντα· « Τὰς δὲ Πασσαργάδας ἔκτισεν ὁ Κῦρος ἐφ' οὗ τόπου παραταξάμενος Ἀστυάγην ἐνίκησεν. Ὀνομάζεται δὲ ἡ πόλις διερμηνευθεῖσα Περσῶν στρατόπεδον. »

19.

Athenæus XII, p. 531, D, postquam ex Theopompo (fr. 126) verba fecit de Stratonis, Sidoniorum regis, et Nicoclis, Salaminis in Cypro reguli, luxu nefario tristique vitæ fine, addit : Ἀναξιμένης δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Βασιλέων μεταλλαγαὶ περὶ τοῦ Στράτωνος τὰ αὐτὰ ἱστορήσας διημιλλῆσθαί φησιν αὐτὸν Νικοκλεῖ τῷ τῆς ἐν Κύπρῳ Σαλαμῖνος βασιλεύσαντι, ἐσπουδακότι περὶ τρυφὴν καὶ ἀσέλγειαν, ἀποθανεῖν τ' ἀμφοτέρους βιαίως.

Nicocles ille est Evagoræ filius, Philippi æqualis. V. not. ad Theopomp. l. l., Perizon. ad Ælian. V. H. VII, 2. Alius est Nicocles, Paphi tyrannus, qui jussu Ptolemæi Soteris se ipse occidit (310 a. C.). V. Diodor. XX, 21; Plutarch. Alex. 29; Ælian. V. H. VIII, 48; Droysen. *Hellenism.* I, p. 404, 12; Geier. De Ptolem. Lag. p. 36 sqq. « Ex Athenæi verbis recte Schweighæuserus auctorem varia mortis genera spectasse colligit, ita ut liber latine *Regum mortes*, sive cum Lactantio *De mortibus regum* inscribi possit. Eandem eo stabiliri vides opinionem, quod non dissimilis admodum Phaniæ liber olim exstitit, dico Τυράννων ἀναίρεσιν ἐκ τιμωρίας. Anaximenes generaliter narravit, nihil curans, utrum de regibus aliquis propria manu mortem invenisset, an foris inter cædendum pugnandumque, an domi globo conjuratorum : Phanias ille de *mille modis leti* (Stat. Theb. IX, 280), quibus regiæ dignitatis homines *fatigari* vidisset, unum sibi persequendum sumserit. Verum an prorsus rejectanea sit Dalecampii interpretatio : *Regum mutationes*, non licet per infrequentiam fragmentorum affirmare. Certe Stephani locus, sive in Cyri μεταλλαγῇ legeretur, sive Astyagis, satis videtur probare, libri auctorem retulisse etiam, qui mutata

imperia sint : ubi sæpissime, non semper tamen, in regum decessus inciderit. » Ebert. in Diss. Sic. p. 201.

20.

ΠΕΡΙ ΟΜΗΡΟΥ.

Vit. Homer. cod. Matrit. ed. Iriarte p. 323 : Ἀναξιμένης καὶ Δαμάστης (fr. 8) καὶ Πίνδαρος Χῖον τὸν Ὅμηρον ἀποφαίνονται. V. Welcker *Cycl.* p. 176; Nitzsch. Hist. Homeri II, p. 88.

20 *a*.

ΡΗΤΟΡΙΚΗ ΠΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

Quintilian. III, 4, 9 : *Anaximenes judicialem et concionalem generales partes esse voluit; septem autem species : hortandi, dehortandi; laudandi, vituperandi, accusandi, defendendi, exquirendi quod* ἐξεταστικὸν *dicit : quarum duæ primi deliberativi, duæ sequentes demonstrativi, tres ultimæ judicialis generis sunt partes.*

Cf. Ῥητορικὴ πρ. Ἀλεξ., quæ sub Aristotelis nomine circumfertur, cap. 1, 1 : Εἴδη δὲ τούτων ἑπτὰ, προτρεπτικόν, ἀποτρεπτικόν, ἐγκωμιαστικόν, ψεκτικόν, κατηγορικόν, ἀπολογητικόν, καὶ ἐξεταστικόν. Hanc vero Rhetoricen non esse Aristotelis sed Anaximenis opus, a Quintiliani loco proficiscens primus statuit *P. Victorius* in præf. ad Aristot. Rhet.; deinde *Maiorag.* pr. ad Rhet. ed. Venet. 1591, *A. Schott.* Vit. Arist. p. 164, *Voss.* De rhet. nat. p. 63, *Gesner.* ad Quintil. l. l., alii; Spengel. Συναγ. τεχν. p. 182 sqq. Hæc enotavi ex Westermanni Hist. Eloq. gr. § 69, 4; plura dabit Spengel. in edit. Rhetorices, quæ Aristotelis fertur.

21.

LOCI COMMUNES.

Stob. Florileg. 38, 44 : Ἀναξιμένους. Οἱ γὰρ μετὰ φθόνου κρίνοντες τὸ πρωτεῖον ἀπονέμουσι τοῖς χειρίστοις, οὐ τοῖς βελτίστοις.

22.

Id. ibid. 45 : Τοῦ αὐτοῦ. Ὅσοι γὰρ τὰ καλῶς ῥηθέντα ἢ πραχθέντα διὰ φθόνον οὐκ ἐπαινοῦσι, πῶς οὗτοι ἂν τοῖς ἔργοις ὠφελήσειαν;

23.

Id. ibid. 49, 17 : Ἀναξιμένους. Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς ῥήτωρ ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως Φαίδρου (Φιλίππου?), τί ἀκοινώνητόν ἐστιν, εἶπε, Τυραννίς.

24.

Id. ibid. 79, 37 : Ἀναξιμένους. Οὗτος γὰρ μάλιστα πάντων φιλοπάτωρ ἐστὶν, ὅστις ζητεῖ δι' οὗ μηδὲν λυπήσας τὸν πατέρα πλεῖστ' αὐτὸν εὐφράναιτ' ἄν. Τί γάρ ἐστι δικαιότερον ἢ τοὺς γενέσεως καὶ παιδείας αἰτίους ὄντας ἀντευεργετεῖν;

25.

Id. ibid. 97, 21 : Ἀναξιμένους. Οὐ γὰρ οὕτως οἱ πλουτοῦντες ὡς οἱ πένητες τοὺς ἀτυχοῦντας οἰκτείρειν εἰώθασι· δεδιότες γὰρ περὶ αὑτῶν τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς ἐλεοῦσιν.

26.

Id. ibid. 117, 5 : Ἀναξιμένους. Τοῖς γὰρ ἀστείοις πρεσβύταις ὅσον αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται, τοσοῦτον αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι πάλιν αὔξονται· καὶ τοσούτῳ βεβαιότερον αὐτοῖς παρέχει τὸ λέγειν τι χρήσιμον τοῖς ἄλλοις καὶ παρ' ἑτέρων αὐτοὺς ἀκούειν, ὥστε τὰς μὲν ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ ποτῶν καὶ ἀφροδισίων ἡδονὰς γινομένας ἰδεῖν ἐστιν οὐχ οὕτως εἰς τὸ παραχρῆμα εὐφραινούσας, ὡς ὕστερον λυπούσας· ἡ δὲ περὶ τοὺς λόγους ἡδονὴ καὶ μάθησις ἔν τε τῷ παραυτίκα εὐφραίνει καὶ πρὸς τὸν ἄλλον βίον τοὺς μανθάνοντας διάγειν ἡδέως παρασκευάζει.

HISTORIARUM PARS TERTIA.

DE REBUS ALEXANDRI.

E LIBRO PRIMO.

15.

Secundum Anaximenem (Alexander in Asiam duxit) peditum millia quadraginta tria, equites vero quinquies mille et quingentos.

16.

Acinaces, gladius Persicus. Anaximenes libro primo De rebus Alexandri.

17.

E LIBRO SECUNDO.

Anaximenes libro secundo De rebus Alexandri commoravit orationem Alcimachi Macedonis, ad quam respondisse Demosthenem dicit.

18.

DE MORTIBUS REGUM.

Diotimus libro sexagesimo quinto Variarum lectionum testimonium apponit Anaximenis, qui in libro De mortibus regum scripserit ita : « Pasargadas condidit Cyrus eo loco, ubi prælio vicerat Astyagen. Nomen urbis si interpreteris, *Persarum Castra* significat. »

19.

Anaximenes in libro « Regum Mortes » inscripto de Stratone eadem (atque Theopompus) narrans decertasse eum dicit cum Nicocle, Salaminis in Cypro regulo, qui in luxu fastuque summum studium posuerit : utrumque autem vitam finiisse morte violenta.

20.

DE HOMERO.

Anaximenes, Damastes et Pindarus Chium fuisse Homerum declarant.

21.

LOCI COMMUNES.

Qui cum invidia judicant, primas tribuunt non optimis, sed pessimis.

22.

Qui pulcre vel dicta vel facta propter invidiam non collaudant, quomodo hi rebus profuturi sint?

23.

Anaximenes Lampsacenus rhetor a (Philippo) rege interrogatus, quidnam cum alio communicari non posset, Tyrannidem respondit.

24.

Is enim omnium maxime patris amantissimus est, qui patrem nunquam offensum rebus quamplurimis oblectare studet. Quid enim justius quam vitæ institutionisque auctores vicissim beneficiis afficere?

25.

Divites non eodem quo pauperes modo infelicium casus commiserari solent; metuentes enim de ipsorum sorte infortunia aliorum miserantur.

26.

Cultis senibus quantum quæ circa corpus sunt voluptates marcescunt, tantum circa orationes studium et deliciæ augentur; ac tanto firmius iis gaudium præbet utile aliquid aliis dicere et ab aliis discere, quum voluptas quæ in cibo et potu et venere posita est, non tam in præsentia delectet, quam postea dolore afficiat; contra quæ ex orationibus percipitur voluptas et in præsentia delectet et ad reliquam vitam suaviter peragendam discentes instruat.

MARSYAS PELLÆUS

ET

MARSYAS PHILIPPENSIS.

Suidas : Μαρσύας, Περιάνδρου, Πελλαῖος, ἱστορικός. Οὗτος δὲ ἦν πρότερον γραμματοδιδάσκαλος, καὶ ἀδελφὸς Ἀντιγόνου τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος, σύντροφος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως. Ἔγραψε Μακεδονικὰ ἐν βιβλίοις δέκα· ἤρξατο δὲ ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Μακεδόνων, καὶ (adde προῆλθε vel tale quid) μέχρι τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου ἐπὶ τὴν Συρίαν ἐφόδου μετὰ τὴν Ἀλεξανδρείας κτίσιν· [Ἀττικὰ ἐν βιβλίοις ιϐ′·] καὶ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου ἀγωγήν.

Μαρσύας, Κριτοφήμου, Φιλιππεύς, ἱστορικὸς ὁ νεώτερος.

[Μαρσύας, Μάρσου, Ταϐηνὸς, ἱστορικὸς] ἔγραψεν Ἀρχαιολογίαν ἐν βιβλίοις ιϐ′ (ιη′ unus cod.), Μυθικὰ ἐν βιβλίοις ζ′, καὶ ἕτερά τινα περὶ τῆς ἰδίας πατρίδος. Cf. Eudocia p. 298.

Veteres nonnisi duos Marsyas historicos agnoscunt, τὸν πρεσϐύτερον et τὸν νεώτερον. Tertius, quem Suidæ locus exhibet, vel ex margine vel ex glossa ipsius grammatici loco suo mota huc irrepsit. Vox ἱστορικὸς, quæ post Ταϐηνὸς legitur, deinceps ex antecedentibus male repetita est. Qui sit Tabenus iste, docet Stephan. Byz. : Τάϐαι, πόλις Λυδίας... ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Τάϐου· ὁ δὲ Τάϐος ἥρως· οἱ δέ φασι τὸν Κιϐύραν καὶ Μαρσύαν ἀδελφοὺς τὸν μὲν κτίσαι Κιϐύραν πόλιν, τὸν δὲ Τάϐας... Ὁ πολίτης Ταϐηνός. V. Ritschl. in Indice lectt. Univers. Vratislav. semestr. æstiv., 1836; Droysen. *Hellenism.* I, p. 679.

Marsyas igitur Pellæus eodem fere quo Alexander tempore natus (c. Ol. 106) atque una cum futuro rege educatus, Suida teste patrem habuit Periandrum, fratrem Antigonum, qui viginti circiter annis natu major postmodum in Syria regnavit. At Antigoni pater non Periander fuisse sed Philippus dicitur apud Arrianum (Exp. Al. I, 29, 5) et Lucianum (Macrob. 11). Aut igitur Suidas erravit, aut cum Schweighæusero (ad Ind. auctor. Athen. v. Marsyas) statuendum est Marsyam uterinum Antigoni fratrem fuisse; Schweighæuseri sententiam viri docti probarunt longe plurimi. Quod deinde Alexandri infantiæ socius γραμματοδιδασκάλου munus obiisse narratur, id ne falsum sit veremur magnopere. Atque ipso verborum tenore turbatum aliquid apud Suidam esse videtur indicari (*). Fortasse Pellæo tribuitur quod tribuendum erat Philippensi.

Num cujus pueri in ludis, ejusdem etiam regis in expeditionibus commilito Marsyas fuit? Affirmare rem ausim, etsi veterum testimoniis destituimur. Quum vero Antigonus jam Ol. 111, 3 (334) Phrygiæ satrapa ab Alexandro constitutus sit (Arrian. I, 29, 5), Marsyas autem historias suas non deduxerit ultra Ol. 112, 2 (331), quo anno post Alexandriam conditam denuo rex per Syriam profectus est, admodum probabiliter Geierus statuit, primæ tantum huic expeditionis parti Marsyam interfuisse, deinde vero in Phrygia remansisse apud fratrem Antigonum. Anno secundo Olymp. 118 (307 a. C.) Marsyas, quinquaginta tum annos natus, cum Demetrio in Cypro insula versatus est, atque in prœlio navali prope insulam contra Ptolemæum Lagidam commisso mediæ aciei dux pugnavit. Diodor. XX, 50, 4 : Κατὰ μέσην δὲ τὴν τάξιν τὰ ἐλάχιστα τῶν σκαφῶν ἔστησεν (Δημήτριος), ὧν ἡγοῦντο Θεμίσων τε ὁ Σάμιος καὶ Μαρσύας ὁ τὰς Μακεδονικὰς πράξεις συνταξάμενος. In eodem prœlio a Demetrii partibus stetit Medius Thessalus (Diodor. l. l.) « Quare inter Marsyam et Thessalum (Geierus ait) si non familiaritas quædam, consuetudo tamen videtur intercessisse. » — Hæc sunt quæ de vita Pellæi innotuerunt. De vita et temporibus Marsyæ junioris, item Macedonis, ex Philippis oriundo, nihil constat nisi quod Herculis sacerdotio functus sit, teste Athenæo XI, p. 467 (fr. 7).

Marsyas Pellæus præter ea, quæ ad regum Macedonum historiam pertinent, apud Suidam dicitur scripsisse Ἀττικὰ ἐν βιβλίοις ιϐ′. De his ita Bernhardius ad Suid. l. l. : « Atticorum libros amplissimos opinor a vita hominis militaris prorsus abhorrere : quid quod αὐτοῦ ita mihi videtur esse

(*) Bernhardy ad Suidam l. l. : « Si verum est quod Suidas ipsum Marsyam, non Periandrum narrat literaturam factitasse, ordo verborum sic debuit procedere : ἱστορικὸς καὶ ἀδελφὸν... βασιλέως, οὗτος δὲ κτλ. »

comparatum, ut accuratissima junctura debuerit cum Alexandri historiis continuari. Rursus quæ sequuntur Ἀρχαιολογίαν ἐν βιβλίοις ιϐ′, indigent diserto civitatis indicio, cujus antiquitates fuerint enarratæ. Jam duplex incommodum ea ratione solabimur, ut ad Marsyam juniorem, virum eruditionis studiosissimum, traducamus Ἀττικὴν ἀρχαιολογίαν, quam Suidas per dicendi compendium laudatam deprehendit Ἀττικά : velut Istri Ἀθὶς nunc Ἀττικῶν συναγωγῶν nunc Ἀττικῶν nomine fertur, item Atthidem Phanodemi Dionysius appellat Ἀττικὴν ἀρχαιολογίαν. Quam medelam Ritschelius p. 8 admissurus erat, motus ipsa librorum duodenorum æquabilitate, nisi veterum scriptorum de Atticis et Archæologia silentium obstaret. Verum ut exigua fuit Marsyæ laus et celebritas, ita licet quædam fragmenta ad antiquitatum fines revocare : velut quæ prodidit libro XI (v. M. Philip. fr. 4) Athenæus. » — Sane, Ἀττικά aliena esse a Pellæo quisque largietur, sed locum Athenæi cur ex Attica hac archæologia fluxisse putemus, causam non video. Neque reliquis fragmentis quidquam inest, unde tale opus sacerdotis Philippensis jure elicias. Reliquias omnes, præter duos locos, qui ex *Mythicis* depromti videntur (fr. 9 et 10), commodissime referre licet ad Μακεδονικά, cujus operis laudatur liber primus (fr. 1), quintus (fr. 2), sextus (fr. 3), undecimus (? fr. 4). Indoles vero fragmentorum satis luculenter auctorem ostendit non tam in civili quam in antiquaria historia exponenda versatum, adeoque non tam historicis quam periegetis annumerandum. Hinc igitur maxime probabile fit Μακεδονικά non diversa esse ab libris Ἀρχαιολογίας, quibus primum locum in operum recensu Suidas assignat. Neque jam accusandus erit grammaticus, quippe qui disertam ejus operis mentionem facere omiserit, quod unicum expressis verbis apud veteres auctores laudari reperimus; neque denique cogimur, ut Μακεδονικά nostra latere putemus in verbis : καὶ ἕτερά τινα περὶ τῆς ἰδίας πατρίδος, quæ quidem simplicissime referuntur ad minora quædam scripta de Philipporum, patriæ urbis fatis institutisque (*). Jam si recte Archæologiæ libri duodecim conjungendi sunt cum Ἀττικῶν libris item duodecim Pellæo Marsyæ temere tributis, pro Ἀττικά vel Ἄτακτα reponendum, vel Μακεδονικά.

Quod *Marsyæ Pellæi* historias attinet, laudatur Μακεδονικῶν liber *septimus* (fr. 6) de urbe Thracica, cujus mentio pertinet ad res Philippi, deinde vero liber *quintus* τῶν περὶ Ἀλέξανδρον. Hinc igitur discimus duas certe fuisse historiarum partes seriesque librorum, quarum altera Philippi superiorumque regum res complexa sit, altera egerit de Alexandro. Ac quum ea, quæ ex quinto libro τῶν περὶ Ἀλέξανδρον afferuntur, ad secundum regis annum spectent, minimeque probabile sit, unius anni superioris res gestas per quattuor tractatas esse libros : facilis conjectura est regis historiæ Marsyam præmisisse ea, quæ de educatione Alexandri (tribus, puto, vel quattuor libris) ab eo exposita esse scimus. Apud Suidam τὰ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου ἀγωγῆς ita collocantur, ut peculiare opus a reliquo historiarum corpore sejunctum fuisse videantur. Ac revera fuisse qui eo modo distinguerent, inde colligimus, quod apud eundem Suidam Marsyas *decem* tantum libris res inde a Carano usque ad Alexandri expeditionem Syriacam gestas enarrasse dicitur, sejunctis scilicet libris περὶ Ἀλ. ἀγωγῆς. Ne accuratiora de operis œconomia dicamus, impedimur fragmentorum infrequentia et tenuitate. Quo accedit, quod de plurimis fragmentis (1. 2. 3. 5. 7) ne hoc quidem constat, utrum ad Pellæum an Philippensem Marsyam sint referenda. Quæ denique fides Pellæi et auctoritas fuerit, quid ei debeant sequioris ævi scriptores, si lubet, tu quæras.

(*) Varia fuisse urbis fata vel ipsa nomina indigitant. Primum appellata est *Datus*, deinde *Crenidæ*, quas colonis frequentarunt Thasii (Ol. 105, 1. 360 a. C. Diodor. XVI, 3, 7); tertium nomen accepit a Philippo, qui urbem auri fodinis celebratissimam novis copiis auxit (Ol. 105, 3. a. C. 358. Diodor. XVI, 8, 6). V. Herodot. IX, 74, ibique Bæhr.; Ephor. fr. 75; Theopomp. fr. 48; Philochor. fr. 127; Strabo VII, p. 511 Alm.; Appian. Bell. civ. IV, 103; Apostol. Prov. VI, 74.

MARSYAS PELLÆUS.

ΜΑΚΕΔΟΝΙΚΑ.

1.

E LIBRO PRIMO.

Constantin. Porphyrog. De Them. II, p. 48, 9 ed. Bonn. (p. 22 Par.) : Λέγεται δὲ καὶ Μακεδονίας μοῖρα Μάκετα, ὡς Μαρσύας ἐν πρώτῳ Μακεδονικῶν· « Καὶ τὴν Ὀρεστίαν Μάκεταν λέγουσιν. » Ἀλλὰ καὶ τὴν ὅλην Μακετίαν οἶδεν ὀνομαζομένην Κλείδημος (fr. 6).

Μάκεταν] Μακετίαν voluit Ritschl., quod quidem non necessarium. Steph. B. v. Μακεδονία : λέγεται... καὶ Μάκεττα διὰ δύο τ καὶ δι' ένός. — Ὀρεστίαν] codd. Ἠρεστείαν, Ἠριστείαν; em. O. Müller. *Dor.* 1, p. 34, 1. Cf. idem *Ueber d. Wohnsitze d. Maced. Volks* p. 42, not. 37.

2.

Schol. Hom. Il. XIV, 226 : Μακεδὼν ὁ Διὸς καὶ Αἰθρίας κατασχὼν τὴν χώραν οὖσαν τῆς Θρᾴκης ἀφ' ἑαυτοῦ Μακεδονίαν προσηγόρευσεν· γήμας δὲ μίαν τῶν ἐγχωρίων τεκνοῦται δύο παῖδας Πίερον καὶ Ἄμαθον, ἀφ' ὧν δύο πόλεις Πιερία καὶ Ἀμαθία ἐν Μακεδονίᾳ. Ἡ ἱστορία παρὰ Μαρσύᾳ.

Καὶ Αἰθρίας] fortasse corruptum ex καὶ Θυίας. Steph. Byz. : Μακεδονία ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Διὸς καὶ Θυίας τῆς Δευκαλίωνος. Idem (ex Stephano integro) habet Constantin. Porph. l. l. p. 48. Cf. Müller. *Wohnsitze d. Mac. V.* p. 26 sq., 38, 40.

3.

Etym. M. p. 523, 29 et Gudian. p. 332, 41 : Μαρσύας ἱστορεῖ ὅτι Κνῶπις τὸ γένος Κόλχος εἰς Μακεδονίαν ἐλθὼν διέτριβε παρὰ Καράνῳ· υἱοῦ δὲ γενομένου τῷ Καράνῳ [καὶ] βουληθέντι τὸν παῖδα ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ὀνομάζειν Κιράρονα (Καράρονα Et. Gud., Λάκωνος Et. Havn.) ἀνθίστατο ἡ μήτηρ καὶ αὕτη ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ὀνομασθῆναι τὸν παῖδα βουλομένη. Κνῶπις δ' ἐρωτηθεὶς εἶπε μηδετέρου ὀνομάζεσθαι αὐτόν· διόπερ Κοῖνος ἐκλήθη.

« Aristodamidam autem ab Diodoro Theopompoque (fr. 30), ab aliis Pœantem perhiberi Carani patrem Syncellus testatur p. 262 C ed. Paris. : ut de Κιράρονα (Καράνορα?) parum liqueat. Nam in Λάκωνος ut lateat, quod non est veri simillimum, Φείδωνος : qui Phido etsi non fuit, videri certe pater significari facile potuit hac quidem apud Syncellum verborum conformatione : Κάρανος Φείδωνος (h. e. ἀδελφός) τοῦ Ἀριστοδαμίδα τοῦ Μέροπος e. q. s. : nihilo tamen magis quicquam cum eo nomine potest vulgatæ in Etymologicis scripturæ commune esse. » Ritschl. Num forte fuit Κυλλάρων vel Κυλλάβρων? Argivum heroem novimus Κυλλαράβην ex Pausan. II, 22, 8; et in fabula de Phaselide ab Argivis vatibus condita mentio fit herois Κυλαβᾶ (Καλαβροῦ, Κολαβροῦ Suid. et Phot. v. Φάσηλις) ap. Athen. p. 297. Ceterum cf. Müller. l. l. p. 24; Flathe *Gesch. Macedon.* p. 17 sq.

4.

E LIBRO TERTIO

Athenæus XIV, p. 629, D : Τελεσιάς· Μακεδονικὴ δ' ἐστὶν αὕτη ὄρχησις, ᾗ χρησάμενοι οἱ περὶ Πτολεμαῖον Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου ἀδελφὸν ἀνεῖλον, ὡς ἱστορεῖ Μαρσύας ἐν τρίτῳ Μακεδονικῶν.

« Vix dignus est cujus vel error notetur Santocrucius de Philippo Aridæo somnians *Exam. crit.* p. 45 ed. II. : tanta ejus in hac caussa levitas fuit. Loquitur Athenæus de Alexandro II, Amyntæ filio, Philippi autem celeberrimi fratre, quem a Ptolemæo Alorita interemptum archonte Nausigene, h. e. Ol. 103, 1 (368), Diodorus XV, 71, prodidit. Paucissimi inter hoc tempus et ipsius Philippi, patris Alexandri M., regnum anni interjecti sunt : e quo consequitur in quarto libro Marsyam jam esse in Philippi rebus gestis versatum. Earum autem enarrationem, si non ulterius, certe ad librum septimum pertinuisse, tum numerus denarius commentariorum Macedonicorum, quibus rerum ab Alexandro M. gestarum minimam partem scriptor attigit, facit ut libenter credamus, tum suadere Harpocratio (fr. 5) videtur compositis Marsyæ et *Philippicorum* scriptoris testimoniis. » Ritschl.

Ceterum quæritur num recte hæc ad Marsyam *Pellæum* referantur. Equidem referri malim ad Philippensem, ad quem reliqua quæ de Macedonicis institutis ex Marsya Athenæus adducit, pertinent omnia. De Telesia saltatione vide plura ap. Athen. p. 630, A, ex Hippagora.

5.

E LIBRO SEPTIMO.

Harpocratio : Μύρτανον· Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος (p. 135, 13)· φρούριον ἦν ἐν Θρᾴκῃ, ὡς Μαρσύας ὁ πρεσβύτερος ἐν ζ' Μακεδονικῶν καὶ Ἀναξιμένης (fr. 12) ἐν Φιλιππικῷ [Φιλιππικῶν **].

Quæ Demosthenis loco tractantur ad Ol. 108, 2 (357 a. C.) rettulit Winiewskius Comm. hist. et chronol. p. 124 sqq., notante Ritschl.

6.

Stephan. Byz. : Αἰθικία, ὡς Κιλικία. Θεόπομπος (fr. 239) τριακοστῇ ἐννάτῃ Φιλιππικῶν. Τὸ ἔθνος Αἰθικες, ὡς Κίλικες. Ἐν Θετταλίᾳ δ' ᾤκουν ἐν τῷ Πίνδῳ ὄρει. Μαρσύας δὲ μέσον τῆς Τυμφαίας καὶ Ἀθαμανίας κεῖσθαί φησι τὴν χώραν. Τὸ δὲ ἔθνος ἐπιεικῶς παράβολόν τε καὶ βάρβαρον καὶ ληστείαις ἐπιεικῶς προσκείμενον.

Theopompus libro laudato versatur in narratione rerum quæ gestæ sunt Ol. 108, 3—109, 2. De iisdem temporibus loquens Marsyas Æthiciæ mentionem facere potuit; res tamen incertissima, quum ne hoc quidem constet num ad seniorem an ad juniorem Marsyam fragmentum pertineat.

7.

Plutarch. Demosth. 18 de Philippi ad Thebanos legatione (Ol. 110, 3) : Ἔπεμψε δὲ καὶ Φίλιππος, ὡς Μαρσύας φησὶν, Ἀμύνταν μὲν καὶ Κλέαρχον Μακεδόνας, Δάοχον δὲ καὶ Θρασυδαῖον Θεσσαλοὺς ἀντεροῦντας.

ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

8.

E LIBRO QUINTO.

Harpocrat. : Ἀριστίων. Ὑπερίδης κατὰ Δημοσθένους. Οὗτος Σάμιος μέν ἐστιν ἢ Πλαταιεὺς, ὡς Δίυλλός (fr. 2) φησιν, ἐκ μειρακίου δ' ἑταῖρος Δημοσθένους· ἐπέμφθη δ' ὑπ' αὐτοῦ πρὸς Ἡφαιστίωνα ἕνεκα διαλλαγῶν, ὥς φησι Μαρσύας ἐν πέμπτῳ τῶν Περὶ Ἀλέξανδρον.

Idem v. Μαργίτης... καὶ Μαρσύας ἐν πέμπτῳ τῶν Περὶ Ἀλεξάνδρου ἱστορεῖ λέγων Μαργίτην ὑπὸ Δημοσθένους καλεῖσθαι τὸν Ἀλέξανδρον.

« Rem per partes utrobique eandem narrari facile persuadet historiæ fides. Spectant enim illa ad Ol., 111, 2. 335 a. C., quo anno ab Atheniensibus sibi tradi Alexander cum aliis oratoribus Demosthenem jussit, qui mortuo Philippo insultans defectionem suasisset hujusque in adolescentem successorem quum alia convicia conjecisset, tum contemptim eum Μαργίτης nomine notasset : testibus quidem Plutarcho Dem. 23 et Æschin. Adv. Ctesiph. p. 86 St. § 160. Reconciliatum Alexandrum Plutarchus et Diodorus XVII, 16, a Demade tradiderunt, tacentes illi de Aristione; sed hujus ipsius cum his negotiis societatem, quamquam silentio Hephæstionem prætermittens, copiose Æschines § 162 persecutus est. » Ritschl. — Mirum vero videri possit rem ad initium regni Alexandri pertinentem in quinto demum libro esse narratam. Quod ita expediendum esse putat Geierus, ut Philippi historiam septimo fortasse τῶν Μακεδονικῶν libro absolutam, tribus sequentibus libris res Alexandri usque ad expeditionem Syriacam expo-

DE REBUS MACEDONUM.

1.

E LIBRO PRIMO.

Dicitur etiam pars Macedoniæ Maceta (Macetia), ut Marsyas libro primo Macedonicorum.

2.

Macedo, Jovis et Æthriæ (*Thyiæ*) filius, Thraciæ regionem, quam tenuit, de suo nomine Macedoniam appellavit, ductaque una ex indigenis duos genuit filios, Pierum et Amathum, a quibus duæ urbes Macedoniæ Pieria et Amathia nominatæ sunt. Hæc narrat Marsyas.

3.

Cnopis, uti Marsyas tradit, Colchus genere in Macedoniam veniens degebat apud Caranum. Huic, quum natum ipsi filium de patre suo Ciraronem (?) appellare vellet, obstitit mater ipsa quoque de suo patre nominari filium volens. Cnopis igitur interrogatus de neutro nomen puero dandum esse respondit. Itaque Cœnus appellatus est.

4.

E LIBRO TERTIO.

Telesias est saltatio Macedonica, qua utentes Ptolemæi (Aloritæ) socii Alexandrum, Philippi fratrem, interfecerunt, uti narrat Marsyas libro tertio Macedonicorum.

5.

E LIBRO SEPTIMO.

Myrtanum, Thraciæ castellum, ut Marsyas senior libro septimo De rebus Macedonum, et Anaximenes in Philippicis.

6.

Æthiciam regionem Marsyas mediam inter Tymphæam et Athamaniam sitam esse dicit.

7.

Misit Philippus, uti Marsyas tradit, Amyntam et Clearchum Macedones, et Daochum et Thrasydæum Thessalos, qui contra (*Atheniensium legatos*) dicerent.

DE REBUS ALEXANDRI.

8.

E LIBRO QUINTO.

Aristion, Samius vel Platæensis secundum Diyllum, a puero familiaris fuit Demosthenis, a quo reconciliationis causa ad Hephæstionem missus est, ut Marsyas ait libro quinto De rebus Alexandri.

sitas esse statuat, deinde vero uno vel duobus vel pluribus libris adjunctam esse de Alexandri educatione commentationem (αὐτοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀγωγήν), quæ quum pro parte tantummodo τῶν περὶ Ἀλέξανδρον habenda esset, mirum videri non posse, quod hoc titulo ab Harpocratione excitaretur. At tamen rem ab Harpocratione allatam in libro de educatione Alexandri memoratam esse haud vero simile est. Meam sententiam in Introductione significavi. Vide etiam quæ opinatur Droysenius *Hellenism.* I, p. 681. In eo omnes consentiunt, quod fragmentum nostrum a Marsya Philippensi, qui libro primo Macedonicôn rem ad tertium quartumve Alexandri regis annum spectantem affert, alienum esse putent.

Recensetur Marsyas (Pellæus, uti videtur,) inter auctores Plinii in elench. ad H. N. lib. XII et XIII.

MARSYAS PHILIPPENSIS.

ΜΑΚΕΔΟΝΙΚΑ.

1.

E LIBRO PRIMO.

Schol. Eur. Hippol. 666 : Τοῖς Φρυξὶ λόγος ἐδόθη ἐκεῖνον βασιλεῦσαι τῆς Ἀσίας, ὃς ἂν τῆς ἀπήνης λῦσαι τὸν δεσμὸν δυνηθείη τῆς κομισάσης Μίδαν εἰς Φρυγίαν, ὃς ἦν ἀμπέλινος, ᾧ συνεδέδετο ὁ ζυγὸς καὶ ὁ ῥυμός... Μαρσύας δὲ ὁ νεώτερος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Μακεδόνων (scr. Μακεδονικῶν) ἱστοριῶν φησὶν οὕτως· « Τῆς δὲ ἁμάξης λέγεται τὸν ζυγὸν τῷ ῥυμῷ προσδεδέσθαι κλήματι ἀμπελίνῳ· ἔστι δὲ λόγιον, ὃς ἂν τὸν δεσμὸν τοῦτον λύσῃ βασιλεύσειν τῆς Ἀσίας. Ἀλέξανδρον δέ φασιν τὸν Μακεδόνων βασιλέα λῦσαι αὐτόν.

Midas, ὡς Μακεδόνες λέγουσι (Herodot. VII, 73), in Phrygiam venit ex Macedonia, ubi Brigum rex in antiquissimis Macedonum sedibus imperavit. De his in primo Macedonicorum libro Marsyas exponens historiam de nodo a Mida Macedone nexo, quem Alexander Macedo ferro solverit, commemorasse mihi videtur. Contra Ritschl., Droysen. et Geierus ex loco colligi volunt Marsyam Philippensem ab ipsis Alexandri M. rebus gestis, quarum partem tantum Pellæus perscripserit, narrationem exorsum esse. Cujus rei disertiora indicia desidero. Reliquiæ arguunt Marsyam fuisse non tam historicum, quam periegetam, archæologum, mythologum.

2.

E LIBRO QUINTO.

Harpocratio : Γαληψὸς, πόλις Θρᾴκης· ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Γαλήψου τοῦ Θάσου καὶ τῆς Τηλέφης, ὡς Μαρσύας ὁ νεώτερος ἐν πέμπτῳ Μακεδονικῶν. Cf. Philochorus fr. 128.

3.

E LIBRO SEXTO.

Harpocratio : Λήτη. Ὑπερίδης κατὰ Δημάδου. Λήτη πόλις ἐστὶ τῆς Μακεδονίας, μνημονεύει δὲ αὐτῆς πολλάκις Μαρσύας ὁ νεώτερος ἐν ἕκτῳ Μακεδονικῶν.

Cf. Stephan. Byz. s. h. v.; Ptolem. III, 18; Zonaras p. 1304; numi ap. Mionnet *Supplem.* vol. III, p. 81. Theognost. Can. p. 117, 15.

4.

(E LIBRO UNDECIMO.)

Hesych. : Σκότιος... τοὺς γὰρ μὴ ἐκ φανερᾶς, λαθραίας δὲ μίξεως γεγονότας σκοτίους ἐκάλουν, ἔνιοι παρθενίους, ἄλλοι κορινθίους, καθάπερ Μαρσύας ἐν τῇ ιάς. Κοτοδινιᾶ. Sic codex; hinc Schowius : ἐν τῇι α′ [malim τῇ ια′]. Σκοτοδινιᾶ (incipit nova glossa). Vulgo editur : ἐν τῇ ἰάδι. Quare grammatici hunc Marsyam habuit Fabric. B. Gr. IV, p. 372. Κορευναῖοι veram vocis formam esse suspicatur Ritschl. Apud eundem Hesychium II, p. 1445 leguntur hæc : Ὑετής, ὁ αὐτοετής· Μαρσύας.

MACEDONICA.

1.

E LIBRO PRIMO.

Phrygibus oraculo responsum est eum imperaturum Asiæ, qui currus, quo Midas in Phrygiam transvectus, solvere posset vinculum viteum, quo jugum jungeretur limoni... Marsyas junior libro primo Macedonicorum dicit ita : Jugum currus temoni annexum fertur sarmento viteo. Est vero oraculum, eum qui vinculum hoc solverit, imperaturum esse Asiæ. Solvisse autem dicunt Alexandrum, regem Macedonum.

2.

E LIBRO QUINTO.

Galepsus, urbs Thraciæ, nomen habet a Galepso, Thasi et Telephæ filio, ut Marsyas junior quinto Macedonicorum.

3.

E LIBRO SEXTO.

Lete, urbs Macedoniæ, cujus sæpe meminit Marsyas junior libro sexto Macedonicorum.

5.

Harpocrat. v. Ἀμφίπολις... Μαρσύας δ' ἐν Μακεδονικαῖς (sc. ἱστορίαις, aut scrib. cum Salmasio Μακεδονικοῖς) διὰ τὸ περιοικεῖσθαι τὸν τόπον Ἀμφίπολιν ὠνομάσθαι πρότερον Ἄκραν καλουμένην, οἱ δὲ Ἄρεος καλουμένη πόλις [sic. ἡ δὲ Ἄρεος καλουμένη πόλις cod. Cantab.].

Μαρσύας] unus cod. C.; reliqui μαροῦσα. — Mox περιῳκίσθαι Hemsterhus. ad Dobræum p. 71. Conjicias περιῤῥεῖσθαι. Nam Thuc. 4, 102 : Ἀμφίπολιν Ἄγνων ὠνόμασεν, ὅτι ἐπ' ἀμφότερα περιῤῥέοντος τοῦ Στρυμόνος κτλ. Postrema glossema esse videntur.

6.

Schol. Vatican. Eurip. Rhes. 346 : Κλειοῦς μέντοι λέγουσιν αὐτὸν (τὸν Ῥῆσον) εἶναι, καθάπερ Μαρσύας ὁ νεώτερος ἔν τ... οἰκοδομ... περὶ τῶν κακοδρῖ.. γράφων οὕτως· « Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ περὶ τούτου εἶπον τοῦτο· Κλειὼ τὴν θεὸν ὑπὸ τοῦ Στρυμόνος ἐκ τοῦ χοροῦ τῶν Μουσῶν νυμφευθῆναι, τεκνῶσαι δὲ τὸν Ῥῆσον. » Καὶ μετ' ὀλίγον· « Ἔστιν ἱερὸν τῆς Κλειοῦς ἐν Ἀμφιπόλει ἱδρυθὲν ἀπέναντι τοῦ Ῥήσου μνημείου ἐπὶ λόφου τινός. »

G. Hermann. Opusc. V, p. 191 correxit ἐν τοῖς Μακεδονικοῖς, et deinde περὶ τῶν κακομόρων, quod haud placet; scripserim π. τῶν κατὰ τὸν Ῥῆσον vel περὶ τῶν τοκέων Ῥήσου. De Strymonis filiis Branga, Rheso, Olyntho, v. Conon. Narrat. 4.

6 a.

Schol. in Platon. Conviv. p. 373 Bekk., de Agathone tragico : Καὶ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν βασιλέα ᾤχετο, ὡς Μαρσύας [ὁ] νεώτερος.

Schol. ad Lucian. Rhet. Præc. § 11 in Crameri Anecd. IV, p. 269 : Ἦν δὲ Τισαμενοῦ τοῦ Ἀθηναίου υἱὸς (sc. Agatho), παιδικὰ γεγονὼς Παυσανίου [καὶ Εὐριπίδου addit Cramer.] τοῦ τραγικοῦ, μεθ' οὗ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν βασιλέα ᾤχετο, ὡς Μαρσύας ὁ νεώτερος. (Cf. Leutsch. Parœmiogr. p. 537.)

Ritschl. et Geier. quum persuasum sibi habeant Marsyam historias suas ab Alexandri demum temporibus exorsum esse, hæc in libris de Archæologia Attica, dubiæ memoriæ opere, narrata esse suspicantur. Nobis quin ex *Macedonicis* ea fluxisse putemus nulla est dubitatio.

6 b.

Athenæus V, p. 217, D : Περδίκκας τοίνυν πρὸ Ἀρχελάου βασιλεύει, ὡς μὲν ὁ Ἀκάνθιός φησι Νικομήδης ἔτη μα′· Θεόπομπος (fr. 31) δὲ λε′, Ἀναξιμένης μ′ (fr. 8), Ἱερώνυμος κη′, Μαρσύας δὲ καὶ Φιλόχορος (fr. 103) εἴκοσι τρία.

« Horum numerorum omnium nullum ad veritatem propius accedere quam quem cum Marsya haud multo minor natu Philochorus (fr. 103) posuit, videmur Agathonicorum cap. V. demonstrasse, et videmur etiam nunc post ea quæ in alia omnia discedentes disseruerunt Clintonus Fast. Hellen. p. 238 Kr., Krebsius Lection. Diodor. p. 159. sqq., ex parte etiam Bœckhius Corp. Inscr. II, p. 351. » RITSCHL.

Priores editores fragmentum tribuerunt M. Pellæo. Tribuendum esse Philippensi eo veri similius est, quum apud Athenæum l. l. sermo sit de temporibus Agathonis, de quo v. fr. antecedens.

7.

Athenæus XI, 467, E : Παρθένιος ὁ τοῦ Διονυσίου ἐν πρώτῳ Περὶ τῶν παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς λέξεων ζητουμένων φησίν· γυάλας, ποτηρίου εἶδος, ὡς Μαρσύας γράφει ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἡρακλέους, οὕτως· « Ὅταν εἰσίῃ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν πόλιν, συναντᾶν οἴνου πλήρη γυάλαν ἔχοντά τινα, τὸν δὲ λαβόντα σπένδειν. »

« De Macedonica urbe hæc narrari non temere conjicitur ex Etymol. M. p. 243, 13 : γύαλος, εἶδος ποτηρίου παρὰ Μακεδόσιν, pro quibus Hesychius I, p. 865 : γυάλας (cod. γυλλάς), εἶδος ποτηρίου παρὰ Μακεδόσιν (Μακεδόνων cod.). Ac sacerdotes

4.

E LIBRO UNDECIMO.

Liberos non aperto, sed clandestino connubio natos, σκοτίους appellabant, nonnulli παρθενίους, alii κορινθίους, uti Marsyas ait libro undecimo.

5.

M. in Macedonicis inde quod circumflueretur locus dictam esse tradit Amphipolim, quæ olim Acra sit vocata.

6.

Nonnulli Rhesum Cliûs filium esse dicunt, ut Marsyas junior in Macedonicis, (de Rheso) scribens ita : Sunt qui de eo tradiderint hoc : Clio deam e Musarum choro a Strymone uxorem ductam, peperisse Rhesum. » Et paulo post : « Fanum Cliûs Amphipoli est e regione monimenti Rhesi in colle quodam exstructum. »

6 a.

Agatho tragicus etiam ad Archelaum regem venit, uti Marsyas junior tradit. Agatho, Tisamenis Atheniensis filius, amasius erat Pausaniæ et Euripidis tragici, quocum ad Archelaum regem profectus est, teste Marsya juniore.

6 b.

Ante Archelaum regnavit Perdiccas .. annis viginti tribus, ut Marsyas et Philochorus tradunt.

7.

Gyalas, poculi species, uti Marsyas, Herculis sacerdos,

quidem novimus complures scriptores Græcos. Pellæum autem Marsyam, ludi magistrum eundemque ducem navalem, vix erit qui etiam sacerdotio augere animum inducat. Ceterum Parthenii magister ille Dionysius Suidæ quartus est inter cognomines, Alexandrinus quidem, a Nerone ad Trajanum clarus : vid. Fabric. Bibl. Gr. IV, p. 309 Harl. » RITSCHL. Hæc sicut sequens fragmentum ex libris de Attica Archæologia sumpta esse putavit Geier., præeunte Bernhardyo ad Suid. v. Μαρσύας.

8.

Athenæus XI, p. 477, A : Μαρσύας δὲ (τὸ κισσύβιον εἶναι λέγει) κύπελλον καὶ τὸ ξύλινον ποτήριον.

Idem XI, p. 479, A, postquam de *cotyle*, poculi genere, egerat, addit : Κοτύλη δὲ καλεῖται καὶ ἡ τοῦ ἰσχίου κοιλότης... Μαρσύας δέ φησι τὸ ἐν τῷ ἰσχίῳ ὀστοῦν καλεῖσθαι ἄλεισον καὶ κύλικα.

« Ipsius tum argumenti tum loci affinitate tum conjuncta cum γυάλου (fr. 7) commemoratione adducimur ut vereamur ne de grammatico Marsya inconsideratius Schweighæuserus cogitaverit. Quis enim quæso ex Macedonicis ipsum illud de γυάλας testimonium repetiturus esset, nisi fortuito servata grammaticorum notatiuncula ejus cum Macedonicis antiquitatibus necessitudo demonstraretur? Sed tamen ut ex his largiamur sua non hausisse Athenæum, Marsyam memento ἕτερά τινα περὶ τῆς ἰδίας πατρίας edidisse, in iisque forte de moribus et institutis quibusdam Macedonum miscellaneo illo commentando genere quamquam non grammaticum exposuisse, cujus scriptores plurimi ex Peripateticorum scholis prodierunt. » RISTCHL. Ex fr. 7 probabile fit sacerdotem nostrum pluribus egisse de rebus ad cultum (Herculis maximi puto) pertinentibus, v. c. περὶ θυσιῶν καὶ σπονδῶν. Neque tamen est cur de alio opere atque de Μακεδονικοῖς cogitemus. Quod ad κισσύβιον attinet, cf. Nicander Ætolicor. lib. I : Ἐν τῇ ἱεροποιίᾳ τοῦ Διδυμαίου Διὸς κισσοῦ σπονδοποιέονται πετάλοισιν· ὅθεν τὰ ἀρχαῖα ἐκπώματα κισσύβια φωνέεται.

[ΜΥΘΙΚΑ.]

9.

Athen. p. 69, D : Κρατῖνος δέ φησι Φάωνος ἐρασθεῖσαν τὴν Ἀφροδίτην ἐν καλαῖς θριδακίναις αὐτὸν ἀποκρύψαι, Μαρσύας δὲ ὁ νεώτερος ἐν χλόῃ κριθῶν.

« Ad *Mythica* merito hæc retulisse Schweighæuserum existimamus, quamquam immerito hunc scriptorem ab eo, qui Harpocrationi et Suidæ ὁ νεώτερος dicitur, distinguit. » RITSCHL. De re cf. Ælian. V. H. XII, 18; Palæphat. c. 49; Lucian. D. M. 9.

10.

Schol. in Odyss. XVIII, 85 : Ἔχετος ἦν μὲν υἱὸς Βουχέτου, ἀφ' οὗ καὶ ἐν Σικελίᾳ πόλις Βούχετος καλεῖται· Σικελῶν δὲ τύραννος λέγεται. Τοῦτον τοὺς μὲν ἐγχωρίους κατὰ πάντα τρόπον σίνεσθαι, τοὺς δὲ ξένους ἀναιρεῖν λωβώμενον· τοσαύτην δὲ κακίαν ἔχειν, ὡς καὶ τοὺς μακρὰν οἰκοῦντας, ὅτε θέλοιεν σφόδρα τινὰ τιμωρῆσαι καὶ ξένῳ περιβαλεῖν θανάτῳ, ἐκπέμπειν αὐτῷ· πολλὰς γὰρ μηχανὰς ἐξευρεῖν τοῦτον κακίας. Ὅθεν τὸν λαὸν οὐχ ὑπομένειν τὴν πικρὰν ταύτην τυραννίδα, λίθοις δὲ αὐτὸν ἀνελεῖν. Ἡ ἱστορία παρὰ Μνασέᾳ καὶ Μαρσύᾳ.

Cf. quæ sequuntur ap. schol. l. l.; Eustath. p. 1839. Apoll. Rh. I, 1093, ubi schol. laudat Lysippi Epirotæ Ἀσεβῶν κατάλογον.

« E Mnasea potissimum an Marsya hæc narrentur ambiguum est. Quamquam habemus cur a Mnasea potius profectam singularem illam fabulæ formam credamus, quæ cernitur in Siciliæ mentione, quum consentiens vox antiquitatis sit de Epiri rege Echeto et urbe Βούκετος vel Βούχετος vel Βουχέτιον (quod Straboni VII, p. 498 reddendum pro Βουχαίτιον) vel Βουκέτα. » *Ritschl.* Quæritur an non fuerit : Μνασέᾳ ἢ Μαρσύᾳ.

scribit hisce : Quando urbem rex ingrediatur, obvium ire aliquem manu tenentem gyalam vino plenam, eamque sumere regem atque libare.

8.

Marsyas pocillum et ligneum poculum cissybium vocari dicit. — *Cotyle* vocatur etiam cavitas coxendicis... Marsyas autem ait os coxendicis *aleison* vocari et calycem.

9.

Cratinus dicit Venerem Phaonis amore captam in pulcris lactucis eum abdidisse : Marsyas vero junior in segete virentis hordei.

10.

Echetus, Bucheti filius, a quo Buchetus urbs in Sicilia nominatur, Siculorum tyrannus fuisse dicitur, qui indigenas omni modo læserit, peregrinos vero cruciatibus affectos occiderit. Tantæque fuisse sævitiæ narrant, ut etiam procul habitantes, si eximie aliquem punire et novo supplicii genere plectere vellent, mitterent eum ad Echetum, quippe qui multa crudelitatis instrumenta invenisset. Quare populum sævæ hujus tyrannidis impatientem lapidibus obrutum interfecisse. Historia legitur apud Mnaseam et Marsyam.

ONESICRITUS

ASTYPALÆENSIS VEL ÆGINETA.

Diogenes Laert. VI, 84 : Ὀνησίκριτος. Τοῦτον οἱ μὲν Αἰγινήτην, Δημήτριος δὲ ὁ Μάγνης Ἀστυπαλαιέα (*) φησί. Καὶ οὗτος τῶν ἐλλογίμων Διογένους μαθητῶν. (Ἀστυπαλαιεὺς etiam Æliano est (v. fr. 7) et Arriano in Ind. c. 18, 9.) Altera Onesicrito naturæ, altera civitatis patria fuerit.

Idem VI, 75 : Θαυμαστὴ δέ τις ἦν περὶ τὸν ἄνδρα (Διογένη) πειθώ, ὥστε πάνθ' ὁντινοῦν ῥᾳδίως αἱρεῖν τοῖς λόγοις. Λέγεται γοῦν Ὀνησίκριτόν τινα Αἰγινήτην πέμψαι εἰς Ἀθήνας δυοῖν ὄντοιν υἱοῖν τὸν ἕτερον Ἀνδροσθένην· ὃν ἀκούσαντα τοῦ Διογένους, αὐτόθι προσμεῖναι. Τὸν δ' ἐπ' αὐτὸν καὶ τὸν ἕτερον ἀποστεῖλαι τὸν πρεσβύτερον, Φιλίσκον τὸν προειρημένον. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Φιλίσκον κατασχεθῆναι. Τὸ τρίτον αὐτὸν ἀφικόμενον, μηδὲν ἧττον συνεῖναι τοῖς παισὶ φιλοσοφοῦντα. Eadem paullulum immutata Suidas s. v. Φιλίσκος Αἰγινήτης.

Plutarch. Alex. 65 (fr. 10) : Ὁ δὲ Ὀνησίκριτος ἦν φιλόσοφος τῶν Διογένει τῷ Κυνικῷ συνεσχολακότων. Idem De fortun. Alex. or. 1, c. 10, p. 331, E (p. 407 Didot.) : Ὀνησίκριτον, τὸν Διογένους τοῦ κυνὸς μαθητήν.

Igitur provectior jam ætate Onesicritus cum Alexandro in Asiam trajecit. Mandavit ei rex legationem ad Gymnosophistas Indiæ (fr. 10). Classe ad ripas Hydaspis parata, eundem navis regiæ gubernatorem constituit. Arrian. Ind. 18, 9; Exped. Al. VII, 5, 9 et VI, 2, 6 (fr. 23), ubi simul notatur vanitas viri et jactantia, quippe qui navarchi titulum sibi in scriptis suis vindicaverit. Cf. Plin. in fr. 22. — Quum ad mare usque Alexander devenisset, τὰς μὲν ναῦς ἐκέλευσε περιπλεῖν ἐν δεξιᾷ τὴν Ἰνδικὴν ἐχούσας, ἡγεμόνα μὲν Νέαρχον ἀποδείξας, ἀρχικυβερνήτην δ' Ὀνησίκριτον. Plutarch. Alex. 66. Idem in Moral. p. 331 : Ὀνησίκριτον. . ὅτι ἄρχοντα τῶν κυβερνητῶν κατέστησε, ὑπὸ πλειόνων ἱστόρηται (**). At non philosopho rex hunc honorem tribuit, uti Plutarcho videtur, sed Æginetæ homini rerum nauticarum haud imperito. Neque tamen cum peritia Onesicritus etiam prudentiam ubique conjunxit. Nam temeritatem ejus notat Nearchus (fr. 28); qui Onesicriti consiliis haud obtemperando impediisse sibi videtur, ne in summum classis adduceretur discrimen. Peracta feliciter navigatione Susa profecti et Nearchus et Onesicritus corona a rege ornati sunt. (Arrian. VII, 5, 9).

Commentarios suos componere Onesicritus jam cœperat vivente adhuc Alexandro, si quidem fidem mereri censueris narratiunculam, quam servavit Lucianus Quom. Hist. Scr. c. 40, p. 268 Didot : Εἰ δὲ τὸ παραυτίκα τις θεραπεύοι, τῆς τῶν κολακευόντων μερίδος εἰκότως ἂν νομισθείη, οὓς πάλαι ἡ ἱστορία καὶ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἀπέστραπτο, οὐ μεῖον ἢ κομμωτικὴν ἡ γυμναστική. Ἀλεξάνδρου γοῦν καὶ τοῦτο ἀπομνημονεύουσιν, ὃς, Ἡδέως ἂν, ἔφη, πρὸς ὀλίγον ἀνεβίουν, ὦ Ὀνησίκριτε, ἀποθανών, ὡς μάθοιμι, ὅπως ταῦτα οἱ ἄνθρωποι τότε ἀναγιγνώσκουσιν. Εἰ δὲ νῦν αὐτὰ ἐπαινοῦσι καὶ ἀσπάζονται, μὴ θαυμάσῃς· οἴονται γὰρ οὐ μικρῷ τινι τῷ δελέατι τούτῳ ἀναspάσειν ἕκαστος τὴν παρ' ἡμῶν εὔνοιαν. Ὁμήρῳ γοῦν, καίτοι πρὸς τὸ μυθῶδες τὰ πλεῖστα συγγεγραφότι ὑπὲρ τοῦ Ἀχιλλέως, ἤδη καὶ πιστεύειν τινὲς ὑπάγονται, μόνον τοῦτο εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας μέγα τεκμήριον τιθέμενοι, ὅτι μὴ περὶ ζῶντος ἔγραφεν· οὐ γὰρ εὑρίσκουσιν οὕτινος ἕνεκα ἐψεύδετ' ἄν.

Verum absolvit opus diu post mortem Alexandri, in Thracia degens apud regem Lysimachum. Id enim colligitur ex Plutarcho in Vit. Alex. c. 46 (vide fr. 5). — Præter expeditiones Alexandri etiam ea quæ ad educationem regis pertinent, commentariis suis exposuit, teste Diogene L. VI, 84, ubi hæc : Ἔοικε δέ τι ὅμοιον πεπονθέναι (Ὀνησίκριτος) πρὸς Ξενοφῶντα· ἐκεῖνος μὲν γὰρ Κύρῳ συνεστράτευσεν, οὗτος δὲ Ἀλεξάνδρῳ· κἀκεῖνος μὲν Παιδείαν Κύρου, ὁ δὲ Πῶς Ἀλέξανδρος ἦχθη γέγραφε· καὶ ὁ μὲν ἐγκώμιον Κύρου, ὁ δὲ Ἀλεξάνδρου πεποίηκε· καὶ τῇ ἑρμηνείᾳ δὲ παραπλήσιος, πλὴν ὅτι ὡς ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει. Ad quæ Geierus : « Variis de causis hanc vehementer, quod dicunt, claudicare comparationem rectissime Meierus (in *Erschu. Gruber Encyclop.* s. v. *Onesicritus*) animadvertit;

(*) Stephan. Byz. v. Ἀστυπάλαια, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, δευτέρα πόλις ἐν Κῷ, τρίτη νῆσος πόλιν ἔχουσα μεταξὺ Ῥόδου καὶ Κρήτης, τετάρτη πόλις ἐν Σάμῳ. Quamnam horum intelligi voluerit Diogenes vel Demetrius, parum liquet. De insula maris Carpathii cogitat Schmieder. ad Arrian. Ind. p. 101.

(**) Apud Marcianum in Periplo p. 157 ed. Hoffm. inter geographos recensetur Σώσανδρος ὁ κυβερνήτης, τὰ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν γράψας. Is aliunde non notus. Fortasse nomen corruptum est.

quod vero Anabasis Xenophonteæ et Onesicriti de Alexandri expeditione commentariorum similitudo prorsus hoc loco videatur esse prætermissa, ejus rei vir eruditissimns unice veram hanc posuit causam, quod Alexandri et educatio et expeditio et laudatio eodem Onesicriti opere fuerint comprehensæ. Etenim hoc opus per multos digestum fuisse libros, inde colligitur, quod fabula de Amazonis adventu quarto demum libro (fr. 5) erat consignata, et ex ipsa argumenti comprobatur copia ac varietate, quandoquidem etiam commentariorum evincitur fragmentis, non solum et bellicas et privatas Alexandri res data opera tractasse Onesicritum, sed copiosissime etiam de iis egisse, quæcunque in singulis terris et populis memoratu digna sibi viderentur. Imprimis vero, id quod nemo mirabitur, Indiæ regiones, tum primum Græcis accuratius cognitæ, huic scriptori, sponte jam fabularum et miraculorum studiosissimo, tanquam amplissimus nova quæque et inaudita comminiscendi campus patebant, in quo quemadmodum ille versatus fuerit, optime declaratur, ejus narrationes si comparaveris cum iis, quæ iisdem de rebus ab Aristobulo, Megasthene aliisve auctoribus fide dignis tradita sunt. Cf. v. c. Onesicrit. fr. 15 cum Aristobuli fr. 30 et Nearchi fr. 11; Onesicriti fr. 19 cum Aristobul. fr. 31. » — De mala ejus fide omniaque exaggerandi libidine, de qua sæpenumero queruntur, vide Plutarchum in fr. 5, Arrianum in fr. 23, Strabonem in fr. 7 (coll. Megasthenis fr. 10). Adde Gellium (N. A. IX, 4), qui Onesicritum cum Aristea Proconnesio, Isigono, Ctesia (vid. ej. fragm. p. 105), Philostephano, Hegesia, rerum inauditarum scriptoribus, componit. — De Paraplo, qui Onesicriti nomine inscriptus ex commentariis tum Onesicriti tum aliorum a Juba rege conflatus est, vide not. ad fragm. 26.

1.

Plutarch. Alex. c. 9 : Ἦν δὲ (ὁ Ἀλέξανδρος) καὶ φύσει φιλόλογος [καὶ φιλομαθὴς] καὶ φιλαναγνώστης. Καὶ τὴν Ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων ἔλαβε μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν, εἶχε δὲ ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, ὡς Ὀνησίκριτος ἱστόρηκε.

« Primo loco hoc posuimus fragmentum, quia pertinere videbatur ad primam Onesicriti commentariorum partem de Alexandri M. educatione (πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη). » Geier. — Καὶ φιλομαθής, « *ex vetustis codicibus* Stephani addita, sed in nullo adhuc libro reperta, non requiro. » Sintenis.

2.

Plutarch. Alex. 15 de Alexandro in Asiam trajiciente : Ἐφόδιον... οὐ πλέον ἑβδομήκοντα ταλάντων ἔχειν αὐτὸν Ἀριστόβουλος (fr. 1) ἱστορεῖ... Ὀνησίκριτος δὲ καὶ διακόσια τάλαντα προσοφείλειν. Cf. Duris fr. 10.

3.

Plinius H. N. XII, 18, p. 265 Tchn. : *Onesicritus auctor est in Hyrcaniæ convallibus ficis similes esse arbores, quæ vocentur occhi, ex quibus defluat mel horis matutinis duabus.*

4.

Idem ibid. XVIII, 19, p. 47 Tchn. : *Onesicritus tradit in Hyrcania multum nostris esse dulciores* (ficus) *fertilioresque, ut quæ modios CCLXX singulæ ferant.*

Cf. Dalecampius ad h. l. et Salmasius Exerc. Plin. p. 658 sqq., 716, C.

5.

E LIBRO QUARTO.

Plutarch. Alex. c. 46 : Ἐνταῦθα δὲ πρὸς αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) ἀφικέσθαι τὴν Ἀμαζόνα οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ὧν καὶ Κλείταρχός ἐστι καὶ Πολύκλειτος καὶ Ὀνησίκριτος καὶ Ἀντιγένης καὶ Ἴστρος (fr. 64)· Ἀριστόβουλος δὲ καὶ Χάρης ὁ εἰσαγγελεὺς καὶ Πτολεμαῖος καὶ Ἀντικλείδης καὶ Φίλων ὁ Θηβαῖος καὶ Φίλιππος ὁ Θεαγγελεύς, πρὸς δὲ τούτοις Ἑκαταῖος ὁ Ἐρετριεὺς καὶ Φίλιππος ὁ Χαλκιδεὺς καὶ Δοῦρις ὁ Σάμιος (fr. 18) πλάσμα φασὶ γεγονέναι τοῦτο. Καὶ μαρτυρεῖν αὐτοῖς ἔοικεν Ἀλέξανδρος. Ἀντιπάτρῳ γὰρ ἅπαντα γράφων ἀκριβῶς, τὸν μὲν Σκύθην αὐτῷ φησὶ διδόναι τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον, Ἀμαζόνος δὲ οὐ μνημονεύει. Λέγεται δὲ πολλοῖς χρόνοις Ὀνησίκριτος ὕστερον ἤδη βασιλεύοντι

1.

Alexander literarum studiosus et lectionis amantissimus fuit. Iliadem, virtutis bellicæ et credens et appellans institutionem, accepit ab Aristotele correctam, quam *ex narthecio* vocant. Eam semper cum pugione, uti tradit Onesicritus, repositam habebat sub pulvino.

2.

Viaticum Alexander non habuit plus quam septuaginta talenta, ut Aristobulus narrat. Onesicritus insuper talenta ducenta eum habuisse dicit æris alieni.

5.

Eo venisse ad Alexandrum Amazonem perhibent multi, inter quos Clitarchus, Polycritus, Onesicritus, Antigenes, Ister. Aristobulus vero, Chares introductor, Ptolemæus, Anticlides, Philon Thebanus, Philippus Theangelensis, insuper Hecatæus Eretriensis, Philippus Chalcidensis, Duris Samius esse hoc asserunt commentum, quibus adstipulari apparet Alexandrum, siquidem Antipater omnia exacte scribens, Scytham ait filiæ sibi nuptias obtulisse, Amazonis nusquam meminit. Fama est multis annis post Lysimacho jam regnanti

Αυσιμάχῳ τῶν βιβλίων τὸ τέταρτον ἀναγινώσκειν, ἐν ᾧ γέγραπται περὶ τῆς Ἀμαζόνος· τὸν οὖν Λυσίμαχον ἀτρέμα μειδιάσαντα, « Καὶ ποῦ » φάναι « τότε ἤμην ἐγώ; »

Cf. Arrian. VII, 13, 6 (3) : Ταῦτα δὲ οὔτε Ἀριστόβουλος οὔτε Πτολεμαῖος οὔτε τις ἄλλος ἀνέγραψεν ὅστις ἱκανὸς ὑπὲρ τῶν τοιούτων τεκμηριῶσαι. Cf. Strabo XI, p. 505 in Clitarchi fr. 9. Cum Onesicrito et Clitarcho faciunt Diodor. XVII, 77; Justin. XII, 3; Curtius VI, 5. Adde quæ narrat Jul. Valer. III, 69. Cf. Ste-Croix l. l. p. 332; Droysen. l. l. p. 280, 328, 554.

Quod auctores h. l. recensitos attinet, eorum, quos peculiaria de Alexandro opera scripsisse scimus, suo cujusque loco mentionem faciemus. *Duris* (fr. 18) rem allatam narravit libro Hellenicorum nono, ubi ad Alexandri tempora devenerat. *Ister* (fr. 64) et in Atthide et aliis in libris, quos de antiquitatibus scripsit permultos, de Amazonibus sermonem instituere ibique ea, quæ Plutarchus affert, commemorare potuit. Temere agunt, qui eum inter scriptores rerum Alexandri recensent. — De *Philippo Chalcidensi* aliunde non constat. — Pro Φίλιππος ὁ Θεαγγελεύς codices exhibent ὁ εἰσαγγελεύς, quod ex antecedentibus male repetitum esse jam monuerunt Reinesius Var. lectt. I, 25 et Holstenius ad Steph. Byz. v. Θεάγγελα, alii. Noli vero cum Creuzero (*Hist. Kunst* p. 388) vocem Θεαγγελεὺς intelligere de Philippo *solennitatum promulgatore* (Θεαγγελεῖς οἱ τὰς πανηγύρεις ἐπαγγέλλοντες, Hesych.; quos nunc *Imam* orientales vocant). Nam Theangela (Suagela nomine Carico, uti videtur) est urbs Carica (St. Byz. l. l. Plinius V, 29); ex eaque oriundus Philippus scripsit Περὶ Καρῶν καὶ Λελέγων (Athenæus p. 271, B). Amazonum mentio in Caricis deesse vix potuit. Nihil itaque cogit, ut ex Plutarchi loco opus de Alexandro colligamus. Ætas scriptoris ignota. Fragmenta alio loco dabimus. — *Philippus Thebanus* qui fuerit difficile dictu. Apud Plutarchum in Regg. Apophthegm. p. 178, C (p. 212 Didot.) invenio hæc : Πρὸς δὲ Φίλωνα τὸν Θηβαῖον εὐεργέτην αὐτοῦ (sc. Φιλίππου) γενόμενον καὶ ξένον, ὀφηνίκα διῆγεν ἐν Θήβαις ὁμηρεύων, ὕστερον δὲ μηδεμίαν παρ' αὐτοῦ δωρεὰν προσδεχόμενον, Μή με, εἶπεν, ἀφαιροῦ τὸ ἀνίκητον, εὐεργεσίας καὶ χάριτος ἡττώμενον. Hic Philo, si Philippo non multo antiquior fuit, sicuti Anaximenes Alexandrum comitari et res gestas ejus narrare potuit. Sin alium quemvis intelligi malis, nihil refragor. Philo quidam, Alexandri temporibus proximus, ille est qui sub Ptolemæo I vel II scripsit Αἰθιοπικά vel τὸν εἰς Αἰθιοπίαν πλοῦν, ut referunt Antigonus Mir. c. 160 (145 ed. Westerm.) et Strabo II, p. 77.

Hecatæi Eretriensis mentionem disertam olim unus Plutarchi locus l. exhibebat, usque dum Buttmannus egregia conjectura apud Scymnum Chium versu 870 ed. Letronn. emendandum esse censeret hunc in modum :

> Ἀπὸ τῶν δὲ Μαιωτῶν λαβοῦσα τοὔνομα
> Μαιῶτις ἑξῆς ἐστὶ λίμνη κειμένη·
> εἰς ἣν ὁ Τάναϊς. . . . . .
> ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβὼν τὸ ῥεῦμ' Ἀράξεως,
> ἐπιμίσγεθ', ὡς Ἑκαταῖος εἶφ' ὁ ῥητριεύς.

Codex præbet : ἐπιμισγεθω Εκατεως ἐφητιεις. Cf. Niebuhr. *Kleine Schriften* I, p. 397; Letronne *Fragments des poëmes géogr. de Scymnus* p. 118. Procul dubio hæc ex periegesi geographica desumpta sunt, recteque Schweighæuserus (ad Athen. tom. I, p. 468) statuit H. Eretriensem eundem esse cum H. τῷ νησιώτῃ, ad quem Callimachus τὴν Ἀσίας περιήγησιν, ab aliis tributam Hecatæo Milesio, referendam esse dixerat (Athenæus II, p. 70; Hecat. fr. 172). Hinc igitur nanciscimur scriptorem, qui vel æqualis Alexandri fuit, vel certe Ptolemæi primi temporibus vixisse debet. Res vero ap. Plutarchum commemorata quam commode potuerit in Ponti periplo narrari sponte intelligitur. Itaque, ut nunc res est, nihil cogit cur (cum Schweigh. l. l. et Creuzero l. l.) Alexandri scriptoribus Eretriensis annumeretur. Quod denique de Hecatæo Abderita Alexandri comite et rerum ejus scriptore apud multos legere est, id scito mera niti conjectura.

6.

Strabo XI, p. 517 : Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν οὐ πολὺ διέφερον τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἤθεσι τῶν Νομάδων οἵ τε Σογδιανοὶ καὶ οἱ Βακτριανοί· μικρὸν δ' ὅμως ἡμερώτερα ἦν τὰ τῶν Βακτριανῶν· ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων οὐ τὰ βέλτιστα λέγουσιν οἱ περὶ Ὀνησίκριτον· τοὺς γὰρ ἀπειρηκότας διὰ νόσον ἢ γῆρας ζῶντας παραβάλλεσθαι τρεφομένοις κυσὶν ἐπίτηδες πρὸς τοῦτο, οὓς ἐνταφιαστὰς καλεῖσθαι τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ· καὶ ὁρᾶσθαι τὰ μὲν ἔξω τείχους τῆς μητροπόλεως τῶν Βάκτρων καθαρά· τῶν δ' ἐντὸς τὸ πλέον ὀστέων πλῆρες ἀνθρωπίνων· καταλῦσαι δὲ τὸν νόμον Ἀλέξανδρον. Τοιαῦτα δέ

Onesicritum quartum librum suum recitavisse, in quo meminit Amazonis : ac Lysimachum subridentem dixisse : Et ubi tum ego eram?

6.

Antiquitus Sogdiani et Bactriani moribus non multum fuerunt absimiles Nomadum : paullo tamen mansuetiores fuerunt Bactriani. Onesicritus vero de his quoque narrat minime laudanda : eos enim qui senio confecti sint aut morbo, vivos ait projici canibus dedita opera ad hoc nutritis, quos sua lingua entaphiastas, quasi vespillones, vocant : ac videri quidem, quæ extra murum primariæ Bactriorum urbis sunt, pura : intus autem pleraque humanis plena ossibus : morem

πως καὶ τὰ περὶ τοὺς Κασπίους ἱστοροῦσι· τοὺς γὰρ γονέας, ἐπειδὰν ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότες τυγχάνωσιν, ἐγκλεισθέντας λιμοκτονεῖσθαι... Φασὶ δ' οὖν ὀκτὼ πόλεις τὸν Ἀλέξανδρον ἔν τε Βακτριανῇ καὶ τῇ Σογδιανῇ κτίσαι κτλ., quæ num sint τῶν περὶ Ὀνησίκριτον an aliorum, haud liquet.

Καταλῦσαι δὲ τὸν ν. Ἀλ.] Hunc locum ad eam Onesicriti commentariorum partem, quæ ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρου inscripta erat, referendum esse opinatur Geierus.

7.

Strabo XV, p. 698 : Ὑπὲρ δὲ ταύτης (sc. τῆς Ταξίλου χώρας) ἐν τοῖς ὄρεσιν ἡ τοῦ Ἀβισάρου χώρα, παρ' ᾧ δύο δράκοντας ἀπήγγελλον οἱ παρ' αὐτοῦ πρέσβεις τρέφεσθαι, τὸν μὲν ὀγδοήκοντα πηχῶν, τὸν δὲ τετταράκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν, ὡς εἴρηκεν Ὀνησίκριτος· ὃν οὐκ Ἀλεξάνδρου μᾶλλον ἢ τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτην προσείποι τις ἄν.

Ælian. H. An. XVI, 39 : Ὀνησίκριτος ὁ Ἀστυπαλαιεὺς λέγει ἐν Ἰνδοῖς κατὰ τὴν [ἀνάβασιν] Ἀλεξάνδρου τοῦ παιδὸς Φιλίππου γενέσθαι δράκοντας δύο, οὓς Ἀποσισάρης ὁ Ἰνδὸς ἔτρεφεν, ὧν ὁ μὲν ἦν πηχῶν τετταράκοντα καὶ ἑκατόν, ὁ δὲ ὀγδοήκοντα, καί φησιν ἐπιθυμῆσαι δεινῶς Ἀλέξανδρον θεάσασθαι αὐτούς.

Eadem ex Æliano Tzetzes Hist. III, 940, nisi quod aliunde addit :

> Τὴν στρατιὰν ῥῆμα δὲ διέρχεσθαι κελεύσας (Ἀλέξανδρος),
> ὡς ὁ Ἰνδὸς ἐδίδαξεν ἐκείνῳ καὶ προεῖπε,
> μή πως ἐκθηριώσωσιν ἐκείνους τῇ βαδίσει,
> εἰδὲν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰσομεγέθεις ὄντας
> ἀσπίδι Μακεδονικῇ στρογγύλῃ τῶν εὐκύκλων.

De his commentis cf. Aristobuli fr. 32. Similia lege ap. Diodor. XVII, 90, qui Clitarchum expresserit. — « De nominis Ἀβισάρου varia scriptura cf. Schmieder. ad Arrian. IV, 27, 10; Freinsh. ad Curt. VIII, 13, 1; Jacobs. ad Ælian. l. l.; Ellendt. ad Arrian. V, 8, 4. » Geier. Ceterum de terra Abisari vid. Bohlen. De vet. Ind. I, 20; Mützell. ad Curt. VIII, 12.

8.

Plutarch. Alex. 60 de Alexandro cum magno vitæ periculo Hydaspin fluvium trajiciente : Ἐνταῦθα δὲ εἰπεῖν φασὶν αὐτόν· « Ὦ Ἀθηναῖοι, ἆρά γε πιστεύσετε ἄν, ἡλίκους ὑπομένω κινδύνους ἕνεκα τῆς παρ' ὑμῖν εὐδοξίας; » Ἀλλὰ τοῦτο μὲν Ὀνησίκριτος εἴρηκεν, αὐτὸς δὲ (sc. Ἀλέξανδρος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς) φησι κτλ.

9.

Plutarch. Alex. 61 : Ἐκ δὲ τῆς πρὸς Πῶρον μάχης καὶ ὁ Βουκεφάλας ἐτελεύτησεν, οὐκ εὐθύς, ἀλλ' ὕστερον, ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσιν, ὑπὸ τραυμάτων θεραπευόμενος, ὡς δὲ Ὀνησίκριτος, διὰ γῆρας ὑπέρπονος γενόμενος· τριάκοντα γὰρ ἐτῶν ἀποθανεῖν αὐτόν.

Cf. Arrian. V, 19, 4 : Bucephala urbem ad Hydaspim Alex. condidit ἐς τοῦ ἵππου τοῦ Βουκεφάλα τὴν μνήμην, ὃς ἀπέθανεν αὐτοῦ, οὐ βληθεὶς πρὸς οὐδενός, ἀλλ' ὑπὸ καμάτου τε καὶ ἡλικίας· ἦν γὰρ ἀμφὶ τὰ τριάκοντα ἔτη, καματηρὸς γενόμενος κτλ. Cf. Diodor. XVIII, 95; Strabo XV, p. 698; Curtius IX, 4; Justin. XII, 8; Chares fr. 14. Ste-Croix. p. 215.

10.

Strabo XV, p. 715 : Ὀνησίκριτος δέ φησιν αὐτὸς πεμφθῆναι διαλεξόμενος τοῖς σοφισταῖς τούτοις (Gymnosophistis Indorum)· ἀκούειν γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον, ὡς γυμνοὶ διατελοῖεν καὶ καρτερίας ἐπιμελοῖντο οἱ ἄνθρωποι, ἐν τιμῇ τε ἄγοιντο πλείστῃ, παρ' ἄλλους δὲ μὴ βαδίζοιεν κληθέντες, ἀλλὰ κελεύοιεν αὐτοὺς φοιτᾶν παρ' αὐτούς, εἴ του μετασχεῖν ἐθέλοιεν τῶν πραττομένων ἢ λεγομένων ὑπ' αὐτῶν· τοιούτων δὴ ὄντων, ἐπειδὴ οὔτε αὐτῷ πρέπειν ἐδόκει παρ' ἐκείνους φοιτᾶν, οὔτε

---

eum ab Alexandro fuisse sublatum. Similia horum etiam de Caspiis tradunt : ab iis parentes, ubi septuagesimum ætatis annum implerunt, inclusos fame necari... Alexandrum perhibent octo urbes in Bactriana condidisse etc.

7.

Supra hanc (Taxilæ regis terram) in montibus est Abisari regio, apud quem legati ab eo missi nuntiaverunt duos dracones nutriri, alterum octoginta cubitorum longitudine, alterum centum et quadraginta, ut Onesicritus refert, quem meliore jure fabulosarum et incredibilium de Alexandro narrationum, quam gubernatorum navalium ejusdem rectorem dicere possis.

Onesicritus Astypalæensis dicit apud Indos quo tempore expeditionem fecerit Alexander Philippi filius, duos fuisse serpentes, quos Aposisares Indus nutriverit. Eorum alterum centum et quadraginta, alterum octoginta fuisse cubitorum. Addit Alexandrum spectare eos vehementer cupiisse.

8.

Ibi dixisse dicunt eum : « Quis credat, Athenienses, quanta pericula vestri præconii causa subeam? » Ceterum hoc prodidit Onesicritus.

9.

Ex prœlio cum Poro commisso Bucephalus mortuus est, non extemplo, sed post, ut plerique produnt, sub vulnerum curatione : ut vero Onesicritus auctor est, ob senium labore confectus; nam triginta annorum ætate eum decessisse dicit.

10.

Onesicritus missum se scribit, ut cum sophistis illis colloqueretur. Etenim Alexandrum audivisse nudos eos incedere, et tolerantiam exercentes in honore maximo haberi, ad alios autem si vocarentur, non ire, sed jubere ut ad ipsos venirent, si quid assequi vellent, quod ab iis ageretur vel diceretur : proinde quum essent tales, neque sibi decorum putaret Alexander, ad illos accedere, nec vellet invitos co-

ἐκείνους βιάζεσθαι παρὰ τὰ πάτρια ποιεῖν τι ἄκοντας, αὐτὸς ἔφη πεμφθῆναι. Καταλαβεῖν δὲ ἄνδρας πεντεκαίδεκα ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς πόλεως, ἄλλον ἐν ἄλλῳ σχήματι ἑστῶτα ἢ καθήμενον ἢ κείμενον γυμνὸν, ἀκίνητον ἕως ἑσπέρας, εἶτ' ἀπερχόμενον εἰς τὴν πόλιν· χαλεπώτατον δ' εἶναι τὸ τὸν ἥλιον ὑπομεῖναι οὕτω θερμὸν, ὥστε τῶν ἄλλων μηδένα ὑπομένειν γυμνοῖς ἐπιβῆναι τοῖς ποσὶ τῆς γῆς ῥᾳδίως κατὰ μεσημβρίαν. Διαλεχθῆναι δ' ἑνὶ τούτων Καλάνῳ, ὃν καὶ συνακολουθῆσαι τῷ βασιλεῖ μέχρι Περσίδος, καὶ ἀποθανεῖν τῷ πατρίῳ νόμῳ τεθέντα ἐπὶ πυρκαϊάν· τότε δ' ἐπὶ λίθων τυχεῖν κείμενον. Προσιὼν οὖν καὶ προσαγορεύσας εἰπεῖν ἔφη, διότι πεμφθείη παρὰ τοῦ βασιλέως, ἀκροασόμενος τῆς σοφίας αὐτῶν καὶ ἀπαγγελῶν πρὸς αὐτόν· εἰ οὖν μηδεὶς εἴη φθόνος, ἕτοιμος εἴη μετασχεῖν τῆς ἀκροάσεως. Ἰδόντα δ' ἐκεῖνον χλαμύδα καὶ καυσίαν φοροῦντα καὶ κρηπῖδα, καταγελάσαντα, « Τὸ παλαιὸν », φάναι, « πάντ' ἦν ἀλφίτων καὶ ἀλεύρων πλήρη καθάπερ νῦν κόνεως· καὶ κρῆναι δ' ἔῤῥεον αἱ μὲν ὕδατος, γάλακτος δ' ἄλλαι, καὶ ὁμοίως μέλιτος, αἱ δ' οἴνου, τινὲς δ' ἐλαίου. Ὑπὸ πλησμονῆς δ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τρυφῆς εἰς ὕβριν ἐξέπεσον· Ζεὺς δὲ μισήσας τὴν κατάστασιν ἠφάνισε πάντα καὶ διὰ πόνου τὸν βίον ἀπέδειξε· σωφροσύνης δὲ καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς παρελθούσης εἰς μέσον, πάλιν εὐπορία τῶν ἀγαθῶν ὑπῆρξεν· ἐγγὺς δ' ἐστὶν ἤδη κόρου νυνὶ καὶ ὕβρεως τὸ πρᾶγμα, κινδυνεύει τε ἀφανισμὸς τῶν ὄντων γενέσθαι. » Ταῦτα εἰπόντα κελεύειν, εἰ βούλοιτο ἀκροάσασθαι, καταθέμενον τὴν σκευὴν γυμνὸν ἐπὶ τῶν αὐτῶν λίθων κείμενον μετέχειν τῶν λόγων. Ἀπορουμένου δὲ αὐτοῦ Μάνδανιν, ὅσπερ ἦν πρεσβύτατος καὶ σοφώτατος αὐτῶν, τῷ μὲν ἐπιπλῆξαι ὡς ὑβριστῇ, καὶ ταῦτα ὕβρεως κατηγορήσαντι· αὐτὸν δὲ προσκαλέσασθαι καὶ εἰπεῖν, ὡς τὸν μὲν βασιλέα ἐπαινοίη, διότι ἀρχὴν τοσαύτην διοικῶν ἐπιθυμοίη σοφίας· μόνον γὰρ ἴδοι αὐτὸν ἐν ὅπλοις φιλοσοφοῦντα· ὠφελιμώτατον δ' εἴη τῶν ἁπάντων, εἰ οἱ τοιοῦτοι φρονοῖεν, οἷς πάρεστι δύναμις τοὺς μὲν ἑκουσίους πείθειν σωφρονεῖν, τοὺς δ' ἀκουσίους ἀναγκάζειν· αὐτῷ δὲ συγγνώμη εἴη, εἰ δι' ἑρμηνέων τριῶν διαλεγόμενος, πλὴν φωνῆς μηδὲν πλέον συνιέντων ἢ οἱ πολλοί, μηδὲν ἰσχύσει τῆς ὠφελείας ἐπίδειξιν ποιήσασθαι· ὅμοιον γὰρ, ὡς ἂν εἰ διὰ βορβόρου καθαρὸν ἀξιοῖ τις ὕδωρ ῥεῖν. Τὰ γοῦν λεχθέντα εἰς τοῦτ' ἔφη συντείνειν, ὡς εἴη λόγος ἄριστος, ὃς ἡδονὴν καὶ λύπην ψυχῆς ἀφαιρήσεται, καὶ ὅτι λύπη καὶ πόνος διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ πολέμιον, τὸ δὲ φίλον αὐτῆς· τὰ δὲ σώματα ἀσκοῦσι πρὸς πόνον, ἵν' αἱ γνῶμαι ῥωννύοιντο, ἀφ' ὧν καὶ στάσεις παύοιεν καὶ σύμβουλοι πᾶσιν ἀγαθῶν παρεῖεν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ· καὶ δὴ καὶ Ταξίλῃ νῦν συμβουλεύσειεν δέχεσθαι τὸν Ἀλέξανδρον· κρείττω μὲν γὰρ αὐτοῦ δεξάμενον εὖ πείσεσθαι, χείρω δὲ εὖ διαθήσειν. Ταῦτ' εἰπόντα ἐξερέσθαι, εἰ καὶ ἐν τοῖς Ἕλλησι λόγοι τοιοῦτοι λέγοιντο; Εἰπόντος δ', ὅτι καὶ Πυθαγόρας τοιαῦτα λέγοι, κελεύσαι τε ἐμψύχων ἀπέχεσθαι, καὶ Σωκράτης, καὶ Διογένης, οὗ καὶ αὐτὸς ἀκροάσαιτο, ἀποκρίνασθαι, ὅτι τἄλλα μὲν νομίζοι φρονίμως αὐτοῖς δοκεῖν, ἓν δ' ἁμαρτάνειν, νόμον πρὸ τῆς φύσεως τιθεμένους· οὐ γὰρ ἂν αἰσχύνεσθαι γυμνοὺς, ὥσπερ αὐτὸν, διάγειν ἀπὸ λιτῶν ζῶντας·

---

gere ut quidquam facerent præter patria instituta, se missum ait. Invenisse autem se quindecim homines viginti stadiis ab urbe, alium in alio gestu, vel stantem vel sedentem vel jacentem nudum et usque ad vesperam immotum, postea in urbem discedentem. Omnium vero difficillimum esse solem perpeti adeo calidum, ut nemo alius nudis pedibus in meridie terram calcare sustineret. Collocutum se cum uno eorum, nomine Calano, qui postea usque in Persiam Alexandrum secutus, secundum patriam legem mortuus est, in rogum impositus : tunc autem forte lapidibus incubabat : itaque accessisse, et eum appellasse et dixisse : missum se ab Alexandro eorum sapientiam auditum et regi renunciatum : quare se paratum audire, nisi quid obstaret. At Calanum, quum chlamydem et causiam ac crepidas indutum conspexisset, risu sublato ita fatum : Olim omnia plena erant triticeæ et hordeaceæ farinæ, ut nunc pulveris : fontes alii lacte, alii aqua fluebant, nonnulli melle, alii vino, quidam oleo. Homines autem ob satietatem ac luxuriam ad contumeliam se transdiderunt. Juppiter itaque præsentem statum exosus, omnia abolevit, et vitam per laborem degendam instituit. Tunc temperantia et virtutibus ceteris in medium prodeuntibus, rursum bonorum copia facta est. Nunc jam res pæne ad saturitatem contumeliamque rediit, ac periculum est ne rerum omnium interitus impendeat. Quæ quum dixisset, jussisse si quid vellet audire, ut, veste deposita, super iisdem lapidibus nudus jaceret. Se autem animi dubio, Mandanim, qui ceteros anteibat ætate pariter atque sapientia, Calanum objurgasse, qui contumeliam culpans ipse contumeliose ageret : sibi vero ad se vocato dixisse : summopere quidem Alexandrum laudo, quod in tanta administrandi imperii mole sapientiam expetit, quem solum ego in armis philosophantem vidi. Longe utilissimum fuerit, si ii sapiant, quibus potestas est volentibus continentiam persuadendi, invitos autem ad eam cogendi. Mihi autem, aiebat, venia debetur, si per tres interpretes colloquens, qui præter vocem plebeio quovis nihil amplius intelligunt, non possum nostræ sapientiæ vim ei demonstrare : nam perinde res habet, ac si quis postularet fimpidam aquam per cœnum delabi. Omnia itaque dicta Mandanis eo pertinuisse : eam esse optimam doctrinam, quæ voluptatem molestiamque animo eximeret : molestiam a labore differre, quod illa ei esset inimica, alter vero amicissimus. Ipsos corpora ad laborem exercere, ut mentes confirmentur, quibus motus sedentur, et bona omnibus consulendi publice privatimque facultas adesset : Taxili se etiam suasurum nunc esse, ut Alexandrum reciperet : si fuerit melior, recte illi obtemperaturum, sin deterior, reddere meliorem posse. Post hæc interrogasse num talia etiam apud Græcos dicerentur. Quumque respondisset ipse, eadem Pythagoram docere, ac jubere ab animalibus abstinere, tum Socratem et Diogenem, quem ipse audiisset, intulisse Mandanim : Sane prudenter eos de ceteris rebus sentire existimo, in uno autem errare, quod legem anteponunt naturæ : alias enim non puderet eos nostro more nudos degere et tenui victu esse con-

καὶ γὰρ οἰκίαν ἀρίστην εἶναι, ἥτις ἂν ἐπισκευῆς ἐλαχίστης δέηται. Ἔφη δ' αὐτοὺς καὶ τῶν περὶ φύσιν πολλὰ ἐξετάσαι, καὶ προσημασιῶν, ὄμβρων, αὐχμῶν, νόσων· ἀπιόντας δ' εἰς τὴν πόλιν κατὰ τὰς ἀγορὰς σκεδάννυσθαι· ὅτῳ δ' ἂν κομίζοντι σῦκα ἢ βότρυς περιτύχωσι, λαμβάνειν δωρεὰν παρέχοντος· εἰ δ' ἔλαιον εἴη, καταχεῖσθαι αὐτῶν καὶ ἀλείφεσθαι· ἅπασαν δὲ πλουσίαν οἰκίαν ἀνεῖσθαι αὐτοῖς μέχρι γυναικωνίτιδος· εἰσιόντας δὲ δείπνου κοινωνεῖν καὶ λόγων. Αἴσχιστον δ' αὐτοῖς νομίζεσθαι νόσον σωματικὴν· τὸν δ' ὑπονοήσαντα καθ' αὑτοῦ τοῦτο ἐξάγειν ἑαυτὸν διὰ πυρὸς νήσαντα πυράν· ὑπαλειψάμενον δὲ καὶ καθίσαντα ἐπὶ τὴν πυρὰν, ὑφάψαι κελεύειν, ἀκίνητον δὲ καίεσθαι.

Plutarch. Alex. 65 : Πρὸς δὲ τοὺς ἐν δόξῃ μάλιστα καὶ καθ' αὑτοὺς ἐν ἡσυχίᾳ ζῶντας (Γυμνοσοφιστὰς) ἔπεμψεν (ὁ Ἀλέξανδρος) Ὀνησίκριτον ἀφικέσθαι δεόμενος πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ Ὀνησίκριτος ἦν φιλόσοφος τῶν Διογένει τῷ Κυνικῷ συνεσχολακότων. Καί φησι τὸν μὲν Καλανὸν ὑβριστικῶς πάνυ καὶ τραχέως κελεύειν ἀποδύντα τὸν χιτῶνα γυμνὸν ἀκροᾶσθαι τῶν λόγων· ἄλλως δὲ οὐ διαλέξεσθαι πρὸς αὐτὸν, οὐδ' εἰ παρὰ τοῦ Διὸς ἀφῖκται· τὸν δὲ Δάνδαμιν πρᾴτερον εἶναι καὶ διακούσαντα περὶ Σωκράτους καὶ Πυθαγόρου καὶ Διογένους εἰπεῖν, ὡς εὐφυεῖς μὲν αὐτῷ γεγονέναι δοκοῦσιν οἱ ἄνδρες, λίαν δὲ τοὺς νόμους αἰσχυνόμενοι βεβιωκέναι.

Cf. Aristobuli fr. 34; de morte Calani v. infra fr. 33.

11

Strabo XV, p. 689 : Ἐκ δὲ τούτων πάρεστιν ὁρᾶν, ὅσον διαφέρουσιν αἱ τῶν ἄλλων ἀποφάσεις, Κτησίου μὲν οὐκ ἐλάττω τῆς ἄλλης Ἀσίας τὴν Ἰνδικὴν λέγοντος, Ὀνησικρίτου δὲ τρίτον μέρος τῆς οἰκουμένης, Νεάρχου δὲ μηνῶν ὁδὸν τεττάρων τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου, Μεγασθένους δὲ καὶ Δηϊμάχου μετριασάντων μᾶλλον.

Arrian. Indic. c. 3, 6 : Κτησίης δὲ ὁ Κνίδιος τὴν Ἰνδῶν γῆν ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων, οὐδὲ Ὀνησίκριτος τρίτην μοῖραν πάσης τῆς γῆς (sic Casaub. pro vulg. Ἀσίης). Νέαρχος δὲ μηνῶν τεττάρων ὁδὸν τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου τῆς Ἰνδῶν γῆς.

Cf. Plinius VI, 21 : *Alexandri Magni comites in eo tractu Indiæ, quem armis subegerant, scripserunt quinque millia oppidorum fuisse, nullum Co minus, gentes novem, Indiamque tertiam partem esse terrarum omnium, multitudinem populorum innumeram, probabili sane ratione.* Ctesias fr. 59. Bohlen. l. l. I, p. 14.

12.

Strabo XV, p. 690 : Σχεδὸν δέ τι τοῖς ἐν Αἰθιοπίᾳ καὶ κατ' Αἴγυπτον τὰ αὐτὰ φύεται καὶ ἐν τῇ Ἰνδικῇ· καὶ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς πλὴν ἵππου ποταμίου τὰ ἄλλα φέρουσι καὶ οἱ Ἰνδικοί. Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους γίνεσθαί φησι.

Arrian. Ind. 6, 8 : Καὶ οἱ ποταμοὶ οἱ Ἰνδοὶ, ὁμοίως τῷ Νείλῳ τῷ Αἰθιοπίῳ τε καὶ Αἰγυπτίῳ, κροκοδείλους τε φέρουσιν, ἔστιν δὲ οἳ αὐτῶν καὶ ἰχθύας καὶ ἄλλα κήτεα ὅσα ὁ Νεῖλος πλὴν ἵππου τοῦ ποταμίου· Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους τοὺς ποταμίους λέγει ὅτι φέρουσι.

Eadem iterum affert Strabo XV, p. 707. Vide Aristobuli fr. 32. Cf. Nearch. fr. 5.

13.

Strabo XV, p. 691 : Περὶ τῆς Ταπροβάνης Ὀνησίκριτός φησι, μέγεθος μὲν εἶναι πεντακισχιλίων στα-

δίων, οὐ διορίσας μῆκος οὐδὲ πλάτος, διέχειν δὲ τῆς ἠπείρου πλοῦν ἡμερῶν εἴκοσι, ἀλλὰ κακοπλοεῖν τὰς ναῦς φαύλως μὲν ἱστιοπεποιημένας, κατεσκευασμένων δὲ ἀμφοτέρωθεν ἐγκοιλίων μητρῶν χωρίς· εἶναι δὲ καὶ ἄλλας νήσους αὐτῆς μεταξὺ καὶ τῆς Ἰνδικῆς, νοτιωτάτην δ' ἐκείνην. Κήτη δ' ἀμφίβια περὶ αὐτὴν γίνεσθαι, τὰ μὲν βουσὶ, τὰ δ' ἵπποις, τὰ δ' ἄλλοις χερσαίοις ἐοικότα. De Taprobane v. Bohlen. l. l. p. 29 sqq.

14.

Strabo XV, p. 692 : Περὶ δὲ τοῦ βοσμόρου, ὃν φησιν Ὀνησίκριτος ὅτι σῖτός ἐστι μικρότερος τοῦ πυροῦ, γεννᾶται δ' ἐν ταῖς μεσοποταμίαις, φρύγεται δ' ἐπὰν ἀλοηθῇ, προομνύντων μὴ ἀποίσειν ἄπυρον ἐκ τῆς ἅλω, τοῦ μὴ ἐξάγεσθαι σπέρμα.

Cf. Diodor. II, 36, ubi βόσπορον libri exhibent. Vide Steph. Thes. v. βόσμορον. — σῖτος] ita auctor Epitomes; codd. Strabon. σεπτός.

15.

Strabo XV, p. 694 : Πολλὰ γὰρ δὴ καὶ δένδρα παράδοξα ἡ Ἰνδικὴ τρέφει, ὧν ἐστι καὶ τὸ κάτω νεύοντας ἔχον τοὺς κλάδους, τὰ δὲ φύλλα ἀσπίδος οὐκ ἐλάττω. Ὀνησίκριτος δὲ καὶ περιεργότερον τὰ ἐν τῇ Μουσικανοῦ διεξιὼν, ἅ φησι νοτιώτατα εἶναι τῆς Ἰνδικῆς, διηγεῖται μεγάλα δένδρα εἶναί τινα, ὧν τοὺς κλάδους αὐξηθέντας ἐπὶ πήχεις καὶ δώδεκα· ἔπειτα τὴν λοιπὴν αὔξησιν κατωφερῆ λαμβάνειν, ὡς ἂν καταχαμπτομένους, ἕως ἂν ἅψωνται τῆς γῆς· ἔπειτα κατὰ γῆς διαδοθέντας ῥιζοῦσθαι ὁμοίως ταῖς κατώρυξιν, εἶτ' ἀναδοθέντας στελεχοῦσθαι· ἐξ οὗ πάλιν ὁμοίως τῇ αὐξήσει κατακαμφθέντας ἄλλην κατώρυγα ποιεῖν εἶτ' ἄλλην, καὶ οὕτως ἐφεξῆς, ὥστ' ἀφ' ἑνὸς δένδρου σκιάδιον γίνεσθαι μακρὸν, πολυστύλῳ σκηνῇ ὅμοιον. Λέγει δὲ καὶ μεγέθη δένδρων, ὥστε πέντε ἀνθρώποις δυσπερίληπτα εἶναι τὰ στελέχη.

Cf. Aristobul. fr. 30, ubi quum Aristobulus narrasse dicatur tantæ magnitudinis arbores esse, ut sub unius umbra quiescere possint equites 50, addit Strabo : οὗτος δὲ (sc. Onesicritus, de quo in antecedentibus sermo) τετρακοσίους (λέγει). Nearch. fr. 40; Diodor. XVII, 90.

16.

Strabo XV, p. 693 : Ταῖς δὲ τῶν ποταμῶν πληρώσεσι καὶ τῷ τοὺς ἀπογαίους μὴ πνεῖν ὁμολογεῖ καὶ τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Ὀνησικρίτου. Τεναγώδη γάρ φησιν εἶναι τὴν παραλίαν (Indiæ), καὶ μάλιστα κατὰ τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, διά τε τὴν χοῦν καὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ τὴν τῶν πελαγίων ἀνέμων ἐπικράτειαν.

« Comprobantur hujus fragmenti argumento quæ ab Aristobulo de Indicorum fluminum inundationibus narrata sunt fr. 29. » Geier. Cf. infra fr. 20.

17.

Strabo XV, p. 695 : Τοῦτο δ' (i. e. ἐκ τῶν νεφῶν ἐφθὸν ἤδη χεῖσθαι τὸ ὕδωρ) οἱ μὲν περὶ Ἀριστόβουλον (fr. 29) οὐκ ἂν συγχωροῖεν, οἱ φάσκοντες, μὴ ὕεσθαι τὰ πεδία. Ὀνησικρίτῳ δὲ δοκεῖ τόδε τὸ ὕδωρ αἴτιον εἶναι τῶν ἐν τοῖς ζῴοις ἰδιωμάτων, καὶ φέρει σημεῖον τὸ καὶ τὰς χρόας τῶν πινόντων βοσκημάτων ξενικῶν ἀλλάττεσθαι πρὸς τὸ ἐπιχώριον. Τοῦτο μὲν οὖν εὖ· οὐκέτι δὲ καὶ τοῦ μέλανας εἶναι καὶ οὐλότριχας τοὺς Αἰθίοπας, ἐν ψιλοῖς τοῖς ὕδασι τὴν αἰτίαν τι-

---

tentos, quum ea optima domus sit, quæ minimo apparatu indigeat. Addidit multa eos etiam de natura, de signis, de imbribus, de siccitatibus, de morbis denique inquirere. Abeuntes vero in urbem per fora dispergi; et quemcunque offenderent ficus vel uvas ferentem, ab eo gratis capere; si oleum fuerit, eo perfundi et inungi; omnem domum divitum ipsis patere usque in mulierum conclavia, ingressos autem in cœnæ et sermonum communicationem adhiberi. Turpe apud eos putari corporis morbum, quem si quis veretur, se ipsum igni e vita educit : nam, constructo rogo, super eum perunctus sedet, et accendi jubens, immotus comburitur.

Ad eos vero qui erant clarissimi (solitariam autem quietamque vitam agebant), Onesicritum misit petitum, ad se ut venirent. Fuit Onesicritus philosophus ex Diogenis Cynici contubernio. Calanum sanequam superbe et aspere jussisse ipsi, ut posita veste audiret se nudus : alioqui non congressurum se cum eo, ne si a Jove missus esset quidem. Dandanim egisse placidius : ac de Socrate, Pythagora, Diogene quum audivisset, dixisse magno ingenio sibi videri eos viros fuisse, sed nimium reverentes legum.

11.

Hinc perspici potest, quantum reliquorum sententiæ discrepent. Ctesias dicit Indiam non esse minorem reliqua Asia : Onesicritus eam esse trientem orbis habitati : Nearchus, quattuor mensium iter per ipsum campum : Megasthenes et Daimachus moderatius.

Ctesias Cnidius Indiam reliquæ Asiæ parem magnitudine esse dicit, nihil dicens; nihil etiam est quod Onesicritus ait eam esse orbis terrarum partem tertiam. Nearchus quattuor mensium iter esse per planitiem regionis Indicæ.

12.

Quæ in Æthiopia et Ægypto nascuntur animalia, eadem fere India producit; eorumque quæ in fluviis degunt, Indici eadem habent omnia præter hippopotamum, quamvis Onesicritus dicat hunc quoque in iis nasci.

Fluvii Indici perinde ac Nilus Æthiopiæ et Ægypti crocodilos gignunt, nonnulli etiam pisces aliaque cete ejusdem generis ut Nilus, excepto equo fluviatili; Onesicritus tamen hos quoque gignere affirmat.

13.

Taprobanæ Onesicritus magnitudinem facit stadiorum quinquies mille, longitudinem vero et latitudinem non distinguens, distare eam dicit a continenti viginti dierum navigatione; sed malum navium cursum, quæ velis non bene instructæ sint, et ita fabricatæ ut utrinque costæ matricibus eas recipientibus destituantur. Inter hanc atque Indiam alias insulas esse, ipsam vero omnium maxime meridiem versus sitam : circa eam gigni cete vitæ ancipitis, alia bobus, alia equis, alia aliis terrestribus animalibus similia.

14.

Bosmorum Onesicritus ait frumenti genus esse minus tritico, et inter amnes nasci : torreri autem, quum in area excutitur, atque jurare istos non prius ex area se elaturos quam igni frixerint : id eo faciunt, ne semen exportetur.

15.

India multas sane admirabiles arbores fert, e quibus est, cujus rami ad terram perpendent, foliis non minoribus clypeo. Onesicritus curiosius ea persequens, quæ sunt in Musicani terra, Indiæ australissima, refert arbores quasdam ingentes esse, quarum rami quum ad duodenos cubitos creverint, reliquum incrementum pronum faciant, deflexi quo usque terram contingant : deinde terram subeant, ac radices agant, veluti traduces : mox rursus in truncum exeant, a quo postquam aucti fuerint, in eodem modo flectantur, et aliam propaginem efficiant, rursusque aliam ac sic deinceps, ut ab una arbore longum umbraculum fiat, tabernaculo multis columnis innitenti simile. Refert ad hæc miras arborum magnitudines, quarum stipitem vix quinque homines complecti queant.

16.

Flumina exundare et ventos a terra non spirare, id comprobatur verbis Onescriti. Is enim maritimam oram dicit palustrem undosamque esse, præsertim ad fluminum ostia propter limum et maris effluxum, et propterea quod marini venti prævaleant.

17.

(Aquam jam decoctam e nubibus in India effundi) id Aristobulus non concesserit, qui negat campos complui; Onesicrito autem videtur aqua hæc causa esse proprietatum in animalibus : cujus signum affert, quod peregrina pecora eam potantia colores suos in regioni ei familiarem mutant colorem : atque hoc profecto bene dictum est. Quod autem Æthiopes nigri sunt et crispi, ejus rei

θέναι, μέμφεσθαι δὲ τὸν Θεοδέκτην εἰς αὐτὸν τὸν ἥλιον ἀναφέροντα τὸ αἴτιον, ὥς φησιν οὗτος·

Οἷς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν
σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύος
εἰς σώματ' ἀνδρῶν καὶ συνέστρεψεν κόμας
μορφαῖς ἀναυξήτησι συντήξας πυρός.

Ἔχοι δ' ἄν τινα λόγον· φησὶ γὰρ, μήτε ἐγγυτέρω τοῖς Αἰθίοψιν εἶναι τὸν ἥλιον ἢ τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ κάθετον εἶναι καὶ διὰ τοῦτο ἐπικαίεσθαι πλέον, ὥστ' οὐκ εὖ λέγεσθαι ἀγχιτέρμονα αὐτοῖς τὸν ἥλιον, ἴσον πάντων διέχοντα. Μήτε τὸ θάλπος εἶναι τοῦ τοιούτου πάθους αἴτιον· μηδὲ γὰρ τοῖς ἐν γαστρὶ, ὧν οὐχ ἅπτεται ἥλιος.

18.

Strabo XV, p. 699, de Cathæis, gente Indica : Ἐν δὲ τῇ Καθαίᾳ καινότατον ἱστορεῖται τὸ περὶ τοῦ κάλλους ὅτι τιμᾶται διαφερόντως, ὡς ἵππων καὶ κυνῶν· βασιλέα τε γὰρ τὸν κάλλιστον αἱρεῖσθαί φησιν Ὀνησίκριτος, γενόμενόν τε παιδίον μετὰ δίμηνον κρίνεσθαι δημοσίᾳ, πότερον ἔχει τὴν ἔννομον μορφὴν καὶ τοῦ ζῆν ἀξίαν ἢ οὔ· κριθέντα δ' ὑπὸ τοῦ ἀποδειχθέντος ἄρχοντος ζῆν ἢ θανατοῦσθαι· βάπτεσθαί τε πολλοῖς εὐανθεστάτοις χρώμασι τοὺς πώγωνας αὐτοῦ, τούτου χάριν καλλωπιζομένους· τοῦτο δὲ καὶ ἄλλους ποιεῖν ἐπιμελῶς συχνοὺς τῶν Ἰνδῶν (καὶ γὰρ δὴ φέρειν τὴν χώραν χρόας θαυμαστάς) καὶ θριξὶ καὶ ἐσθῆσι, τοὺς δ' ἀνθρώπους τὰ ἄλλα μὲν εὐτελεῖς εἶναι, φιλοκόσμους δέ.

« Similia de Sopithæ terræ incolis tradit Diodorus XVII, 91. De Cathæis autem apud eundem in antecedentibus hæc leguntur : παρὰ δὲ τούτοις νόμιμον ἦν τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσι συγκατακαίεσθαι· κτλ. Atque eadem fere ex eodem fonte (Clitarcho) tradidit Curtius IX, 1, 24 sqq. » Geier.

19.

Strabo XV, 701 : Ὀνησίκριτος δὲ τὴν πλευρὰν ἑκάστην τῆς ἀπολαμβανομένης νήσου (Πατταληνῆς) τριγώνου τὸ σχῆμα δισχιλίων, τοῦ δὲ ποταμοῦ τὸ πλάτος, καθ' ὃ σχίζεται εἰς τὰ στόματα, ὅσον διακοσίων (σταδίων)· καλεῖ δὲ τὴν νῆσον Δέλτα, καί φησιν ἴσην εἶναι τῷ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα, οὐκ ἀληθὲς τοῦτο λέγων. Τὸ γὰρ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα χιλίων καὶ τριακοσίων σταδίων ἔχειν λέγεται τὴν βάσιν, τὰς δὲ πλευρὰς ἑκατέραν ἐλάττω τῆς βάσεως.

Cf. Aristobul. fr. 31. Vincentius *The voyage of Nearchus* p. 143.

20.

Strabo XV, p. 701, de ora Pattalorum insulæ finitima : Φησὶ δ' Ὀνησίκριτος, τὴν πλείστην παραλίαν τὴν ταύτῃ πολὺ τὸ τεναγῶδες ἔχειν, καὶ μάλιστα κατὰ τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, διά τε τὴν χοῦν καὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ τὸ μὴ πνεῖν ἀπογαίους, ἀλλ' ὑπὸ τῶν πελαγίων ἀνέμων κατέχεσθαι τούτους τοὺς τόπους τὸ πλέον. Λέγει δὲ καὶ περὶ τῆς Μουσικανοῦ χώρας ἐπὶ πλέον ἐγκωμιάζων αὐτὴν, ὧν τινα καὶ ἄλλοις Ἰνδοῖς κοινὰ ἱστόρηται, ὡς τὸ μακρόβιον, ὥστε καὶ τριάκοντα ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν προσλαμβάνειν.

Idem p. 710 : Δούλοις δὲ οὗτος (ὁ Μεγασθένης) μέν φησι μηδένα Ἰνδῶν χρῆσθαι. Ὀνησίκριτος δὲ τῶν ἐν τῇ Μουσικανοῦ τοῦτ' ἴδιον ἀποφαίνει, καὶ ὡς κατόρθωμά γε· καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ λέγει τῆς χώρας ταύτης κατορθώματα ὡς εὐνομωτάτης.

21.

Strabo XV, p. 705 : Ὀνησίκριτος δὲ καὶ ἕως τριακοσίων ἐτῶν ζῆν φησὶ (τοὺς ἐλέφαντας), σπάνιον δὲ καὶ ἕως πενταχοσίων· κρατίστους δ' εἶναι περὶ τὰ διακόσια ἔτη, κυίσκεσθαι δὲ δεκαετίαν. Μείζους δὲ τῶν Λιβυκῶν καὶ ἐρρωμενεστέρους ἐκεῖνός τε εἴρηκε καὶ ἄλλοι· ταῖς οὖν προβοσκίσιν ἐπάλξεις καθαιρεῖν καὶ δένδρα ἀνασπᾶν πρόῤῥιζα, διανισταμένους εἰς τοὺς ὀπισθίους πόδας.

22.

Plinius H. N. VI, 24 : *Taprobanen alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est Antichthonum appellatione; ut liqueret insulam esse, Alexandri Magni ætas resque præstitere. Onesicritus, classis ejus præfectus, elephantos ibi majores bellicosioresque quam in India gigni scripsit.* Cf. Ctesias fr. 60 sq. et fragmenta Megasthenis.

22 a.

Servius ad Virg. Æn. I, 653 : *Onesicritus ait in India esse arbores, quæ lanam ferant.*

Tonesicritus codex Fuld.; vulgo *Ctesias*. Vide præf. ad Ctesiæ fr. p. II. De re cf. Nearch. fr. 9.

23.

Arrian. Exp. Al. VI, 2, 3 : Τοῦ μὲν δὴ ναυτικοῦ παντὸς Νέαρχος αὐτῷ ἐξηγεῖτο· τῆς δὲ αὐτοῦ (Ἀλεξάνδρου) νεὼς κυβερνήτης Ὀνησίκριτος, ὃς ἐν τῇ ξυγγραφῇ ἥντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε καὶ τοῦτο ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας, κυβερνήτην ὄντα.

Perperam Suidas v. Νέαρχος : ἐψεύσατο δὲ (sc. Νέαρχος) ναύαρχον ἑαυτὸν ἀναγράψας εἶναι, κυβερνήτης ὤν.

24.

Plinius H. N. VIII, 75 : *Tradunt in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque millibus stadiûm, solstitii die medio nullam umbram jaci puteumque ejus experimenti gratia factum totum illuminari. Ex quo apparere, tum solem illi loco supra verticem esse, quod et in India supra flumen Hyphasin fieri tempore eodem Onesicritus scripsit.*

De puteo Syenes cf. Eustath. ad Dion. 222; Arrian. Ind. 25, 7; Strabo II, p. 164; Pausan. VIII, 38, 6; Lucan. II, 687; Salmasius Plin. Exercit. p. 298 sqq.

24 a.

Idem ibid. : *In Indiæ gente Oretum, mons est Maleus nomine, juxta quem umbræ testate in austrum, hieme in septemtrionem jaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet septemtrio. In eadem India Patalis celeberrimo portu sol dexter oritur, umbræ in meridiem cadunt. Septemtrionem, ibi Alexandro morante, annotatum prima tantum noctis parte aspici. Onesicritus dux ejus scripsit, quibus in locis Indiæ umbræ non sint, septemtrionem non conspici, et ea loca appellari Ascia : nec horas dinumerari ibi.*

25.

Plinius H. N. VII, 2, 28 : *Onesicritus, quibus in locis Indiæ umbræ non sint, corpora hominum cubitorum quinûm et binorum palmorum exsistere et vivere annos centum triginta, nec senescere sed ut medio ævo mori.* Cf. Ctesias fr. 57, § 15; Clitarch. fr. 12

26.

Plinius H. N. VI, 26, p. 367 Tchn. : *Sed priusquam hæc* (de Carmania ac Perside atque Arabia) *generatim persequamur, indicare convenit, quæ prodit Onesicritus, classe Alexandri circumvectus in mediterranea Persidis ex India, narrata proxime a Juba : dein eam navigationem, quæ his annis comperta servatur hodie. Onesicriti et Nearchi navigatio nec* [*omnia*] *nomina habet mansionum, nec spatia : primumque Xylenepolis ab Alexandro condita, unde ceperunt exordium, juxta quod flumen, aut ubi fuerit, non satis explanatur. Hæc tamen digna memoratu produntur : Arbis oppidum a Nearcho conditum in navigatione ea. Flumen Nabrum* (*Arbius* s. *Arabius* Arriani?) *navium capax, contra insulam distans LXX stad., Alexandria condita a Leonnato jussu Alexandri in finibus gentis, Argenûs portu salubri. Flumen Tuberum* (*Tomerus* ap. Ar.) *navigabile, circa quod Pasiræ. Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut XX dierum spatio prænavigaverint. Insula, quæ Solis appel-*

---

non recte in meris aquis causam ponit, ac Theodectem reprehendit, qui causam referat ad solem, quum sic ait :

Quorum propinqua sol adurens orbita
fuliginoso tinctu corpora imbuit,
æstuque tostas sicco crispavit comas;
materiemque adolescendi consumptam abstulit.

Quamquam hoc quidem rationem aliquam habet : dicit enim solem non esse viciniorem Æthiopibus quam aliis, sed magis perpendicularem, et propterea magis adurere; ut non recte dicat ille solem propinquum ab omnibus æqualiter distantem. Tum calorem quoque non esse nigredinis causam, quum qui in utero sunt matris, quos nondum sol attigit, tamen nigrescant.

18.

Mirum maxime est quod de honore pulcritudini tanto habito in Cathæa narrant ut equorum et canum. Onesicritus auctor est apud eos regem pulcerrimum eligi, puerum vero post duos a partu menses publice judicari, utrum legitimam formam habeat et vita dignam, necne; eumque, quum ab eo judicatus fuerit, qui rei præest, vel vivere vel interimi : tingi etiam barbas ibi multis variisque coloribus ornatus gratia : multos id alios quoque ex Indis impense facere : regionem enim colores admirabiles et capillis et vestibus tingendis ferre, homines vero, cetera frugales, ornatui nimiam operam dare.

19.

Onesicritus ait unum quodque latus (Indi alveis) comprehensæ insulæ (Pattalenes), quæ figuram triangulam habet, bis mille stadiorum dicit; fluminis latitudinem, ubi in alveos scinditur, ad stadia ducenta; et eam insulam Delta nominat, Ægyptioque asserit Delta æqualem, quod verum non est. Nam Ægyptium Delta mille et trecentorum stadiorum basin habere dicitur, laterum utrumque minus basi.

20.

Onesicritus dicit finitimam oram magna ex parte palustrem esse, præsertim circa fluminum ostia, propter lutum quod affertur, et maris affluxum, et quia a terra venti non spirant, sed loca hæc a marinis flatibus occupantur. Multus est etiam in Musicani terra commendanda, nonnulla incolis ejus cum aliis Indis communia memorans, ut de longitudine vitæ, quod centum et triginta vivant annos.

Megasthenes dicit neminem Indorum servis uti. Onesicritus id proprium eorum ait, qui sub Musicano sunt, et quidem ea re aliis præstare : quemadmodum et alia permulta ejus nationis laudem primariam merentia commemorat, utpote quæ optimis utatur legibus.

21.

Onesicritus dicit elephantos Indiæ ad trecentesimum annum vivere, raro ad quingentesimum : circiter ducentesimum robustissimos esse, in utero gestare ad decennium. Majores Libycis ac validiores quum hic tum alii perhibent, quum proboscidibus propugnacula dejiciant, et arbores radicitus evellant in posteriores pedes erecti.

23.

Nearchum Alexander universæ classi præfecit; Onesicritum navis suæ gubernatorem constituit, qui quidem in ea historia, quam de Alexandro conscripsit, etiam hoc mentitur, quod se classis præfectum fuisse scribit, quum gubernator navis tantum esset.

latur et eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum non animal absumitur, incertis causis. Origens, flumen Carmaniæ Hytanis portuosum et auro fertile. Ab eo primum septemtriones apparuisse adnotavere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus, nec totis unquam. Achæmenidas usque illo tenuisse. Æris et ferri metalla et arsenici et minii exerceri. Inde promontorium Carmaniæ est, ex quo in adversa ora ad gentem Arabiæ Macas trajectus distat L M. passuum. Insulæ tres, quarum Oracla (Oaracta ap. Arr.) *tantum habitatur aquosa, a continenti XXV M. passuum. Insulæ IV jam in sinu ante Persida. Circa has hydri marini vicenûm cubitorum adnatantes terruere classem. Insula Acrotadus (Athothadrus, Athithadrus, Athrotradus* v. lect.; *Caicandrus* ap. Arr.?), *item Gauratæ, in quibus Chiani gens. Flumen Hyperis in medio sinu Persico, onerariarum navium capax. Flumen Sitiogagus (Sitioganus, Sitiogradus* v. lect. *Sitacus* ap. Arr.), *quo Pasargadas septimo die navigatur. Flumen navigabile Heratemis* (ita ex Arr. Harduinus. Codd. *Phrystimus, Phryitimas,* etc.), *insula sine nomine. Flumen Granis modicarum navium capax per Susianen fluit; dextrâ ejus accolunt Deximontani, qui bitumen perficiunt. Flumen Zarotis ostio difficili nisi peritis, insulæ duæ parvæ, inde vadosa navigatio palustri similis, per euripos tamen quosdam peragitur. Ostium Euphratis. Lacus quem faciunt Eulæus et Tigris juxta Characem. Inde Tigri Susa. Festos dies ibi agentem Alexandrum invenerunt septimo mense postquam digressus ab iis fuerat Patalis, tertio navigationis. Sic Alexandri classis navigavit.*

Nec [*omnia nomina*] Voculam *omnia* interposuit Geier. optime; *non continua nomina* conjecerat Dodwell. De Arriani Nearcho p. 241 Geier. p. 81 : « Quod autem viri docti, inter quos Dodwellus, vehementer sunt mirati, nihil fere similitudinis intercedere inter hoc Plinii breviarium et Nearchi paraplum ab Arriano magnam partem exscriptum; breviarium istud plurimis locis cum hoc paraplo egregie posse conciliari doctissime comprobavit Vincentius [*The voyage of Nearchus, London.* 1797, a Schmiedero inserta editioni Arrian. Indic.]. — Pag. 103 : « De singulis autem nominibus apud Plinium et Arrianum inter se discrepantibus Vincentius p 259 sqq. Schmiedero interprete hæc adnotat : « Sed sive Onesicritus sit causa ejus diffe- « rentiæ, sive Juba, non prorsus insociabilis est « cum Nearcho; nam, Salmasio juvante, lego *Arbis* « pro *Nabrus; Tomerus* pro *Tuberus, Oritæ* pro *Pa-* « *ritæ, Ori gens* pro *Origens; Andanis* pro *Hytanis;* « *Achæmenidas* pro *Achæmedinas; Aradus* pro « *Acrodatus;* et fortasse *Arbis* pro *ab eis.* » Plurimas harum emendationum cum Harduino in textum recepimus, de reliquis cf. Harduini annot. ad h. l. Solita doctrinæ copia hunc locum tractavit Salmasius Exercitt. Plin. p. 829 sqq. Ceterum satis constat, quantum in Indicis aliisque nominibus barbaris et Græcis auribus insuetis vel ipsi auctores vel librarii peccaverint, ut nemini mirum videri debeat, si eadem nomina ab Onesicrito longe aliter atque a Nearcho auribus concepta ac literis consignata fuerint. » — Pag. 81 : « Utut vero toto cœlo Plinius ab Arriano differat, cauto quidem judici vix mirum id videatur, quippe qui probe teneat, apud Arrianum quidem unius Nearchi narrationem exhiberi, apud Plinium mansionum nomina ac spatia tum ex Nearchi tum ex Onesicriti navigationis descriptione hausta esse. Accedit, id quod gravissimum est, Plinium breviario isto non ipsius Onesicriti commentarios, sed eam descriptionem ante oculos habuisse, quam Juba sub Onesicriti nomine edidisset [*narrata proxime a Juba* Plin.]... Jubam Mauritaniæ regem a Cæsare Romam in triumphum ductum, Romanis literis institutum *studiorum claritate mirabiliorem etiam quam regno* factum et aliarum scriptionum et libri de expeditione Arabica, C. Cæsari Augusti filio dedicati, auctorem fuisse constat. Inprimis igitur ille quum rerum geographicarum studiosus esset, Romanos harum rerum etiam tum satis imperitos de oræ maritimæ et maris Erythræi parte Euphrati et Indo interjecta melius edocturus celeberrimam Onesicriti et Nearchi navigationem in suum usum convertit, eorumque commentariis ita usus est, ut, quæ apud utrumque memoratu digna viderentur, mixta fortasse doctioribus sequiorum Alexandrinorum de his locis narrationibus, scriptis mandaret eamque scriptionem ex more hujus ætatis Onesicriti Paraplum appellaret. Itaque nec milliaria Romana in Plinii breviario adhibita cum Dodwello nos offendent neque illud cum eodem mirabimur, quod unius Onesicriti navigatione in antecedentibus allata, Plinius paullo post Nearchum juxta Onesicritum appellavit. »

27.

Strabo XV, p. 726 : Ὀνησίκριτος δὲ λέγει ποταμὸν ἐν τῇ Καρμανίᾳ καταφέροντα ψήγματα χρυσοῦ· καὶ ὀρυκτοῦ τε εἶναι μέταλλον, καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ καὶ μίλτου· ὄρη δὲ εἶναι δύο, τὸ μὲν ἀρσενικοῦ, τὸ δ' ἁλός. Cf. Curtius VIII, 9, 18.

27.

Onesicritus tradit flumen esse in Carmania quod auri ramenta ferat : tum argenti fossilis et æris et minii venas, et montes duos, alterum arsenici, alterum salis.

28.

Strabo XV, p. 729, de Euphratis et Tigridis ostiis : Ὀνησίκριτος δὲ πάντας (τοὺς ποταμοὺς) φησὶν ἐκβάλλειν εἰς τὴν λίμνην, τόν τε Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγριν· ἐκπεσόντα δὲ πάλιν τὸν Εὐφράτην ἐκ τῆς λίμνης ἰδίῳ στόματι πρὸς τὴν θάλατταν συνάπτειν. Cf. Nearch. fr. 35.

29.

Plinius H. N. VI, 29 : *Euphrate navigari Babylonem e Persico mari CCCCXII. mill. passuum tradunt Nearchus et Onesicritus. Qui vero postea scripsere, a Seleucia CCCCXL. mill., Juba a Babylone Characem CLXXV. mill. pass.*

Cf. Nearch. fr. 35. « E Plinii loco constat Nearchi sententiam atque Onesecriti a Juba fuisse explicatam : ita scilicet, ut a sui regni scriptoribus atque lectoribus intelligeretur Romanis. « Dodwell. l. l.

30.

Ælian. H. A. XVII, 6 : Περὶ δὲ τὴν Γεδρωσίαν χώραν (ἔστι δὲ μοῖρα τῆς γῆς τῆς Ἰνδικῆς οὐκ ἄδοξος) Ὀνησίκριτος λέγει καὶ Ὀρθαγόρας γίνεσθαι κήτη ἥμισυ ἔχοντα σταδίου τὸ μῆκος, πλάτος δὲ κατὰ λόγον τοῦ μήκους καὶ τοῦτο δηλονότι· τοσαύτην δέ φασιν ἔχειν δύναμιν αὐτὰ, ὡς πολλάκις, ὅταν ἀναφυσήσῃ τοῖς μυκτῆρσιν, ἐς τοσοῦτον ἀναῤῥίπτειν τῆς θαλάττης τὸ κλυδώνιον, ὡς δοκεῖν τοῖς ἀμαθέσι καὶ ἀπείροις πρηστῆρας εἶναι ταῦτα. Cf. Nearch. fr. 25.

31.

Strabo XV, p. 730, de Cyri sepulcro : Ὀνησίκριτος δὲ τὸν μὲν πύργον δεκάστεγον εἴρηκε· καὶ ἐν μὲν τῇ ἀνωτάτω στέγῃ κεῖσθαι τὸν Κῦρον· ἐπίγραμμα δ' εἶναι Ἑλληνικὸν, Περσικοῖς κεχαραγμένον γράμμασιν· Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος, βασιλεὺς βασιλήων· καὶ ἄλλο Περσίζον πρὸς τὸν αὐτὸν νοῦν. Μέμνηται δ' Ὀνησίκριτος καὶ τὸ ἐπὶ τῷ Δαρείου τάφῳ γράμμα τόδε· Φίλος ἦν τοῖς φίλοις· ἱππεὺς καὶ τοξότης ἄριστος ἐγενόμην· κυνηγῶν ἐκράτουν· πάντα ποιεῖν ἠδυνάμην. Sequitur locus Aristi Salaminii.

32.

Lucian. Macrob. c. 14, p. 641 Didot. : Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων ὧροι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γενόμενος ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων, μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου κατὰ πρόσταγμα τὸ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μέν τι πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, τὸ δέ τι ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον.

« Fortasse eodem hæc loco Onesicritus attigit, quo de Cyri egit sepulcro (fr. 31). Neque enim cum Meiero (in Erschii et Gruberi Encycl. sect. III, P. III, p. 457) equidem contenderim, ex hoc loco esse consentaneum, Onesicriti commentariis antiquiorem Persici regni historiam tractatam esse. » Geier. Cf. Ctesiæ fr. p. 63.

33.

Lucian. De morte Peregrini c. 25, p. 694 Didot. : Ἐκεῖνοι γὰρ (οἱ Βραχμᾶνες) οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης ἰδὼν Κάλανον καόμενον φησὶν, ἀλλ' ἐπειδὰν νήσωσι, πλησίον παραστάντες ἀκίνητοι ἀνέχονται παροπτώμενοι, εἶτ' ἐπιβάντες κατὰ σχῆμα κάονται, οὐδ' ὅσον ὀλίγον ἐκτρέψαντες τῆς κατακλίσεως.

Cf. Nearch. fr. 37. Diodor. XVII, 107; Plutarch. Alex. 69; Arrian. Exp. Alex. c. 69; Ælian. V. H. II, 41; V, 6; Droysen. l. l. p. 503. Bohlen. l. l. p. 287 sqq.

28.

Onesicritus ait omnes fluvios, Euphratem Tigrimque, in lacum influere : rursumque Euphratem e lacu egressum proprio ostio cum mari jungi.

30.

Circa Gedrosiam (quæ pars est Indiæ haud ignobilis) Onesicritus et Orthagoras cete gigni dicunt dimidiati stadii habentia longitudinem et pro longitudinis ratione latitudinem quoque. Eaque tanti dicunt esse roboris, ut sæpenumero, quando fistulis respirarint, tantopere in sublime ejiciant fluctus marinos, ut nescientes et imperiti typhones spectare videantur.

31.

Onesicritus ait turrim decem tabulata habuisse, et in supremo Cyrum jacere. Inscriptionem esse Græcam Persicis exaratam literis :

Cyrus ego, rex olim regum, conditus hic sum.

Aliamque esse Persicam, quæ eandem sententiam exprimat. Onesicritus illius quoque meminit, quæ in Darii sepulcro erat hoc sensu : Amicus fui amicis, et eques et sagittator optimus, venatores superavi et omnia facere potui.

32.

Cyrus, Persarum rex, antiquus ille, ut indicant Persarum et Assyriorum annales, quibus etiam Onesicritus vitæ Alexandri scriptor, consentire videtur, centum annorum quum esset, amicorum unumquemque requisivit : comperto autem plerosque interfectos a Cambyse filio suo, qui ipsius se imperio hoc fecisse diceret, contristatus partim quod male audiret propter crudelitatem filii, partim quod facinora ipsius coarguisset, vitam finiit.

33.

Brachmanes enim non insiliunt in ignem, ut Onesicritus narrat Alexandri gubernator, qui ardentem vidit Calanum, sed rogo exstructo prope astantes immoti ustulari se patiuntur; tum conscenso rogo, servato eodem habitu, cremantur, ne paullum quidem immutantes de suo concubitu.

NEARCHUS CRETENSIS.

Νέαρχος, Ἀνδροτίμου (Ἀνδροτίνου libri Arrian. Exp. III. 6, 8), τὸ γένος μὲν Κρής· ᾤκει δὲ ἐν Ἀμφιπόλει τῇ ἐπὶ Στρύμονι, Arrian. Hist. Ind. 18, 10, cl. 38, 4. Aliter Stephanus Byz. : Λήτη (*), πόλις Μακεδονίας, ἀπὸ τοῦ πλησίον ἱδρυμένου Λητοῦς ἱεροῦ, ὡς Θεαγένης Μακεδονικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν Λητᾶιος· οὕτω γὰρ ἱστορεῖται Νέαρχος (libri Νίκαρχος) Λητᾶιος, τῶν Ἀλεξάνδρῳ τῷ μεγάλῳ συστρατευσαμένων ὁ διασημότατος. Cujus discrepantiæ origo me fugit; nihil se commendat sententia Berkelii, qui Stephanum censet in vitiato Theagenis codice (?) Λητᾶιος legisse pro Κρητᾶιος. Κρὴς Nearchus dicitur etiam ap. Diodor. XIX, 69, 1.

Vivente adhuc Philippo Nearchus inter familiares erat Alexandri. Quare Philippus quum, repudiata Olympiade, Alexandrum haud immerito suspectum haberet, cum reliquis filii amicis consiliorumque sociis etiam Nearchum in exilium ejecit. Quos omnes post obitum patris Alexander revocavit, summisque deinde affecit honoribus (Plutarch. Alex. 10; Arrian. Exp. III, 6, 8). Et Nearchum quidem Lyciæ finitimisque ad Taurum usque regionibus præfecit (Arrian. l. l. Ol. 111, 3. a. C. 334). Eo satrapæ munere functus Nearchus est usque ad an. Ol. 113, 1, a. C. 328, quo tempore, ut mercenarios regi adduceret, una cum Asandro Ioniæ satrapa profectus est in Bactriam (Arrian. Exp. IV, 7, 4), ubi mox eum memorari videmus inter chiliarchos scutatorum (τῶν ὑπασπιστῶν). Arrian. Exp. IV, 30, 11. Deinde decreta ad Oceanum per flumina navigatione, dux classis universæ constitutus est (Arrian. Exp. VI, 2, 6; Ind. 18, 10). Postquam ad mare feliciter perventum erat, nova regi consilia volventi atque idoneum navigationis ab Indi ostiis ad Euphratem instituendæ ducem quærenti sponte sua sese obtulit Nearchus, faustum spondens conaminis successum (lege fr. 18, ex Arrian. Ind. 20). Neque virum fortem prudentemque (vid. fr. 28) non juvit fortuna. In ipso itinere Nearchus Alexandrum convenit in Salmunte (**) urbe Carmaniæ (Vide Arrian. Ind. 32 sqq., qui fusius et optime hæc ex Nearchi commentariis narrat). Exantlatis tandem ærumnis, Pasitigrim ingressus servatam classem regi tradidit. Læta illa dies sacrificiis ludisque. Quoquoversus Nearchus per castra ibat, petebatur floribus ac sertis (Arr. Ind. 42). Mox Susis ex manu Alexandri et uxorem accepit Mentoris Rhodii Barsinesque filiam, et coronam auream, præmia meritorum (Arr. Exp. VII, 4 sq. Ind. 42). Prope Babylonem ad Nearchum accedunt Chaldæi, orantes ut de oraculis Alexandrum certiorem faceret atque dehortaretur, ne urbem rex intrare sustineret (Diodor. XVII, 112, 3. Plutarch. Alex. 73.). Jam correptus morbo fatali Alexander ex ore pependit Nearchi, ἀκροώμενος τὰ περὶ τὸν πλοῦν καὶ τὴν μεγάλην θάλατταν (Plutarch. Al. 76, cl. Arrian. Exp. VII, 25). — Rege vix defuncto, Perdiccas, *Sextus mensis est*, inquit, *ex quo Rhoxane prægnans est : optamus ut marem enitatur : ejus regnum diis approbantibus futurum. Interim a quibus regi velitis, destinate.* Tum Nearchus, *Alexandri modo sanguinem ac stirpem regiæ majestati convenire, neminem*, ait, *posse mirari. Ceterum exspectari nondum ortum regem, et qui jam sit præteriri, nec animis Macedonum convenire, nec tempori rerum. Esse e Barsine filium regis : huic diadema dandum* (Curtius X, 6). Hæc Nearchus, qui filiam Barsines uxorem habebat. — Perdicca provincias distribuente, Nearchus Lyciam et Pamphyliam obtinuit, testante Justino (XIII, 3). Contra Diodorus (XVIII) 3, 1) et Curtius (X, 10, 2) eas regiones Antigono assignatas esse tradunt. Igitur erravit Justinus tempora confundens, aut cum Droysenio (*Hellen.* I, p. 42) statuendum est Nearchum præferentem munus navarchi regii, tributis sibi provinciis cessisse Antigono. Utut est, ab Antigoni partibus stetisse Nearchum scimus ex Diodoro. Scilicet lib. XIX, 19, 4 (Ol. 116, 1, a. C. 316) memoratur inter duces Antigoni contra Eumenem proficiscentis, atque lib. XIX, 69, 1 (314 a. C.) inter consiliarios, quos Demetrio filio Antigonus adjunxit. Hactenus de vita Nearchi.

Commentarii Nearchi descriptionem navigationis continebant, quam ab Indi capitibus usque ad Pasitigrin oras maritimas legens instituerat. Ex iis sua tantum non omnia excerpsit Arrianus (*) in

(*) Ita pro vulg. Λητή posui jubente Theognost. Can. p. 617, 15. Ceterum de Lete urbe cf. Marsyas ap. Harpocrat. s. v.; Ptolem. III, 13; Zonaras p. 1304; numni ap. Mionnet. *Supplem.* vol. III, p. 31.

(**) Si quidem fides habenda Diodoro XVII, 106, 4. V. Droysen. *Alexand.* p. 481 not. 13; Ritter. *Erdkunde*, tom. X, p. 27 sqq.

(*) « Erant qui hunc (Arriani) Nearchum falsarium, ejusque itinerarium Ptolemæorum demum tempore compositum esse crederent, in quibus nominandi Harduinus ad Plin. H, N. p, 326 et H. Dodwellus Dissert. de Nearch. Parapl. in Hudson Geogr. Min. tom. I. [adde Bohlen. *Das*

Hist. Indica inde a cap. 20. Jam vero quum multa (v. c. fr. 17, 33, 34. 37 ex. Arr. et Strabon.) ex Nearcho afferantur, quæ ad ipsam navigationem nihil pertineant, nonnulli (**) censuerunt aut Paraplum partem fuisse majoris operis, aut præter Paraplum singulare de Alexandri expeditione opus a Nearcho conscriptum esse. Eamque sententiam confirmari dix runt loco Suidæ s. v. Νέαρχος, ubi hæc : Οὗτος συνεστράτευσεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ ξυγγραφὴν συνεγράψατο ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου· ἐψεύσατο δὲ ναύαρχον ἑαυτὸν ἀναγράψας εἶναι κυβερνήτης ὤν. At quum pateat in postremis temere misceri Nearchi et Onesicriti memoriam, etiam ista ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου συγγραφή rectius ad Onesicritum referetur. Certe nihil hoc loco potest probari. De reliquis audiamus Geierum nostrum : « Quoniam constat, Arrianum Strabonemque et de ipsa navigationis descriptione et aliis de rebus, quæ ad navigationem nihil viderentur pertinere, iisdem haud raro locis eodem usos esse Nearchi testimonio, neque alia alio tractata esse libro uspiam indicasse : consentaneum profecto videtur, eodem Nearchi libro simul navigationis aliarumque rerum descriptionem fuisse comprehensam. Etenim siquidem revera Nearchus præter navigationis descriptionem singularem quendam de Alexandri rebus librum edidisset, primum illud maximopere unicuique mirum videretur, Arrianus quod in Historia quidem Indica alterius libri ubique fere sequutus auctoritatem, in Expeditione Alexandri ne verbo quidem alterum attigisset. Neque Arrianus solum et Strabo, sed etiam Plutarchus, Diodorus et quotquot sequioris ævi auctores Alexandri res conscripserunt, Nearchi librum iisdem de rebus compositum prorsus ignorant... Satis jam apparebit, non duos singulares libros, sed unum tantummodo opus Nearcho esse tribuendum, cujus de argumento quæstio restat haud ita difficilis. Primum enim inter omnia hujus libri fragmenta ne unum quidem reperitur, quod ad Alexandri res ante expeditionem Indicam gestas jure queat referri. Immo quæcunque de Alexandri rebus a Nearcho sunt prodita, ad unum temporis pertinent spatium, quod inter reditum ex India et regis mortem erat interjectum. Huc ista spectant de Alexandro apud Mallos vulnerato (fr. 17), de itinere per Gedrosiam suscepto, (fr. 23) de Calani Gymnosophistæ interitu (fr 37), de Cossæis ab Alexandro per hiemem devictis atque oppressis (fr. 34); huc denique sunt referenda, quæ de terrarum situ et magnitudine, de populorum moribus, de plantarum, animalium natura aliisque id genus ille persequutus est. Hæc vero omnia quum navigationem ab Hyphasi usque ad Pasitigrin Nearcho duce peractam aliquatenus certe attingant, totius libri primarium quidem argumentum in hac navigationis descriptione (τοῖς ἀμφὶ τῷ παράπλῳ cf. Arr. Hist. Ind. c. 18. et Exp. Alex. VI. c. 28) versatum fuisse existimamus, cui secundaria accederet earum quoque rerum narratio, quæ ad navigationem illam plus minus viderentur pertinere. Quare quoniam Indicæ res et per se memoratu dignæ et cum ipsa navigatione arctius videbantur cohærere, earum descriptione noluit supersedere auctor diligentissimus, eademque de causa non prætermittenda putavit, quæ intra ipsum navigationis tempus exercitui pedestri juxta oram maritimam proficiscenti accidissent. Hinc sponte consequitur, in Arriani Historia Indica inde a capite XX. usque ad caput XLIII non integrum Nearchi opus, sed primarium modo ejus argumentum esse conservatum; reliqua vero ejus parte Arrianus ita videtur usus esse, ut quæ memoratu digna ab hoc auctore prodita essent, passim cum aliorum narrationibus mixta vel Historiæ Indicæ vel Expeditioni Alexandri intexeret. Ita in Historia Indica c. 19, § 8, ipse Arrianus, ubi exposuit quomodo in Hyphasi et Indo classis regia instructa fuisset, de reliqua hujus navigationis narratione lectores ad Expeditionem Alexandri a se scriptam ablegavit; unde etiam quid causæ fuerit apparet, uno quod sexto hujus operis libro, quippe quo hujus navigationis descriptio contineretur, bis Arrianus ad Nearchi auctoritatem provocaverit, neque dubium potest esse quin maxima hujus libri pars ex Nearchi fluxerit commentariis.

« Denique ad Nearchi fidem quod attinet, haud multum sane in Indicarum certe rerum descriptione ei esset tribuendum, si judicium sequeremur Strabonis (p. 70), qui, Ἅπαντες, inquit, οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγόνασι, καθ' ὑπερβολὴν δὲ Δηίμαχος· τὰ δὲ δεύτερα λέγει Μεγασθένης (fr. 10), Ὀνησίκριτός τε καὶ Νέαρχος καὶ ἄλλοι παραψελλίζοντες ἤδη. Contra quam severiorem auctoris gravissimi censuram verissime jam Vincentius animadvertit, quæ Straboni vix credibilia Nearchus narrasse visus esset, ea maximam partem recentiorum geographorum et physicorum observationibus ita esse confirmata, ut viri diligentiam admirari potius quam fidem infamare deberemus. Quantopere vero Nearchus veræ

alt. Ind. I, p. 68]. Jure vero ab his auctorem criminationibus defendere conati sunt D'*Anville*, *Rennel*, *Robertson*, *Vincent*, alii, de quorum sententia exponit *Ste-Croix*, *Exam. critiq.* p. 745 sqq. » Westermann. ad Voss. p. 95. Adde quæ ex Geiero notavimus ad Onesicriti fr. 26.

(**) Uti Dodwell. l. l. p. 140 § 10, et Schmieder Præfat. ad Arrian. Exp. Al. p. 33.

ac sinceræ rerum narrationi ubique studuerit, etiam eo comprobatur, quod, ubicunque quidpiam non satis certo ipsi fuit exploratum, non solum ingenue hoc professus est (fr. 12. 35), sed etiam in refutandis fabularum ineptiis plurimum operæ posuit (fr. 25). Ceterum ut concedamus, rerum novitate deceptum Nearchum hoc illud minus vere tradidisse, a fabulis fictis atque commentis certe eum abhorruisse, strenua etiam spondet viri probitas atque integritas, quam vita et factis affatim ille comprobavit. »

ΠΑΡΑΠΛΟΥΣ.

1.

Strabo XV, p. 689; Arrian. Ind. c. 3, de Indiæ magnitudine. Vide Onesicriti fr. 11.

2.

Strabo II, p. 77 : Αἱ ἄρκτοι ἐκεῖ (sc. ἐν τοῖς ἄκροις τῆς Ἰνδικῆς) ἀμφότεραι, ὡς οἴονται, ἀποκρύπτονται, πιστεύοντες τοῖς περὶ Νέαρχον.

Idem contendit Megasthenes (fr. 3), contradicente Daimacho.

3.

Strabo XV, p. 691 : Νέαρχος δὲ περὶ τῆς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐπιχοῆς παραδείγματα φέρει τὰ τοιαῦτα, ὅτι καὶ τὸ Ἕρμου καὶ Καΰστρου πεδίον καὶ Μαιάνδρου καὶ Καΐκου παραπλησίως εἴρηται, διὰ τὴν ἐπιφορουμένην τοῖς πεδίοις χοῦν αὔξειν αὐτὰ, μᾶλλον δὲ γεννᾶν ἐκ τῶν ὀρῶν καταφερομένην, ὅση εὔγεως καὶ μαλακή· καταφέρειν δὲ τοὺς ποταμοὺς, ὥστε τούτων ὡς ἂν γεννήματα ὑπάρχειν τὰ πεδία, καὶ εὖ λέγεσθαι ὅτι τούτων ἐστὶ τὰ πεδία. Τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ ὑπὸ τοῦ Ἡροδότου λεχθέντι ἐπὶ τοῦ Νείλου καὶ τῆς ὑπ' αὐτῷ γῆς, ὅτι ἐκείνου δῶρόν ἐστι· διὰ τοῦτο δ' ὀρθῶς καὶ ὁμώνυμον τῇ Αἰγύπτῳ φησὶ λεχθῆναι τὸν Νεῖλον ὁ Νέαρχος.

Eadem Arrian. Exp. Al. VI, 6, 5, ex eodem, ut videtur, Nearcho. Cf. Bohlen. *Das alte Indien* I, p. 15.

4.

Strabo XV, p. 692 de imbribus Indiæ fluviorumque inundationibus. Vide Aristobuli fr. 29.

5.

Strabo XV, p. 696 : Νέαρχος δὲ τὸ ζητούμενον πρῶτον ἐπὶ τοῦ Νείλου, πόθεν ἡ πλήρωσις αὐτοῦ, διδάσκειν ἔφη τοὺς Ἰνδικοὺς ποταμοὺς, ὅτι ἐκ τῶν θερινῶν ὄμβρων συμβαίνει. Ἀλέξανδρον δ' ἐν μὲν τῷ Ὑδάσπῃ κροκοδείλους ἰδόντα, ἐν δὲ τῷ Ἀκεσίνῃ κυάμους Αἰγυπτίους, εὑρηκέναι δόξαι τὰς τοῦ Νείλου πηγὰς, καὶ παρασκευάζεσθαι στόλον εἰς τὴν Αἴγυπτον, ὡς τῷ ποταμῷ τούτῳ μέχρι ἐκεῖσε πλευσόμενον· μικρὸν δ' ὕστερον γνῶναι, διότι οὐ δύναται ὃ ἤλπισεν.

De iisdem adi Arrian. Ind. c. 6. Cf. Onesicrit. fr. 12, Aristobul. fr. 29. 32. Bohlen. l. l.

6.

Strabo XV, p. 701, de Pattalene insula. Vide Aristobul. fr. 31.

7.

Strabo XV, p. 716 sq : Νέαρχος δὲ περὶ τῶν σοφιστῶν οὕτω λέγει· τοὺς μὲν Βραχμᾶνας πολιτεύεσθαι καὶ παρακολουθεῖν τοῖς βασιλεῦσι συμβούλους, τοὺς δ' ἄλλους σκοπεῖν τὰ περὶ τὴν φύσιν· τούτων δ' εἶναι καὶ Κάλανον· συμφιλοσοφεῖν δ' αὐτοῖς καὶ γυναῖκας, τὰς δὲ διαίτας ἁπάντων σκληράς. Περὶ δὲ τῶν κατὰ τοὺς ἄλλους νομίμων τοιαῦτα ἀποφαίνεται· τοὺς μὲν νόμους ἀγράφους εἶναι, τοὺς μὲν κοινοὺς, τοὺς δ' ἰδίους, ἀήθειαν ἔχοντας πρὸς τοὺς τῶν ἄλλων· οἷον τὸ τὰς παρθένους ἆθλον παρά τισι κεῖσθαι τῷ πυγμὴν νικήσαντι, ὥστ' ἀπροίκους συνεῖναι· παρ' ἄλλοις δὲ κατὰ συγγένειαν κοινῇ τοὺς καρποὺς ἐργασαμένους, ἐπὰν συγκομίσωσιν, αἱρεσθαι φορτίον ἕκαστον εἰς διατροφὴν τοῦ ἔτους· τὸν δ' ἄλλον ἐμπιπράναι τοῦ ἔχειν εἰσαῦθις ἐργάζεσθαι καὶ μὴ ἀργὸν εἶναι. Ὁπλισμὸν δ' εἶναι τόξον καὶ οἰστοὺς τριπήχεις, ἢ σαύνιον καὶ πέλτην καὶ μάχαιραν πλατεῖαν τρίπηχυν· ἀντὶ δὲ χαλινῶν φιμοῖς χρῆσθαι, κημῶν μικρὸν διαφέρουσιν· ἥλοις δὲ τὰ χείλη διαπεπάρθαι. Τὴν δὲ φιλοτεχνίαν τῶν Ἰνδῶν ἐμφανίζων, σπόγγους φησὶν ἰδόντας παρὰ τοῖς Μακεδόσι μιμήσασθαι, τρίχας καὶ σχοινία λεπτὰ καὶ ἁρπεδόνας διαῤῥάψαντας εἰς ἔρια, καὶ μετὰ τὸ πιλῆσαι τὰ μὲν ἐξελκύσαντας, τὰ δὲ βάψαντας χροιαῖς· στλεγγιδοποιούς τε καὶ ληκυθοποιοὺς ταχὺ γενέσθαι πολλούς· ἐπιστολὰς δὲ γράφειν ἐν σινδόσι λίαν κεχροτημέναις, τῶν ἄλλων γράμμασιν αὐτοὺς μὴ χρῆσθαι φαμένων, χαλκῷ δὲ χρῆσθαι χυτῷ, τῷ δ' ἐλατῷ μή· τὴν δ' αἰτίαν οὐκ εἶπε, καίτοι τὴν ἀτοπίαν εἰπὼν τὴν παρακολουθοῦσαν, ὅτι θραύεται κεράμου δίκην τὰ σκεύη πεσόντα.

Cf. Aristobul. fr. 44, Onesicrit. fr. 10; fragmenta Megasthenis. De re ipsa uberrime exponit Bohlen. l. l. tom. II passim.

8.

Strabo XV, p. 693 : Ἐκ τούτου δὲ (sc. τοῦ ἐρίου ὃ δένδροις ἐπανθεῖ) Νέαρχός φησι τὰς εὐητρίους ὑφαίνεσθαι σινδόνας· τοὺς δὲ Μακεδόνας ἀντὶ κναφάλων αὐτοῖς χρῆσθαι καὶ τοῖς σάγμασι σάγης· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ σηρικὰ ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου. Εἴρηκε δὲ καὶ περὶ τῶν καλάμων ὅτι ποιοῦσι μέλι μελισσῶν μὴ οὐσῶν· καὶ δένδρον εἶναι καρποφόρον· ἐκ δὲ τοῦ καρποῦ μεθύειν.

9.

Arrian. Ind. 16, 1 : Ἐσθῆτι δὲ Ἰνδοὶ λινέῃ χρέονται, καπερ λέγει Νέαρχος, λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δένδρεων, ὑπὲρ ὅτων μοι ἤδη λέλεκται. Τὸ δὲ λίνον τοῦτο ἢ λαμπρότερον τὴν χροιὴν ἐστιν ἄλλου λίνου παντὸς, ἢ μέλανες αὐτοὶ ἐόντες λαμπρότερον τὸ λίνον φαίνεσθαι ποιέουσιν, κτλ. Cf. Onesicriti fr. 22 a. Bohlen. II, p. 168.

10.

Arrian. Ind. 16, 4 : Τοὺς δὲ πώγωνας λέγει Νέαρχος ὅτι βάπτονται Ἰνδοὶ, χροιὴν δὴ ἄλλην καὶ ἄλλην, οἱ μὲν ὡς λευκοὺς φαίνεσθαι, οἵους λευκοτάτους, οἱ δὲ κυανέους· τοὺς δὲ φοινικέους εἶναι, τοὺς δὲ καὶ πορφυρέους, ἄλλους πρασοειδέας. Καὶ σκιάδια ὅτι προβάλλονται τοῦ θέρεος ὅσοι οὐκ ἠμελημένοι Ἰνδῶν.

Cf. Onesicrit. fr. 18; Bohlen. II, 171; Sprengel. *Gesch. der wichtigsten geograph. Entdeckungen*, p. 101.

11.

Arrian. Ind. c. 11, 7 : Ὧν (δένδρων) τὴν σκιὴν Νέαρχος λέγει ἐς πέντε πλέθρα ἐν κύκλῳ ἐξικνέεσθαι καὶ ἂν καὶ μυρίους ἀνθρώπους ὑπὸ ἑνὶ δένδρεϊ σκιάζεσθαι· τηλικαῦτα εἶναι ταῦτα τὰ δένδρεα.

Cf. Aristobul. fr. 30; Onesicrit. fr. 15.

12.

Arrian. Ind. c. 15, 1 : Τίγριος δὲ δορὴν μὲν ἰδεῖν λέγει Νέαρχος, αὐτὸν δὲ τίγριν οὐκ ἰδεῖν· ἀλλὰ τοὺς Ἰνδοὺς γὰρ ἀπηγέεσθαι, τίγριν εἶναι μέγεθος μὲν ἡλίκον τὸν μέγιστον ἵππον, τὴν δὲ ὠκύτητα καὶ ἀλκὴν, οἵην οὐδενὶ ἄλλῳ εἰκάσαι· τίγριν γὰρ, ἐπεὰν ὁμοῦ ἔλθῃ ἐλέφαντι, ἐπιπηδᾶν τε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐλέφαντος καὶ ἄγχειν εὐπετέως. Ταύτας δὲ ἄστινας καὶ ἡμεῖς ὁρέομεν καὶ τίγριας καλέομεν, θῶας εἶναι αἰόλους καὶ μέζονας

2.

(In India extrema) Ursa utraque occultatur, uti opinantur fidem habentes Nearcho.

3.

Nearchus de terra illuvie fluviorum solo aggesta hæc affert exempla : Hermi et Caistri et Mæandri et Caici campos ita appellatos esse ob limum, qui e montibus a fluviis delatus campos auget, atque adeo facit, si quis defertur, qui mollior sit et pinguior. Ideoque recte dici, campos hos a fluviis effici. Hoc idem est atque id quod Herodotus de Nilo dicit, terram, quæ circa eum est, donum ipsius esse. Et propterea Nearchus putat, Nilum recte eodem nomine vocatum esse, quo ipsa Ægyptus.

5.

Nearchus antiquam de Nili incrementis quæstionem sic explicari ait, quod Indica flumina edoceant ex æstivis imbribus id contingere. Alexandrum quidem, quum crocodilos in Hydaspe vidisset, et Ægyptiacas fabas in Acesine, putasse Nili initium se invenisse : et propterea classem in Ægyptum parasse, tamquam per hoc flumen eo navigaturum : at paullo post intellexisse, quod sperabat, effici non posse.

7.

Nearchus de sophistis ita loquitur : Brachmanum nonnullos rem publicam gerere et reges sequi et eorum consiliarios esse ; ceteros vero, quæ ad naturam pertinent contemplari : et ex his Calanum fuisse : cum iis etiam mulieres philosophari, et omnium vitam durissimam esse. De institutis vero aliorum hæc prodit : Leges esse non scriptas, alias communes, alias proprias, quæ ab aliorum legibus valde sint alienæ : ut quod apud nonnullos virgines præmium proponantur pugillatione vincenti, et sine dote nubant, et quod alii quidam per cognationes communiter agros colant : et quum fructus colligunt, quisque onus suum tollat in anni alimenta ; reliquum vero crement, ne otiosi sint, sed habeant laborandi causam. Armaturam esse arcum et sagittas tricubitales vel tragulam, et peltam et gladium latum tricubitalem : capistris pro frenis uti, quæ a camis non multum differant : item labia clavis perforari. Monstraturus porro Indos valde studiosos esse artium, dicit eos, spongia apud Macedones visa, statim eam imitatos fuisse, pilos et funiculos subtiles et licia in lanæ speciem consuentes : tum carminatam partim traxisse, partim coloribus tinxisse : item subito multos strigilum et lecythorum opifices exstitisse ; epistolas in sindonibus scribere coactis, quum alii negent ullis eos uti literis. Ære fuso uti, ductili nequaquam, causam non dicens, quum tamen absurditatem consequentem dixisset, quod vasa decidentia fictilium more frangantur.

8.

Ex lana hac (quæ arboribus innascitur) Nearchus ait sindones subtiles et reticulati operis texi, et Macedones ea pro tomento ac clitellarum stratis usos esse : serica etiam ejusdem generis esse, bysso scilicet ex corticibus quibusdam excarminata. Tradit idem arundinem mel sine apibus gignere, et esse arborem fructiferam, cujus fructus ebrios faciat.

9.

Linea veste utuntur Indi, ut ait Nearchus, lino ex arboribus facto, qua de re jam diximus : et hoc quidem linum aut reliquis omnibus linis candidius est, aut nigri ipsi quum sint, faciunt ut candidius id quam est esse videatur.

10.

Barbas quoque variis coloribus fucare Indos Nearchus scribit : ut aliis quam maxime alba appareat, aliis fusca, aliis rubea, aliis purpurea, aliis viridis. Umbracula præ se gestare æstate eos qui alicujus nominis sint.

11.

Arborum (sub quibus æstate sophistæ degunt) umbram Nearchus scribit ad quinque jugera in circuitu extendi, facileque decem millia sub unius arboris umbra delitescere : tantæ magnitudinis esse eas arbores.

12.

Pellem tigris se vidisse scribit Nearchus, feram ipsam nequaquam : Indos tamen narrare magnitudine esse maximi equi, tanta vero velocitate et robore, ut nulli alteri feræ comparari possit. Quando cum elephanto congrediatur, in caput ejus insilire, facileque strangulare. Ceterum eas quas nos videmus et tigres vocamus, thoes esse maculosas,

ἥπερ τοὺς ἄλλους θῶας. Ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ τῶν μυρμήκων λέγει Νέαρχος, μύρμηκα μὲν αὐτὸς οὐκ ἰδέειν, ὁποῖον δή τινα μετεξέτεροι διέγραψαν γίνεσθαι ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ· δορὰς δὲ καὶ τούτων ἰδέειν πολλὰς, ἐς τὸ στρατόπεδον κατακομισθείσας τὸ Μακεδονικόν.

Strabo XV, p. 705 : Τῶν δὲ μυρμήκων τῶν χρυσωρύχων δέρματα ἰδεῖν φησιν οὗτος (Νέαρχος) παρδαλέαις ὅμοια.

Vide Schmieder. ad Arrian. l. l. et quos laudat; Wiese *Indien oder die Hindus* tom. II, p. 294, citante Geiero. Cf. Megasthenis fr. 10.

13.

Arrian. Ind. c. 15, 8 : Σιττακοὺς δὲ Νέαρχος μὲν ὡς δή τι θαῦμα ἀπηγέεται, ὅτι γίγνονται ἐν τῇ τῶν Ἰνδῶν γῇ, καὶ ὁποῖος ὄρνις ἐστὶν ὁ σιττακὸς καὶ ὅπως φωνὴν ἵει ἀνθρωπίνην. Cf. Ctesias. p. 80; Mützell. ad Curt. III, 9.

14.

Idem ib. 15, 10 : Καὶ ὄφιας δὲ λέγει Νέαρχος θηρευθῆναι αἰόλους μὲν καὶ ταχέας· μέγεθος δὲ, ὃν μὲν λέγει ἑλεῖν Πείθωνα τὸν Ἀντιγένεος, πήχεων ὡς ἑκκαίδεκα· αὐτοὺς δὲ τοὺς Ἰνδοὺς πολὺ μέζονας τούτων λέγειν εἶναι τοὺς μεγίστους ὄφεας. Ὅσοι δὲ ἰητροὶ Ἕλληνες, τούτοισιν οὐδὲν ἄκος ἐξεύρητο, ὅστις ὑπὸ ὄφιος δηχθείη Ἰνδικοῦ· ἀλλ' αὐτοὶ γὰρ οἱ Ἰνδοὶ ἴῶντο τοὺς πληγέντας· καὶ ἐπὶ τῷδε Νέαρχος λέγει· συλλελεγμένους ἀμφ' αὐτὸν εἶχεν Ἀλέξανδρος Ἰνδῶν ὅσοι ἰητρικὴν σοφώτατοι· καὶ κεκήρυκτο ἀνὰ τὸ στρατόπεδον, ὅστις δηχθείη, ἐπὶ σκηνὴν φοιτᾶν τὴν βασιλέως. Οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι καὶ τῶν ἄλλων νούσων τε καὶ παθέων ἰητροὶ ἦσαν. Οὐ πολλὰ δὲ ἐν Ἰνδοῖσι πάθεα γίνεται, ὅτι αἱ ὧραι σύμμετροί εἰσιν αὐτόθι· εἰ δέ τι μέζον καταλαμβάνοι, τοῖσι σοφιστῇσιν ἀνεκοινοῦντο· καὶ ἐκεῖνοι οὐκ ἄνευ θεοῦ ἐδόκεον ἰᾶσθαι ὅ τι περ ἰήσιμον.

15.

Strabo XV, p. 706 : Ὁ μὲν γὰρ Νέαρχος τὸ τῶν ἑρπετῶν θαυμάζει πλῆθος καὶ τὴν κακίαν· ἀναφεύγειν γὰρ ἐκ τῶν πεδίων εἰς τὰς κατοικίας τὰς διαλανθανούσας ἐν ταῖς ἐπικλύσεσι καὶ πληροῦν τοὺς οἴκους· διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὑψηλὰς ποιεῖσθαι τὰς κλίνας, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐξοικίζεσθαι πλεονασάντων, εἰ δὲ μὴ τὸ πολὺ τοῦ πλήθους ὑπὸ τῶν ὑδάτων διεφθείρετο, κἂν ἐρημωθῆναι τὴν χώραν. Καὶ τὴν σμικρότητα δ' αὐτῶν εἶναι χαλεπὴν, καὶ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους, τὴν μὲν διὰ τὸ δυσφύλακτον, τὴν δὲ δι' ἰσχὺν, ὅπου καὶ ἑκκαιδεκαπήχεις ἐχίδνας ὁρᾶσθαι· ἐπῳδοὺς δὲ περιφοιτᾶν ἴᾶσθαι πεπιστευμένους, καὶ εἶναι σχεδόν τι μόνην ταύτην ἰατρικήν· μηδὲ γὰρ νόσους εἶναι πολλὰς διὰ τὴν λιτότητα τῆς διαίτης καὶ τὴν ἀοινίαν, εἰ δὲ γίγνοιντο, ἴᾶσθαι τοὺς σοφιστάς.

Cf. Aristobul. fr. 32; Onesicrit. fr. 7; Clitarch. fr. 15; Megasthenis fr.

16.

Strabo XV, p. 705, de elephantis : Νέαρχος δὲ καὶ ποδάγρας ἐν ταῖς θήραις τίθεσθαι κατά τινας συνδρόμους φησί· συνελαύνεσθαι δ' ὑπὸ τῶν τιθασῶν τοὺς ἀγρίους (sc. ἐλέφαντας) εἰς ταύτας κρειττόνων ὄντων καὶ ἡνιοχουμένων. Οὕτως δ' εὐτιθασεύτους εἶναι, ὥστε καὶ λιθάζειν ἐπὶ σκοπὸν μανθάνειν, καὶ ὅπλοις χρῆσθαι, νεῖν τε κάλλιστα, μέγιστόν τε νομίζεσθαι κτῆμα ἐλεφάντων ἅρμα· ἄγεσθαι δ' ὑπὸ ζυγῶν [ὡς] καὶ καμήλους· γυναῖκα δ' εὐδοκιμεῖν, εἰ λάβοι παρὰ ἐραστοῦ δῶρον ἐλέφαντα. Οὗτος ὁ λόγος οὐχ ὁμολογεῖ τῷ φήσαντι μόνον βασιλέων κτῆμα εἶναι ἵππον καὶ ἐλέφαντα. Postrema spectant Megasthenem, ex quo hæc narrat Strabo p. 704. Ceterum cf. Onesicrit. fr. 21; Arrian. Ind. c. 17. Plura vid. ap. Bohlen I, p. 40 sq.; II, 175; Ritter. *Erdkunde* tom. V, p. 903 sqq.

17.

Arrian. Exp. Al. VI, 13, 4 : Νέαρχος δὲ λέγει ὅτι χαλεποὶ αὐτῷ τῶν φίλων ἐγένοντο ὅσοι ἐκάκιζον, ὅτι αὐτὸς πρὸ τῆς στρατιᾶς κινδυνεύοι· οὐ γὰρ στρατηγοῦ ταῦτα, ἀλλὰ στρατιώτου εἶναι.

« Exposuit in antecedentibus Arrianus, quanta fuerit Macedonum lætitia, quum primum certiores essent facti, Alexandri vulnus apud Mallos acceptum feliciter esse sanatum. Quæ vero hoc loco Nearchus de justa amicorum reprehensione breviter attigit, rhetorice exornata leguntur apud Curtium IX, c. 6 (24), Nearchi autem verba paucissimis mutatis affert etiam Suidas s. v. Ἀλέξανδρος. » Geier.

18.

Arrian. Ind. 20 : Νεάρχῳ δὲ λέλεκται ὑπὲρ τούτων ὅδε ὁ λόγος· πόθον μὲν εἶναι Ἀλεξάνδρῳ ἐκπεριπλῶσαι τὴν θάλασσαν τὴν ἀπὸ Ἰνδῶν ἔστε ἐπὶ τὴν Περσικήν· ὀκνέειν δὲ αὐτὸν τοῦ τε πλόου τὸ μῆκος, καὶ μή τινι ἄρα χώρῃ ἐρήμῳ ἐγκύρσαντες ἢ ὅρμων ἀπόρῳ, ἢ οὐ ξυμμέτρως ἐχούσῃ τῶν ὡραίων, οὕτω δὴ διαφθαρῇ αὐτῷ ὁ στόλος, καὶ οὐ φαύλη κηλὶς αὖτη τοῖσιν ἔργοισιν αὐτοῦ τοῖσι μεγάλοισιν ἐπιγενομένη τὴν πᾶσαν εὐτυχίην αὐτῷ ἀφανίσοι· ἀλλὰ ἐκνικῆσαι γὰρ αὐτῷ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ καινόν τι αἰεὶ καὶ ἄτοπον ἐργάζεσθαι. Ἀπόρως δὲ ἔχειν, ὄντινα οὐκ ἀδύνατόν τε ἐς τὰ ἐπινοεύμενα ἐπιλέξαιτο, καὶ ἅμα τῶν ἐν νηΐ ἀνδρῶν, ὡς καὶ τῶν τοιοῦτον στόλον στελλομένων ἀφελεῖν τὸ δεῖμα, τοῦ δὴ ἠμελημένως αὐτοὺς ἐς προῦπτον κίνδυνον ἐκπέμπεσθαι. Λέγει δὴ ὁ Νέαρχος, ἑωυτῷ κοινοῦσθαι τὸν Ἀλέξανδρον, ὄντινα προχειρίσηται ἐξηγέεσθαι τοῦ στόλου· ὡς δὲ ἄλλου καὶ ἄλλου ἐς μνήμην ἰόντα, τοὺς μὲν ὡς οὐκ ἐθέλοντας κινδυνεύειν ὑπὲρ οὗ ἀπολέγειν, τοὺς δὲ ὡς μαλακοὺς τὸν θυμὸν, τοὺς δὲ ὡς πόθῳ τῆς οἰκηίης κατεχομένους, τοῖς δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐπικαλέοντα, τότε δὴ αὐτὸν ὑποστάντα εἰπεῖν, ὅτι Ὦ βασιλεῦ, ἐγώ τοι ὑποδέκομαι ἐξηγήσασθαι τοῦ στόλου, καὶ (εἰ τὰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ξυνεπιλαμβάνοι) περιάξω τοι σώας τὰς νέας καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἔστε ἐπὶ τὴν Περσίδα γῆν, εἰ δὴ πλωτός τε ἐστὶν ὁ ταύτῃ πόντος καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἄπορον γνώμῃ ἀνθρωπίνῃ. Ἀλέξανδρον δὲ λόγῳ μὲν οὐ φάναι ἐθέλειν ἐς τοσήνδε ταλαιπωρίην καὶ τοσόνδε κίνδυνον τῶν τινα ἑωυτοῦ φίλων ἐμβάλλειν, αὐτὸν δὲ ταύτῃ δὴ καὶ μᾶλλον οὐκ ἀνιέναι, ἀλλὰ λιπαρέειν· οὕτω δὴ ἀγαπῆσαί τε Ἀλέξανδρον τοῦ Νεάρχου τὴν προθυμίην καὶ ἐπιστῆσαι αὐτὸν ἄρχειν τοῦ στόλου παντός· καὶ τότε δὴ ἔτι μᾶλλον τῆς στρατιῆς ὅ, τι περ ἐν τῷ παράπλῳ τῷδε ἐτάσσετο, καὶ τὰς ὑπηρεσίας ἵλεω ἔχειν τὴν γνώμην, ὅτι δὴ Νέαρχόν γε οὔποτε ἂν Ἀλέξανδρος προήκατο ἐς κίνδυνον καταφανέα, εἰ μή σφι σωθήσεσθαι ἔμελλεν.

« De ipso hujus navigationis consilio et emolumento cf. Plutarch. Vit. Alex. c. 63; Diodor. XVII, 96; Curt. IX, 9, 3 et Mützell. ad h. l.; Vincent *The Voyage of Nearchus, book I. C. II*, quod inscribitur : « *Character and Designs of Alexander* »; Sainte-Croix *Exam. Crit.* p. 749, qui affert locum huc spectantem ex Robertson. *Hist. de l'Amérique* tom. I, p. 32—33; *Rech. sur l'Inde* p. 28; Droysen. *Gesch. Alex.* p. 424 et 428; Ritter *Erdk.* tom. X, p. 24 sqq. Ceterum in iis, quæ jam sequuntur, Nearchi fragmentis tenendum

majores quam sint aliæ thoes. De formicis etiam scribit Nearchus se quidem eas non vidisse, cujusmodi nonnulli tradunt in India nasci; pelles tamen earum non paucas ab se visas, in castra Macedonum allatas.

Formicarum aurum effodientium pelles Nearchus se vidisse ait pardali pelli persimiles.

13.

Psittacos Nearchus narrat, tanquam rem miram apud Indos nasci; et cujusmodi avis sit psittacus describit, ac vocem humanam exprimere ait.

14.

Scribit Nearchus serpentes capi maculosos magnæque velocitatis, et eum quem Pithon Antigenis filius ceperit, fuisse cubitorum circiter sedecim. Indos vero affirmare, multo majores his apud se nasci eos qui maximi sint. Neminem autem Græcorum medicorum remedium adversus morsum Indici serpentis invenisse; ipsos tamen qui morsi essent curasse. Addit Nearchus Alexandrum Indos quotquot medicinæ peritissimi erant apud se habuisse, et per præconem in castris edictum fuisse, ut quisquis a serpente ictus esset, ad regis tabernaculum veniret. Porro hi ipsi medici etiam aliis morbis medebantur. Ceterum non multos in India morbos grassari, quod tempora anni temperatiora iis in locis sint. Si qua vero major vis ingruat, sophistas consulere, eosque non sine divina quadam virtute quidquid medicabile sit curare.

15.

Nearchus multitudinem et malitiam reptilium miram prædicat, quæ e campis in domicilia fugiant, si qua fluminum exundationibus non operiuntur, atque eas impleant, et propterea cubilia hominum alta esse dicit; nonnunquam etiam emigrare eos, nimis excrescente reptilium numero, ac nisi multitudo maxima ab aquis exstingueretur, regio deserta esset. Addit et parvitatem eorum periculosam et nimiam magnitudinem : alteram quia non facile possint evitari; alteram, quia sint violenta, quum quidam conspecti sint serpentes sedecim cubitorum. Circumvagari incantatores, qui medicari putentur : et solam fere hanc medicinam esse. Nam propter vitæ frugalitatem et vini abstinentiam aut morbi non sunt; aut, si qui sunt, eos sophistæ curant.

16.

Nearchus scribit compedes in tramitum concursu a quibusdam venatoribus disponi, et (elephantos) indomitos in eos agi a mansuetis, qui præstent, et ab auriga ducantur. Adeo autem mansuescere, ut lapidem ad scopum jacere, et armis uti et optime natare ediscant, ut maxima possessio existimetur elephantis bigæ; duci enim sub jugo, ut camelos; atque mulierem eam præstare, quæ munus ab amante elephantem accipiat. Ab hoc dicto dissentit is, qui a solo rege equum et elephantem possideri dixit.

17.

Nearchus dicit molestos Alexandro fuisse amicos, quotquot reprehenderint, quod se tanto discrimini pro exercitu objecisset; neque enim id ducis, sed militis officium esse.

18.

Nearchus de hac re ita scribit : Alexandri desiderium fuisse universum mare, quod ab Indis in Persiam usque patet, enavigare. Ceterum illum navigationis longinquitate deterritum fuisse simulque veritum, ne in aliquam desertam regionem aut portibus vel frugibus carentem delatus classem amitteret, ingensque aliqua macula rebus præclare ab se gestis offusa omnem felicitatis gloriam obliteraret : vicisse tamen ingentem quandam ipsi innatam inusitatæ alicujus ac magnæ rei gerendæ cupiditatem. Dubitasse autem quemnam perficiendis cogitationibus suis parem deligeret, simulque iis qui tam longinquam expeditionem adirent, metum adimeret, sese neglectos in manifestum periculum mitti. Tum Nearchus dicit Alexandrum secum communicasse, quem potius classis ducem ac præfectum designaret : quumque diversorum meminisset, alios dixisse nolle periclitari pro se, alios molli esse animo, alios patriæ desiderio retineri, et sic porro aliis objecisse aliud. Tum se operam suam pollicitum dixisse : Ego, o rex, classis gubernationem suscipiam, et, si deus cœpta secundarit, classem simul et milites sospites in Persidem ducam, si omnino ejus regionis mare navigabile fuerit, aut si id ulla ratione ab humano ingenio præstari possit. Alexandrum autem verbo negasse velle se in tantos labores tantaque pericula aliquem amicorum suorum conjicere : se vero propterea etiam magis non destitisse, sed obnixe orasse : ac tum demum Alexandrum voluntatem Nearchi adeo promptam atque alacrem collaudasse, eumque universæ classi præfecisse : et exercitum, qui ad hanc navigationem destinatus erat et nautas quietiore animo fuisse, quod persuasum haberent Alexandrum nulla ratione ad manifesta pericula Nearchum missurum fuisse, nisi et ipsis quoque certa esset servatio.

est, ex proposito nostro *ea tantum a nobis adscripta esse, quæ disertis verbis ipse Arrianus ex Nearchi sese commentariis hausisse testatus sit, pleraque autem, quæ ab Arriano in Historia Indica inde a cap. 21 usque ad finem sint consignata, etiamsi in fragmentorum numero a nobis non habita, ad eundem tamen Nearchum auctorem esse referenda.* » GEIER.

19.

Strabo XV, p. 721 : Καὶ δὴ καί φησιν ὁ Νέαρχος, ἤδη τοῦ βασιλέως τελοῦντος τὴν ὁδὸν, αὐτὸς μετοπώρου κατὰ Πλειάδος ἐπιτολὴν ἑσπερίαν ἄρξασθαι τοῦ πλοῦ, μήπω μὲν τῶν πνευμάτων οἰκείων ὄντων, τῶν δὲ βαρβάρων ἐπιχειρούντων αὐτοῖς καὶ ἐξελαυνόντων· καταθαρρῆσαι γὰρ ἀπελθόντος τοῦ βασιλέως καὶ ἐλευθεριάσαι.

Cf. Arrian. Ind. c. 21; Exp. Al. VI, 21; Ste-Croix l. l. p. 627 sqq.; Droysen. l. l. p. 478. Geier : « Ceterum apud Arrianum quidem temporis ratio accuratius exposita est, in universum autem ex utriusque loci comparatione satis apparet, neque Arrianum neque Strabonem integros Nearchi commentarios reddidisse, sed alterum hoc alterum illud omisisse; quare quæ apud alterum leguntur alterius sæpissime argumentis egregie suppleri possunt. »

20.

Strabo XV, p. 720 : Οἰκοῦσι δὲ Ἄρβιες πρῶτον, ὁμώνυμοι ποταμῷ Ἄρβει, τῷ ὁρίζοντι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἑξῆς Ὠριτῶν, ὅσον χιλίων σταδίων ἔχοντες παραλίαν, ὥς φησι Νέαρχος. Ἰνδῶν δ' ἐστὶ μερὶς καὶ αὕτη. Εἶτ' Ὠρῖται ἔθνος αὐτόνομον· τούτων δ' ὁ παράπλους χιλίων ὀκτακοσίων· ὁ δὲ τῶν ἑξῆς Ἰχθυοφάγων, ἑπτακισχίλιοι τετρακόσιοι· ὁ δὲ τῶν Καρμανίων, τρισχίλιοι ἑπτακόσιοι μέχρι Περσίδος· ὥσθ' οἱ σύμπαντες μύριοι δισχίλιοι ἐννακόσιοι.

Cf. Clitarch. fr. 20 a; Arrian. Ind. 21, 8 et 25, 3 (ubi Ἄρβιες nominantur Ἀράβιες), et Expedit. Al. VI, 21 (ubi Ἀραβῖται); de mensurarum ap. Arrian. discrepantia v. Schmieder. et Ellendt. ad Arr. ll. ll., Mützell. ad Curt. IX, 39, p. 874.

21.

Arrian. Ind. 21, 13 : Τέσσαρες δὲ καὶ εἴκοσιν ἡμέραι τῇ μονῇ (in portu Sangadæ terræ ad Bibactam insulam) ἐγένοντο· καὶ λέγει (ὁ Νέαρχος), ὅτι μύας τε ἐθήρων θαλασσίους οἱ στρατιῶται καὶ ὄστρεα καὶ τοὺς σωλῆνας καλεομένους, ἄτοπα τὸ μέγεθος, ὡς τοῖσιν ἐν τῇδε τῇ ἡμετέρῃ θαλάσσῃ συμβαλέειν· καὶ ὕδωρ ὅτι ἁλμυρὸν ἐπίνετο.

22

Arrian. Ind. 25, 4 : Παραπλωόντων δὲ τὴν Ἰνδῶν γῆν (τὸ ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτι Ἰνδοί εἰσι) λέγει Νέαρχος ὅτι αἱ σκιαὶ αὐτοῖσιν οὐ ταὐτὸ ἐποίεον· ἀλλὰ ὅπου μὲν ἐπὶ πολὺ τοῦ πόντου ὡς πρὸς μεσημβρίην προχωρήσειαν, αἵδε καὶ αὐταὶ αἱ σκιαὶ πρὸς μεσημβρίην τετραμμέναι ἐφαίνοντο· ὁπότε δὲ τὸ μέσον τῆς ἡμέρης ἐπέχοι ὁ ἥλιος, ἤδη δὲ καὶ ἔρημα σκιῆς πάντα ὤφθη αὐτοῖσι· τῶν τε ἀστέρων ὅσους πρόσθεν μετεώρους κατεώρων, οἱ μὲν ἀφανέες πάντη ἦσαν, οἱ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ ἐφαίνοντο, καταδύνοντές τε καὶ αὐτίκα ἀνατέλλοντες οἱ πάλαι ἀειφανέες ἐόντες. Καὶ ταῦτα οὐκ ἀπεικότα δοκέει μοι ἀναγράψαι Νέαρχος κτλ. Cf. Onesicrit. fr. 24. « Vera sunt, quæ dicit Arrianus, nisi ea de litore Arabitarum et Oritarum intellexisset. Male vero intellexit interdum Arrianus auctores suos, ut jam ad Exp. Alex. I, c. 14, § 5 notavi. Sic etiam hoc loco quæ Nearchus in genere de India dixerat, ab Arriano de Arabitis et Oritis intelligebantur, et inde omnia falsa fiunt. Si ejicis parenthesin : τὸ ἐντεῦθεν sqq., quam Arrianus addidit verbis Nearchi, et si constructionem ita mutas, ut forte fuerit Nearchi, reliqua sic interpretanda sunt, ut dixerit Nearchus : *Iis* sc. Indorum, *qui præter littora Indiæ* (intelligas Chersonesum cis Gangem, non littora præter quæ navigavit Nearchus. Nam verba τὴν Ἰνδῶν γῆν male intellexit Arrianus, atque ut lector eadem cum Arriano intelligeret, addidit verba : τὸ ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτι Ἰνδοί εἰσι, quibus Ichthyophagos dicit et reliquos) *navigarent, umbras non eodem modo fieri; sed quo magis meridiem versus in mari progrederentur,* (sc. æstate, quum sol cis lineam æquinoctialem versatur. Hieme enim si ibi navigatur, præter omnia Indiæ littora umbra septemtrionem versus conspicitur) *eo magis etiam umbras meridiem versus conspici,* sc. si proximus est sol tropico cancri. *Meridie vero interdum nullam umbram conspici posse.* Hæc forte ab Indis relata referebat Nearchus. Stupidissimus vero fuisset, si hæc omnia de sua navigatione dixisset, quum eum plura millia commilitonum suorum falsitatis arguere potuissent. Primum enim navigabat hieme, ubi in omni India umbra septemtrionem versus est, deinde vero si etiam æstate navigasset, ne venit quidem intra tropicum cancri, ita ut nunquam umbram meridiem versus conspicere potuerit, nunquam umbram deficientem. Neque de astris, arctis et arcturo verum hoc est in his regionibus, quas vidit Nearchus, sed multo longius meridiem versus, prope et trans æquatorem. Hæc vero de umbra adnotasse videtur, quum de Malanis scripsisset. Hinc error Arriani. Melius jam Plinius II, 73 Nearchum intellexit : *In Indiæ gente* etc. (v. Onesicriti fr. 24 *a*). » SCHMIEDER.

23.

Strabo XV, p. 686 : Φησὶ γοῦν Νέαρχος, φιλονεικῆσαι αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) διὰ τῆς Γεδρωσίας ἀγαγεῖν τὴν στρατιὰν, πεπυσμένον διότι καὶ Σεμίραμις ἐστράτευσεν ἐπὶ Ἰνδοὺς καὶ Κῦρος· (ἀλλὰ ἡ μὲν ἀνέστρεψε φεύγουσα μετὰ εἴκοσιν ἀνθρώπων, ἐκεῖνος δὲ μεθ' ἑπτά·) ὡς σεμνὸν τὸ, ἐκείνων τοσαῦτα παθόντων, αὐτὸν τὸ στρατόπεδον διασῶσαι μετὰ νίκης διὰ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν τε καὶ τόπων.

Arrian. Exp. Al. VI, 24 : Αὐτὸς δὲ (Ἀλέξανδρος) προυχώρει ὡς ἐπὶ τὰ βασίλεια τῶν Γαδρωσῶν, ὁ δὲ χῶρος Ποῦρα ὀνομάζεται, ἵναπερ ἀφίκετο ἐξ Ὠρων ὁρμηθεὶς ἐν ἡμέραις ταῖς πάσαις ἑξήκοντα. Καὶ λέγουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ξυγγραφάντων τὰ ἀμφ' Ἀλέξανδρον οὐδὲ τὰ ξύμπαντα ὅσα ἐταλαιπώρησεν αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἡ στρατιὰ ξυμβληθῆναι ἄξια εἶναι τοῖς τῇδε πονηθεῖσι πόνοις· οὐ μὴν ἀγνοήσαντα Ἀλέξανδρον τῆς ὁδοῦ τὴν χαλεπότητα ταύτῃ ἐλθεῖν, τοῦτο μὲν μόνος Νέαρχος λέγει ὧδε, ἀλλὰ ἀκούσαντα γὰρ ὅτι οὔπω τις πρόσθεν διελθὼν ταύτῃ ξὺν στρατιᾷ ἀπεσώθη ὅτι μὴ Σεμίραμις [ἐξ Ἰνδῶν ἔφυγε]· καὶ ταύτην δὲ ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι ξὺν εἴκοσι μόνοις τῆς στρατιᾶς ἀποσωθῆναι· Κῦρον δὲ τὸν Καμβύσου ξὺν ἑπτὰ μόνοις καὶ τοῦτον. Ἐλθεῖν γὰρ δὴ καὶ Κῦρον ἐς τοὺς χώρους τούτους ὡς ἐσβαλοῦντα ἐς τὴν Ἰνδῶν γῆν, φθάσαι δὲ ὑπὸ τῆς ἐρημίας τε καὶ ἀπορίας τῆς ὁδοῦ ταύτης ἀπολέσαντα τὴν πολλὴν τῆς στρατιᾶς· καὶ ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ ἐξαγγελλόμενα ἔριν ἐμβαλεῖν πρὸς Κῦρον καὶ Σεμίραμιν. Τούτων τε οὖν ἕνεκα καὶ ἅμα ὡς τῷ ναυτικῷ ἐγγύθεν ἐκπορίζεσθαι τὰ ἀναγκαῖα, λέγει Νέαρχος ταύτην τραπῆναι Ἀλέξανδρον· τό τε οὖν καῦμα ἐπιφλέγον καὶ τοῦ ὕδατος τὴν ἀπορίαν πολλὴν τῆς στρατιᾶς διαφθεῖραι καὶ μάλιστα δὴ τὰ ὑποζύγια· ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τοῦ βάθους τε τῆς ψάμμου καὶ τῆς θέρμης, ὅτι κεκαυμένη ἦν, τὰ πολλὰ δὲ καὶ δίψει ἀπόλλυσθαι· καὶ γὰρ καὶ γηλόφοις ἐπιτυγχάνειν ὑψηλοῖς ψάμμου βαθείας, οὐ νεναγμένης, ἀλλ' οἵας δέχεσθαι καθάπερ ἐς πηλὸν ἢ ἔτι μᾶλλον ἐς χιόνα ἀπάτητον ἐπιβαίνοντας· καὶ ἅμα ἐν ταῖς προσβάσεσί τε καὶ καταβαίνοντας τούς τε ἵππους καὶ τοὺς ἡμιόνους ἔτι μᾶλλον κακοπαθεῖν τῷ ἀνωμάλῳ τῆς ὁδοῦ καὶ ἅμα οὐ βεβαίῳ· τῶν δὲ σταθμῶν τὰ μήκη πιέσαι οὐχ ἥκιστα τὴν στρατιάν·

19.

Nearchus refert, Alexandro iter pergente, ipsum auctumno sub vespertinum exortum Vergiliarum navigationem incepisse, quum nondum apti venti spirarent, barbaris ipsos adorientibus atque expellentibus : jam enim abeunte rege animos recepisse ac libertatem affectasse.

20.

Primum habitant Arbies, eodem nomine quo Arbis fluvius appellati, qui eos a sequentibus Oritis disjungit, mille fere stadiorum oram habentes, ut Nearchus ait, quæ et ipsa Indorum pars est. Postea sunt Oritæ, gens liberæ conditionis, quorum præternavigatio mille octingentorum stadiorum est. Inde Ichthyophagorum ora septem millium et quadringentorum stadiorum. Hinc Carmaniorum, ter mille et septingentorum usque in Persidem : ut in universum stadia sint duodecim millia et nongenta.

21.

Nearchus dies viginti tres ibi moratus est; dicitque milites per id tempus myes marinos cepisse, et ostrea quæ solenes vocantur, inusitatæ magnitudinis, si cum nostri maris ostreis conferantur. Aquam etiam salsam potasse narrat.

22.

Indorum regione circumnavigata (ab hoc enim loco non amplius Indi sunt), Nearcho auctore umbræ non eodem modo quo antea fiebant : sed ubi introrsus in mare meridiem versus processerint, ibi ipsas etiam umbras in meridiem vertisse : quum vero sol medium diei spatium occuparit, omnino nullas iis in locis umbras conspici. Astra quoque, quæ antea sublimia visa sint, aut jam plane non apparuisse, aut depressa ad terram conspecta esse; et jam occidere et oriri visa, quæ antea semper conspicua fuerint. Et hæc quidem non dissentanea vero mihi videntur quæ Nearchus scribit.

23.

Nearchus refert ambitione quadam incitatum Alexandrum voluisse per Gedrosiam ducere exercitum, quum audito accepisset Semiramidem quoque et Cyrum hac in Indiam fecisse expeditionem (sed illam fuga salutem consecutam evasisse cum viginti hominibus, hunc cum septem); quod gloriosum sibi fore putaret, si, istis tanta passis, ipse, parta victoria, salvum exercitum per eadem loca easdemque traduceret gentes.

Ipse Alexander ad Gadrosorum regiam contendit (locus is Pura dicebatur), ad quam sexagesimo postquam ex Oris discessit die pervenit. At vero multi ex iis qui res Alexandri conscripserunt, tradunt, labores quoscunque exercitus per Asiam perpessus esset, iis quos in hac regione pertulit comparandos non fuisse. Alexandrum vero non ignorata hujus itineris difficultate illac proficisci voluisse (hoc autem unus Nearchus scribit), quum audiisset neminem adhuc ducem exercitum per ea loca salvum traduxisse, excepta Semiramide ex India fugiente : quam quidem indigenæ narrarint cum viginti solis ex toto exercitu evasisse : Cyrum vero Cambysis filium cum septem solis. Venisse enim etiam Cyrum in hæc loca, ut Indorum regionem invaderet, prius autem magnam exercitus sui partem per solitudines difficillimaque itinera amisisse; atque hæc quidem Alexandro nuntiata æmulationem quandam Cyri et Semiramidis in animo excitasse. Has igitur propter causas, simulque ut classi non procul remotæ necessaria subministraret, tradit Nearchus Alexandrum hac via rediisse. Ingenti vero solis ardore aquarumque inopia magnam exercitus partem, ac præcipue jumenta exstincta esse. Hæc enim ob altitudinem arenæ et calorem (ardenti enim similis erat) et magis etiam ob sitim interiisse. Incidisse enim in altos colles, quos arena accumulata necdum compressa effecerat, in quibus gradientia perinde ac cœno aut potius nivi nondum calcatæ infixa hærebant. Simul etiam in ascensu ac descensu equi pariter et muli ob inæqualitatem viæ, ejusque non firmæ, vehe-

ἀπορία γὰρ ὕδατος οὐ ξύμμετρος οὖσα μᾶλλόν τι ἦγε πρὸς ἀνάγκην τὰς πορείας ποιεῖσθαι.

Eadem narrat Strabo p. 722, quo loco Geier. pro φασὶ δὲ φιλονεικῆσαι scribendum suspicatur φησὶ δὲ φ., ut Nearchus intelligatur p. 721 (v. fr. 19) a Strabone citatus.

24

Arrian. Ind. 27, 1 : Ἔνθεν (a Mosarnis portu) καὶ ἡγεμὼν τοῦ πλόου λέγει Νέαρχος ὅτι συνέπλωσεν αὐτοῖσιν Ὑδράκης ὄνομα, Γαδρώσιος· ὑπέστη δὲ Ὑδράκης καταστήσειν αὐτοὺς μέχρι Καρμανίης.

« Erat Hydraces iste forte incola urbis Hydriaci prope sinum Churbar aut Chewabad. » VINCENT. ap. Schmieder ad h. l.

25.

Strabo XV, p. 725 : Εἰκὸς μὲν οὖν πρὸς ὑπερβολὴν ἡδολεσχηκέναι πολλὰ τοὺς πλεύσαντας, ὅμως δ' οὖν εἰρήκασι παραδηλοῦντες ἅμα καὶ τὸ παραστὰν αὐτοῖς πάθος, διότι προσδοκία μᾶλλον ἢ κίνδυνος ὑπῆρχε τοῖς ἀληθέσι. Τὸ δὲ μάλιστα ταράττον, φυσητήρων μεγέθη, ῥοῦν ἀπεργαζομένων μέγαν ἀθρόον, καὶ ἀχλὺν ἐκ τῶν ἀναφυσημάτων, ὥστε τὰ πρὸ ποδῶν μέρη μὴ ὁρᾶσθαι· ἐπεὶ δ' οἱ καθηγεμόνες τοῦ πλοῦ, δεδιότων ταῦτα τῶν ἀνθρώπων, τὴν δ' αἰτίαν οὐχ ὁρώντων, ἐμήνυσαν, ὅτι θηρία εἴη, τάχα δ' ἀπαλλάττοιτο σάλπιγγος ἀκούσαντα καὶ κρότου, ἐκ τούτου Νέαρχος ταῖς ναυσὶν ἐπῆγε μὲν τὸ ῥόθιον, καθ' ἅπερ ἐκώλυον, καὶ ἅμα ταῖς σάλπιγξιν ἐφόβει· τὰ δὲ θηρία ἔδυνεν, εἶτ' ἀνεφαίνετο κατὰ πρύμναν, ὥστε ναυμαχίας ἀγωνίαν παρεῖχεν· ἀλλ' αὐτίκα ἀφίστατο.

Λέγουσι μὲν οὖν καὶ οἱ νῦν πλέοντες εἰς Ἰνδοὺς μεγέθη θηρίων καὶ ἐπιφανείας, ἀλλ' οὔτε ἀθρόων, οὔτ' ἐπιφερομένων πολλάκις, ἀλλ' ἀποσοβηθέντα τῇ κραυγῇ καὶ τῇ σάλπιγγι ἀπαλλάττεσθαι. Φασὶ δ' αὐτὰ μὲν μὴ πλησιάζειν τῇ γῇ, τὰ δ' ὀστᾶ διαλυθέντων ψιλωθέντα ἐκκυμαίνεσθαι ῥᾳδίως, καὶ χορηγεῖν τὴν λεχθεῖσαν ὕλην τοῖς Ἰχθυοφάγοις περὶ τὰς καλυβοποιΐας. Μέγεθος δὲ τῶν κητῶν φησιν ὁ Νέαρχος τριῶν καὶ εἴκοσιν ὀργυιῶν. Πιστευθέν τι δὲ ἱκανῶς ὑπὸ τῶν ἐν τῷ στόλῳ φησὶν ὁ Νέαρχος ἐξελέγξαι ψεῦδος ὄν, ὡς εἴη τις ἐν τῷ πόρῳ νῆσος, ἣ ἀφανίζοι τοὺς προσορμισθέντας· κέρκουρον γάρ τινα πλέοντα, ἐπειδὴ κατὰ τὴν νῆσον ταύτην ἐγεγόνει, μηκέτι ὁραθῆναι· πεμφθέντας δέ τινας ἐπὶ τὴν ζήτησιν, ἐκβῆναι μὲν μὴ θαρρεῖν εἰς τὴν νῆσον ἐκπλέοντας, ἀνακαλεῖν δὲ κραυγῇ τοὺς ἀνθρώπους, μηδενὸς δ' ὑπακούοντος ἐπανελθεῖν. Ἁπάντων δ' αἰτιωμένων τὴν νῆσον, αὐτὸς ἔφη πλεῦσαι καὶ προσορμισθεὶς ἐκβῆναι μετὰ μέρους τῶν συμπλευσάντων, καὶ περιελθεῖν τὴν νῆσον· ὡς δ' οὐδὲν εὑρισκεν ἴχνος τῶν ζητουμένων, ἀπογνόντα ἐπανελθεῖν καὶ διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἡ μὲν νῆσος ψευδῆ τὴν αἰτίαν ἔχοι (καὶ γὰρ αὐτῷ καὶ τοῖς συνεκβᾶσιν ὁ αὐτὸς ὑπάρξαι ἂν φθόρος), ἄλλος δέ τις τρόπος τῷ κερκούρῳ τοῦ ἀφανισμοῦ συμβαίη, μυρίων ὄντων δυνατῶν.

Arrian. Ind. 30 sq. : Καὶ λέγει Νέαρχος, ὁκότε ἀπὸ Κυΐζων παρέπλωον, ὑπὸ τὴν ἕω ὀφθῆναι ὕδωρ ἄνω ἀναφυσώμενον τῆς θαλάσσης, οἷά περ ἐκ πρηστήρων βίᾳ ἀναφερόμενον· ἐκπλαγέντας δὲ σφᾶς πυνθάνεσθαι τῶν κατηγεομένων τοῦ πλόου, ὅ τι εἴη καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦτο τὸ πάθημα· τοὺς δὲ ἀποκρίνασθαι ὅτι κήτεα ταῦτα φερόμενα κατὰ τὸν πόντον ἀναφυσᾷ ἐς τὸ ἄνω

menter affligebantur. Longa enim stationum intervalla exercitum magnopere angebant, siquidem summa aquæ inopia iter accelerare cogebat.

24.

Hinc scribit Nearchus ducem navigationis, Hydracem nomine, Gadrosium, una cum ipsis navigasse : pollicitumque esse se illos in Carmaniam delaturum.

25.

Quamquam verisimile est qui tunc (cum Nearcho) navigarunt, multa inflatius garrivisse, simul tamen ostenderunt id quod ipsis contigerit, magis metum quam verum periculum fuisse. Plurimum eos turbarunt physeterum (qui sic ab efflanda aqua dicuntur) magnitudines, fluctum maximum confertim cum caligine tanta ex sufflationibus suis excitantium, ut proxima etiam quæque conspici non possent. Sed quum navigationis duces, illis timentibus et causam ignorantibus, indicassent, belluas esse, quæ facile tubarum sonitu et strepitu exaudito discederent, Nearchus naves cum impetu eo compulit, ubi maxime arcebatur, ac tubis belluas exterruit. Illæ undas subeuntes, deinde rursus apparuerunt a puppi pugnæque navalis speciem præbuerunt : verum subito cessavere.

Etiam ii, qui hodie in Indiam navigant, belluas ingentes narrant, et earum apparitiones, sed quæ neque confertim neque crebro se offerant, et discedant clamore ac tubis repulsæ; eas terræ nequaquam appropinquare, ossa vero jam dissolutarum a fluctibus facile ejici, et materiam faciendorum tuguriorum Ichthyophagis suppeditare. Nearchus cetorum magnitudinem ulnarum viginti trium refert. Quod autem pro vero plane ab iis habebatur, qui in classe erant, insulam quandam esse in transitu, quæ accedentes perderet, id se falsum demonstrasse. Lembum quendam, qui prope insulam navigarat, nunquam amplius postea visum : homines ad inquirendum missos, quum in insulam exire non auderent, sed præternavigantes clamore amissos revocarent, nemine exaudiente reversos. Ex eo omnibus crimen in insulam conferentibus, sese inquit navigasse, et appulsa nave cum parte navigantium egressum insulam omnem ambivisse, quumque nullum quæsitorum vestigium invenisset, re desperata rediisse, atque docuisse falso insulam culpari (nam et sibi et sociis eodem fuisse pereundum modo), sed aliam haud dubie exitii causam lembo fuisse, quum infinita accidere possint.

Scribit Nearchus, quum ex Cyizis navigarent, sub auroram vidisse se aquam sursum e mari efflari, et tanquam violento quodam turbine in altum efferri, perculsosque spectaculo rei nautas percontatos esse ex ducibus navigationis quidnam hoc sibi vellet, eosque respondisse, cete esse, quæ in mari volutantia aquam sursum efflent : nautisque attonitis remos e manibus excidisse. Ipsum vero adeuntem eos hortatum esse atque animos relevasse, ac prout ad sin-

τὸ ὕδωρ· καὶ τοῖσι ναύτῃσιν ἐκπλαγεῖσιν ἐκ τῶν χειρῶν τὰ ἐρετμὰ ἐκπεσεῖν, αὐτὸς δὲ ἐπιὼν παρακαλεῖν τε καὶ θαρσύνειν, καὶ καθ' οὕστινας παραπλώων ἐγένετο, ἐς μέτωπόν τε κελεῦσαι καταστῆσαι ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν τὰς νέας καὶ ἐπαλαλάζοντας ὁμοῦ τῷ ῥοθίῳ πυκνήν τε καὶ ξὺν κτύπῳ πολλῷ τὴν εἰρεσίην ποιέεσθαι· οὕτως ἀναθαρσήσαντας ὁμοῦ δὴ πλώειν ἀπὸ ξυνθήματος· ὡς δὲ ἐπέλαζον ἤδη τοῖσι θηρίοισιν, ἐνταῦθα αὐτοὺς μὲν ὅσον αἱ κεφαλαὶ αὐτοῖσιν ἐχώρεον ἐπαλαλάξαι, τὰς δὲ σάλπιγγας σημῆναι καὶ τὸν κτύπον ἀπὸ τῆς εἰρεσίης ὡς ἐπὶ μήκιστον κατασχεῖν· οὕτω δὴ ὁρώμενα ἤδη κατὰ τὰς πρῴρας τῶν νεῶν τὰ κήτεα ἐς βυσσὸν δῦναι ἐκπλαγέντα, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον κατὰ τὰς πρύμνας ἀναδῦντα ἀνασχεῖν καὶ τῆς θαλάσσης αὖθις ἀναφυσῆσαι ἐπὶ μέγα· ἔνθεν κρότους τε ἐπὶ τῇ παραλόγῳ σωτηρίῃ γενέσθαι τῶν ναυτέων καὶ αἶνον ἐς τὸν Νέαρχον τῆς τε τόλμης καὶ τῆς σοφίης. Τούτων μετεξέτερα τῶν κητέων ἐποχέλλειν πολλαχοῦ τῆς χώρης, ἐπειδὰν ἀνάπωτις κατάσχῃ ἐν τοῖσι βραχέσιν ἐχόμενα, τὰ δὲ καὶ ὑπὸ χειμώνων σκληρῶν ἐς τὴν χέρσον ἐξωθέεσθαι· καὶ οὕτω δὴ κατασηπόμενα ἀπόλλυσθαί τε καὶ τὰς σάρκας αὐτοῖσι περιῤῥεούσας ὑπολείπειν τὰ ὀστέα χρῆσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία· εἶναι ὧν τὰ μὲν ἐν τῇσι πλευρῇσιν αὐτῶν ὀστέα δοκοὺς τοῖσιν οἰκήμασιν ὅσα μεγάλα, τὰ δὲ σμικρότερα, στρωτῆρας, τὰ δὲ ἐν τῇσι σιαγόσι, ταῦτα δὲ εἶναι τὰ θύρετρα, οἷα δὴ πολλῶν καὶ εἰς εἴκοσι καὶ πέντε ὀργυιὰς ἀνηκόντων τὸ μέγεθος.

Cap. 31 : Εὖτ' ἂν δὲ παρέπλωον τὴν χώρην τῶν Ἰχθυοφάγων, λόγον ἀκούουσι περὶ νήσου τινός, ἣ κεῖται μὲν ἀπέχουσα τῆς ταύτῃ ἠπείρου σταδίους ἑκατόν, ἐρήμη δέ ἐστιν οἰκητόρων. Ταύτην ἱρὴν ἡλίου ἔλεγον εἶναι οἱ ἐπιχώριοι καὶ Νόσαλα καλέεσθαι, οὐδέ τινα ἀνθρώπων καταίρειν ἐθέλειν ἐς αὐτὴν, ὅστις δὲ ἂν ἀπειρίῃ προσσχῇ, γίνεσθαι ἀφανέα. Ἀλλὰ λέγει Νέαρχος, κέρκουρόν σφιν ἕνα, πλήρωμα ἔχοντα Αἰγυπτίων, οὐ πόρρω τῆς νήσου ταύτης γενέσθαι ἀφανέα, καὶ ὑπὲρ τούτου τοὺς ἡγεμόνας τοῦ πλόου διισχυρίζεσθαι, ὅτι ἄρα καταράντες ὑπ' ἀγνοίης εἰς τὴν νῆσον γένοιντο ἀφανέες. Νέαρχος δὲ πέμπει κύκλῳ περὶ τὴν νῆσον τριηκόντορον, κελεύσας μὴ κατασχεῖν μὲν ἐς τὴν νῆσον, ἐμβοᾶν δὲ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς μάλιστα ἐν χρῷ παραπλώοντας καὶ τὸν κυβερνήτην ὀνομάζοντας καὶ ὅτου ἄλλου οὐκ ἀφανὲς τὸ οὔνομα· ὡς δὲ οὐδένα ὑπακούειν, τότε δὲ αὐτὸς λέγει πλῶσαι ἐς τὴν νῆσον καὶ κατασχεῖν δὴ προσαναγκάσαι τοὺς ναύτας οὐκ ἐθέλοντας· καὶ ἐκβῆναι αὐτὸς καὶ ἐλέγξαι κενὸν μῦθον ἐόντα τὸν περὶ τῇ νήσῳ λόγον. Ἀκοῦσαι δὲ καὶ ἄλλον λόγον ὑπὲρ τῆς νήσου ταύτης λεγόμενον, οἰκῆσαι μὲν τὴν νῆσον ταύτην μίαν τῶν Νηρηίδων, τὸ δὲ οὔνομα οὐ λέγεσθαι τῆς Νηρηίδος. Ταύτῃ δὲ ὅστις πελάσειε τῇ νήσῳ, τούτῳ συγγίνεσθαι μὲν, ἰχθὺν δὲ ἐξ ἀνθρώπου ποιέουσαν αὐτὸν ἐμβάλλειν ἐς τὸν πόντον· Ἥλιον δὲ ἀχθεσθέντα τῇ Νηρηίδι κελεύειν μετοικίζεσθαι αὐτὴν ἐκ τῆς νήσου, τὴν δὲ ὁμολογέειν μὲν ὅτι ἐξοικισθήσεται, δέεσθαι δὲ * οἱ τὸ πάθημα καὶ τὸν Ἥλιον ὑποδέξασθαι· τοὺς δὲ δὴ ἀνθρώπους οὕστινας ἂν ἰχθύας ἐξ ἀνθρώπων πεποίηκε κατελεήσαντα ἀνθρώπους αὖθις ἐξ ἰχθύων ποιῆσαι, καὶ ἀπὸ τούτων τῶν Ἰχθυοφάγων τὸ γένος καὶ εἰς Ἀλέξανδρον κατελθεῖν.

De belluis istis marinis cf. Onesicrit. fr. 26 et 30; Diodor. XVII, 106; Plinius IX, 2 : *Gedrosos, qui Arbin fluvium accolunt, Alexandri Magni*

gulas naves præternavigans accesserit, jussisse ut naves adversis proris veluti ad navalem pugnam instructis in eas dirigerent; utque assidue valideque remigantes una cum ipso remorum strepitu ingentes clamores ederent. Ita revocatis animis simul omnes dato signo remigationi incubuisse; quumque jam propiores belluis facti essent; quantum capita ferre potuissent acclamasse, tubasque clanxisse, et remorum pulsum latissime sonitum edidisse : atque ita cete quæ jam proris navium appropinquare viderentur, exterrita in profundum sese abdidisse : neque multo post ad puppes emersisse, rursumque magnam undarum vim sursum efflasse. Tum incredibilem nautarum ob inopinatam salutem applausum factum esse, Nearchi audaciam pariter et prudentiam laudantium. Nonnulla cete interdum variis locis ad littus appelli, siquidem recedente æstu in vadis hæreant; alia tempestatibus in terram ejici; quibus putrefactis et carnibus colliquatis, ossa remanere, quæ ab hominibus ad domos ædificandas adhibeantur. Et laterum quidem ossa quotquot majora in trabes deligi, minores vero in tabulas; ex iis denique, quæ in maxillis sint fieri januas; siquidem multæ ex balænis ad viginti quinque orgyiarum longitudinem excrescant.

Nearchus Ichthyophagorum regionem prætervectus cognovit insulam quandam in eo mari esse centum fere stadiis a continente remotam, quæ habitatoribus vacua esset. Hanc indigenæ Soli sacram esse dicebant, Nosalaque vocari, neque a quoquam mortalium adiri. Si quis vero imprudens eo deferatur, eum non amplius cerni. Nearchus cercurum unum Ægyptiis nautis instructum non procul ab hac insula evanuisse scribit, navigationisque duces affirmasse, quod imprudentes in eam insulam delati ex oculis hominum sublati fuerint. Idem navem triginta remorum in circuitum insulæ mittit, mandatis additis ut descensu quidem in insulam abstinerent, sed proxime ad insulæ oram adnavigantes hominibus acclamarent, et gubernatorem nominarent, aut alius cujuscunque non obscurum nomen. Quumque nemo illos inclamantes audiisset, tum semet eo navigasse dicit, ac nautas compulisse vel invitos navem appellere; quumque in insulam descendisset, vanam atque inanem fabulam comperisse quæ de insula illa spargebatur. Audivisse vero se etiam alium de hac insula sermonem ait : scilicet habitasse eam unam ex Nereidibus; nomen ejus non dici; hanc cum quocunque insulam appellente misceri, deinde in piscem conversum in mare projicere solitam. Qua de causa iratum Nereidi Solem jussisse ut ex insula emigraret; hanc convenisse quidem, ut ex insula emigret, rogasse autem ut malum ** atque Solem suscepisse; quoscunque autem pisces ex hominibus illa fecerat, misertum homines rursus ex piscibus fecisse. Ex iis Ichthyophagorum genus usque ad Alexandri tempora perdurasse.

classium præfecti prodidere, in domibus fores maxillis belluarum facere, ossibus tecta contignare, ex quibus multa quadragenum cubitorum longitudinis reperta etc.; Solinus c. 55; Curtius X, 1, 10.

De Nereidis insula præter Onesicrit. fr. 26 et Solin. c. 57 et Melam III, 7 cf. Curtius l. l., ubi hæc: *Multo post Nearchus et Onesicritus, quos longius in Oceanum procedere jusserat, superveniunt. Nuntiabant autem quædam audita, alia comperta: insulam ostio amnis subjectam auro abundare, inopem equorum esse: singulos eos ab iis, qui ex continenti trajicere auderent, singulis talentis emi. Plenum esse belluarum mare: æstu secundo eas ferri magnarum navium corpora æquantes, truci cantu territas sequi classem, cum magno æquoris strepitu, velut demersa navigia, subisse aquas. Cetera incolis crediderant, inter quæ, Rubrum mare non a colore undarum, ut plerique crederent, sed ab Erythro rege appellari: esse haud procul a continenti insulam palmis frequentibus consitam, et in medio fere nemore columnam eminere, Erythri regis monumentum, litteris gentis ejus scriptam* (*cf. fr.* 29). *Adjiciebant, navigia, quæ lixas mercatoresque vexissent, famam auri sequutis gubernatoribus, in insulam esse transmissa, nec deinde ab his postea visa. Rex cognoscendi plura cupidine accensus, rursus eos terram legere jubet, donec ad Euphratis ostia appellerent classem; inde adverso amne Babylona subituros.*

Apud Arrianum c. 31 in postremis verba δεῖσθαι δέ οἱ aperte corrupta sunt. Priorum interpretum conatus vide apud Schmiederum. Geierus ex codice Bodlejano scribi vult ἐξοικισθήσεσθαι pro ὅτι ἐξοικισθήσεται, deinde vero conjicit ἀκεῖσθαι δέ οἱ τὸ πάθημα κτλ., hac sententia: *Et hanc quidem concessisse, ut migret ex insula, malum vero, quo laboret sibi sanetur, atque hoc* (i. e. malum sanandum) *Solem suscepisse.* Præstaret certe δεῖσθαι δὲ ἀκεῖσθαι, quod jam vetus interpres expressit versione.

26.

Strabo XV, p. 727: Νέαρχος δὲ τὰ πλεῖστα ἔθη καὶ τὴν διάλεκτον τῶν Καρμανιτῶν Περσικά τε καὶ Μηδικὰ εἴρηκε.

Cf. Arrian. Ind. 38, 1: Ζώουσι δὲ κατάπερ Πέρσαι, ὅτι καὶ ὅμοροί εἰσι Πέρσῃσι· καὶ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ὡσαύτως κοσμέονται.

27.

Plinius H. N. VI, 27: *Carmaniæ oram patere duodecies centena L. M. passuum Nearchus scripsit. Ab initio ejus ad flumen Sabin centum M. passuum. Inde vineas coli et arva ad flumen Andanin XXV M. spatio. Regio vocatur Armuzia. Oppida Carmaniæ Zethis et Alexandria.*

Aliter Arrianus Ind. c. 38: Μῆκος τοῦ πλόου παρὰ τὴν Καρμανίην χώρην στάδια τρισχίλια καὶ ἑπτακόσια (= 463,000 pass.). Cum Geiero reputemus Plinium sua non ex Nearcho, sed ex Juba hausisse. Vide Onesicrit. fr. 26.

28.

Arrian. Exp. Al. VII, 20: Ἀλλ' ἀναστρέψας γὰρ παρ' Ἀλέξανδρον (Ἱέρων ὁ Σολεὺς ὁ κυβερνήτης) ἐξήγγειλε τὸ μέγεθός τε τῆς χερρονήσου (Arabicæ) θαυμαστόν τι εἶναι καὶ ὅσον οὐ πολὺ ἀποδέον τῆς Ἰνδῶν γῆς, ἄκραν τε ἀνέχειν ἐπὶ πολὺ τῆς μεγάλης θαλάσσης· ἣν δὴ καὶ τοὺς ξὺν Νεάρχῳ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς πλέοντας, πρὶν ἐπικάμψαι ἐς τὸν κόλπον τὸν Περσικόν, οὐ πόρρω ἀνατείνουσαν ἰδεῖν τε καὶ παρ' ὀλίγον ἐλθεῖν διαβαλεῖν ἐς αὐτήν, καὶ Ὀνησικρίτῳ τῷ κυβερνήτῃ ταύτῃ δοκοῦν· ἀλλὰ Νέαρχος λέγει ὅτι αὐτὸς διεκώλυσεν, ὡς ἐκπεριπλεύσας τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν ἔχοι ἀπαγγεῖλαι Ἀλεξάνδρῳ ἐφ' οἷς τισι πρὸς αὐτοῦ ἐστάλη· οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ πλεῦσαι τὴν μεγάλην θάλασσαν ἐστάλθαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καταμαθεῖν τὴν χώραν τὴν προσεχῆ τῇ θαλάσσῃ καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἀνθρώπους, ὅρμους τε ἐν αὐτῇ καὶ ὕδατα καὶ τὰ νόμαια τῶν ἀνδρῶν καὶ εἴ τις ἀγαθὴ καρποὺς ἐκφέρειν ἢ εἴ τις κακή. Καὶ οὖν καὶ τοῦτο αἴτιον γενέσθαι ἀποσωθῆναι Ἀλεξάνδρου τὸν στρατόν· οὐ γὰρ ἂν σωθῆναι πλεύσαντας ὑπὲρ τῆς Ἀραβίας τὰ ἔρημα, ἐφ' ὅτῳ καὶ ὁ Ἱέρων ἐπιστρέψαι ὀπίσω λέγεται.

De eadem re vide Arrian. in Indic. c. 32, 9, ibique Schmieder. Cf. Ritter. *Erdk.* X, p. 39.

26.

Nearchus mores plurimos atque linguam Carmaniorum Persica et Medica esse refert.

28.

Hieron Solensis gubernator (ad explorandam Arabiæ chersonesum ab Alexandro emissus) ad Alexandrum reversus, ingentem chersonesi magnitudinem esse nuntiavit, neque India multo minorem, ejusque promontorium esse longe in Oceanum porrectum. Hoc et ii qui cum Nearcho ex India navigabant, priusquam in sinum Persicum flecterent, non procul a se remotum viderant; parumque abfuerat quin eo appellerent. Ita enim Onesicrito gubernatori visum fuerat. At Nearchus scribit se id prohibuisse, ut enavigato per circuitum sinu Persico, ea quorum gratia ab Alexandro missus erat, renuntiare posset. Neque enim ad navigandum Oceanum missum esse, sed ut regionem mari adjacentem cognosceret, et qui homines ea loca inhabitarent, quique in ea portus et aquæ essent, utque incolarum mores et instituta exploraret: et quæ terra bonos, quæ malos fructus gignat. Atque hoc exercitui saluti fuisse asserit. Neque enim incolumes fuisse reversuros, si ultra desertam Arabiæ oram navigassent. Qua de causa Hieron quoque retro cursum flexisse fertur.

29.

Strabo XVI, p. 766 sq.: Ἀπὸ δὲ τῆς Καρμανίας εἰρήκασι καὶ Νέαρχος καὶ Ὀρθαγόρας (Πυθαγόρας Bernhardy. et Geier.), νῆσον Τυῤῥίνην (Ὠγυρίν, uti vid.) κεῖσθαι πρὸς νότον πελαγίαν ἐν δισχιλίοις σταδίοις· ἐν ᾗ τάφος Ἐρύθρα δείκνυται, χῶμα μέγα, ἀγρίοις φοίνιξι κατάφυτον· τοῦτον δὲ βασιλεῦσαι τῶν τόπων καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν θάλατταν ἐπώνυμον καταλιπεῖν· δηλῶσαι δὲ ταῦτά φησιν αὐτοῖς Μιθρωπάστην τὸν Ἀρηΐνου τοῦ Φρυγίας σατράπου, φυγόντα μὲν Δαρεῖον, διατρίψαντα δ' ἐν τῇ νήσῳ, συμμίξαντα δὲ αὐτοῖς καταχθεῖσιν εἰς Περσικὸν κόλπον καὶ ζητοῦντα κάθοδον δι' αὐτῶν εἰς τὴν οἰκείαν.

Φησὶ δ' ὁ Νέαρχος τὸν Μιθρωπάστην ἐντυχεῖν αὐτοῖς μετὰ Μαζήνου· τὸν δὲ Μαζήνην ἐπάρχειν νήσου τινὸς τῶν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δοράκτα (scr. Ὀάρακτα)· εἰς ταύτην δὲ τὸν Μιθρωπάστην καταφυγόντα ξενίας τυχεῖν κατὰ τὴν Ἐξωγύρου (ἐξ Ὠγύριος scr.) γενομένην ἄφοδον· καὶ δὴ καὶ συνελθεῖν τῷ Μαζήνῃ συσταθησόμενον τοῖς ἐν τῷ στόλῳ Μακεδόσι, τὸν δὲ Μαζήνην καὶ καθηγεμόνα τοῦ πλοῦ γενέσθαι· λέγει δὲ καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ Περσικοῦ παράπλου νῆσον, ἐν ᾗ μαργαρίτης πολὺς καὶ πολυτίμητός ἐστιν (cf. fr. 30)· ἐν ἄλλαις δὲ ψῆφοι τῶν διαυγῶν καὶ λαμπρῶν· ἐν δὲ ταῖς πρὸ τοῦ Εὐφράτου νήσοις δένδρα φύεσθαι λιβάνου πνέοντα, ὧν τὰς ῥίζας κλωμένων ὀπὸν ῥεῖν· παγούρων τε καὶ ἐχίνων μεγέθη, ὅπερ κοινὸν ἐν πάσῃ τῇ ἔξω θαλάσσῃ, τοὺς μὲν γὰρ εἶναι μείζους καυσίων, τοὺς δὲ καὶ δικοτύλους· ἐποχεῖλαν δὲ κῆτος ἰδεῖν πεντήκοντα πηχῶν (cf. fr. 31).

Cf. Arrian. Ind. c. 37: Παραπλώσαντες δὴ νῆσον ἐρήμην τε καὶ τρηχέην ἐν ἄλλῃ νήσῳ ὁρμίζονται, μεγάλῃ ταύτῃ καὶ οἰκεομένῃ, πλώσαντες σταδίους τριηκοσίους, ἔνθενπερ ὡρμήθησαν. Καὶ ἡ μὲν ἐρήμη νῆσος Ὀργάνα ἐκαλέετο, ἐς ἣν δὲ ὡρμήθησαν Ὀάρακτα, ἄμπελοί τε ἐν αὐτῇ ἐπεφύκεσαν καὶ φοίνικες, καὶ σιτοφόρος· τὸ δὲ μῆκος ἦν τῆς νήσου στάδιοι ὀκτακόσιοι. Καὶ ὁ ὕπαρχος τῆς νήσου Μαζήνης συνέπλωεν αὐτοῖσι μέχρι Σούσων, ἐθελοντὴς ἡγεμὼν τοῦ πλόου. Ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ ἔλεγον καὶ τοῦ πρώτως δυναστεύσαντος τῆς χώρης ταύτης δείκνυσθαι τὸν τάφον· ὄνομα δὲ αὐτῷ Ἐρύθρην εἶναι, ἀπὸ τούτου καὶ τὴν ἐπωνυμίην τῇ θαλάσσῃ ταύτῃ εἶναι, Ἐρυθρὴν καλέεσθαι.

Geier.: « Erythræ regis sepulcrum ex loco Straboniano in insula Τυῤῥίνῃ, ex Arrianeo in Ὀάρακτα insula fuisse perhibetur, et quæ apud Strabonem Τυῤῥίνη insula appellatur, ea apud Arrianum Ὀργάνα nuncupatur. Quodsi persistimus in scriptura vulgata, discrepantiæ istius haud temere id causæ afferri posse putamus, quod Strabo in hac quidem re Pythagoræ potius quam Nearchi auctoritatem sequutus sit, præsertim quum hoc uno loco Pythagoram juxta Nearchum ille appellaverit, quanquam in seqq. φησίν, non φασίν legatur. Sin vero nihilominus discrepantiam istam tollendam existimaveris, ita fortasse facillime locum emendaveris et Arrianeo adaptaveris: Ἀπὸ δὲ τῆς Καρμανίας εἰρήκασι καὶ Νέαρχος καὶ Πυθαγόρας, Ὀργάναν νῆσον ἐρήμην κεῖσθαι πρὸς νότον δ' ἀπεῖναι ἄλλην δισχιλίοις σταδίοις ἐν ᾗ sqq. Jam vero eam insulam Organam alio nomine Ogyrin vocant Mela III, 8, Plin. N. H. VI, 23, 26, Dion. Perieg. v. 606; cf. intpp. ad hh. ll. Quare Salmasius (ad Solin. p. 831) l. c. nostro quoque loco quod paulo post vulgo legebatur Ἐξωγύρου mutandum censuit in: ἐξ Ὠγύριος, quod Tzschuckius etiam in textum recepit. Atque profecto hæc unice vera habenda est emendatio, si quidem in antecedentibus vel Salmasii vel Vossii (ad Melam l. l.) emendationem (Ὠγυρίδα νῆσον ἐρήμην vel νῆσον Ὠγυρίνην, Γυρίνην pro vulg. Τυῤῥίνην vel Τυρίνην) comprobaveris. Sin vero nobiscum locum ita mutaveris, ut cum Arrianeo prorsus consentiat, pro vulgata codd. scriptura Ἐξωγύρου scribendum videatur: ἐκ Φρυγίας. Namque ipso Nearcho (ap. Strab. l. c.) teste Mithropastam Areini, Phrygiæ satrapæ, filium fuisse constat; quare vv. κατὰ τὴν ἐκ Φρυγίας γενομένην ἄφοδον egregie ad tempus fuerint referenda, quo eodem Nearcho teste (φυγόντα μὲν Δαρεῖον) Darii iram effugit atque hospitio exceptus est (ξενίας τυχεῖν) a Mazena, qui Oaractæ insulæ præfectus erat. Atque ad hanc etiam insulam, non ad Ogyrin s. Organam,

---

29.

Nearchus et Orthagoras perhibent Orgyrin insulam in alto mari versus austrum jacere, duobus millibus stadiorum a Carmania distantem, in qua Erythræ sepulcrum ostenditur, ingens sane tumulus, et silvestribus palmis consitus; atque hunc in iis locis regnasse, et de se mari nomen reliquisse. Atque hæc sibi a Mithropasta, Areini filio, satrapæ Phrygiæ, patefacta, qui Darium fugiens in ea insula degisset, et cum iis congressus in Persicum sinum delatis, reditum in patriam opera eorum ambivisset.

Nearchus ait Mithropasten iis cum Mazena occurrisse: hunc insulæ cuidam in Persico sinu præfuisse, nomine Oaracta: ac Mithropasten, quum in hanc confugeret, hospitio acceptum fuisse sub adventum ex Ogyri: et Mazenam convenisse, ut ab eo commendaretur Macedonicæ classi. Mazenam vero navigationis ducem fuisse. Dicit etiam in Persicæ oræ initio insulam esse in qua multi et pretiosi uniones gignantur: in aliis vero clari et pellucidi lapilli. In insulis quoque ante Euphratem arbores thus redolentes nasci, quarum radices fractæ succum effundant: item miras pagurorum atque echinorum magnitudines, quod omni exteriori mari commune est: quorum alii pileis majores sint, alii acetabula duo impleant: vidisse etiam cetum in terram ejectum quinquaginta cubitorum.

referenda jam essent verba : διατρίψαντα δ' ἐν τῇ νήσῳ. De recentioribus harum insularum nominibus Ormus, Kismis, uberius commentatus est Vincent l. c. p. 318 sqq.; de Erythro rege et mari Curtius VIII, 9 (30), 14 : « *Mare certe*, ait, *quo alluitur* (India), *ne colore quidem abhorret a ceteris. Ab Erythra rege inditum est nomen : propter quod ignari rubere aquas credunt.* » Cf. Groskurd. ad versionem suam Strabonis, tom. III, p. 281; Forbiger. *Geogr.* tom. II, p. 554.

30.

Arrian. Ind. 38, 3 : Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἐς ἄλλην νῆσον πλώσαντες ὁρμίζονται οἰκεομένην, ἵνα καὶ μαργαρίτην θηρᾶσθαι λέγει Νέαρχος, κατάπερ ἐν τῇ Ἰνδῶν θαλάσσῃ. Cf. fr. 29. De re v. Schmieder. ad h. l. et Ritter. l. l. X, p. 40.

31.

Arrian. Ind. 39, 4 : Κατὰ τοῦτον τὸν παράπλουν λέγει Νέαρχος ὀφθῆναι κῆτος ἐκβεβλημένον εἰς τὴν ἠϊόνα, καὶ τοῦτο προσπλώσαντάς τινας τῶν ναυτέων ἐκμετρῆσαι καὶ φάναι εἶναι πήχεων πεντήκοντα, δέρμα δὲ αὐτῷ εἶναι φολιδωτὸν, οὕτω τι ἐς βάθος ἧκον, ὡς καὶ ἐπὶ πῆχυν ἐπέχειν· ὄστρεά τε καὶ λοπάδας καὶ φυκία πολλὰ ἔχειν ἐπιπεφυκότα, καὶ δελφῖνας λέγει ὅτι καθορᾶν ἧν πολλοὺς ἀμφὶ τῷ κήτεϊ, καὶ τοὺς δελφῖνας τῶν ἐν τῇ εἴσω θαλάσσῃ μέζονας.

32.

Arrian. Ind. 39, 8 : Ἄροσις, μέγιστός τῶν ποταμῶν, ὡς λέγει Νέαρχος, ὅσοι ἐν τῷ παράπλῳ τῷδε ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν ἔξω πόντον.

Ἄροσις] var. lect. Ἄρης, Ἄροις; Strabo XV, p. 727 Ὀροάτις (Ὀροάτης vg.), et sic etiam Plinius VI, 28; Ptolemæus VI, 4; Ammianus XXIII, 6; Marcianus p. 29 ed. Mill. ὀρώυσιος, p. 31 et 33 cod. ὀρατίου (pro ὀροάτιδος). Cf. Forbiger. II, p. 574.

33.

Arrian. Ind. 40, 5 : Τὴν δὲ πρόσω ἔτι ἐπ' ἄρκτον ἰόντων (Περσίδα γῆν) χειμερίην τε καὶ νιφετώδεα (εἶναι λόγος κατέχει), ὥστε πρέσβεις τινὰς ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόντου λέγει Νέαρχος κάρτα ὀλίγην ὁδὸν διελθόντας ἐντυχεῖν κατ' ὁδὸν ἰόντι τῆς Περσίδος καὶ θῶμα γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ τῆς ὁδοῦ τὴν βραχύτητα.

« Mihi hæc de legatis fabulosa videntur. » SCHMIEDER. Ad priorem Alexandri expeditionem in has regiones susceptam referenda esse Geierus suspicatur.

34.

Strabo XI, p. 524 : Νέαρχος δέ φηαι, τεττάρων ὄντων ληστρικῶν ἐθνῶν, ὧν Μάρδοι μὲν Πέρσαις προσεχεῖς ἦσαν, Οὔξιοι δὲ καὶ Ἐλυμαῖοι τούτοις τε καὶ Σουσίοις, Κοσσαῖοι δὲ Μήδοις, πάντας μὲν φόρους πράττεσθαι τοὺς βασιλέας, Κοσσαίους δὲ καὶ δῶρα λαμβάνειν, ἡνίκα ὁ βασιλεὺς θερίσας ἐν Ἐκβατάνοις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν καταβαίνοι· καταλῦσαι δ' αὐτῶν τὴν πολλὴν τόλμαν Ἀλέξανδρον, ἐπιθέμενον χειμῶνος.

Cf. Arrian. Ind. 40, 6 : Σουσίοις δὲ πρόσοικοι ὅτι εἰσὶν οἱ Οὔξιοι, λέλεκταί μοι, κατάπερ Μάρδοι μὲν Πέρσῃσι προσεχέες οἰκέουσι, λῃσταὶ καὶ οὗτοι, Κοσσαῖοι δὲ Μήδοισι. Καὶ ταῦτα πάντα τὰ ἔθνεα ἡμέρωσεν Ἀλέξανδρος, χειμῶνος ὥρῃ ἐπιπεσὼν αὐτοῖσιν, ὅτε ἄβατον σφῶν τὴν χώρην ἦγον, καὶ πόλιας ἐπέκτισε, τοῦ μὴ νομάδας ἔτι εἶναι, ἀλλ' ἀροτῆρας καὶ γῆς ἐργάτας καὶ ἔχειν ὑπὲρ ὅτων δειμαίνοντες μὴ κακὰ ἀλλήλους ἐργάσωνται. Idem in Exp. Al. VII, 15; Diodor. XVII, 67, 112; XIX, 20.

35.

Strabo XV, p. 729 : Νέαρχος δὲ τὸν παράπλουν τῆς Σουσίδος τεναγώδη φήσας, πέρας αὐτοῦ λέγει τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, πρὸς δὲ τῷ στόματι κώμην οἰκεῖσθαι τὴν ὑποδεχομένην τὰ ἐκ τῆς Ἀραβίας φορτία· συν-

30.

Sub auroram in aliam insulam (sinus Persici) habitatam delati sunt, ubi etiam margaritam capi sicuti in Indico mari tradit Nearchus.

31.

In hac navigatione (a Mesambria ad Granidem fluvium) Nearchus balænam abs se visam esse scribit, quæ in litus ejecta fuerit : nautasque nonnullos istuc adnavigantes, eam mensos, retulisse quinquaginta cubitorum esse; pellem ejus squamosam cubiti unius crassitudine fuisse; multa etiam ostrea et lopades multamque algam annatam ei fuisse; delphinos quoque circa belluam visos multos, majores quam Internum mare fert.

32.

Arosin (Oroatin, *nunc Tab*) fluvium Nearchus maximum esse scribit omnium, qui per hanc, quam præternavigaverit, oram in Exterius mare influant.

33.

Ea Persidis pars, quæ magis adhuc in septemtrionem vergit, frigida et nivalis esse dicitur, adeoque esse septemtrionalis, ut legati quidam, referente Nearcho, ex Ponto Euxino brevissimo itinere pervenerint ad Alexandrum Persidem adeuntem. Mirato hoc Alexandro illos quæ sit viæ brevitas exposuisse.

34.

Nearchus ait, quum quattuor sint populi prædando viventes, de quibus Mardi Persis contigui erant, Uxii et Elymæi iisdem atque Susiis, Cossæi Medis : omnes eos tributa a regibus exegisse : Cossæos autem munera etiam accipere, quum rex æstate Ecbatanis transacta in Babyloniam descendit : nimiam tamen eorum audaciam ab Alexandro fuisse compressam, quum eos hieme adortus esset.

35.

Nearchus Susiæ oram palustrem dicit, et terminum ejus

άπτειν γὰρ ἐφεξῆς τὴν τῶν Ἀράβων παραλίαν τῷ στόματι τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Πασιτίγριος, τὸ δὲ μεταξὺ πᾶν ἐπέχειν λίμνην τὴν ὑποδεχομένην τὸν Τίγριν. Ἀναπλεύσαντι δὲ τῷ Πασιτίγρει σταδίους πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν τὴν σχεδίαν εἶναι τὴν ἄγουσαν ἐπὶ Σούσων ἐκ τῆς Περσίδος, ἀπέχουσαν Σούσων σταδίους ἑξήκοντα, τὸν δὲ Πασίτιγριν ἀπὸ τοῦ Ὀροάτιδος διέχειν περὶ δισχιλίους σταδίους, διὰ δὲ τῆς λίμνης ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Τίγριος τὸν ἀνάπλουν εἶναι σταδίων ἑξακοσίων, πλησίον δὲ τοῦ στόματος κώμην οἰκεῖσθαι τὴν Σουσιανὴν, διέχουσαν τῶν Σούσων σταδίους πεντακοσίους, ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου μέχρι Βαβυλῶνος τὸν ἀνάπλουν εἶναι διὰ γῆς οἰκουμένης καλῶς σταδίων πλειόνων ἢ τρισχιλίων.

Arrian. Ind. 40, 9 : Ἐνθένδε τὴν Σουσίων γῆν παρήμειβεν ὁ στρατός. Καὶ ταῦτα οὐκέτι ὡσαύτως ἀτρεκέως λέγει Νέαρχος ὅ τι ἐστίν οἱ ἐκφράσαι, πλήν γε δὴ τοὺς ὅρμους τε καὶ τὸ μῆκος τοῦ πλόου· τὴν χώρην τε γὰρ τεναγώδεά τε εἶναι τὴν πολλὴν, καὶ ῥηϊδίησιν ἐπὶ μέγα ἐς τὸν πόντον ἐπέχουσαν καὶ ταύτην σφαλερὴν ἐγκαθορμίζεσθαι· πελαγίοισιν ὧν σφίσι τὴν κομιδὴν τὸ πολὺ γενέσθαι. Ὁρμηθῆναι μὲν δὴ ἐκ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολέων, ἵναπερ ηὐλίσθησαν ἐπὶ τοῖσιν οὔροισι τῆς Περσίδος, ὕδωρ δὲ ἐμβάλλεσθαι πέντε ἡμερέων· οὐκ ἔφασκον γὰρ εἶναι ὕδωρ οἱ καθηγεμόνες τοῦ πλόου. Id. 41, 8 : Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου ἔστε ἐς Βαβυλῶνα πλοῦν λέγει Νέαρχος σταδίους εἶναι ἐς τρισχιλίους καὶ τρικοσίους.

Plinius H. N. VI, 30 : *Euphrate navigari Babylonem e Persico mari CCCCXII mill. passuum tradunt Nearchus et Onesicritus* (*fr.* 30). Cf. Ritter. l. l. X, p. 27.

Plinius ib. sect. 28 : *Onesicritus et Nearchus ab Indo amne ad sinum Persicum atque illinc Babylonem Euphratis paludibus scripserunt vicies et quinquies centena M. passuum esse.*

36.

Strabo XV, p. 732 : Καὶ φησὶν ὁ Νέαρχος, μηδὲ καθοδηγῶν ἐπιχωρίων (sc. Susianorum) τυγχάνειν, ἡνίκα τῷ στόλῳ παρέπλει πρὸς τὴν Βαβυλωνίαν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς, ὅτι προσόρμους οὐκ ἔχειν οὐδ' ἀνθρώπων εὐπορεῖν οἵόστ' ἦν τῶν ἡγησομένων κατ' ἐμπειρίαν.

37

Arrian. Exp. Al. VII, 3, 8, de morte Calani : Ὡς δὲ τὸ πῦρ ἐς τὴν πυρὰν ἐνέβαλον οἷς προστεταγμένον ἦν, τάς τε σάλπιγγας φθέγξασθαι λέγει Νέαρχος (οὕτως ἐξ Ἀλεξάνδρου προστεταγμένον) καὶ τὴν στρατιὰν ἐπαλαλάξαι πᾶσαν, ὁποῖόν τι καὶ ἐς τὰς μάχας ἰοῦσα ἐπηλάλαξε· καὶ τοὺς ἐλέφαντας συνεπηχῆσαι τὸ ὀξὺ καὶ πολεμικὸν, τιμῶντας Κάλανον. Cf. Onesicrit. fr. 33.

Euphratem : in ore ejus pagum habitari, qui merces ex Arabia suscipiat : succedere enim deinceps ori Euphratis et Pasitigris oram Arabum : loca media omnia a lacu quodam occupari, qui Tigrim in se recipiat. Centum et quinquaginta stadiis adverso subvectos Pasitigri ad ratem venire, quæ Susa e Perside ducit, eamque a Susis abesse stadiis sexaginta. Pasitigrin vero ab Oroatide duobus millibus fere stadiorum : navigationem per lacum in os Tigridis stadiorum sexaginta esse. Prope hoc pagum Susianum habitari, quingentis stadiis a Susis distantem. Ab ore Euphratis Babylonem usque navigationem esse per loca bene habitata, supra tria millia stadiorum.

Inde Susiorum regionem prætervectus est exercitus. Ab hoc loco Nearchus se non ita certa narrare posse scribit, præterquam portus et longitudinem navigationis. Omnem enim illum maris tractum longe lateque vadosum ac scopulosum esse : neque citra periculum portum e mari capi posse. Idcirco hanc præcipuam eorum curam fuisse, ut ex faucibus amnis, ubi ad fines Persidis consederant, solverent, et de aqua in quinque dies classi prospicerent. Duces enim navigationis monuerant, aquam in iis partibus non reperiri.

Ab ostiis Euphratis Babylonem usque Nearchus dicit navigationem esse stadiorum trium millium et trecentorum.

36.

Nearchus narrat se ne viæ quidem duces indigenas habuisse, quum ex India in Babyloniam, classe pedestres copias comitans, navigaret, quod nec stationes habere, nec homines adipisci posset, qui perite ducerent.

37.

Simulac ii, quibus id negotii datum erat, ignem rogo Calani immisere, tubas clanxisse Nearchus tradit (ita enim jussisse Alexandrum) et universum exercitum clamorem edidisse, qualem in prœlium proficiscens edere soleat; elephantes quoque acutos et bellicos sonos in honorem Calani admiscuisse.

ANDROSTHENES THASIUS.

GEIER. : « *Androsthenes* Callistrati filius, nunc Amphipolitanus (Arrian. Ind. 18, 4), nunc Thasius (Straboni, v. fr. 2) appellatur, quod ad eandem causam videtur esse referendum, qua et Onesicritum et Nearchum duplici patriæ vidimus adscriptos fuisse. Nempe in Thaso fortasse insula natus, Amphipoli autem diutius postea commoratus est. Una autem cum Nearcho et Onesicrito celeberrimæ navigationis pericula fortiter expertus (fr. 2), ipso Nearcho fortasse, cujus erat popularis, auctore et suasore, ab Alexandro expeditionem Arabicam parante ad hujus terræ oram maritimam cognoscendam cum nave triginta remorum missus strenue hoc mandato defunctus est. Superato enim Archia, qui eandem expeditionem facere jussus non ultra Tylum insulam pervenerat, Chersonesi Arabicæ partem præternavigavit (*). Harum igitur navigationum descriptionem τῆς Ἰνδικῆς παράπλου titulo inscriptam (**) non multo post Alexandri mortem (***) Androsthenes edidit, cujus libri paucissima tantummodo exstant fragmenta. Ceterum haud secus quam Onesicriti et Nearchi commentarios Androsthenis quoque periplum suum in usum convertisse videtur Juba Mauritanus (v. fr. 1). Cavendum denique ne confundatur hic Androsthenes *Thasius* cum juniore ejusdem nominis *Cyziceno*, memorato a Polybio (****). Idem vero Androsthenes *Thasius* intelligendus est in Marciani Heracleotæ Periplo (Geogr. Vet. Scriptt. Gr. min. vol. I, p. 63, ed. Huds.), ubi quod legitur Ἰάσιος in Θάσιος emendandum esse recte jam vidit Vossius (Hist. Gr. p. 98). »

(*) Arrian. Exp. Alex. VII, 20, 11 : Ταυτὶ ἀπηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ τὰ μὲν πρὸς Ἀρχίου, ὃς ξὺν τριακοντόρῳ ἐκπεμφθεὶς ἐπὶ κατασκοπῇ τοῦ παράπλου τοῦ ὡς ἐπὶ τοὺς Ἄραβας μέχρι μὲν τῆς νήσου τῆς Τύλου ἦλθεν, τὸ πρόσω δὲ οὐκέτι περαιωθῆναι ἐτόλμησεν. Ἀνδροσθένης δὲ ξὺν ἄλλῃ τριακοντόρῳ σταλεὶς καὶ τῆς χερρονήσου τι τῶν Ἀράβων παρέπλευσε. Cf. Ritter. *Erdkunde*, tom. X, p. 39 sqq.

(**) « Ita enim recte olim legebatur ap. Athen. III, p. 93, B (v. fr. 1) pro περίπλῳ, quod dedit G. Dindorfius ».

(***) « Hoc enim eo probabile fit, quod ejus libro usus est Theophrastus De caus. plant. II, 5, 5 (fr. 3). »

(****) Polyb. XI, 34, 12, ubi narrat Androsthenem Antiocho Magno gazam ex India devexisse. — Alium Androsthenem Larissæum, Thessalorum prætorem, memorat Euseb. in Chron. p. 181 ed. Mai.

ΤΗΣ ΙΝΔΙΚΗΣ ΠΑΡΑΠΛΟΥΣ.

1.

Athenæus III, p. 93, B : Ἀνδροσθένης δ' ἐν τῷ τῆς Ἰνδικῆς Παράπλῳ γράφει οὕτως· « Τῶν δὲ στρόμβων καὶ χοιρίνων καὶ τῶν λοιπῶν κογχυλίων ποικίλαι αἱ ἰδέαι καὶ πολὺ διάφοροι τῶν παρ' ἡμῖν. Γίνονται δὲ πορφύραι καὶ ὀστρέων πολὺ πλῆθος τῶν λοιπῶν· ἓν δὲ ἴδιον, ὃ καλοῦσιν ἐκεῖνοι βέρβερι, ἐξ οὗ ἡ μαργαρῖτις λίθος γίνεται· αὕτη δ' ἐστὶ πολυτελὴς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ πωλεῖται περὶ Πέρσας τε καὶ τοὺς ἄνω τόπους πρὸς χρυσίον. Ἔστι δ' ἡ μὲν τοῦ ὀστρέου ὄψις παραπλησία τῷ κτενί, οὐ διέγλυπται δὲ, ἀλλὰ λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει καὶ ὁασύ· οὐδὲ ὦτα ἔχει δύο ὥσπερ ὁ κτείς, ἀλλὰ ἕν· ἡ δὲ λίθος γίνεται ἐν τῇ σαρκὶ τοῦ ὀστρέου, ὥσπερ ἐν τοῖς ὑείοις ἡ χάλαζα· καὶ ἔστιν ἡ μὲν χρυσοειδὴς σφόδρα, ὥστε μὴ ῥᾳδίως διαγνῶναι, ὅταν παρατεθῇ παρὰ τὸ χρυσίον, ἡ δὲ ἀργυροειδὴς, ἡ δὲ τελέως λευκὴ, ὁμοία τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἰχθύων. » Παραπλησία τῷ κτενί κτλ.] Cf. IX Plinium, 5, 56 : *Juba tradit Arabicis concham esse similem pectini insecto, hirsutam echinorum modo.* De re cf. interpr. Athen. et Geier ad h. l.

2.

Strabo XVI, p. 765 : Ὁ μὲν οὖν Περσικὸς κόλπος λέγεται καὶ ἡ κατὰ Πέρσας θάλαττα. Φησὶ δὲ περὶ αὐτῆς Ἐρατοσθένης (p. 100 ed. Bernhardy.) οὕτως, ὅτι τὸ μὲν στόμα φασὶν εἶναι στενὸν οὕτως, ὥστ' ἐξ Ἁρμόζοντος, τοῦ τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου, τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις· ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος ἡ ἐν δεξιᾷ παραλία περιφερὴς οὖσα κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπὸ τῆς Καρμανίας πρὸς ἕω μικρὸν, εἶτα πρὸς ἄρκτον νεύει, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν ἑσπέραν, μέχρι Τερηδόνος καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐφράτου· περιέχει δὲ τήν τε Καρμανίων παραλίαν καὶ τὴν Περσῶν καὶ Σουσίων καὶ Βαβυλωνίων ἀπὸ μέρους, ὅσον μυρίων οὖσαν σταδίων· περὶ ὧν καὶ ἡμεῖς εἰρήκαμεν· τὸ δ' ἐντεῦθεν ἑξῆς ἐπὶ τὸ στόμα πάλιν ἄλλοι τοσοῦτοι, καθάπερ καὶ Ἀνδροσθένη λέγειν φησὶ (ita Bernh. pro vg. φασὶ) τὸν Θάσιον, τὸν καὶ Νεάρχῳ συμπλεύσαντα καθ' αὑτόν· ὥστε ὅλον ἐκ τούτων εἶναι, διότι μικρὸν ἀπολείπεται τῷ μεγέθει τῆς κατὰ τὸν Εὔξεινον θαλάττης αὕτη ἡ θάλαττα· λέγειν δέ φησιν (ita Geier. pro φασίν) ἐκεῖνον περιπεπλευκότα στόλῳ τὸν κόλπον, ὅτι ἀπὸ Τερηδόνος, ἑξῆς ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν ἤπειρον, ὁ παράπλους ἔχει προκειμένην νῆσον Ἰκάριον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἅγιον ἐν αὐτῇ, καὶ μαντεῖον Ταυροπόλου. Παραπλεύσαντι δὲ τῆς Ἀραβίας εἰς δισχιλίους καὶ τετταρακοσίους σταδίους ἐν βαθεῖ κόλπῳ κεῖται πόλις Γέρρα, Χαλδαίων φυγάδων ἐκ Βαβυλῶνος οἰκούντων τὴν ἁλμυρίδα καὶ ἐχόντων ἁλίνας τὰς οἰκίας, ἃς, ἐπειδὴ λεπίδες τῶν ἁλῶν ἀφιστάμεναι κατὰ τὴν ἐπίκαυσιν τὴν ἐκ τῶν ἡλίων συνεχεῖς ἀποπίπτουσι, καταῤῥαίνοντες ὕδασι πυκνὰ τοὺς τοίχους συνέχουσι· διέχει δὲ τῆς θαλάττης διακοσίους σταδίους ἡ πόλις· πεζέμποροι δ' εἰσὶν οἱ Γερραῖοι τὸ πλέον τῶν Ἀραβίων φορτίων καὶ ἀρωματικῶν.

Cf. Aristobul. fr. 40 sqq. Quæ sequuntur ap. Athen. lege in fragm. Charetis. « Quod Androsthenes Νεάρχῳ συμπλεύσας καθ' αὐτὸν dicitur, indicare videtur, navem, quacum Nearchi expeditioni se adjunxerat, suis opibus instruxisse Androsthenem, id quod eundem fecisse in Hydaspis navigatione docemur loco Arriani Ind. 18, 4. » GEIER. De Apollinis et Tauropoli in his regionibus cultu cf. Bernhardyum ad Dion. Perieg. v. 609.

3.

Theophrast. De caus. plant. II, 5, 5 : Εἰ δ' ἀληθὲς ὃ ἔλεγεν Ἀνδροσθένης ὑπὲρ τῶν ἐν Τύλῳ τῇ νήσῳ τῇ περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν, ὅτι τὰ ναματιαῖα μᾶλλον συμφέρει τῶν οὐρανίων, ἁλυκὰ ὄντα, τοῖς δένδροις καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, (διὸ καὶ ὅταν ὗσῃ, τῷ σίτῳ ἐπαφιέντας τοὺς ἐγχωρίους ἀποβρέχειν,) αἰτιάσαιτ' ἄν τις τὴν συνήθειαν· τὸ γὰρ ἔθος ὥσπερ φύσις γέγονε· συμβαίνει δὲ τὰ μὲν οὐράνια σπάνια γίνεσθαι, τούτοις δ' ἐκτρέφεσθαι καὶ τὰ δένδρα καὶ τὸν σῖτον καὶ τἆλλα· διὸ καὶ πᾶσαν ὥραν σπείρουσι.

« Androsthenes igitur auctor est narrationis de insulæ Tyli arboribus, quæ exstat in Hist. plant. IV, 9, ubi res eadem traditur his verbis : Ὕδωρ δὲ οὐράνιον γίνεσθαι μὲν, οὐ μὴν χρῆσθαί γε πρὸς τοὺς καρποὺς, ἀλλ' εἶναι κρήνας μὲν ἐν τῇ νήσῳ πολλὰς, ἀφ' ὧν πάντα βρέχειν, ἃ καὶ συμφέρει μᾶλλον τῷ σίτῳ καὶ τοῖς δένδρεσι· διὸ καὶ ὅταν ὗσῃ, τῷ σίτῳ ἐπαφιέντας τοὺς ἐγχωρίους ἀποβρέχειν. Unde patet e vestigiis vitiosæ scripturæ [τούτοις εἰωθότας ἐγχωρίους] h. l. corrigendum esse : ὗσῃ, τῷ σίτῳ ἐπαφιέντας τοὺς ἐγχ. ἀποβρέχειν. » SCHNEIDER.

1.

Androsthenes in navigatione præter Indiæ oras sic scribit : « Turbinum et chœrinarum aliorumque conchyliorum variæ sunt formæ et multum diversæ a nostris. Nascuntur vero ibi etiam purpuræ, et ostreorum ceterorum magna multitudo; sed unum singulare, quod berberi illi vocant, ex quo margarita gemma gignitur. Est autem hæc magni in Asia pretii, et apud Persas in aliisque superioris Asiæ regionibus auro contra venditur. Adspectu ostreum illud simile pectini, testam tamen non strigis incisam habet, sed lævis est concha et densa (densa spinarum lanugine obducta) : neque aures duas habet, ut pecten, sed unam. Nascitur vero gemma in carne ostrei, quemadmodum in suibus grando. Suntque aliæ aurei coloris, ut non facile dignoscas si auro admoveas; aliæ vero argentei coloris; aliæ prorsus albæ, similes piscium oculis. »

2.

Persicus sinus Persicum mare appellatur : de quo Eratosthenes ait, os ejus adeo angustum esse, ut ex Harmozonte Carmaniæ promontorio Arabiæ pars conspiciatur, quæ est Macis proxima. A faucibus autem, ora, quæ a dextris est, quum curva sit, a principio quidem a Carmania paullulum orientem versus, postea ad septemtrionem vergit, hinc ad occidentem usque ad Euphratis ostia, et Teredonem; complectitur autem et Carmaniorum oram, et Persarum et Susianorum et Babyloniæ ex parte, quæ quinque millium fere stadiorum est, de quibus jam antea diximus. Hinc protinus usque ad os alia totidem stadia sunt, ut traditum dicunt ab Androsthene Thasio, qui cum Nearcho seorsum navigavit, ut perspicuum ex his sit, mare hoc paullo minus esse mari Euxino. Tradunt etiam illum dicere, qui sinum cum classe circumvectus sit, quod a Teredone naviganti ac deinceps continentem a dextra habenti, insula Icarium proposita appareat, et Apollinis Tauropoli templum in ea sanctum et oraculum. Prætervecto Arabici litoris stadia ad bis mille quadringenta in sinu profundo sita est Gerrha urbs Chaldæorum e Babylonia fugitivorum, qui quum salsuginis plenam regionem incolant, domos e sale confectas habent, quas, quum squamulæ salis solis ardore tosti continuo decidant, aqua frequenter conspergunt atque sic parietes earum firmant. Distat a mari urbs stadia ducenta. Ceterum Gerrhæi ut plurimum per terram mercaturam faciunt aromatum aliarumque mercium Arabicarum.

3.

Quodsi Androsthenes vera de Tylo insula Rubri maris narravit, aquas fluentes, quæ salsæ sunt, plus quam cœlestes juvare tam arbores quam reliquum omne genus plantarum, et hinc agricolas loci illius statim post imbrem rivis inductis abluere sata solere : causam in consuetudine quærendam esse dixerim : hæc enim illis velut in naturam transiit. Accidit vero ut cœlestes aquæ ibi raræ sint, illis vero nutriri et arbores et sata reliquaque omnia. Quare etiam quavis tempestate serunt.

CLITARCHUS.

Clitarchus, filius Dinonis historici (*Dino, Clitarchi celebrati auctoris pater*, Plin. H. N. X, 70. Dinon. fr. 2) Santo-Crucio (quem sequuntur Geierus aliique) dicitur *Æolensis* (*), laudato loco Diogenes Laertii (II, 113), ubi hæc : Τοσοῦτον δ' εὑρεσιλογίᾳ καὶ σοφιστείᾳ (Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς) προῆγε τοὺς ἄλλους, ὥστε μικροῦ δεῆσαι, πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἀφορῶσαν εἰς αὐτὸν μεγαρίσαι. Περὶ τούτου φησὶ Φίλιππος ὁ Μεγαρικὸς κατὰ λέξιν οὕτω· « Παρὰ μὲν γὰρ Θεοφράστου Μητρόδωρον τὸν θεωρηματικὸν καὶ Τιμαγόραν τὸν Γελῷον ἀπέσπασε, παρὰ δὲ Ἀριστοτέλους τοῦ Κυρηναϊκοῦ (*) Κλείταρχον καὶ Σιμμίαν. Hæc igitur de magistris Clitarchi, non item de patria, quam nemo veterum nobis prodidit. Quodsi conjectura uti licet, equidem Clitarchum in Ægypto vel natum vel certe vitæ partem majorem degisse statuerim. Nam a Ptolemæi partibus eum stetisse, immo adulatorem regis egisse colligas ex fr. 11, ubi Ptolemæus præter veritatem servator Alexandri exstitisse dicitur. Cum his jungendum est alterum mendacium, scilicet Ptolemæum ad Harmateliam vulneratum miraculoso plane modo ab Alexandro sanitati esse restitutum. Quæ quamvis haud nominato auctore Diodorus (**) narret, nihilominus e Clitarchi historiis fluxisse nemo dubitabit (v. fr. 12). Idem Clitarchus (fr. 5) a Thaide, Ptolemæi regis postea amica, arcem Persepolitanam, splendidissimum istud Persarum potentiæ monimentum, ad tibiarum fistularumque cantum flammis traditam esse narravit.

Hinc igitur probabile fit Clitarchum versatum esse in aula Ptolemæi. Ut ulterius progrediar atque etiam natum in Ægypto (Naucrati?) esse suspicer, movet me Dinonis (fr. 11) locus, quem Athenæus ex Lyceæ Naucratitæ historiis sumsisse videtur. Etenim quæ ibi narrantur, aperte in gratiam Ægyptiorum excogitata sunt, ideoque Græcum Ægypti urbem incolentem sapiunt quammaxime. Sed hoc utcumque se habet, non prætermittendus est Dino, Dinonis filius, qui apud Ptolemæum Philopatorem degit, deinde vero, quod cædem Arsinoes non impediverat, quum impedire potuisset, ab Agathocle, Pt. Epiphanis tutore, supplicio affectus est (c. Ol. 144, 2. a. C. 203. Vide Polyb. Exc. Vat. XV, 25 *a*. ed. Didot.). Is fortasse nepos fuit Clitarchi.

Quod ætatem scriptoris attinet, Alexandri temporibus eum vixisse, demonstratione non eget (*). Inter comites regis nusquam memoratur, immo eximi ex eorum numero videtur ap. Diodorum II, 7, 3, ubi : ὡς Κλείταρχος (fr. 4) καὶ τῶν ὕστερον (sc. post Ctesiam) μετ' Ἀλεξάνδρου διαβάντων εἰς τὴν Ἀσίαν τινές. Sed hæc non premo, quum negligentius enuntiata esse appareant. Verum quum Stilpo, quo tempore Megara a Demetrio Poliorcete capta sunt, adhuc floreret (a. C. 308; vid. Clinton ad h. a.), minime probabile est eundem jam ante expeditionem Alexandri tam celebrem fuisse, ut undique discipuli, relictis prioribus magistris, ad eum confluerent. Quapropter Clitarchum paullo juniorem Alexandri comitibus, nec interfuisse expeditioni Asiaticæ, sed ejus tempore ex disciplina Stilponis εὑρεσιλόγου καὶ σοφιστοῦ quam plurimum profecisse verosimillimum est.

Commentarios de rebus Alexandri Clitarchus absolvit antequam suos edidisset Ptolemæus. Si aliter res se haberet, haud scripsisset noster quæ leguntur in fr. 11. Libri laudantur primus, quartus, quintus, decimus, duodecimus. Quæ ex *quarto* afferuntur de Sardanapalli monimento ad Anchialen in Cilicia (fr. 2), pertinent ad ann. 333. Narratio hoc libro deducta fuerit usque ad prœlium Ipsense. E libro *quinto* de Byblo quædam afferuntur (fr. 3); majorem partem narratio de Tyri obsidione absumserit (332. Diodor. XVII, 40 — 46). Quæ e libris *decimo* et *duodecimo* citantur (fr. 9 *a*. 22 *a*.), ea referenda probabiliter sunt ad ann. 329 et 327. Quod restat spatium annorum duorum (326—324), in tanta narrationis prolixitate alios duos libros occupaverit.

Fragmenta supersunt circa triginta, quorum tertia pars (10. 14 — 22 a) versatur in describendis Indorum terris, populis, animalibus, fabulis. Hæc indole nihil differunt ab narrationibus Onesicriti. Reliquorum quoque bona pars (fr. 8 de tenthredone, fr. 4 de muris Babyloniis, fr. 9 *a*. de Persarum vestitu, fr. 2 de monumento Sardanap., fr. 3 *a*. de Myrrha Adonidis matre, fr. 24 de Themistocle) cum Alexandri historia arctius conjuncta non sunt, atque hoc tantum probant, quantopere rerum varietate placere lectoribus Clitarchus studuerit. Quæ ad historiam Macedonis spectant fragmenta numero sunt sex : fr. 1 *a*. de Thebis expugnatis; fr. 21 de Harpalo ejusque amica; fr. 12 de Sambi regione, in qua *octoginta millia* a Macedonibus cæsa narrantur sueta rerum exaggeratione; fr. 5 de Thaide; fr. 9 de Thalestri Amazone; fr. 11 de Ptolemæo servatore Alexandri. Ex his tria postrema mera scriptoris inventa sunt; iis accenseo fr. 23 de legatione Romanorum. Arguunt hæc virum historici munere abutentem, ut vel fautorum captaret benevolentiam, vel lectorum inserviret voluptati. — Numquam ejusmodi scriptores admiratorum caruerunt multitudine, minime vero illis temporibus, quibus intermissum hoc historiam scribendi genus Timagenes nova laude reparavit (Quinctil. X, 1, 75). Atque ipsum Timagenem diligenter lectitasse Clitarchum, et in iis quæ de Alexandro tradidit presse secutum esse, colligimus ex fr. 11. Sisenna vero historicus totum se ad Clitarchi exemplum conformavit (Cicero De legg. I, 2); in deliciis Nostrum habuit Cælius Rufus, Ciceronis amicus (fr. 3); *celebratum auctorem* dicit Plinius l. l.; probari ejus ingenium affirmat Quinctilianus l. l., etsi fides infametur. Porro si fragmenta nostra comparaveris cum iis, quæ de iisdem rebus produnt Trogus Pompeius et Diodorus et Curtius, vix ulla esse potest dubitatio, quin Clitarchum in plurimis ducem habuerint; idque de iis maxime narrationibus valet, quæ quum a probatæ fidei scriptoribus ignorentur, aperte eum in finem adornatæ sunt, ut vel atrocitate sua tragicam quandam sensibus commotionem incutiant; vel animos demulceant festiva jucunditate, vel novitate fabulosa in admirationem audientes abripiant. Hinc, ut alia mittam, evasit Curtianus iste Alexander, modo nulla non virtute ornatus, modo fœdissimis inquinatus vitiis, prouti rhetoris consilia rem flagitare videbantur (*).

Sed quantacunque apud vulgus Clitarchi fuerit celebritas, exstitere viri sobrii, quos vitia ejus haud latuerunt. Quinctiliani illud, *Clitarchi probatur in-*

(*) *Exam. critiq.* p. 41 : « Clitarque d'Éolie, philosophe de l'école Cyrénaïque (Philipp. Meg. ap. Diog. L. II, 113) : il se rendit célèbre par son histoire d'Alexandre (Plin. X, 70). On ignore s'il accompagna ce prince, ou s'il écrivit sur les mémoires de son père. Quoi qu'il en soit, il n'est pas moins vrai que Clitarque était contemporain d'Alexandre. » In his illa quoque *on ignore* etc., et *il n'est pas moins vrai* etc. dormitans scripsisse vir doctissimus videtur.

Ab historico Clitarcho distinguendus est quem multi non distinxerunt Clitarchus γλωσσογράφος (Harpocrat. v. ὁμηρεύοντες), Ægineta lexicographus Epaphrodito gramm. junior (Harpocrat. v. γάργαρος. V. Nymphidis fr. 10). Tribus locis (Athen. p. 468 a, 475 d; 478 e) laudantur Σίληνος καὶ Κλείταρχος, ut Cl. Sileno junior fuisse videatur. At quando vixerit Silenus ille non constat; nisi forte putes eundem esse cum Calatiano historico, qui vixit bello Punico secundo. Lexicon Clitarchi sive ἡ περὶ γλωσσῶν πραγματεία in libros distinctum, quorum laudatur *quintus* (Harpocrat. v. Ὁμηρεύοντες) et *septimus* (de πομπίλῳ pisce ap. Athen. p. 284, Κλειτ. ἐν ἑβδόμῃ γλωσσῶν). Ad posteriorem locum non attendit Meierus in Commentat. VI de Andocidis orat. c. Alcib. (in Indice lectt. univ. Halens. 1832—33) p. 10, ubi hæc : « Harpocration quum v. ἐπιβλῆτας commemoret Κλείταρχον τὸν γλωσσογράφον, v. ὁμηρεύοντες autem solum habeat Κλ. ἐν τῇ ε', grammaticum videtur ab rerum scriptore distinguere voluisse. » Quod falsum est. Glossæ ordine alphabetico dispositæ fuisse videntur. — Citatur hic Clitarchus ap. Athenæum p. 69 d, 267 d, 284 d, 300 f, 468 a, 473 b, 475 d, 476 f, 478 d. e, 479 c, 495 c. e, 666 c, 701 a. (Etiam p. 486 a Clitarchus pro Clearcho reponendus esse mihi videtur.) Etym. M. ἀνόστεος, βροῦχος, γάργαρος; Schol. Hesiod. Op. 522; Hesych. v. μητέρα; Schol. Theocrit. II, 59 (Θρόνα... Αἰτωλοὶ φάρμακα, ὡς φησι Κλ., quem locum Geierus etsi dubitans inter historici fragmenta posuit); Photium et Suidam v. Σαρδώνιος γέλως, ubi post expositas Timæi (fr. 29) et Demonis sententias, pergunt : καί φασιν ἄλλοι τε καὶ Κλείταρχος· ἐν Καρχηδόνι ἐν ταῖς μεγάλαις εὐχαῖς παῖδα ταῖς χερσὶ τοῦ Κρόνου ἐπιτιθέναι (ἵδρυται δὲ χαλκοῦς προβεβλημένας ἔχων τὰς χεῖρας, ὑφ' ᾧ κρίβανος), ἔπειτα ὑποκαίειν. Quæ probabiliter sunt glossographi, etsi ejusdem rei mentionem data occasione injicere potuit historicus. — Ceterum quum Athenæus 475 d. dicat : Σείληνος καὶ Κλείταρχος τοὺς Αἰολεῖς φασιν οὕτω (sc. κελέβην) καλεῖν τὸ ποτήριον; p. 477 a : Κλ. φησιν Αἰολεῖς τὸν σκύφον κισσύβιον καλεῖν; p. 495 e : Κλ. ἐν ταῖς γλώσσαις πελλητῆρα μὲν καλεῖν Θεσσαλοὺς καὶ Αἰολεῖς τὸν ἀμολγέα : hinc, suspicor, ortus est Clitarchus iste *Æolensis*, quem nescio ubi repererit Ste-Croix. Idem tamen glossographus laudat etiam vocabula Clitoriorum, Ionum, Phrygum, Rhodiorum, Thessalorum, Cyrenæorum, Corinthiorum, Cypriorum, Byzantinorum, Ætolorum.

(*) De hoc Aristotele Diog. Laert. V, 35 : Ἕκτος (Ἀριστοτέλης) Κυρηναῖος, γεγραφὼς περὶ ποιητικῆς. Dicta ejus nonnulla habes ap. Ælian. V. H. X, 8; Stobæum in Serm. 183. Num idem intelligendus sit ap. Clem. Alex. Strom. III, p. 234 Pott., dubium est.

(**) Diodor. XVII, 103, 7 : Ἀγαπώμενος γὰρ (Πτολεμαῖος) ὑφ' ἁπάντων διά τε τὴν ἀρετὴν καὶ ὑπερβολὴν τῆς εἰς πάντας ἐργασίας, οἰκείας τοῦ φιλανθρώπου βοηθείας ἔτυχεν. Ὁ γὰρ βασιλεὺς εἶδεν ὄψιν κατὰ τὸν ὕπνον, καθ' ἣν ἔδοξε ὁρᾶν δράκοντα βοτάνην ἐν τῷ στόματι κρατεῖν καὶ δεῖξαι ταύτης τὴν φύσιν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ φύεται. Ἐγερθεὶς οὖν ὁ Ἀλέξανδρος καὶ τὴν βοτάνην ἀναζητήσας καὶ τρίψας, τό τε σῶμα τοῦ Πτολεμαίου κατέπλασε, καὶ πιεῖν δοὺς ὑγιῆ κατέστησε. Eadem Cic. De divinat. II, 66, Strabo XV, p. 1052 Amst., addens τὸ δὲ μυθῶδες προσετέθη κολακείας χάριν. Hac fortasse occasione Clitarchus (fr. 25) narravit fabulam de draconibus Tiresiæ.

(*) *Clitarchus ab eo* (a Theopompo) *proximus*, Plin. III, 9 (fr, 23). *Sic Clitarchus, sic Stratocles de Themistocle finxit*, Cic. Brut. 11. Stratocles Alexandri et subsequentibus temporibus floruit.

(*) Unum exemplum laudasse sufficiat ex Curtio IV, 6 de Beti, Darii eunucho, qui post Gazæ expugnationem captivus ad Alexandrum adducitur : *Adducto, insolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutis etiam in hoste mirator, Non ut voluisti, inquit, morieris, Beti : sed quidquid tormentorum in captivum inveniri potest, passurum esse te cogita. Ille non interrito modo, sed contumaci quoque vultu intuens regem, nullam ad minas ejus reddidit vocem. Tum Alexander, Videtisne obstinatum ad tacendum? inquit; num genu posuit? num supplicem vocem misit? Vincam tamen silentium, et, si nihil aliud, certe gemitu interpellabo. Ira deinde vertit in rabiem, jam tum peregrinos ritus nova subeunte fortuna. Per talos enim spirantis lora trajecta sunt; religatumque ad currum traxere circa urbem equi : gloriante rege, Achillem, a quo genus ipse deduceret, imitatum se esse pœna in hostem capienda.* Cf. Hegesias apud Dionys. Hal. De verb. comp. 18. — Aliud exemplum Clitarchei ingenii habes in libro V, 5 : *Miserabile agmen, inter pauca fortunæ exempla memorandum* etc. etc.

genium, fides infamatur jam attigi. Mala fides vero unde derivanda sit, bene perspexit Cicero in Bruto c. 11, ubi hæc : *Uterque* (et Coriolanus et Themistocles), *quum civis egregius fuisset, populi ingrati pulsus injuria, se ad hostes contulit, conatumque iracundiæ suæ morte sedavit. Nam etsi aliter est apud te, Attice, de Coriolano, concede tamen ut huic generi mortis potius assentiar. At ille ridens, Tuo vero, inquit, arbitratu; quoniam quidem concessum est rhetoribus mentiri in historia, ut aliquid dicere possint argutius : ut enim tu nunc de Coriolano, sic Clitarchus, sic Stratocles de Themistocle finxit. Nam quem Thucydides, qui et Atheniensis erat et summo loco natus summusque vir et paullo ætate posterior, tantum mortuum scripsit et in Attica clam humatum; addidit fuisse suspicionem, veneno sibi conscivisse mortem : hunc isti aiunt, quum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera, et eo poto mortuum concidisse. Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt : illa mors vulgaris nullam præbebat materiem ad ornatum.* Inanem orationis tumorem, ut videtur, idem Cicero notat alio loco (De Legib. I, 2). *Sisenna,* inquit, *omnes adhuc nostros scriptores... facile superavit. Is tamen neque orator in numero vestro unquam est habitus, et in historia puerile quiddam consectatur : ut unum Clitarchum neque præterea quemquam de Græcis legisse videatur, eum tamen velle duntaxat imitari; quem si assequi posset, aliquantum tamen ab optimo abesset.* Etiam Demetrius (De elocut. § 304; vide fr. 8) Clitarchum reprehendit, quippe qui verbis maximis loquatur de rebus minimis, atque insectum describens de apro Erymanthio dicere videatur. Porro Longinus § 3, postquam Gorgiæ et Callisthenis ampullas perstrinxerat, addit : καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ Κλειτάρχου (γελᾶται)... φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ φυσῶν κατὰ τὸν Σοφοκλέα οὐ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοις, φορβειᾶς δ' ἄτερ. Ita factum ut loqui Κλειταρχικῶς idem esset atque loqui ὑπερβολικῶς (vid. not. ad fr. 8). Quam orationis indolem Ælianus quoque innuit verbis : γενέσθαι καὶ ἄλλο τι γένος ὄφεων (Κλείταρχος) ὑμνεῖ (fr. 15). Idem Clitarcheæ dictionis vestigia servasse videtur in illis : ἵνα ἑστιᾶν τὴν ὄψιν δύνωνται (fr. 15), et paullo post de ave quadam loquens : ὡς εἶναι, εἰ μή πη παχύτερόν ἐστιν εἰπεῖν, Σειρῆνάς τινας (fr. 18). — Ceterum Clitarchus ex numero est eorum, quos in Canonem historicorum grammatici Alexandrini receperunt (Bibl. Coislin. p. 597).

ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

1.

E LIBRO PRIMO.

Clemens Al. Strom. I, 21, p. 145, 45 Sylb. : A reditu Heraclidarum usque ad Alexandri εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασιν... Τίμαιος καὶ Κλείταρχος ὀκτακόσια εἴκοσι ἔτη colligi dicunt.

820+334=1154=378 sive 5×63 ante 776 sive Ol. 1. Vide Fragm. Chronol. p. 123. Fragmentum fugit Geierum.

1 a.

Athenæus IV, p. 148, D : Περὶ ὧν (sc. περὶ τῶν παρὰ Θηβαίοις δείπνων) Κλείταρχος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν διηγούμενος, καὶ ὅτι ὁ πᾶς αὐτῶν πλοῦτος ηὑρέθη μετὰ τὴν ὑπ' Ἀλεξάνδρου τῆς πόλεως κατασκαφὴν ἐν ταλάντοις τετρακοσίοις τεσσαράκοντά φησιν, ὅτι τε μικρόψυχοι ἦσαν καὶ τὰ περὶ τὴν τροφὴν λίχνοι, παρασκευάζοντες ἐν τοῖς δείπνοις θρῖα καὶ ἐψητοὺς καὶ ἀφύας καὶ ἐγκρασιχόλους καὶ ἀλλᾶντας καὶ σχελίδας καὶ ἔτνος.

Ὁ πᾶς αὐτ. πλοῦτος κτλ.] Quod quomodo intelligendum sit docemur a Diodoro Clitarchi sectatore (XVII, 14, 4) : Τοὺς δ' αἰχμαλώτους λαφυροπωλήσας ἤθροισεν (Ἀλέξανδρος) ἀργυρίου τάλαντα τετρακόσια καὶ τετταράκοντα. Cf. Ptolem. fr. 3.

2.

E LIBRO QUARTO.

Athenæus XII, p. 530, A : Κλείταρχος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον γήρᾳ τελευτῆσαί φησι Σαρδανάπαλλον μετὰ τὴν ἀπόπτωσιν τῆς Σύρων ἀρχῆς.

Cf. Aristobul. fr. 6; Callisthen. fr. 12. Quonam loco hæc de Sardanapallo sive Sardanapallis disputatio instituta a scriptoribus sit, patet ex Arriano Exp. II, 5, 2.

1.

E LIBRO PRIMO.

A reditu Heraclidarum usque ad Alexandrum in Asiam trajicientem secundum Timæum et Clitarchum colliguntur anni octingenti viginti.

1 a.

De Thebanorum cœnis verba faciens Clitarchus libro primo Historiarum Alexandri ait omnes eorum divitias post urbem ab Alexandro eversam intra quadringenta et quadraginta talenta esse repertas; tum adjicit, fuisse pusilli animi, et in victu catillones, ut qui in cœnis apponerent thria et elixos pisciculos et frixas apuas et encrasicholos et hillas et pernas et ex legumine pultem.

2.

Clitarchus libro quarto De rebus Alexandri senio vita decessisse ait Sardanapallum, postquam Assyriæ regno excidisset.

3.

Cicero Ep. ad fam. II, 10 : *Victoria justa imperator appellatus apud Issum* (*quo in loco, sæpe ut ex eo* (Cælio Rufo) *audivi, Clitarchus tibi narravit Darium ab Alexandro esse superatum*) *adduxi exercitum.*

« De loco pugnæ vide quæ congessit Mützell. ad Curt. p. 100 sqq. Ceterum Diodoream prælii descriptionem rhetoricam Clitarcho deberi, nemo dubitabit. Cf. Callisthenes fr. 13. » GEIER.

3 a.

E LIBRO QUINTO.

Stobæus Floril. 64, 36 (tom. II, p. 487 Gaisf.) : Κλείταρχος ἐν ε' Περὶ Ἀλεξάνδρου. « Θε... βυβλι.., οὗπερ κάλλει τὴν ἀνθρωπίνην διενεγκόντος φύσιν, τὴν ἰδίαν ἐρασθῆναι θυγατέρα Μύρραν ὀνόματι. »

« Dedi hunc locum utcunque mutilum ex A. Plura ibi legere non potui. In principio legendum fortasse : Θείας... βύβλου vel simile quid. » GAISF. Scribe Θείαντος Βυβλίου. Historiam de Myrrha sive Smyrna ex patre matre Adonidis sec. Panyasim lege apud Apollodor. III, 14, 4. ibique v. Heyne. Reliquos auctores vide in Lexicis Mythol. v. *Adonis*. Clitarchus ubi de Byblo urbe Alexandro se dedente egit, de Bybliorum Adoniis, festo celeberrimo (cf. Lucian. De dea Syr. c. 6 sqq. p. 733 ed. Didot.), sermonem instituit.

4.

Diodor. II, 7, 3 : Ambitus murorum Babylonis urbis secundum Ctesiam erat stadiorum 360, ὡς δὲ Κλείταρχος καὶ τῶν ὕστερον μετ' Ἀλεξάνδρου διαβάντων εἰς τὴν Ἀσίαν τινὲς ἀνέγραψαν, τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε σταδίων· καὶ προστιθέασιν ὅτι τῶν ἴσων ἡμερῶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν οὐσῶν ἐφιλοτιμήθη τὸν ἴσον ἀριθμὸν τῶν σταδίων ὑποστήσασθαι· ὀπτὰς δὲ πλίνθους εἰς ἄσφαλτον ἐνδησαμένη τεῖχος κατεσκεύασε τὸ μὲν ὕψος, ὡς μὲν Κτησίας φησὶ, πεντήκοντα ὀργυιῶν, ὡς δ' ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἔγραψαν, πηχῶν πεντήκοντα, τὸ δὲ πλάτος πλεῖον ἢ δυσὶν ἅρμασιν ἱππάσιμον· πύργους δὲ τὸν μὲν ἀριθμὸν διακοσίους καὶ πεντήκοντα, τὸ δ' ὕψος καὶ πλάτος ἐξ ἀναλόγου τῷ βάρει τῶν κατὰ τὸ τεῖχος ἔργων.... Ἀνὰ μέσον δὲ τῶν οἰκιῶν καὶ τῶν τειχῶν ὁδὸς πάντῃ κατελέλειπτο δίπλεθρος.

Eadem ex Diodoro suis verbis narrat Tzetzes Hist. IX, v. 567 sqq., quem locum exscripsi in Ctesiæ fr. 9, ubi vide. Pro verbis Diodoreis ἔνιοι τῶν νεωτέρων Tzetzes ponit ὕστερον ὁ Κλείταρχος καὶ πᾶς μετ' Ἀλεξάνδρου, suopte ingenio, quamvis de Clitarcho potissimum Diodorum cogitasse recte divinaverit. Clitarchi descriptionem, uti solet, reddit Curtius V, 1, 24 : *Semiramis eam condiderat, non, ut plerique credidere, Belus, cujus regia ostenditur. Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus, spatium XXX et duorum pedum in latitudinem amplectitur : quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur. Altitudo muri L cubitorum eminet spatio : turres denis pedibus quam murus altiores sunt. Totius operis ambitus CCCLXVIII* (debebat CCCLXV, τξη' pro τξε') *stadia complectitur : singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriæ proditum est,* etc.

5.

Athenæus XIII, 576 E : Ὁ δὲ μέγας Ἀλέξανδρος οὐ Θαΐδα εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ, τὴν Ἀττικὴν ἑταίραν; περὶ ἧς φησὶ Κλείταρχος, ὡς αἰτίας γενομένης τοῦ ἐμπρησθῆναι τὰ ἐν Περσεπόλει βασίλεια.

Fabulam hanc, præclarum declamationis argumentum, (ex Clitarcho) narrant Diodorus XVII, 72, Curtius V, 7, Plutarch. Alex. 38, addens : Οἱ μὲν οὕτω ταῦτα γενέσθαι φασὶν, οἱ δ' ἀπὸ γνώμης. Nihil de muliercula ista Arrian. Exp. Al. III, 18, Strabo XV, p. 730 init., Auctor Itiner. Al. c. 67. Ceterum de Alexandro regiam incendente adi Ste-Croix l. l. p. 311, Droysen. *Alexandr.* p. 247 sqq.; de Thaide, τῇ Πτολεμαίου τοῦ βασιλεύσαντος ὕστερον ἑταίρᾳ, vide Athenæum l. l. et Geierum in Comment. De vit. Ptolem. Lag. p. 47.

6.

Plinius H. N. VI, 13, 15, de mari Caspio : *Ir-*

---

3 a.

E LIBRO QUINTO.

Clitarchus libro quinto De rebus Alexandri tradit Thiantem Byblium formæ pulchritudine naturam humanam superasse, ipsiusque filiam, Myrrham nomine, amore ejus correptam esse.

4.

Ut Clitarchus et qui postea cum Alexandro in Asiam trajecerunt, literis prodiderunt, murorum ambitus erat trecentorum et sexaginta quinque stadiorum; quod anni dies, addunt, stadiorum numero (Semiramis) exæquare studuisset. Murum coctis lateribus et bitumine conglutinatis coagmentavit, quinquaginta orgyias altum, teste Ctesia, vel, ut recentiorum nonnulli referunt, quinquaginta cubitos tantum; latitudo vero major quam quæ duobus curribus juxta vehentibus sufficeret; turres fuisse dicunt numero ducentas et quinquaginta, quarum altitudo latitudoque amplitudini operum muri responderet... Inter murum et domorum ædificia via duorum plethrorum circumquaque relicta erat.

5.

Alexander Magnus nonne Thaidem, Atticam istam meretricem secum habuit? quam Clitarchus auctorem fuisse dicit incendii regiæ Persepolitanæ.

rumpit Scythico oceano in aversa Asiæ, pluribus nominibus accolarum appellatum, celeberrimis duobus, Caspio et Hyrcanio. Non minus hoc esse quam Pontum Euxinum, Clitarchus putat.

7.

Strabo XI, p. 491 : Οἱ δ' ἐπὶ τοσοῦτον συναγαγόντες τὸν ἰσθμὸν, ἐφ' ὅσον Κλείταρχος, ἐπίκλυστον φήσας ἐξ ἑκατέρου τοῦ πελάγους, οὐδ' ἂν λόγου ἀξιοῖν το. De isthmo loquitur, quem formari opinabantur terra inter Caspium mare et Pontum Euxinum porrecta. Ex Clitarcho procul dubio fluxerunt quæ de mari Caspio leguntur ap. Plutarch. Alex. c. 44, Curtium VI, 4, 18, Diodor. XVII, 75, 3. Vide Ste-Croix l. l. p. 711 sqq. et Mützell. ad Curt. l. l.

8.

Demetrius De eloc. § 304 : Τῇ ὀνομασίᾳ πολλάκις χαριεστέρων πραγμάτων ὄντων ἀτερπέστερα φαίνεται. Καθάπερ ὁ Κλείταρχος περὶ τῆς τενθρηδόνος λέγων ζῴου μελίσσῃ ἐοικότος· « Κατανέμεται μὲν, φησὶ, τὴν ὀρεινὴν, εἰσίπταται δὲ εἰς τὰς κοίλας δρῦς » ὥσπερ περὶ βοὸς ἀγρίου ἢ τοῦ Ἐρυμανθίου κάπρου λέγων, ἀλλ' οὐχὶ περὶ μελίσσης τινὸς, ὥστε καὶ ἄχαριν τὸν λόγον ἅμα καὶ ψυχρὸν γενέσθαι. Παράκειται δέ πως ἀλλήλοις ταῦτα ἀμφότερα.

Χαριεστ. πρ. ὄντ.] Ita Gœller. ex marg. Vict. Ald. pro vulgatis χαρίεντα πράγματα ὄντα. — Rem ex Demetrio repetit Tzetzes in Histor. VII, 50, iterumque tangit XI, 831. Clitarchum manifesto deprehendimus ap. Diodor. XVII, 75, 7 : Ἔστι δὲ καὶ ζῷον κατὰ τὴν χώραν (Ὑρκανίαν) ἐπτερωμένον, ὃ καλεῖται μὲν ἀνθρηδὼν, λειπόμενον δὲ μεγέθει μελίττης μεγίστην ** ἔχει τὴν ἐπιφάνειαν· ἐπινεμόμενον γὰρ τὴν ὀρεινὴν ἄνθη παντοῖα δρέπεται, καὶ ταῖς κοιλάσι πέτραις καὶ τοῖς κεραυνοβόλοις τῶν δένδρων ἐνδιατρῖβον κηροπλαστεῖ, καὶ κατασκευάζει χύμα διάφορον τῇ γλυκύτητι, τοῦ παρ' ἡμῖν μέλιτος οὐ πολὺ λειπόμενον.

Supplendus locus Diodori ex schol. vet. ad Nicandr. Alexiph. 185, ubi sic : Πεμφρηδὼν δὲ ζῷόν ἐστι τῶν σφηκωδῶν, μεῖζον μὲν μύρμηκος, μελίσσης δ' ἔλασσον· ἐπτέρωται δὲ καὶ ποικίλην ἔχει λευκῷ καὶ μέλανι τὴν ἐπιφάνειαν. Τοῦτο κατὰ τὴν ὀρεινὴν νεμόμενον ὀρέπεται ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ἄγκεσι θάμνων παντοῖα ἄνθη, καὶ φερόμενον ἐς τὰς κοίλας πέτρας καθίπταται. Præterea Schneider. : « Notabilem Tzetzæ locum ex epistola nescio an non edita [Est Tzetz. Epist. 13 in cod. Reg. 2644 fol. 74 *a*, a Millero propediem edenda] reperio in Commentario Victorii ad Demetrium p. 267 : Σὺ δὲ Κλειταρχικῶς ἡμᾶς ἐπαινεῖς [πρὸς τοὺς νῦν ἀπαράμιλλον].. Κλείταρχος γὰρ ἐκεῖνος ὁ συγγραφεὺς περὶ τῆς τενθρηδόνος φησὶν (ἡ δέ ἐστι μελίττῃ παρόμοιον)· Κατανέμεται τὴν ὀρεινήν, εἰσίπταται δὲ τῶν δρυῶν τὰς κοιλάδας. » Ad vocem Κλειταρχικῶς in margine annotatur : Σημαίνει ὑπερβολικὸν λόγον Κλειτάρχου. Vide Steph. Thes. s. h. v. Ceterum de anthredone s. tenthredone s. pemphredone insecto v. Aristot. H. A. IX, 43 ; Ælian. XV, 1 (ubi libri ἀνθηδών); Hesych. s. v.

9.

Strabo XI, p, 505 : Ὅπου δὲ νῦν εἰσιν (αἱ Ἀμαζόνες), ὀλίγοι τε καὶ ἀναποδείκτως καὶ ἀπίστως ἀποφαίνονται· καθάπερ καὶ περὶ Θαληστρίας, ἣν Ἀλεξάνδρῳ συμμίξαι φασὶν ἐν τῇ Ὑρκανίᾳ καὶ συγγενέσθαι τεκνοποιίας χάριν, δυναστεύουσαν τῶν Ἀμαζόνων· οὐ γὰρ ὁμολογεῖται τοῦτο, ἀλλὰ, τῶν συγγραφέων τοσούτων ὄντων, οἱ μάλιστα τῆς ἀληθείας φροντίσαντες οὐκ εἰρήκασιν, οὐδ' οἱ πιστευόμενοι μάλιστα οὐδενὸς μέμνηνται τοιούτου, οὐδ' οἱ εἰπόντες τὰ αὐτὰ εἰρήκασι. Κλείταρχος μέν φησι τὴν Θαληστρίαν ἀπὸ Κασπίων πυλῶν καὶ Θερμώδοντος ὁρμηθεῖσαν ἐλθεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον. Εἰσὶ δ' ἀπὸ Κασπίων εἰς Θερμώδοντα στάδιοι πλείους ἑξακισχιλίων, καὶ τὰ πρὸς τὸ ἔνδοξον θρυληθέντα κἂν ὁμολογῆται παρὰ πάντων, οἱ δὲ πλάσαντες ἦσαν οἱ κολακείας μᾶλλον ἢ ἀληθείας φροντίζοντες.

Clitarchi de eadem re mentionem injicit Plutarchus in Alex. c. 46, quem locum vide in Onesicriti fr. 5. Quomodo historiam Noster narraverit, lege apud Diodor. XVII, 77, Justin. XII, 3, Curtium VI, 5, 24 sqq., quos omnes ex eodem auctore hausisse patet.

7.

Nulla ratio habenda est eorum, qui isthmum (*inter Caspium mare et Pontum Euxinum interjectum*) cum Clitarcho adeo in arctum cogunt, ut eluvione utriusque maris perfundi dicant.

8.

Clitarchus de tenthredone insecto apis simili : « Depascitur montana, involatque in quercus concavas. »

9.

Ubi nunc sint (Amazones), id perpauci absque demonstratione cui fides habenda, demonstrare conantur. Quale est etiam illud de Thalestria, quam Amazonum reginam Alexandrum in Hyrcania convenisse et prolis suscipiendæ causa coivisse cum eo ferunt. Neque enim hoc in confesso est; sed e tanto scriptorum numero qui maxime veritatis habent rationem, nihil de ea re dicunt, nullaque fit mentio ejus ab iis, quibus plurimum fidei habetur; qui vero tradiderunt, non consentiunt. Clitarchus ait Thalestriam a Caspiis portis et Thermodonte profectam ad Alexandrum venisse. Sunt autem a Caspiis portis ad Thermodontem stadia amplius sex millibus. Quæ autem augendæ gloriæ causa vulgata sunt, etsi in iis consentiant omnes, tamen qui confinxerunt, adulandi quam veritatis fuerunt studiosiores.

9 a.

E LIBRO DECIMO.

Schol. Aristophan. Av. 487 : Πᾶσι γὰρ Πέρσαις ἐξῆν τὴν τιάραν φορεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀρθὴν, ὡς Κλείταρχος ἐν τῇ δεκάτῃ· μόνοι δὲ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὀρθαῖς ἐχρῶντο... Τοῖς μὲν ἄλλοις ἔθος καὶ ἐπτυγμένην καὶ προβάλλουσαν εἰς τὸ μέτωπον ἔχειν, τοῖς δὲ βασιλεῦσιν ὀρθήν.

Post narrationem de Thalestri Diodorus XVII, 77, 4 (Ol. 112, 4. 329) exponit, quomodo mores et vestitum regum Asiaticorum Alexander æmulari cœperit. Ex hoc loco, opinor, fluxit fragmentum nostrum. Geierus petitum putavit ex narratione de diademate inter navigationem in Euphrate flumine brevi ante mortem institutam infausto casu regi ablato et a nauta quodam sive a Seleuco reddito (v. Aristobul. fr. 41, 42). Quod ferri nequit, quum libro demum *duodecimo* (fr. 22 a.) Clitarchus de Indorum gymnosophistis egerit. — Ceterum tiaram et candyn et anaxyrides Alexander non assumpsit, sec. Diodor. l. l. et Eratosthenem ap. Plut. Mor. p. 329, F. Vide Brissonium De regio Persar. princ. p. 57 sqq. (ed. Argentor. 1710).

10.

Schol. Apoll. Rh. II, 404 : Ὅτι δὲ Διόνυσος ἐπολέμησεν Ἰνδοῖς, Διονύσιός φησι καὶ Ἀριστόδημος ἐν α' Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων, καὶ Κλείταρχος ἐν ταῖς Περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαις, προσιστορῶν, ὅτι καὶ Νύσα ὄρος ἐστὶν ἐκεῖ, καὶ κισσῷ ὅμοιον φυτὸν, ὃ καλεῖται σκινδαψός. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ Χαμαιλέων ἱστόρησεν ἐν τῷ Περὶ Ἰλιάδος.

Diodorum in Alexandri historia h. l. conferri non licet propter lacunam quæ est in libro XVII post cap. 83. Quæ leguntur lib. II, 38 de Bacchi in Indiam expeditione, de dei inventis, de Mero monte etc, ea non ex Clitarcho, sed ex Megasthene (cujus cf. fr. 20) derivanda videntur. Clitarchum expresserit Curtius VII, 10, 7 et qui eodem duce utitur Trogus ap. Justin. XII, 7. Alium auctorem ante oculos habuisse Arrianum in iis quæ tradit V, 1—3 et VI, 28 recte statuit Geierus, num vero de Onesicrito an de alio quovis cogitandum sit, in medio relinquo. De origine harum fabularum ex mythologia Indica repetenda v. Bohlen. *Alt. Ind.* I, p. 143 et passim. Cf. Droysen. *Alex.* p. 370.

11.

Curtius IX, 5, 21 : *Ptolemæum, qui postea regnavit, huic pugnæ* (Mallensi) *adfuisse, auctor est Clitarchus et Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriæ suæ non refragatus, afuisse, missum in expeditionem, memoriæ tradidit. Tanta componentium vetusta rerum monumenta vel securitas vel, par huic vitium, credulitas fuit!*

Clitarchi commentum repetunt Pausan. I, 6, 2; Auctor Itiner. Alex. c. 115; Stephan. Byz. v. Ὀξυδράκαι; Plutarch. De fort. Alex. Or. I, c. 2, quamquam idem in Alex. 63 nonnisi Peucestæ recte mentionem facit. Diodorus XVII, 99 item unum Peucesten memorat. Reliqui auctores, qui de vulneratione Alex. agunt, nomina omittunt. Ceterum cf. Ptolemæi fr. 20; Aristobul. fr. 28; Ste-Croix l. l. p. 407; Droysen. l. l. p. 440.

12.

Curtius IX, 8, 13 : *Diruta igitur arce* (Porticani) *et omnibus captivis venundatis, Sambi regis fines ingressus est* (Alexander); *multisque oppidis in fidem acceptis, validissimam gentis urbem cuniculo cepit. Barbaris simile monstri visum est, rudibus militarium operum, quippe in media ferme urbe armati terra exsistebant, nullo suffossi specus ante vestigio facto. Octoginta millia Indorum in ea regione cæsa, Clitarchus est auctor, multosque captivos sub corona venisse.*

Octoginta millia] κατέκοψε τῶν βαρβάρων ὑπὲρ τὰς ὀκτὼ μυριάδας Diodor. XVII, 102, ex Clitarcho scilicet. — « Quæ in sequentibus et apud Diodorum (c. 103, 7) et apud Curtium de Ptolemæo narrantur apud Harmateliam urbem vulnerato, dein autem non sine numine mire sanato, item ex Clitarcho videntur esse delibata, qua de re cf. Comment. nostr. De Ptolem. Lag. vit. p. 14 et 15. » Geier.

13.

Quod h. l. Geierus posuit, apud nos legitur fragm. 22 a.

14.

Plinius H. N. VII, 2, p. 8 Tchn. : *Ctesias gentem ex his, quæ appelletur Pandore, in convallibus sitam annos ducenos vivere, in juventa candido*

9 a.

E LIBRO DECIMO.

Omnibus Persis tiaram, non rectam tamen, gestare licebat, uti Clitarchus ait libro decimo; soli enim reges rectis utebantur Reliqui tiaram involutam et in frontem demissam gestare solebant.

10.

Bacchum bellum contra Indos gessisse narrant Dionysius (*Mytilenæus vel Samius*), Aristodemus libro primo Inscriptionum Thebanarum et Clitarchus in Alexandri historia, addens esse in India etiam Nysam montem, et plantam ibi nasci hederæ similem, quæ scindapsus nominetur.

capillo, qui in senectute nigrescat. Contra alios quadragenos non excedere annos, junctos Macrobiis, quorum feminæ semel pariant, idque et Agatharchides tradit : præterea locustis eos ali et esse pernices. Mandorum nomen iis dedit Clitarchus et Megasthenes, trecentosque eorum vicos annumerat. Feminas septimo ætatis anno parere, senectam quadragesimo accidere.

Mandorum] *Pandarum* probiliter conj. Pintianus, quia Megasthenes ap. Arrian. terram istam appellat Pandæam.

15.

Ælian. N. A. XVII, 2 : Κλείταρχος ἐν τῇ * περὶ τὴν Ἰνδικήν φησι γίνεσθαι ὄφιν πηχῶν ἑκκαίδεκα. Γίνεσθαι δὲ καὶ ἄλλο τι γένος ὄφεων ὑμνεῖ, οὐ κατὰ τοὺς ἑτέρους τὸ εἶδος· βραχυτέρους μὲν γὰρ εἶναι τῷ μεγέθει πολλῷ, ποικίλους γε μὴν τὴν χρόαν ὁρᾶσθαι, ὥσπερ οὖν φαρμάκοις καταγραφέντας· τοὺς μὲν γὰρ χαλκοειδεῖς ταινίας ἔχειν ἀπὸ κεφαλῆς ἐς τὴν οὐρὰν καθερπούσας, τοὺς δὲ ἀργυρίῳ προσεικασμένας, πεφοινιγμένας ἄλλους, καὶ μέντοι καὶ χρυσοφανεῖς (χρυσοφαεῖς cod. Vat.) τινας· δακεῖν δὲ ἄρα καὶ ἀποκτεῖναι ὤκιστα δεινοὺς λέγει οὗτος.

Ἐν τῇ] excidisse videtur numerus libri (ἐν τῇ ι' ?). Verba hæc omisit cod. Monac. E Clitarcho sua habet Diodor. XVII, 90. Ceterum de serpentibus Indicis cf. Nearch. fr. 14 et 15; Aristobul. fr. 32, 33; Onesicrit. fr. 7.

16.

Ælian. N. A. XVII, 25 : Λέγει δὲ Κλείταρχος πιθήκων ἐν Ἰνδοῖς εἶναι γένη ποικίλα τὴν χρόαν, μεγέθει δὲ μέγιστα· ἐν δὲ τοῖς χωρίοις τοῖς ὀρείοις τοσοῦτον αὐτῶν τὸ μέγεθος εἶναι, ὡς Ἀλέξανδρον, φησὶ, τὸν Φιλίππου καὶ πάνυ καταπλαγῆναι σὺν καὶ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει, οἰόμενον ἀθρόους ἰδόντα στρατιὰν ὁρᾶν συνειλεγμένην καὶ ἑλλοχῶσαν αὐτόν. Ὀρθοὶ δὲ ἦσαν οἱ πίθηκοι κατὰ τύχην ἡνίκα ἐφάνησαν. Θηρῶνται δὲ οὔτοι οὔτε δικτύοις, οὔτε κυνῶν ῥινηλατούντων σοφίᾳ καὶ μάλα ἀγρευτικῇ. Ἔστι δὲ τὸ ζῷον ὀρχηστικὸν, εἰ θεῷτο ὀρχούμενον· καὶ θέλει γε αὐλεῖν, εἰ καταπνεῖν μάθοι εἰδέναι [μαθόντα εἶδεν vel μάθοι εἰδότα Jac. εἰ δ' ἴδοι αὐλοῦντα, θέλει γ' ἰδεῖν εἰ κ. μ. ε. ?]. Πρὸς τούτοις εἰ θεάσαιτό τινα ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιτιθέντα, μιμεῖται τὴν ὑπόδεσιν, καὶ ὑπογράφοντα τῷ ὀφθαλμῷ μίλτῳ [μέλος τι cod. Par. μέλιτι Diodor.], καὶ τοῦτο δρᾶσαι θέλει. Οὐκοῦν ὑπὲρ τῶν εἰρημένων μολίβου πεποιημένα κοῖλα καὶ βαρέα ὑποδήματα προτιθέασι, καὶ βρόχους αὐτοῖς ὑποβαλόντες, ὡς εἰσβαλεῖν μὲν τὼ πόδε, ἔχεσθαι δὲ τῇ πάγῃ καὶ μάλα ἀφύκτῳ. Δέλεαρ δὲ αὐτοῖς ὀφθαλμῶν πρόκειται ὑπὲρ τοῦ [supple μίλτου] ἰξός. Κατόπτρῳ δὲ χρησάμενος ὁ Ἰνδὸς ὁρώντων ἐκείνων, οὐκ εἰσὶ δ' ἔτι τὰ [ἔτι τὰ αὐτὰ vel ἔτυμα Jac.] κάτοπτρα, ἀλλὰ ἕτερα προστιθέντες [προτιθ. Jac.]· εἶτα καὶ τούτοις ἕρματα ἰσχυρὰ ὑποπλέκουσιν· καὶ μέντοι καὶ [καὶ μὴν τὰ σκεύη J. καὶ μὴν ταῦτα ?] τοιαῦτά ἐστιν. Οἱ μὲν [οἱ μὲν οὖν J.] ἔρχονται, καὶ ἀγεννῶς ὁρῶσι [κ. ἀτενῶς ὁρ. Gron. καὶ οὐκ ἀγεννῶς ὁρῶσι Jac.] κατὰ τὴν μίμησιν ἣν [ὧν J.] εἶδον· ἐκπηδᾷ δὲ ἰσχύς τις κολλητικὴ βλεφάρων ἐκ τῆς πρὸς τὴν αὐγὴν ἀντιτυπίας, ὅταν ἴδωσιν ἀτενές· εἶτα οὐχ ὁρῶντες αἱροῦνται ῥᾷστα· φυγεῖν γὰρ ἔτι εἰσὶν ἥκιστοι.

Cf. Diodor. XVII, 90 : Ἴδιον δέ τι καὶ κατὰ τὴν ὀρεινὴν τὴν πλησίον ὑπῆρχε· χωρὶς γὰρ τῆς πρὸς ναυπηγίαν ὕλης εἶχεν ἡ χώρα πολλοὺς καὶ παρηλλαγμένους τοῖς μεγέθεσιν ὄφεις, ὄντας ἑκκαιδεκαπήχεις, πιθήκων τε γένη πολλὰ καὶ τοῖς μεγέθεσι διαλλάττοντα, ὧν τὴν τέχνην τῆς θήρας αὐτὸ τὸ ζῷον ὑφηγεῖτο· μιμητικὸν γὰρ ὑπάρχον πάσης πράξεως βίᾳ μὲν οὐ ῥᾳδίως χειροῦται, διά τε τὴν ἰσχὺν τῶν σωμάτων καὶ διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγχίνοιαν· τῶν δὲ κυνηγῶν οἱ μὲν μέλιτι (scr. μίλτῳ) τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀλείφονται, οἱ δὲ βλεπόντων τῶν θηρίων ὑποδοῦνται, τινὲς δὲ ταῖς κεφαλαῖς κάτοπτρα περιτιθέασι· καὶ τοῖς μὲν ὑποδήμασι παραθέντες δεσμοὺς ἀπολείπουσιν, ἀντὶ δὲ τοῦ μέλιτος (μίλτου) ἰξὸν ὑποβάλλουσι, τοῖς δὲ κατόπτροις ἐπίσπαστρα καθάπτουσι· διόπερ ὅταν βούλωνται τὰ ζῷα τὰς πράξεις τῶν ὁραθέντων ἐπιτελεῖν, ἀδυνατεῖ, τῶν μὲν βλεφάρων κεκολλημένων, τῶν δὲ ποδῶν δεδεμένων, τῶν δὲ σωμάτων κατεχομένων· ὅθεν εὐχείρωτα πρὸς τὴν θήραν γίνεται.

Cf. Strabo XV, p. 699 : Ἐν δὲ τῇ λεχθείσῃ ὕλῃ καὶ τὸ τῶν κερκοπιθήκων διηγοῦνται πλῆθος ὑπερβάλλον καὶ τὸ μέγεθος ὁμοίως· ὥστε τοὺς Μακεδόνας ποτὲ ἰδόντας ἔν τισιν ἀκρολοφίαις ψιλαῖς ἑστῶτας ἐν τάξει κατὰ μέτωπον πολλοὺς (καὶ γὰρ ἀνθρωπονούστατον εἶναι τὸ ζῷον, οὐχ ἧττον τῶν ἐλεφάντων) στρατοπέδου λαβεῖν φαντασίαν, καὶ ὁρμῆσαι μὲν ἐπ' αὐτοὺς, ὡς πολεμίους· μαθόντας δὲ παρὰ Ταξίλου συνόντος τότε τῷ βασιλεῖ τὴν ἀλήθειαν, παύσασθαι. Ἡ δὲ θήρα τοῦ ζῴου διττή· μιμητικὸν δὲ καὶ ἐπὶ τὰ δένδρα ἀναφευκτικόν· οἱ οὖν θηρεύοντες, ἐπὰν ἴδωσιν ἐπὶ δένδρων ἱδρυμένον, ἐν ὄψει θέντες τρυβλίον ὕδωρ ἔχον, τοὺς ἑαυτῶν ὀφθαλμοὺς ἐναλείφουσιν ἐξ αὐτοῦ· εἶτ', ἀντὶ τοῦ ὕδατος ἰξοῦ τρυβλίον θέντες, ἁπίασι καὶ λοχῶσι πόρρωθεν· ἐπὰν δὲ καταπηδῆσαν τὸ θηρίον ἐγχρίσηται τοῦ ἰξοῦ, καταμύσαντος δ' ἀλειφθῇ τὰ βλέφαρα, ἐπιόντες ζωγροῦσιν· εἰς μὲν οὖν τρόπος οὗτος. Ἄλλος δὲ, ὑποδυσάμενοι θυλάκους ὡς ἀναξυρίδας, ἁπίασιν, ἄλλους καταλιπόντες δασεῖς, τὰ ἐντὸς κεχρισμένους ἰξῷ· ἐνδύντας δὲ εἰς αὐτοὺς ῥᾳδίως αἱροῦσι.

Ad locum Æliani : ἐκπηδᾷ κτλ.] « Locum vitiosum esse puto. Quid significat ἀντιτυπία πρὸς τὴν αὐγήν? quomodo visci vis dici potest ἐκπηδᾶν? Gesnerus vertit : *radiis e speculo reflexis ita* (simia) *afficitur oculis, ut hebetati illi palpebris tamquam adglutinatis conniveant.* Conjicio fuisse scriptum : βλεφάρων ὑπὲρ τῆς... ἀντιτυπίας, i. e. pro imagine a speculo ad lucem repercussa prosilit vis visci tenax oblinitque faciem simiæ. » SCHNEIDER. « Locus mutilus et confusus, ad quem restituendum lenis correctio non sufficit. Quanto hæc omnia disertiora apud Diodorum, cujus et Strabonis narrationem h. l. pro Ælianeis expressit Gillius. Codices in depravatissimis verbis nihil præsidii offerunt, nisi quod *m.* vitium addit αὐτὴν pro αὐγὴν exhibens. » JACOBS. Verti quasi hunc fere in modum scriptum fuisset : ἐκπηροῖ δὲ ἡ ἰξοῦ ἰσχὺς κολλητικὴ βλεφάρων ἢ καὶ τὸ κάτοπτρον ἐκ τῆς πρὸς τὴν αὐγὴν (ad oculos) ἀντιτυπίας vel ἐκ τῆς τῶν ἀκτίνων ἀντιτυπίας. Sin ἐκπηδᾷ recte se habet (quod Clitarchi dicendi genus reputans minime negaverim), sensum recte ceperit Gesnerus. Diodorus nonnisi ad vincula speculis annexa respexit verbis : τῶν δὲ σωμάτων κατεχομένων.

17.

Strabo XV, p. 718 : Ἐν δὲ ταῖς κατὰ τὰς ἑορτὰς πομπαῖς πολλοὶ μὲν ἐλέφαντες πέμπονται χρυσῷ κεκόσμημένοι καὶ ἀργύρῳ, πολλὰ δὲ τέθριππα καὶ βοϊκὰ ζεύγη· εἶθ' ἡ στρατιὰ κεκοσμημένη· καὶ χρυσώματα δὲ τῶν μεγάλων λεβήτων καὶ κρατήρων ὀργυιαίων· καὶ τοῦ Ἰνδικοῦ χαλκοῦ τράπεζαί τε καὶ θρόνοι καὶ ἐκπώματα καὶ λουτῆρες, λιθοκόλλητα τὰ πλεῖστα σμαράγδοις καὶ βηρύλλοις καὶ ἄνθραξιν Ἰνδικοῖς, καὶ ἐσθὴς δὲ ποικίλη χρυσόπαστος, καὶ θηρία * ασοι (ἄρκοι Cor.) καὶ παρδάλεις καὶ λέοντες τιθασοὶ καὶ τῶν ποικίλων ὀρνέων καὶ εὐφθόγγων πλῆθος. Ὁ δὲ Κλείταρχός φησιν ἁμάξας τετρακύκλους δένδρα κομιζούσας τῶν μεγαλοφύλλων, ἐξ ὧν ἀπείργεται (ἀπήρτηται em. Schneider. ad Ælian. 17, 22) γένη τιθασευομένων ὀρνέων, ὧν εὐφωνότατον μὲν εἴρηκε τὸν ὠρίωνα, λαμπρότατον δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ πλείστην ἔχοντα ποικιλίαν τὸν καλούμενον κατρέα· τὴν γὰρ ἰδέαν ταῷ μάλιστα ἐγγίζειν, τὴν δὲ λοιπὴν εἰκονογραφίαν παρ' ἐκείνου ληπτέον.

Cf. Curtius VIII, 9 : *Quum rex se in publico conspici patitur, thuribula argentea ministri ferunt, totumque iter, per quod ferri destinavit, odoribus complent. Aurea lectica margaritis circumpendentibus recubat; distincta sunt auro et purpura carbasa, qua indutus est : lecticam sequuntur armati corporisque custodes : inter quos ramis aves pendent, quas cantu seriis rebus obstrepere docuerunt*, etc.

18.

Ælian. H. A. XVII, 22 : Καὶ Κλειτάρχῳ χῶρον δῶμεν. Λέγει δὲ Κλείταρχος ἐν Ἰνδοῖς γίνεσθαι ὄρνιν, καὶ εἶναι σφόδρα ἐρωτικὸν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ λέγει ὠρίωνα εἶναι. Φέρε δὲ καὶ γράψωμεν αὐτὸν τῷ λόγῳ,

---

15.

Clitarchus in India serpentes nasci ait cubitorum sedecim. Nasci etiam aliud quoddam serpentum genus canit, forma ab altero illo diversum; nam magnitudine multo inferiores esse, variisque spectari coloribus quasi pigmentis pellem distinctam habentes; aliis enim æris colorem referentes esse vittas, quæ a capite ad caudam pertineant, aliis argento similes, aliis purpureas, nonnullis etiam auri splendorem præ se ferentes. Morsu eos celeriter interficere idem narrat Clitarchus.

16.

Clitarchus tradit simiarum in India genera esse colore varia, magnitudine autem præstantia. In montanis regionibus tantam eorum magnitudinem esse, ut etiam Alexander, Philippi filius, vel cum copiis suis magno perculsus sit terrore; frequentes enim conspiciens collectum et insidiantem ipsi exercitum cernere opinabatur. Casu enim factum est ut, quando apparuerunt, simiæ starent erectis corporibus. Capiuntur neque retibus neque ulla canum sagacium sollertia venatoria. Sed saltare animal hoc cupit si quem viderit saltantem, et si tibiis canentem conspexerit, videre vult num ipsum quoque tibias scienter inflare discere possit. Porro si quem spectaverit calceos induentem, rem imitatur, et si quem rubrica oculos pingentem, hoc quoque facere vult. Itaque pro his ex plumbo factos graves calceos proponunt, et laqueos subjiciunt, ut inseri quidem pes possit, sed firmo vinculo etiam retineatur. Oculorum esca pro rubrica ponitur viscus. Speculo etiam Indus venator in simiarum conspectu utitur, non vero idem sed aliud simiis apponit, atque huic quoque firma vincula subnectit. Hæc igitur sunt hujusmodi. Jam accedunt simiæ et inconsulto agentes imitantur quæ viderunt. [Itaque excæcat eas vel vis visci palpebras conglutinans, vel, si speculum fixis oculis intuentur, solis radiorum repercussio.] Visu his modis orbatæ capiuntur facillime, quippe quæ fuga sibi consulere jam nequeant.

17.

In solemnibus (Indorum) pompis multi ducuntur elephantes auro et argento ornati, multæque quadrigæ jugaque boum. Deinde instructus sequitur exercitus, et auramenta ingentium lebetum craterumque qui orgyiam altitudine æquant; porro ex ære Indico factæ mensæ, sellæ, pocula, labra, quorum plurima gemmis distincta, ut smaragdis, beryllis, carbunculis Indicis; præterea vestes colore variæ auroque intertextæ, nec non animalia, ** (ursi?) atque pardales et leones mansueti, præterea avium variarum dulceque canentium multitudo. Clitarchus vero plaustra narrat quaternarum rotarum, quibus vehantur magnis foliis instructæ arbores, ex iisque pendere varias species avium mansuetarum, quarum canorissimum esse dicit orionem, aspectu vero pulcherrimum et colorum varietate præ ceteris insignem appellari tradit catreum; qui forma ad pavonem proxime accedat. Reliquam imaginis descriptionem ex ipso pete Clitarcho.

18.

Clitarcho quoque locum demus. Is igitur in India nasci refert avem valde amatoriam, cui orioni nomen esse dicit. Age describamus eam verbis, quibus ipse utitur Clitarchus :

ὡς ἐκεῖνος διδάσκει· τοῖς μὲν καλοῦσιν ἐρωδιὸν [τοῖς μεγάλοις τῶν ἐρωδιῶν em. Jac.] ὅμοιος τὸ μέγεθος ὅδε ὠρίων ἐστίν. Ἔστι δὲ καὶ τὰ σκέλη ὡς ἐκεῖνοι φοινιξ· ὀφθαλμοὺς δὲ κυανοῦς ἔχει· τοῦτο μὲν οὐχ ὡς ἐκεῖνοι· μέλος δὲ μουσουργεῖν ὑπὸ τῆς φύσεως πεπαίδευται, οἷα δήπου μέλη ὑμνεῖται ταῦτα γλυκέα καὶ (παγγλυκερὰ ἃ J.) πρὸς ᾀδόμενον ὑμέναιον βλέπει, θέλγοντα γονὴν ὕπνῳ τινὶ γαμικῷ, προσείοντα Σειρῆνας [θέλγων τὴν ἀκοὴν ὕμνῳ τινὶ γαμικῷ προσείοντι Σ. Toup., Jacobs., Ruhnk.]. Cf. Nonnus Dion. XXVI, 201 sqq.

18 a.

Ælian. ibid. c. 23 : Κατρέα ὄνομα, Ἰνδὸν γένος τῇ φύσει ὄρνιν, λέγει Κλείταρχος εἶναί τι κάλλος ὑπερφάνον· τὸ μέγεθος γὰρ εἴη ἂν πρὸς τὸν ταὼν, τὰ δὲ ἄκρα τῶν πτερῶν ἔοικε σμαράγδῳ. Καὶ ὁρῶν μὲν ἄλλους, οὐκ οἶδας, οἵους ὀφθαλμοὺς ἔχει, εἰ δὲ εἰς σὲ ἀπίδοι, ἐρεῖς κιννάβαριν εἶναι τὸ ὄμμα πλὴν τῆς κόρης· ἐκείνη δὲ μήλῳ τῇ χρόᾳ παρείκασται καὶ βλέπει ὀξύ· τό γε μὴν τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς λευκὸν, ἀλλὰ τοῖς τοῦ κατρέως τοῦδε ὠχρόν ἐστι· τὰ τῆς κεφαλῆς πτίλα γλαυκωπὰ, καὶ ἔχει ῥανίδας οἱονεὶ κρόκῳ παρεικασμένας, εἶτα ἄλλην ἄλλῃ διεσπαρμένας· πόδες δὲ αὐτῷ σανδαράκινοι· ἔχει δὲ καὶ φώνημα εὔμουσον καὶ κατὰ τὴν ἀηδόνα τορόν· Ἰνδοὶ δὲ ἄρα καὶ τὴν ἐξ ὀρνίθων τροφὴν εἶχον *, ἵνα καὶ οἱ ὁρῶντες ἑστιᾶν τὴν ὄψιν δύνωνται. Ἰδεῖν γοῦν αὐτοῖς πάρεστι καὶ ὅλους πορφυροῦς καὶ τῇ καθαρωτάτῃ φλογὶ προσεοικότας· καὶ τούτων αἱ πτήσεις κατὰ πλῆθός εἰσιν, ὡς νομίζειν νέφη. Καὶ ἄλλα μὴν ποικίλα καὶ οὐ πάντῃ τὸ εἶδος εὕρητα, μελῳδίαν τε καὶ εὐστομίαν καὶ εὐγλωττίαν ἄμαχα, ὡς εἶναι, εἰ μή πη καὶ παχύτερόν ἐστιν εἰπεῖν, Σειρῆνάς τινας, ἢ καὶ τοῦτό γε ἐγγύθεν. Κατάπτεροι γὰρ ὡς ἦσαν καὶ [αἱ] τοῦ μύθου κόραι, καὶ τοὺς πόδας ὄρνιθες ἐδόκουν, ποιηταί τε ᾄδουσιν καὶ ζωγράφοι δεικνύουσιν.

Τροφὴν] τρυφὴν scr. Triller. et Bernardus, quod recepit Schneider.; Jacobsio excidisse aliquid ante v. ἵνα videtur. Gillius τρυφὴν legens vertit : *Eam in deliciis habent, ut aspectu illius expleri non possint.* Τροφὴν φανερὰν εἶχον suspicatur Geier. — Dixit, puto, Ælianus Indos in domibus suis pulcherrimas istas aves alere, ut satiare possint aspectum. Itaque scripserim Ἰνδοὶ δ. ἀ. αὐτὸν ἐν ὀρνιθοτροφείοις εἶχον, vel Ἰνδῶν δὲ ἄρα καί τινες ὀρνιθοτροφεῖα (αὐτῶν) εἶχον. Possis etiam Ἰνδοὶ δ' ἄρα καὶ τὴν ἐξ ὀρνιθοτροφείων τρυφὴν εἶχον. Curtius VIII, 9 de Indis dicit : *Inclusa vivario animalia inter vota cantusque pellicum figere.* — Ceterum avem hanc describit Nonnus in Dion. XXVI, 207 sqq., ubi inter alia : Κατρεὺς.. ξανθοφυὴς λιγύφωνος, ἀπὸ βλεφάρων δέ οἱ αἴγλη πέμπεται, ὀρνιθῆσι βολαῖς ἀντίῤῥοπος ἠοῦς... φοινικέαις πτερύγεσσι κεκασμένος etc. — « *Pennant* eandem esse putat cum gallo lib. XVI, 2 commemorato, de cantu vero fabulam esse. Igitur *pavonem bicalcaratum* Linn. interpretatur. » Schneider. « Varias vv. dd. de hac ave conjecturas protulit *Coraes* ad Strabonem gallicum tom. V, p. 89. » Jacobs. Nisi fallor hæ sunt Sirenes Indicæ, de quibus Dinon (fragm. 3) loquitur.

19.

Strabo VII, p. 223 : Τοῦτο δὲ δὴ παράδοξον ἡ νῆσος (Αἰθαλία) ἔχει, καὶ τὸ τὰ ὀρύγματα ἀναπληροῦσθαι πάλιν τῷ χρόνῳ τὰ μεταλλευθέντα, καθάπερ τοὺς πλαταμῶνάς φασι τοὺς ἐν Ῥόδῳ, καὶ τὴν ἐν Πάρῳ πέτραν τὴν μάρμαρον, καὶ τοὺς ἐν Ἰνδοῖς ἅλας, οὓς φησι Κλείταρχος.

20.

Strabo VII, p. 293 : Οὐδὲ Κλείταρχος εὖ· φησὶ γὰρ τοὺς ἱππέας ἰδόντας τὴν ἔφοδον τοῦ πελάγους ἀφιππάσασθαι, καὶ φεύγοντας ἐγγὺς γενέσθαι τοῦ περικαταληφθῆναι.

Cf. Curtius IX, 9 : *Tertia ferme hora erat, quum stata vice oceanus exæstuans invehi cœpit et retro*

Magnitudine orion æquat ardearum genus maximum; crura quoque sicut illæ habet rubra; oculos vero cæruleos; his igitur differt ab ardeis. Cantum vero musicatum a natura edoctus est, quales canunt suavissimas istas cantilenas, quæ ad hymenæum spectant; sic orion aures demulcet hymno quodam nuptiali, qui quasi Sirenum vi audientes pellicit.

18 a.

Catreum, avem Indicam, Clitarchus eximiæ pulchritudinis esse dicit; magnitudine fere pavonis; pennarum extremitates smaragdum referunt. Si alios intueatur, ejus oculi nescias quo colore sint; sin te aspiciat, cinnabarin esse oculum diceres, excepta pupilla, cui color melinus est aciesque acuta. Quod in aliorum oculis album, in his est pallidum; capitis pennæ cæruleæ, guttis quasi croceis passim sparsis distinctæ; pedibus color sandaracæ; vox sonora et sicuti lusciniæ acuta. Indi eos in aviariis habere solebant, ut aspectu satiare oculos possent. Cernere apud eos est etiam aves undiquaque purpureas et purissimæ flammæ assimiles: quæ gregatim tanta multitudine volant, ut nubes esse videantur. Porro alia sunt avium genera varia, quarum species haud facile describi potest, cantu orisque linguæque suavitate insuperabiles, ut Sirenas esse (nisi forte hoc verbum pinguius est) vel simile quiddam videantur: nam Sirenes quoque virgines alatas et pedibus aves fuisse poetarum fabulæ canunt et pictores ostendunt.

19.

Exhaustas salis fodinas in India repleri denuo temporis decursu tradit Clitarchus.

20.

Haud recte Clitarchus tradit equites maris accessum videntes equis aufugisse, et vel sic haud multum abfuisse quin fluctus eos assequeretur.

flumen urgere. Quod primo coercitum, deinde vehementius pulsum, majore impetu adversum agebatur, quam torrentia præcipiti alveo incurrunt. Ignota vulgo freti natura erat, monstraque et iræ deûm indicia cernere videbantur. Identidem intumescens mare et in campos paullo ante siccos descendere superfusum. Jamque levatis navigiis et tota classe dispersa, qui expositi erant, undique ad naves trepidi et improviso malo attoniti recurrunt. Sed in tumultu festinatio quoque tarda est. Hi contis navigia appellebant, hi dum remos aptari prohibebant, consederant. Quidam enavigare properantes, sed non exspectatis qui simul esse debebant, clauda et inhabilia navigia languide moliebantur; aliæ navium inconsulte ruentes receperant, pariterque et multitudo et paucitas festinantes morabatur. Clamor hinc exspectare, hinc ire jubentium, dissonæque voces nunquam idem atque unum tendentium non oculorum modo usum, sed etiam aurium abstulerant, etc.

21.

Athenæus XIII, p. 586, C : Φησὶ Θεόπομπος ἐν τοῖς περὶ τῆς Χίας ἐπιστολῆς, ὅτι μετὰ τὸν τῆς Πυθιονίκης θάνατον ὁ Ἅρπαλος μετεπέμψατο τὴν Γλυκέραν Ἀθήνηθεν· ἣν καὶ ἐλθοῦσαν οἰκεῖν ἐν τοῖς βασιλείοις τοῖς ἐν Ταρσῷ, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ τοῦ πλήθους, βασίλισσαν προσαγορευομένην· ἀπειρῆσθαί τε ἐπὶ πᾶσι μὴ στεφανοῦν Ἅρπαλον, ἐὰν μὴ καὶ Γλυκέραν στεφανῶσιν· ἐν Ῥωσσῷ δὲ καὶ εἰκόνα χαλκῆν αὐτῆς ἱστάναι τολμῆσαι παρὰ τὴν ἑαυτοῦ. Τὰ ὅμοια δὲ εἴρηκε καὶ Κλείταρχος ἐν ταῖς Περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαις.

Περὶ τῆς Χίας] quasi de Chia quadam pellice Theopompus scripsisset. In latinis verti περὶ Χίων. Plura v. in Fr. Hist. Introd. p. LXXIII. De re cf. Diodorus XVII, 108, 6 : Μετὰ δὲ ταῦτα ἄλλην ἑταίραν Ἀττικὴν ὄνομα Γλυκέραν μεταπεμψάμενος ἐν ὑπερβαλλούσῃ τρυφῇ καὶ πολυδαπάνῳ διαιτήματι διεξῆγεν.

21 a.

Plinius H. N. VII, 2, p. 8. Tchn. : *Oritas ab Indis Arbis fluvius disterminat. Hi nullum alium cibum novere quam piscium, quos unguibus dissectos sole torreant : atque ita panem ex his faciant, ut refert Clitarchus.* Quæ fugerunt Geierum. Cf. Nearch. fr. 20, Onesicrit. fr. 26, Diodor. XVII, 101.

22.

Idem VI, 36. p. 392 : *Insulas toto eo mari* (sc. Æthiopico) *et Ephorus complures esse tradidit, et Eudoxus, et Timosthenes : Clitarchus vero Alexandro regi renuntiatam adeo divitem, ut equos incolæ talentis auri permutarent. Alteram, ubi sacer mons opacus silva repertus esset, distillantibus arboribus odore miræ suavitatis.*

« Pertinere videtur hæc Clitarchi narratio ad illud tempus, quo Alexander ex India reversus et expeditionis Arabicæ consilium animo molitus viros rerum nauticarum peritos ad maria ista et terras adjacentes cognoscendas miserat. » Geier. Locum unde desumpta hæc sint, accuratius indicat Curtius X, 1, 10 : *Nuntiabant autem* (sc. Nearchus et Onesicritus)... *insulam ostiis amnis subjectam auro abundare, inopem equorum esse : singulos equos ab iis, qui ex continenti trajicere auderent, singulis talentis emi*, etc. Vide Nearch. fr. 25.

22 a.

E LIBRO DUODECIMO.

Diog. L. Proœm. § 6 : Τοὺς γοῦν γυμνοσοφιστὰς καὶ θανάτου καταφρονεῖν φησὶ Κλείταρχος ἐν τῇ δωδεκάτῃ.

An potius Κλέαρχος? mox Laertius : Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς ἐν τῷ Περὶ Παιδείας καὶ τοὺς γυμνοσοφιστὰς ἀπογόνους εἶναι τῶν μάγων φησίν. Nihil tamen muto. » Menag. Neque est cur mutetur. Eodem capite etiam Dinonem Diogenes citat. Ceterum hic posui fragmentum, existimans petitum esse ex narratione de morte Calani. V. Diodor. XVIII, 107.

23.

Plinius H. N. III, 9 : *Theophrastus.. primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit : nam Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, Urbem dumtaxat a Gallis captam dixit; Clitarchus ab eo proximus, legationem tantum ad Alexandrum missam.*

Clitarchum sequuntur Diodor. XVII, 113, 9, Curtius VII, 95, Memnon in Hist. Heracleæ. Famam tueri studet Niebuhr. (*Ræm. Gesch.* III, p. 191), vereor ne frustra.

24.

Plutarch. Themist. c. 27 Dinonem et Clitarchum,

21.

Theopompus in Epistola de Chiis scripta, post Pythonices obitum Harpalum ait Athenis arcessivisse Glyceram: quæ quum venisset, in regia habitasse Tarsi, et a populo adoratam esse et reginam appellatam : vetitumque fuisse, ait, ne quis Harpalum corona donaret, quin simul coronaret Glyceram. Eundem in Rosso oppido etiam statuam illius æneam ponere juxta suam conatum. Similia tradidit Clitarchus in Historia Alexandri.

22 a.

Gymnosophistas etiam mortem contemnere Clitarchus ait libro duodecimo.

inter eos recenset, qui Themistoclem ad Xerxem, non ad Artaxerxem regem venisse dixerint; falso quidem. Vide Dinonis fr. 20. HEEREN (De font. Plut. p. 31): « Fortasse in ipsa Alexandri historia Persici regni fata episodio interjecto enarravit; adeoque de Themistoclis fuga ibi locutus est. » Ejus suspicionis causam idoneam loco nostro non inesse recte monet Geier. Sedes fragmenti incerta.

Cicero, Brut. c. 11 : *Hunc Themistoclem isti* (sc. Clitarchus et Stratocles) *aiunt, quum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera, et eo poto mortuum concidisse.*

Vide Introductionem. De Stratocle oratore, turpi Antigoni et Demetrii adulatore, exponit Ruhnken. ad Rutil. Lup. I, 9. — Clitarchi commentum, non nominato auctore, memorant Diodor. XI, 58 3; Plut. Themist. 30; Schol. ad Thuc. I, 138; Valer. Max. V, 6 : *Themistocles, quem virtus sua victorem, injuria patriæ imperatorem Persarum fecerat, ut se ab ea oppugnanda abstineret, instituto sacrificio exceptum patera tauri sanguinem hausit, et ante ipsam aram quasi quædam pietatis præclara victima concidit.* Cf. Cornel. Nep. Themist. c. 10.

(25.)

Phlegon Mirab. c. 4 : Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος καὶ Δικαίαρχος καὶ Κλείταρχος καὶ Καλλίμαχος καὶ ἄλλοι τινὲς περὶ Τειρησίου τάδε. Sequitur historia de Tiresia ex viro in feminam mutato (cf. Apollodor. III, 6, 7). Deinde c. 5 ex iisdem auctoribus narratur similis historia de Cænide genus mutante. Verum egregie fallor aut pro Κλείταρχος scribendum est Κλέαρχος. Gellius N. A. IV, 11 : *Clearchus et Dicæarchus memoriæ tradiderunt fuisse eum* (Pythagoram) *postea Pyrandrum, deinde Callicleam, deinde feminam pulcra facie meretricem, cui nomen fuerat Alce.* Ea occasione veteres istas fabulas ex Hesiodo Clearchus (ἐν Βίοις) narraverit.

26.

Stob. Floril. 53, 13 (t. II, p. 381 Gaisf.) : Κλείταρχος ὁ ἱστοριογράφος εἶπε, πᾶσα τόλμη καὶ τὰ τῆς δυνάμεως ὑπερβαίνει μέτρα.

Anton. Melissa I, 13 : Ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ οὗ ἀδίκως ἔπραξας, δὶς ἀδικήσεις.

Ibid. I, 31 (et ap. S. Maxim. 12, p. 177) : Προὶξ πολλὴ τέκνα βελτίονα οὐ ποιεῖ.

27.

Ibid. I, 36 : Ὀφείλομεν ἑαυτοὺς ἐθίζειν ἀπὸ τῶν ὀλίγων ζῆν, ἵνα μηδὲν αἰσχρὸν ἕνεκεν χρημάτων μάθωμεν. Eadem S. Maximus II, p. 574 ed. Combef.

Ibid. I, 48 : Ἐν συλλόγῳ πρῶτος λέγειν μὴ ἐπιτήδευε· μετὰ γὰρ πλείονας λέγων, ὄψει μᾶλλον τὰ συμφέροντα.

28.

Ibid. I, 55 : Τῆς ψυχῆς ὡς ἡγεμόνος ἐπιμελοῦ, τοῦ δὲ σώματος ὡς στρατιώτου προνόει.

Ibid. I, 58 : Κρεῖττον ἀποθανεῖν ἢ δι' ἀκρασίας τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι. « Cette pensée était vraisemblablement à l'endroit où Clitarque entrait dans quelques détails sur les débauches d'Alexandre. » Ste-Croix p. 376.

29.

Ibid. II, 1 (et Boisson. An. I, p. 118) : Ἄρχων μὲν ἐπιτήδευε πρᾷος εἶναι, ἀρχόμενος δὲ μεγαλόφρων. Βασιλέα φρόνιμον τὸ διάδημα οὐ ποιεῖ, νοῦς γάρ ἐστιν ὁ ἄρχων. Ἄρχεσθαι μὴ μαθὼν, ἄρχειν μὴ ἐπιχείρει. Cf. Stobæus l. l. 41, 35, Æschin. In Ctesiph. p. 208.

30.

Ibid. II, 70 : Ὃ μὴ θέλεις ἀκούειν, μηδὲ εἴπῃς· ὃ μὴ θέλεις λέγειν, μηδὲ ἄκουε· ὥτων καὶ γλώσσης μέγας ὁ κίνδυνος. Κρεῖττόν ἐστι τῷ ποδὶ ὀλισθαίνειν ἢ τῇ γλώσσῃ. Ead. Maxim. p. 647.

31.

S. Maximus I, p. 164 : Μὴ τὸ ἔχειν ἀρετὴν καλὸν νόμιζε, ἀλλὰ τὸ ὡς δεῖ καὶ ὑπὲρ ὧν δεῖ. Ἀρετὴν μὲν ἔχων πάντα ἕξεις, κακίαν δὲ, οὐδὲ σεαυτόν.

Ibid. II, p. 165 : Ἡ ἰσχὺς τοῦ σώματος μὴ γενέσθω τῆς ψυχῆς ἀσθένεια, ἰσχὺν δὲ ψυχῆς φρόνησιν νόμιζε.

26.

Clitarchus historicus ait : Omnis audacia virium modum transgreditur.

Quæ injuste fecisti defendens bis peccabis.

Dos multa haud meliores reddit liberos.

27.

Paucis vivere debemus nos assuefacere, ne turpe quid divitiarum gratia committere discamus.

In colloquio primus dicere ne studeas; post complures loquens quæ profutura sint videbis melius.

28.

Animæ tamquam ducis curam habe, corporis tamquam militis.

Præstat mori quam intemperantia obscurare animam.

29.

Imperans stude mitis esse, aliorum imperio obediens excelso sis animo. — Regem prudentem diadema non reddit, mens enim rector est. Imperata facere si non didiceris, ne tenta imperare.

30.

Quod audire non vis, id ne dicas; quod dicere non vis, id ne audias: aurium et linguæ magnum periculum; pede labi quam lingua præstat.

31.

Non habere virtutem duc pulcrum, sed habere quomodo

32.

Ibid. III, p. 167 et Apostol. Prov. XX, 22 : Φιλῶν ἃ μὴ δεῖ, οὐ φιλήσεις ἃ δεῖ· ἀπλήρωτον γὰρ ἡ ἐπιθυμία καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἄπορον.

33.

Ibid. VI, p. 171 : Σεαυτοῦ τὰ ἀτυχήματα τῶν φίλων ἡγοῦ, τῶν δὲ ἰδίων εὐτυχημάτων κοινώνει.

Τελευτησάντων τῶν φίλων θρηνεῖν μὲν οὐκ εὐγενὲς, προνοεῖν δὲ τῶν οἰκείων ἐπιμελές.

34.

Ibid. XII, p. 177 : Ἐγκράτεια, κρηπὶς εὐσεβείας· ὄρεξις κτήσεως, ἀρχὴ πλεονεξίας· ἐκ γὰρ φιλαργυρίας ἀδικία φύεται.

35.

Ibid. LIV, p. 204 (quæ alii Plutarcho tribuunt) : Ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτω τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι.

Ibid. 13 : Κρεῖττον ἄρχεσθαι τοῖσι ἀνοήτοις ἢ ἄρχειν. Hoc fugit Geierum.

---

et pro quibus oportet. Virtutem habens habebis omnia; sin pravitatem, ne te ipsum quidem.

Robur corporis ne sit animi imbecillitas, robur vero animi prudentiam existima.

32.

Amans quæ non debes, non amabis quæ debes; inexplebile cupiditas proptereaque etiam molestum.

33.

Amicorum infortunia tui ipsius esse puta, tuam vero prosperitatem cum iis communica.

Defunctos amicos lugere non dedecet, prospiciendum vero est rebus suorum.

34.

Continentia fundamentum pietatis : possidendi cupiditas, initium avaritiæ, et ex argenti amore nascitur injustitia.

35.

Uti ærugine ferrum, sic invidos suâ ipsorum indole comedi.

Satius est stultis parere quam imperare.

PTOLEMÆUS LAGIDA.

R. Geierus (*Alexandri M. Histor. scriptores*, Lips. 1844. p. 1) (*) : « Ptolemæum Alexandri res memoriæ prodidisse, postquam regiam dignitatem adeptus sit, et certo Arriani constat testimonio (v. infra) et ipso fragmentorum argumento comprobatur (v. not. ad fr. 7). Neque si animum intenderis ad ea, quæ de Lagidæ vita cognita habeamus, ullum reperias temporis spatium ad commentarios illos conscribendos magis idoneum, quam postremos regni annos, quibus externorum hostium impetu propulso quietam et tutam regni possessionem nactus est; id quod post pugnam demum Ipsensem (Ol. 119, 4. 301 a. C.) ei contigit, ubi et otio fruebatur satis largo et virorum doctissimorum quotidiana utebatur consuetudine ac familiaritate.

Ptolemæi commentariorum argumentum, non ultra Alexandri mortem perductum (**), quamquam ex veterum scriptorum, qui quidem illos attigerunt, auctoritate accuratius nequit definiri, tamen quod et per se consentaneum est et fragmentorum indiciis declaratur, quum auctor ipse rex bellatorque esset, in iis quæ ad regias Alexandri bellicasque virtutes pertinerent, singulari cum diligentia videtur versatum esse, posthabitis geographicis aliisque id genus rebus secundariis. Etenim quum reliqui Alexandri rerum scriptores maximopere delectarentur Indicis rebus adumbrandis, Ptolemæum earum expositione omnino fere videmus supersedisse (***). Namque ut alios taceam, nec Arrianus quidem in Historia Indica ullo loco ad Ptolemæi auctoritatem provocavit, quam in Expeditione Alexandri; ceteris tantum non omnibus Alexandri rerum scriptoribus præferendam existimavit. Accedit id quod idem testatur Arrianus, ὅτι Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὸ μέγεθος μόνου τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἀνέγραψεν (fr 18). Quodsi ne fluvios quidem memoravit, nonne aliarum rerum geographicarum mentione multo magis abstinuerit? »

De fide Ptolemæi Arrianus Exp. Alex. proœm. : Πτολεμαῖος ὁ Λάγου καὶ Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου ὅσα μὲν ταὐτὰ ἅμφω περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου ξυνέγραψαν, ταῦτα ἐγὼ ὡς πάντη ἀληθῆ ἀναγράφω· ὅσα δὲ οὐ ταὐτὰ, τούτων τὰ πιστότερα ἐμοὶ φαινόμενα καὶ ἅμα ἀξιαφηγητότερα ἐπιλεξάμενος. Ἄλλοι μὲν δὴ ἄλλα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ἀνέγραψαν, οὐδ' ἔστιν ὑπὲρ ὅτου πλείονες ἢ ἀξυμφωνότεροι ἐς ἀλλήλους· ἀλλ' ἐμοὶ Πτολεμαῖός τε καὶ Ἀριστόβουλος πιστότεροι ἔδοξαν ἐς τὴν ἀφήγησιν· ὁ μὲν ὅτι συνεστράτευσε βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ, Ἀριστόβουλος, Πτολεμαῖος δὲ, πρὸς τῷ συστρατεῦσαι ὅτι καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ὄντι αἰσχρότερον ἢ τῷ ἄλλῳ ψεύσασθαι ἦν· ἅμφω δὲ, ὅτι τετελευτηκότος ἤδη Ἀλεξάνδρου ξυγγράφουσιν αὐτοῖς ἥ τε ἀνάγκη καὶ ὁ μισθὸς τοῦ ἄλλως τι ἢ ὡς συνηνέχθη ξυγγράψαι ἀπῆν.

Hæc quamvis per se non multum probent (*), nihilominus recte ab Arriano primum Ptolemæo inter Alexandri rerum scriptores locum assignari facile concedimus. Nam præterquam quod vera tradere Ptolemæus si quis alius potuit, amorem veritatis spondent quæ de moribus et ingenio regis humanissimi generosissimique comperta habemus. Nec fragmentis quidquam inest quod ejusmodi sententiæ adeo repugnet, modo unum excipias locum (fr. 7), ita illum comparatum, ut non ubivis Ptolemæus se eum quem dicit auctor Itinerarii Alex. c. 30 *fabularum inimicum* præstitisse videatur.

(*) Idem Geierus peculiarem librum de Ptolemæo conscripsit (*De Ptolemœi Lagidæ vita et Commentariorum fragmentis*, Halis Sax. 1838), ad quem lectorem relegamus. Præter Geierum de vita Ptolemæi diligenter agit Hulleman. (*Ptolemœi, Aristobuli et Charetis Reliquiæ. Traj. ad Rhen.* 1844). Cf. Ste-Croix, *Examen critique des hist. d'Alex.* p. 44. Epistolas Ptolemæi collegit Dionysodorus (Trœzenius?), v. Lucian. p. 206 Did.

(**) Arrianus. Exp. Alex. VII, 26, 5 : ... Ἀλέξανδρον ἀποθανεῖν. Οὐ πόρρω δὲ τούτων οὔτε Ἀριστοβούλῳ οὔτε Πτολεμαίῳ ἀναγέγραπται.

(***) Attamen de Indiæ arboribus quædam Ptolemæum memoriæ prodidisse colligitur ex Plinio, qui eum recenset inter auctores, ex quibus librum duodecimum consarcinaverit. Nihil vero tribuendum Geographo Ravennat. p. 55 ed. Gronov., ubi : « De patria Amazonum subtilius agunt Pentesileus ac Marpesius ac *Ptolemœus rex.* » Quæ nomina ficta sunt, et priora quidem ex nominibus Amazonum. Cf. idem p. 14 et 60. — « Atque hæc singularis, sed aridior, ut ita dicam, historiæ tractandæ ratio jam olim parum placuisse et primaria exstitisse causa videtur, cur Ptolemæi commentarii, paucis lecti, oblivione mature fuerint obliterati. » Hulleman. p. 19.

(*) Sainte-Croix. l. l : « Les rois sont-ils donc exempts de préjugés? L'amour et la haine n'agitent-ils pas leur cœur, et l'orgueil ne dirige-t-il pas souvent leur plume? Ptolémée avait eu des rivaux et des ennemis, et il fallait en parler. Alexandre était mort; mais il lui importait de ne pas affaiblir la gloire de ce conquérant : aussi paraît-il l'avoir beaucoup ménagée [Cogitaverit de iis, quæ fr. 13 Ptol. narrat de Callisthene conjuratorum instigatore.] A l'égard des autres, Ptolémée dut être d'autant plus impartial, que la générosité et l'amour de la vérité sont mises au nombre des vertus qu'il manifesta pendant son règne, à jamais mémorable dans les fastes des sciences et des lettres par l'établissement de l'école d'Alexandrie. »

ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

1.

Arrianus Exp. Alex. I, 2, 7 de prœlio contra Triballos commisso : Αὐτῶν δὲ τῶν Μακεδόνων τελευτῆσαι λέγει Πτολεμαῖος ἱππέας μὲν ἕνδεκα, πεζοὺς δὲ ἀμφὶ τοὺς τεσσαράκοντα.

« Ex omnibus Alexandri rerum scriptoribus quum unum Ptolemæum iis, quæ ante Persicam expeditionem gesta sint, interfuisse sciamus, non solum quæ hoc loco ipsis Arriani verbis huic auctori vindicantur, sed longe plurima, quæ primo Anabasis libro etiam non citato auctore apud Arrianum exstant, illius fidei deberi videntur, id quod magis etiam apparebit, si comparaveris fragm. 2. » Geier.

2.

Strabo VII, p. 301 extr. (Pergit Alexander contra Thraces supra Hæmum habitantes, pervenitque ad Istrum fluvium) : Φησὶ δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, κατὰ ταύτην τὴν στρατείαν συμμίξαι τῷ Ἀλεξάνδρῳ Κελτοὺς τοὺς περὶ τὸν Ἀδρίαν, φιλίας καὶ ξενίας χάριν· δεξάμενον δὲ αὐτοὺς φιλοφρόνως τὸν βασιλέα, ἐρέσθαι παρὰ τὸν πότον, τί μάλιστα εἴη ὃ φοβοῖντο, νομίζοντα αὐτὸν ἐρεῖν· αὐτοὺς δ' ἀποκρίνασθαι, ὅτι οὐδένα, πλὴν εἰ ἄρα μὴ ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐπιπέσοι· φιλίαν γε μὴν ἀνδρὸς τοιούτου περὶ παντὸς τιθέσθαι.

Eadem fusius, sed non nominato Ptolemæo, narrat Arrian. I, 4 extr. Fidem narrationis in dubium vocat Sainte-Croix (*Exam. critique* p. 221), tuentur Droysen. (*Alex.* p. 73) et Geier. ad h. l.

3.

Arrianus, I, 8, 1, de Thebarum expugnatione : Ἀλλὰ λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ὅτι Περδίκκας προτεταγμένος τῆς φυλακῆς τοῦ στρατοπέδου σὺν τῇ αὐτοῦ τάξει, καὶ τοῦ χάρακος τῶν πολεμίων οὐ πολὺ ἀφεστηκὼς, οὐ προσμείνας παρ' Ἀλεξάνδρου τὸ ἐς τὴν μάχην ξύνθημα, αὐτὸς πρῶτος προσέμιξε τῷ χάρακι καὶ διασπάσας αὐτὸν ἐνέβαλεν εἰς τῶν Θηβαίων τὴν προφυλακήν.

Hæc sicuti reliqua, quæ de urbis oppugnatione apud Arrianum (ex eodem Ptolemæo) leguntur, quam maxime discrepant ab narratione Diodori (XVII, 10 sqq.) et Polyæni (Strateg. IV, 3). « Ista quidem, Geierus inquit, rhetoricas Clitarchi allucinationes, hæc futilem ipsius auctoris strategetici sapere inventionem luculenter apparet. »

4.

Plutarch. De fortun. Al. or. I, c. 3 : Alexander Persarum regnum evertere aggressus est τοῖς τρισμυρίοις πεζοῖς καὶ τετρακισχιλίοις ἱππεῦσι πιστεύσας· τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν, ὡς Ἀριστόβουλός φησιν· ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς, τρισμύριοι πεζοὶ, πεντακισχίλιοι δὲ ἱππεῖς· ὡς δὲ Ἀναξιμένης, τετρακισμύριοι πεζοὶ καὶ τρισχίλιοι, πεντακισχίλιοι δὲ καὶ πεντακόσιοι ἱππεῖς.

Idem Vit. Alex. c. 15 : Τῆς δὲ στρατιᾶς τὸ πλῆθος οἱ μὲν ἐλάχιστον λέγοντες τρισμυρίους πεζοὺς καὶ πεντακισχιλίους ἱππεῖς, οἱ δὲ πλεῖστον, πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους καὶ τρισμυρίους, ἱππέας δὲ τετρακισχιλίους ἀναγράφουσιν. Quæ mutando cum prioribus conciliare tentavit Geier. Cum Ptolemæo facit Arrianus I, 11, 3 Auctor Itiner. Al. c. 18 : *peditum* X (XXX scribi vult Geier.) *equitum* V *milibus*. Callisthenes (fr. 36) ap. Polyb. XII, 19 : 40,000 pedit., 4,500 equit.; Diodor. XVII, 17 : 30,000 ped., 4,500 equit.; Justin. XI, 6 : 32,000 ped., 4,500 equit. Alii aliter.

(4 *a.*)

Stephan. Byz. : Ἀγχιάλη, πόλις Κιλικίας παραθαλασσία τῇ Ταρσῷ καὶ Ζεφυρίῳ. Ἔστι δὲ κτίσμα Ἀγχιάλης τῆς Ἰαπετοῦ θυγατρός, ὡς Ἀθηνόδωρος περὶ τῆς αὐτοῦ πατρίδος γράφων, καὶ παρατιθεὶς Διόδωρον τὸν γραμματικὸν συμφωνοῦντα Πτολεμαίῳ βασιλεῖ. Ptolemæus rex num Lagi filius an Physcon

DE REBUS ALEXANDRI.

1.

Prœlio contra Triballos commisso ex ipsis Macedonibus, secundum Ptolemæum, cæsi equites 11, pedites circa 40.

2.

Tradit Ptolemæus Lagi in hac expeditione (contra Thraces suscepta) Alexandrum convenisse Celtos, Adriæ accolas, hospitii et amicitiæ jungendæ causa. Excepisse eos regem comiter atque interrogasse ad pocula quidnam maxime timerent, ratum scilicet ipsum responsuros esse Alexandrum : illos vero respondisse nihil se vereri nisi ne cælum in ipsos ruat; ceterum se tanti viri amicitiam summo ponere loco.

3.

Ptolemæus Lagi filius scribit Perdiccam præsidii castrensis præfectum, quum ab hostium vallo non multum cum suis copiis abesset, non exspectato signo conflictus, primum in vallum impetum fecisse, eoque subverso in Thebanorum præsidium irruisse.

4.

Alexander Persarum regnum evertere aggressus est fisus triginta peditum millibus et quater mille equitibus. Tot enim erant, ut Aristobulus dicit; secundum Ptolemæum vero peditum erant triginta, equitum quinque millia....

(4 a.)

Anchiale, urbs Ciliciæ maritima prope Tarsum et Zephyrium. Condita est ab Anchiale Iapeti filia, ut Athenodorus (Tarsensis) in libro de patria sua scribit, testimonium apponens Diodori grammatici, qui suffragetur Ptolemæo regi.

(Ὑπομνημάτων auctor) sit, dubitari potest. De Physcone cogitare malim. Vulgo Anchialen a Sardanapallo conditam dici constat.

5.

Arrian. II, 11, 8, de pugna ad Issum : Τῶν δὲ Περσῶν ἀπέθανον μὲν Ἀρσάκης καὶ Ῥωμίθρης καὶ Ἀτιζύης etc... τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος εἰς δέκα μάλιστα μυριάδας καὶ ἐν τούτοις ἱππεῖς ὑπὲρ τοὺς μυρίους, ὥστε λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, συνεπισπόμενος τότε Ἀλεξάνδρῳ, τοὺς μετὰ σφῶν διώκοντας Δαρεῖον, ὡς ἐπὶ φάραγγί τινι ἐν τῇ διώξει ἐγένοντο, ἐπὶ τῶν νεκρῶν διαβῆναι τὴν φάραγγα.

Alii aliter. Vide interpr. ad Curt. III, 11, 27, et Justin. XI, 1, 90.

6.

Idem II, 12, 3 : Ὁ δὲ (Alex. post prœlium Issicum) οὐδὲ τῆς μητρὸς τῆς Δαρείου οὐδὲ τῆς γυναικὸς ἢ τῶν παίδων ἠμέλησεν. Ἀλλὰ λέγουσί τινες τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων, τῆς νυκτὸς αὐτῆς, ᾗ ἀπὸ τῆς διώξεως τῆς Δαρείου ἐπανῆκεν, ἐς τὴν σκηνὴν παρελθόντα αὐτὸν τὴν Δαρείου, ἥτις αὐτῷ ἐξῃρημένη ἦν, ἀκοῦσαι γυναικῶν οἰμωγὴν καὶ ἄλλον τοιοῦτον θόρυβον οὐ πόρρω τῆς σκηνῆς· πυθέσθαι οὖν, αἵτινες γυναῖκες καὶ ἀνθ' ὅτου οὕτως ἐγγὺς παρασκηνοῦσι; καί τινα ἐξαγγεῖλαι, ὅτι, Ὦ βασιλεῦ, ἡ μήτηρ τε καὶ ἡ γυνὴ Δαρείου καὶ οἱ παῖδες, ὡς ἐξηγγέλθη αὐταῖς ὅτι τὸ τόξον τε τοῦ Δαρείου ἔχεις καὶ τὸν κάνδυν τὸν βασιλικὸν, καὶ ἡ ἀσπὶς ὅτι κεκόμισται ὀπίσω ἡ Δαρείου, ὡς ἐπὶ τεθνεῶτι Δαρείῳ ἀνοιμώζουσι. Ταῦτα ἀκούσαντα Ἀλέξανδρον πέμψαι πρὸς αὐτὰς Λεοννάτον, ἕνα τῶν ἑταίρων, ἐντειλάμενον φράσαι ὅτι ζῇ Δαρεῖος· τὰ δὲ ὅπλα καὶ τὸν κάνδυν ὅτι φεύγων ἀπέλιπεν ἐπὶ τῷ ἅρματι, καὶ ταῦτα ὅτι μονα ἔχει Ἀλέξανδρος. Καὶ Λεοννάτον παρελθόντα ἐς τὴν σκηνὴν, τά τε περὶ Δαρείου εἰπεῖν, καὶ ὅτι τὴν θεραπείαν αὐταῖς ξυγχωρεῖ Ἀλέξανδρος τὴν βασιλικὴν, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, καὶ καλεῖσθαι βασιλίσσας, ἐπεὶ οὐ κατὰ ἔχθραν οἱ γενέσθαι τὸν πόλεμον πρὸς Δαρεῖον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀσίας διαπεπολεμῆσθαι ἐννόμως. Ταῦτα μὲν Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος λέγουσι.

Iisdem auctoribus eadem de re videtur usus esse Plutarchus Alex. c. 11 (cf. Aristob. fr. 7). Aliter res adornata ap. Diodor. XVII, 37 et Curtium III, 12, 6.

7.

Idem III, 3, 5, de Alexandro ad Ammonis oraculum proficiscente : Ἀλλ' ἐπλανᾶτο γὰρ ἡ στρατιὰ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ οἱ ἡγεμόνες τῆς ὁδοῦ ἀμφίβολοι ἦσαν. Πτολεμαῖος μὲν δὴ ὁ Λάγου λέγει δράκοντας δύο ἰέναι πρὸ τοῦ στρατεύματος φωνὴν ἱέντας, καὶ τούτοις Ἀλέξανδρον κελεῦσαι ἕπεσθαι τοὺς ἡγεμόνας πιστεύσαντας τῷ θείῳ· τοὺς δὲ ἡγήσασθαι τὴν ὁδὸν τήν τε ἐς τὸ μαντεῖον, καὶ ὀπίσω αὖθις. Ἀριστόβουλος δὲ (καὶ ὁ πλείων λόγος ταύτῃ κατέχει) κόρακας δύο προπετομένους πρὸ τῆς στρατιᾶς, τούτους γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ τοὺς ἡγεμόνας. Καὶ ὅτι μὲν θεῖόν τι ξυνεπέλαβεν αὐτῷ, ἔχω ἰσχυρίσασθαι, ὅτι καὶ τὸ εἰκὸς ταύτῃ ἔχει· τὸ δὲ ἀτρεκὲς τοῦ λόγου ἀφείλοντο οἱ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐξηγησάμενοι.

Corvos et dracones commemorat Auct. Itin. Alex. c. 50; ceteri nonnisi corvos itineris comites agnoscunt. V. Callisthenes ap. Strabon. p. 813. (fr. 39.), Plutarch. Alex. c. 26 sq., Diodor. XVII, 49., Curt. IV, 8, Justin. XI, 11, Eustath. ad Dion. Per. 212.

5.

E Persis (in prœlio Issico) cecidere Arsaces, Rheomithres et Atizyes etc... reliqua autem multitudo ad centum millia, et in his equitum decem millia : adeo ut Ptolemæus Lagi filius, qui tum temporis Alexandrum cum suis Darium insequentem comitatus erat, auctor sit, quum in persequendo ad hiatum quendam venissent, super strata hostium cadavera sese hiatum istum transiisse.

6.

Neque matris Darii neque uxoris et liberorum curam (Alexander post prœlium Issicum) omisit. Nonnulli enim qui de rebus gestis Alexandri scripserunt, auctores sunt, eadem ipsa nocte, qua ab insequendo Dario redierat, quum in tabernaculum Darii, quod ipsi selectum asservatumque erat, intrasset, muliebrem ejulatum atque similem quendam tumultum audiisse non procul a tabernaculo, ac quæsivisse quænam essent hæ mulieres, et cur in tam vicino tabernaculo; statimque renuntiasse quempiam, « Mater Darii, o rex, ejusque uxor et liberi, quod nuntiatum illis est te et arcum et amiculum regium habere, posteaque etiam scutum Darii allatum esse, tamquam mortuo Dario ejulatus edunt. » Alexandrum ea re cognita Leonnatum, unum ex amicis, ad eas misisse, jussum dicere, Darium superstitem esse; arma vero et amiculum ab illo fugiente in curru relicta esse; ea solum penes Alexandrum esse. Leonnatum tabernaculum ingressum, Darii statum exposuisse, præterea ut regio etiam cultu famulatuque illis uti liceret reginæque appellarentur, ab Alexandro illis concedi. Neque enim inimicitiarum causa sibi adversus Darium bellum susceptum, sed pro imperio Asiæ legitime decertasse. Hæc quidem Ptolemæus et Aristobulus tradunt.

7.

Ptolemæus Lagi filius auctor est dracones duos, clamore edito, agmen præcessisse, et Alexandrum ducibus imperasse, ut prodigio acquiescentes dracones sequerentur, qui eos in oraculi sedem et duxerint et inde etiam reduxerint. Aristobulus autem, cui plurimi assentiunt, duos corvos ante exercitum volitasse scribit, eosque Alexandro itineris duces exstitisse. Ego affirmare ausim ipsum aliquo prodigio adjutum fuisse, verisimile enim omnino hoc est; at rei veritatem scriptorum modo sic modo aliter narrantium discrepantia obscuravit.

Geier : « Quæritur quomodo factum sit ut Ptolemæus alioquin ab ejusmodi fabulis alienissimus tam miræ narrationi locum dederit. Vera causa et ratio fortasse hæc fuerit. In commentatione nostra De Ptolemæi vita, c. III, p. 44 sqq. expositum est, Rhodios, ubi Lagidæ auxilio a molestissima Demetrii Poliorcetæ obsidione liberati essent, ut gratos huic regi animos singulari quodam documento testificarentur, missis legatis Ammonem deum consuluisse, an divinis honoribus Ptolemæum patriæ servatorem (Σωτῆρα) fas esset venerari. Quod quum lubenter oraculum Rhodiis annuisset, quid mirum quod Ptolemæus, tanto munere deo obstrictus, bene cavebat ne in Alexandri itinere ad eundem deum describendo in dubitationem vocare videretur divini auxilii miraculum, quo Ammon pater Alexandri filii caritatem olim demonstrasse credebatur. Quare hæc fabula non ex cæco isto, quod in aliis Alexandri rerum scriptoribus denotatur, miraculorum studio deducenda, nec tam ad Alexandri quam Ammonis dei adulationem quandam est referenda. Quodsi cogitamus, Ptolemæo, novo Ægypti regi, hujus potissimum dei gratia quanti fuerit æstimanda, facile in pia hac fraude Lagidæ connivebimus. » Quæ quidem non tantum frigent, quantum videntur Hüllemano. Cf. ejusdem Geieri comment. *Die Alexander-Mythen vergl. mit den sogen. Evangel. Mythen* in Illgenii Ephem. theolog. historicæ, tom. II, fasc. 3, nr. 4 (1838 Lips.).

8.

Idem III, 4, 5 : Ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος τόν τε χῶρον ἐθαύμασεν καὶ τῷ θεῷ (Jovi Ammoni) ἐχρήσατο· καὶ ἀκούσας ὅσα αὐτῷ πρὸς θυμοῦ ἦν, ὡς ἔλεγεν, ἀνέζευξεν ἐπ' Αἰγύπτου, ὡς μὲν Ἀριστόβουλος λέγει, τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδὸν, ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἄλλην εὐθεῖαν ὡς ἐπὶ Μέμφιν.

Ptolemæi testimonium præfert Droysenius l. l. p. 214, not. 12. — « Quæ legitur ap. Arrianum Ammonii descriptio, ad quam proxime accedit Auct. Itin. Al. c. 51, tota videtur ex Ptolemæi Commentariis hausta esse. « Geier. Cf. Van d. Chys. Comment. geogr. in Arrian. p. 55.

9.

De loco pugnæ ad Arbela commissæ vide Aristobul. fr. 11.

Plutarch. Alex. 46. Ptolemæus nihil habet de Amazonibus, quas nonnulli ad Alexandrum venisse dicunt. Vide Onesicriti fr. 5.

Arrian. l. l. III, 17, 1 : Ἄρας δὲ (Ἀλέξανδρος) ἐκ Σούσων καὶ διαβὰς τὸν Πασιτίγρην ποταμὸν, ἐμβάλλει εἰς τὴν Οὐξίων γῆν. Οὐξίων δὲ οἱ μὲν τὰ πεδία οἰκοῦντες τοῦ τε σατράπου τῶν Περσῶν ἤκουον καὶ τότε Ἀλεξάνδρῳ σφᾶς ἐνέδοσαν· οἱ δὲ ὄρειοι καλούμενοι Οὔξιοι Πέρσαις τε οὐχ ὑπήκοοι ἦσαν, καὶ τότε πέμψαντες παρ' Ἀλέξανδρον, οὐκ ἄλλως παρήσειν ἔφασαν τὸν ἐπὶ Πέρσας ἰόντα σὺν τῇ δυνάμει ἢ λαβεῖν ὅσα καὶ παρὰ τῶν Περσῶν βασιλέως ἐπὶ τῇ παρόδῳ ἐλάμβανον. — Jam insigni clade Uxii prosternuntur. — Ταῦτα τὰ γέρα παρ' Ἀλεξάνδρου λαβόντες χαλεπῶς εὕροντο δεόμενοι παρ' αὐτοῦ τὴν χώραν τὴν σφῶν ἔχοντες φόρους ὅσα ἔτη Ἀλεξάνδρῳ ἀποφέρειν. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει τὴν Δαρείου μητέρα δεηθῆναι ὑπὲρ αὐτῶν Ἀλεξάνδρου δοῦναί σφισι τὴν χώραν οἰκεῖν. Ὁ φόρος δὲ ὁ συνταχθεὶς ἦν ἵπποι ἐς ἔτος ἑκατὸν καὶ ὑποζύγια πεντακόσια καὶ πρόβατα τρισμύρια.

Curtius V, 3 : *Omnes et deditos et captivos libertate et immunitate donavit* (ex Clitarchi declamatiunculis)

10.

Idem III, 26 : Ἐνταῦθα καὶ τὴν Φιλώτα ἐπιβουλὴν τοῦ Παρμενίωνος ἔμαθεν Ἀλέξανδρος, καὶ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος ὅτι προηγγελμένην ἤδη οἱ καὶ πρότερον ἐν Αἰγύπτῳ, οὐ μέντοι πιστή γε ἐφάνη τῆς τε φιλίας τῆς πάλαι εἵνεκα καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ ἐς Παρμενίωνά τε τὸν πατέρα τὸν Φιλώτα τιμῆς καὶ ἐς αὐτὸν Φιλώταν πίστεως. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει εἰσα-

---

8.

Alexander loci naturam admirans oraculum consuluit; acceptoque responso sibi, ut dicebat, grato, in Ægyptum rediit, eodem, ut Aristobulus auctor est, quo venerat itinere : ut vero Ptolemæus scribit, rectiore via Memphin versus.

9.

Alexander Susis cum exercitu movens, Pasitigrim cum exercitu transgressus, Uxiorum regionem ingreditur. Et Uxii quidem plana incolentes, quum Persarum satrapæ parerent, Alexandro deditionem fecerant : at vero Uxii, quos montanos vocant, Persis subditi non erant. Hi Alexandro nuntiant, se nequaquam passuros, ut cum exercitu in Persas transiret, nisi tantundem daret quantum a Persarum regibus pro transitu accipere soliti essent. (*Post hæc clade ab Alexandro afficiuntur*)... Hac mercede accepta, ægre multis precibus ab Alexandro impetrarunt ut agrorum suorum possessione ipsis relicta annua tributa penderent. Ptolemæus Lagi filius auctor est, Darii matrem pro iis Alexandro supplicasse, agrumque ejus rogatu illis incolendum esse datum. Tributum annuum iis impositum ejuscemodi fuit : equi centum, jumenta quingenta, pecudum triginta millia.

10.

Ibi Alexander Philotam Parmenionis filium vitæ suæ insidiari cognovit. Ptolemæus et Aristobulus auctores sunt, quum antea in Ægypto ei de insidiis significatum fuisset, veteris amicitiæ causa, et honoris quem Parmenioni Philotæ patri habebat, simul etiam fiduciæ causa quam de Philota conceperat, nequaquam ipsi verisimile id visum fuisse.

χθῆναι ἐς Μακεδόνας Φιλώταν· καὶ κατηγορῆσαι μὲν αὐτοῦ ἰσχυρῶς Ἀλέξανδρον, ἀπολογήσασθαι δὲ αὐτὸν Φιλώταν· καὶ τοὺς μηνυτὰς τοῦ ἔργου παρελθόντας ἐξελέγξαι Φιλώταν τε καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἄλλοις τε ἐλέγχοις οὐκ ἀφανέσι καὶ μάλιστα δὴ ὅτι αὐτὸς Φιλώτας πεπύσθαι μὲν ἐπιβουλήν τινα Ἀλεξάνδρῳ παρασκευαζομένην συνέφη, ἐξηλέγχετο δὲ κατασιωπήσας ταύτην πρὸς Ἀλέξανδρον, καίτοι δὶς ἐπὶ τὴν σκηνὴν ὁσημέραι τὴν Ἀλεξάνδρου φοιτῶν· καὶ Φιλώταν μὲν κατακοντισθῆναι πρὸς τῶν Μακεδόνων καὶ ὅσοι ἄλλοι μετέσχον αὐτῷ τῆς ἐπιβουλῆς, ἐπὶ Παρμενίωνα δὲ σταλῆναι Πολυδάμαντα, ἕνα τῶν ἑταίρων, γράμματα φέροντα παρ' Ἀλεξάνδρου πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐν Μηδίᾳ, Κλέανδρόν τε καὶ Σιτάλκην καὶ Μενίδαν· οὗτοι γὰρ ἐπὶ τῆς στρατιᾶς ἧς ἦρχε Παρμενίων τεταγμένοι ἦσαν. Καὶ πρὸς τούτων ἀποθανεῖν Παρμενίωνα, τυχὸν μὲν ὅτι οὐ πιστὸν ἐδόκει εἶναι Ἀλέξανδρος Φιλώτα ἐπιβουλεύοντος μὴ ξυμμετασχεῖν Παρμενίωνα τῷ παιδὶ τοῦ ἐπιβουλεύματος, τυχὸν δὲ ὅτι, εἰ καὶ μὴ ξυμμετέσχε, σφαλερὸς ἤδη ἦν Παρμενίων, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ἀνηρημένου, ἐν τοσαύτῃ ὢν ἀξιώσει παρά τε αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἐς τὸ ἄλλο στράτευμα, μὴ ὅτι τὸ Μακεδονικόν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ξένων, ὧν πολλάκις καὶ ἐν μέρει καὶ παρὰ τὸ μέρος κατὰ πρόσταξιν τὴν Ἀλεξάνδρου ξὺν χάριτι ἐξηγεῖτο.

Ἐνταῦθα] sc. ἐν τῇ Δραγγῶν χώρᾳ. Cf. Diodor. XVII, 78, Strabo XV, p. 724, Curtius VI, 6. — Καὶ πρότερον ἐν Αἰγύπτῳ] cf. Plutarch. Vit. Alex. c. 48 sq. — « Ceterum jure mireris, quod Arrianus ipsa Philotæ conjuratione prorsus prætermissa et ne verbo quidem mentione facta Dimni, Nicomachi, Cebalini, ejus sociorum, satis habet attulisse quæ de illius condemnatione et supplicio in Lagidæ Commentariis scripta essent. Secus videmus a Curtio factum esse, quippe qui Clitarchi, ut solet, vestigia premens, in hoc potissimum argumento rhetoricas artes exercuerit. » *Geier.*

11.

Arrian. III, 29, 6 sqq. : Περάσας δὲ τὸν Ὦξον ποταμὸν (Alexander) ἦγε κατὰ σπουδὴν ἵνα Βῆσσον εἶναι ξὺν τῇ δυνάμει ἐπυνθάνετο· καὶ ἐν τούτῳ ἀφικνοῦνται παρὰ Σπιταμένους καὶ Δαταφέρνου πρὸς αὐτὸν ἀγγέλλοντες ὅτι Σπιταμένης καὶ Δαταφέρνης, εἰ πεμφθείη αὐτοῖς καὶ ὀλίγη στρατιὰ καὶ ἡγεμὼν τῇ στρατιᾷ, ξυλλήψονται Βῆσσον καὶ παραδώσουσιν Ἀλεξάνδρῳ· ἐπεὶ καὶ νῦν ἀδέσμῳ φυλακῇ φυλάσσεσθαι πρὸς αὐτῶν Βῆσσον. Ταῦτα ὡς ἤκουσεν Ἀλέξανδρος, αὐτὸς μὲν ἀναπαύων ἦγε τὴν στρατιὰν σχολαίτερον ἢ πρόσθεν. Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου ἀποστέλλει τῶν τε ἑταίρων ἱππαρχίας τρεῖς ἄγοντα καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς ξύμπαντας, πεζῶν δὲ τήν τε Φιλώτα τάξιν καὶ τῶν ὑπασπιστῶν χιλιαρχίαν μίαν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας πάντας καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας, σπουδῇ ἐλαύνειν κελεύσας ὡς Σπιταμένην τε καὶ Δαταφέρνην. Καὶ Πτολεμαῖος ἦει ὡς ἐτέτακτο, καὶ διελθὼν ἐν ἡμέραις τέσσαρσι σταθμοὺς δέκα ἀφικνεῖται ἐς τὸ στρατόπεδον οὗ τῇ προτεραίᾳ ηὐλισμένοι ἦσαν οἱ ἀμφὶ τὸν Σπιταμένην βάρβαροι.

C. 30. Ἐνταῦθα ἔμαθε Πτολεμαῖος ὅτι οὐ βεβαία τῷ Σπιταμένῃ καὶ Δαταφέρνῃ ἡ γνώμη ἐστὶν ἀμφὶ τῇ παραδόσει τοῦ Βήσσου. Τοὺς μὲν δὴ πεζοὺς κατέλιπε, προστάξας ἕπεσθαι ἐν τάξει, αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς ἱππεῦσιν ἐλάσας ἀφίκετο πρὸς κώμην τινά, ἵν' ὁ Βῆσσος ἦν ξὺν ὀλίγοις στρατιώταις. Οἱ γὰρ ἀμφὶ τὸν Σπιταμένην μετακεχωρήκεσαν ἤδη ἐκεῖθεν, καταιδεσθέντες αὐτοὶ παραδοῦναι τὸν Βῆσσον. Πτολεμαῖος δὲ περιστήσας ἐν κύκλῳ τῆς κώμης τοὺς ἱππέας (ἦν γάρ τι καὶ τεῖχος περιβεβλημένον καὶ πύλαι κατ' αὐτό) ἐπεκηρυκεύετο τοῖς ἐν τῇ κώμῃ βαρβάροις, ἀπαθεῖς σφᾶς ἀπαλλάσσεσθαι παραδόντας Βῆσσον. Οἱ δὲ ἐδέχοντο τοὺς ξὺν Πτολεμαίῳ ἐς τὴν κώμην· καὶ Πτολεμαῖος ξυλλαβὼν Βῆσσον ὀπίσω ἐπανήει· προπέμψας δὲ ἤρετο Ἀλέξανδρον ὅπως χρὴ ἐς ὄψιν ἄγειν Ἀλεξάνδρου Βῆσσον· καὶ Ἀλέξανδρος γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντα οὕτως ἄγειν ἐκέλευσε καὶ καταστήσαντα ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ ἢ αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ παρελάσεσθαι ἔμελλε. Καὶ Πτολεμαῖος οὕτως ἐποίησεν.

Ἀλέξανδρος δὲ ἰδὼν τὸν Βῆσσον, ἐπιστήσας τὸ ἅρμα ἤρετο ἀνθ' ὅτου τὸν βασιλέα τὸν αὐτοῦ καὶ ἅμα οἰκεῖον καὶ εὐεργέτην γενόμενον Δαρεῖον τὰ μὲν πρῶτα ξυνέλαβε καὶ δήσας ἦγεν, ἔπειτα ἀπέκτεινε; Καὶ ὁ Βῆσσος οὐ μόνῳ οἱ ταῦτα δόξαντα πρᾶξαι ἔφη, ἀλλὰ ξὺν τοῖς τότε ἀμφὶ Δαρεῖον οὖσιν, ὡς σωτηρίαν σφίσιν εὑρέσθαι παρ' Ἀλεξάνδρου. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ τοῖσδε μαστιγοῦν ἐκέλευεν αὐτὸν καὶ ἐπιλέγειν τὸν κήρυκα ταὐτὰ ἐκεῖνα ὅσα αὐτὸς τῷ Βήσσῳ ἐν τῇ πύστει ὠνείδισε. Βῆσσος μὲν δὴ οὕτως αἰκισθεὶς ἀποπέμπεται ἐς Βάκτρα ἀποθανούμενος. Καὶ ταῦτα Πτολεμαῖος ὑπὲρ Βήσσου ἀνέγραψεν. Ἀριστόβουλος δὲ (fr. 18) κ. τ. λ.

Ptolemæum vel Arrianum ante oculos habuit Auct. Itin. Alex. c. 78; Aristobuli narrationem reddunt Diodor. XVII, 83, Curt. VII, 4 sq.; cf. Plut. Alex. c. 43, Justin. XII, 5, Ste.-Croix l. l. p. 315 sqq., Droysen. p. 308. — In postremis Hüllemanus scribendum suspicatur ἐς Βάκτρα, εἶτ' ἐς Ἐκβάτανα ἀποθ., quoniam *Ecbatanis* pœnam luit, Arr. IV, 7, 3.

12.

Arrian. IV, 3 : Τὴν δὲ ἑβδόμην πόλιν ἐξ ἐφόδου ἑλαβε, Πτολεμαῖος μὲν λέγει ὅτι αὐτοὺς σφᾶς ἐνδόντας, Ἀριστόβουλος (fr. 20) δὲ ὅτι βίᾳ καὶ ταύτην ἐξεῖλε, καὶ ὅτι πάντας τοὺς καταληφθέντας ἐν αὐτῇ ἀπέκτεινε. Πτολεμαῖος δὲ κατανεῖμαι λέγει αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους τῇ στρατιᾷ, καὶ δεδεμένους κελεῦσαι φυλάττεσθαι ἔστ' ἂν ἐκ τῆς χώρας ἀπαλλάττηται αὐτὸς, ὡς μηδένα ἀπολείπεσθαι τὴν ἀπόστασιν πραξάντων.

« Septem urbes Sogdianæ, inter quas Gaza et Cyropolis, a Spitamene potissimum reliquisque Bessi sociis concitatæ seditione facta Macedonum præsidia trucidaverant. Quarum sex vi recuperatæ et deletæ pœnas dederunt, de septima h. l. agitur. — Auctor Itin. Al. c. 82, 83 etiam in his Ptolemæum secutus : *septima civitas exempli metu ad modestiam ducta est.* » Geier. Cf. Ste-Croix p. 331; Droysen. p. 317; Mützell. ad Curt. VII, 6 (VII, 25, 1).

13

Idem IV, 14, 1, de Hermolai et Sostrati conjuratione : Ἀριστόβουλος μὲν λέγει ὅτι καὶ Καλλισθένην ἐπᾶραι σφᾶς (Ἑρμόλαος καὶ Σώστρατος) ἔφασαν ἐς τὸ τόλμημα· καὶ Πτολεμαῖος ὡσαύτως λέγει. Οἱ δὲ πολλοὶ οὐ ταύτῃ λέγουσιν, ἀλλὰ διὰ μῖσος γὰρ τὸ ἤδη ὂν πρὸς Καλλισθένην ἐξ Ἀλεξάνδρου, καὶ ὅτι ὁ Ἑρμόλαος ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτήδειος ἦν τῷ Καλλισθένει, οὐ χαλεπῶς πιστεῦσαι τὰ χείρω ὑπὲρ Καλλισθένους Ἀλέξανδρον. — Cf. Curt. VIII, 6 sqq., Plutarch. Al. c. 55.

14.

Idem IV, 14, 3 : Καλλισθένην δὲ Ἀριστόβουλος μὲν λέγει δεδεμένον ἐν πέδαις ξυμπεριάγεσθαι τῇ στρατιᾷ, ἔπειτα νόσῳ τελευτῆσαι, Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου στρεβλωθέντα καὶ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν. Οὕτως οὐδὲ

At Ptolemæus Lagi filius Philotam ad Macedones adductum scribit, graviterque in concione ab Alexandro accusatum fuisse : ac Philotam quidem se purgasse; deinde indices accessisse et criminationem adversus Philotam atque suos instituisse, idque quum aliis non obscuris argumentis, tum præcipue quod Philotas quidem se de quibusdam insidiis Alexandro paratis audiisse confessus esset, quas celasse Alexandrum convincebatur, quum alioqui bis per singulos dies Alexandri tabernaculum adire solitus esset : ac Philotam ceterosque omnes insidiarum conscios a Macedonibus jaculis confossos esse. Ad Parmenionem vero missum Polydamanta, unum ex amicis, literas ab Alexandro ad duces exercitus qui in Media erat ferentem. Hi erant Cleander, Sitalces et Menides, qui quidem in exercitu, cui præerat Parmenio, duces erant constituti, et ab his Parmenionem interfectum : sive quod haud verisimile videretur Alexandro, quum Philotas sibi insidias struxisset, Parmenionem patrem ejus consilii ignarum fuisse : sive, ut maxime conscius non esset, quod periculosum videretur illum interfecto filio superesse; præcipue quum tanta esset ejus auctoritas tum apud Alexandrum tum apud universum exercitum non solum Macedonum sed etiam exterorum, quibus sæpenumero seu ordine ipsum vocante seu etiam extra ordinem jussu Alexandri summa cum gratia præfuerat.

11.

Oxo amne trajecto Alexander celeriter eo exercitum duxit, ubi Bessum cum copiis esse acceperat. Interea nuntii ad eum a Spitamene et Datapherne veniunt, pollicentes, si aliquem ex ducibus suis cum aliquantis copiis mitteret, sese Bessum comprehensum Alexandro tradituros esse. In custodia enim illum, citra vincula tamen, teneri. Qua re cognita, Alexander relaxationem dans lentius quam antea exercitum duxit. Ac Ptolemæum quidem Lagi filium cum tribus amicorum equitum turmis et hastatis equitibus omnibus, ex peditibus vero cum Philotæ agmine et scutatis mille, Agrianisque omnibus ac sagittariorum dimidia parte, ut ad Spitamenem et Dataphernem celeriter contendat jubet. Ptolemæus imperata facit, et decem mansionum iter quatriduo emensus, eo pervenit ubi pridie barbari cum Spitamene castra habuerant.

Ibi certior factus est, dubiam esse Spitamenis et Dataphernis de tradendo Besso sententiam. Peditibus itaque relictis et composito agmine sequi jussis, ipse cum equitatu progressus ad vicum quendam venit in quo Bessus cum paucis militibus agebat. Nam qui cum Spitamene erant, jam inde abierant, quod eos Bessum tradere pudebat. Ptolemæus, pago equitibus circumsesso (erat enim pagus muro et portis cinctus), barbaris paganis denuntiari jubet, incolumes eos abituros, si Bessum tradant. Barbari Ptolemæum cum suis copiis intromittunt. Ptolemæus capto Besso ad Alexandrum revertitur, nuntiumque præmittit, qui percontetur quomodo illum in conspectum suum adduci velit. Alexander nudum capistro alligatum adduci jubet, et ad dextrum viæ latus, qua sibi cum exercitu transeundum esset, sisti. Ptolemæus ita ut imperatum ei est facit. Alexander Bessum conspicatus, currum sistens, rogavit quam ob causam Darium regem suum pariter atque amicum et optime de se meritum, comprehensum et in vinculis ductum interfecisset. Cui Bessus, non ex suo unius consilio id factum esse, sed omnium qui tum temporis Dario adfuissent, ut ea ratione salutem sibi apud Alexandrum invenirent. Tum Alexander Bessum flagris cædi jussit, ac per præconem pronuntiari eadem illa quæ ipse inquirens Besso exprobrarat. Bessus ita flagellis cæsus, Bactra pœnas capite persoluturus remittitur. Hæc Ptolemæus de Besso.

12.

Septimam urbem primo impetu Alexander cepit, deditione, uti Ptolemæus scribit; Aristobulus vero hanc quoque vi captam tradit, omnesque in ea comprehensos interfectos esse. Ptolemæus captivos in exercitum distributos narrat, vinctosque custodiri jussos, donec ipse ex ea regione discederet, ne quis eorum, qui defectionem fecerant, relinqueretur.

13.

Aristobulus auctor est illos (Hermolaum et Sostratum) hoc quoque dixisse, se a Callisthene ad facinus adeundum incitatos fuisse. Quod Ptolemæus quoque affirmat. Plurimi tamen aliter hac de re scribunt, nimirum Alexandrum, quod odio Callisthenis laboraret, et quod magna Hermolao cum Callisthene familiaritas intercederet, facile ad sinistram de Callisthene suspicionem a delatoribus adductum.

14.

Aristobulus Callisthenem compedibus vinctum in exercitu circumductum fuisse ac postea morbo interiisse scribit. Ptolemæus illum tortum ac deinde crucifixum vitam finiisse ait. Adeo ne ipsi quidem scriptores, quorum magna fides est, quique tum temporis Alexandro aderant, de rebus ma-

οἱ πάνυ πιστοὶ ἐς τὴν ἀφήγησιν καὶ ξυγγενόμενοι ἐν τῷ τότε Ἀλεξάνδρῳ ὑπὲρ τῶν γνωρίμων τε καὶ οὐ λαθόντων σφᾶς ὅπως ἐπράχθη ξύμφωνα ἀνέγραψαν. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὑπὲρ τούτων αὐτῶν ἄλλοι ἄλλως ἀφηγήσαντο.

Cum Ptolemæo faciunt Curtius VIII, 29 et Auct. Itin. Al. c. 92; cum Aristobulo Chares ap. Plut. Alex. c. 55 (fr. 9).

15.

Idem IV, 25, 4 : Καὶ λέγει Πτολεμαῖος ἀνθρώπους μὲν ληφθῆναι τοὺς πάντας ὑπὲρ τετρακισμυρίους, βοῶν δὲ ὑπὲρ τὰς τρεῖς καὶ εἴκοσι μυριάδας· καὶ τούτων τὰς καλλίστας ἐπιλεξάμενον Ἀλέξανδρον, ὅτι διαφέρουσαι αὐτῷ κάλλει τε καὶ μεγέθει ἐφαίνοντο, πέμψαι ἐθέλειν ἐς Μακεδονίαν ἐργάζεσθαι τὴν χώραν.

« Narrata sunt in antecedentibus prœlia cum Indiæ superioris incolis ad Choaspem sive Euaspla flumen, quibus Lagida maximam partem ipse dux interfuerat (cf. Arr. l. l. 23, 24) : quare quæ apud Arrianum de his pugnis conscripta sunt, ex Ptolemæi potissimum Commentariis hausta esse non miraberis. Ptolemæum secutus Auctor Itin. Al. c. 115 hæc habet : *Ducenta denique triginta boum millia illic capta formæ merito destinat Alexander una captivis Macedoniæ cultum agros suorum et suosce.* » Geier.

16.

Arrian. V, 14, 5 : Alexandro ex insula Hydaspis fluvii in ripam citeriorem trajicienti Pori filius cum manu occurrit. — De hac re postquam Aristobuli (fr. 27.) aliorumque narrationes commemoravit, pergit hunc in modum : Ἀλλὰ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ὅτῳ καὶ ἐγὼ ξυμφέρομαι, ἄλλως λέγει· ἐκπεμφθῆναι μὲν γὰρ τὸν παῖδα ὑπὸ τοῦ Πώρου λέγει καὶ οὗτος, ἀλλ' οὐχ ἑξήκοντα μόνα ἅρματα ἄγοντα. Οὐδὲ γὰρ εἰκὸς Πῶρον ἀκούσαντα ἐκ τῶν σκοπῶν ὅτι δὴ ἢ αὐτὸς Ἀλέξανδρος διαβέβηκε τοῦ Ὑδάσπου τὸν πόρον, ἢ μέρος γέ τι τῆς στρατιᾶς, σὺν ἑξήκοντα ἅρμασι μόνοις ἐκπέμψαι τὸν αὐτοῦ παῖδα· ἃ δὴ ὡς μὲν ἐπὶ κατασκοπὴν ἐκπεμπόμενα, πολλά τε καὶ οὐκ εὔζωνα ἐς τὴν ἀποχώρησιν ἦν, ὡς δὲ εἰς τὸ εἴρξαί τε τοὺς οὔπω πεπερακότας τῶν πολεμίων καὶ τοῖς ἤδη ἐκβεβηκόσιν ἐπιθέσθαι, οὐδαμῇ ἀξιόμαχα. Ἀλλὰ δισχιλίους γὰρ λέγει ἱππέας ἄγοντα ἀφικέσθαι τὸν Πώρου παῖδα, ἅρματα δὲ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι· φθάσαι δὲ περάσαντα Ἀλέξανδρον καὶ τὸν ἐκ τῆς νήσου τὸν τελευταῖον πόρον.

Cap. 15. Καὶ ἐπὶ τούτους τὰ μὲν πρῶτα ἐκπέμψαι Ἀλέξανδρον καὶ οὗτος λέγει τοὺς ἱπποτοξότας, αὐτὸν δ' ἄγειν τοὺς ἱππέας· προσάγειν γὰρ οἰηθῆναι Πῶρον ξὺν τῇ δυνάμει πάσῃ· τὴν δὲ ἵππον ταύτην προτεταγμένην αὐτῷ προπορεύεσθαι πρὸ τοῦ ἄλλου στρατοῦ· ὡς δὲ κατέμαθεν ἀτρεκῶς τὸ πλῆθος τὸ τῶν Ἰνδῶν, ἐνταῦθα δὴ ὀξέως ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς ξὺν τῇ ἀμφ' αὐτὸν ἵππῳ· τοὺς δὲ ἐγκλῖναι, ὡς Ἀλέξανδρόν τε αὐτὸν κατεῖδον καὶ τὸ στῖφος ἀμφ' αὐτὸν τῶν ἱππέων, οὐκ ἐπὶ μετώπῳ, ἀλλὰ κατ' ἴλας ἐμβεβληκός. Καὶ τούτων ἱππέας μὲν πεσεῖν ἐς τετρακοσίους, πεσεῖν δὲ καὶ τοῦ Πώρου τὸν παῖδα· τὰ δὲ ἅρματα αὐτοῖς ἵπποις ἁλῶναι ἔν τε τῇ ἀποχωρήσει βαρέα γενόμενα καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ ὑπὸ πηλ ἀχρεῖα.

Pro Ptolemæo militant etiam ea quæ leguntur ap. Plut. Alex. c. 60, nisi quod differunt in numero copiarum. Cf. Curtius VIII, 14, ibique interpr. De tempore prœlii disserit Hüllemanus p. 40 sqq.

17.

Idem V, 20, 2 de gente Indica : Ὄνομα δὲ ἦν τῷ ἔθνει Γλαυγανῖκαι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, ὡς δὲ Πτολεμαῖος Γλαῦσαι.

nifestis, quæque quo pacto gestæ essent eos nequaquam latebant, inter se consentiunt. Multa vero etiam alia alii de hisce rebus diversaque scripserunt.

15.

Ptolemæus auctor est hominum quadraginta millia capta esse, boum ultra ducenta et triginta millia : e quibus Alexandrum præstantissimas quasque delectas, quod eximia pulchritudine et magnitudine excellere viderentur, in Macedoniam, regionis colendæ causa, mittere voluisse.

16.

Ptolemæus, Lagi filius, cui ego assentior, aliter sentit. Nam hic quoque filium a Poro missum esse scribit, non autem sexaginta solum currus ducentem. Neque enim verisimile Porum, quum jam per speculatores certior factus esset, aut ipsum Alexandrum aut certe partem exercitus Hydaspen transiisse, filium suum cum sexaginta tantum curribus emisisse. Qui quidem si ad speculandum missi forent, nimis multi, neque ad receptum expediti fuissent : si ad arcendum hostes nondum transgressos, aut cum iis jam transgressis confligendum, nequaquam pares fuissent. Verum duo millia equitum secum duxisse Pori filium scribit, currus centum et viginti. At priusquam eo pervenisset, Alexandrum etiam ultimum ex insula vadum transiisse.

Idem Ptolemæus narrat Alexandrum primo sagittarios equestres in illos emisisse, ipsum vero equites duxisse, existimantem Porum cum omnibus copiis adventare : equitatum vero primo loco positum reliquum exercitum præcessisse. Postquam autem ex speculatoribus numerum hostium Indorum certe cognosset, tum acriter cum equitatu, quem penes se habebat, in eum invectum esse; illos in fugam versos, simulac Alexandrum ipsum equitumque qui ei aderant agmen non exporrecta acie, sed turmatim in sese ferri vidissent. Ex his equites quidem quadringentos cæsos esse, atque in iis etiam Pori filium, currusque una cum equis captos, quod et tardiores in fuga essent, et limus cursum impediret.

17.

Nominatur populus Glauganicæ, uti Aristobulus tradit, ut vero Ptolemæus ait, Glausæ.

« Vocabulum Γλαυγανῖκαι græca terminatione videtur corruptum esse » Geier.

18.

Arrian. V, 20, 8 : Τούτου τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὸ μέγεθος μόνου τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἀνέγραψεν· εἶναι γὰρ ἵνα ἐπέρασεν αὐτὸν Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῶν πλοίων τε καὶ διφθερῶν ξὺν τῇ στρατιᾷ τὸ μὲν ῥεῦμα ὀξὺ τοῦ Ἀκεσίνου πέτραις μεγάλαις καὶ ὀξείαις, καθ' ὧν φερόμενον βίᾳ τὸ ὕδωρ κυμαίνεσθαί τε καὶ καχλάζειν· τὸ δὲ εὖρος σταδίους ἐπέχειν πεντεκαίδεκα. Καὶ τοῖς μὲν δὴ ἐπὶ τῶν διφθερῶν περῶσιν εὐμαρῆ γενέσθαι τὸν πόρον· τοὺς δὲ ἐν τοῖς πλοίοις διαβαίνοντας ἐποκειλάντων πολλῶν πλοίων ἐπὶ ταῖς πέτραις καὶ ξυναραχθέντων οὐκ ὀλίγους αὐτοῦ ἐν τῷ ὕδατι διαφθαρῆναι.

19.

Idem V, 28, 4 : Ἐνταῦθα δὴ (ad Hyphasin) λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ὅτι ἐπὶ τῇ διαβάσει οὐδὲν μεῖον ἐθύετο (ὁ Ἀλέξανδρος), θυομένῳ δὲ οὐκ ἐγίγνετο αὐτῷ τὰ ἱερά· τότε δὴ τοὺς πρεσβυτάτους τε τῶν ἑταίρων καὶ μάλιστα τοὺς ἐπιτηδείους αὐτῷ συναγαγὼν, ὡς πάντα εἰς τὴν ὀπίσω ἀναχώρησιν αὐτῷ ἔφερεν, ἐκφαίνει ἐς τὴν στρατιὰν ὅτι ἔγνωσται ὀπίσω ἀποστρέφειν.

Sacrificia illa præter Nostrum unus innuit Strabo XV, p. 697 extr. Cf. Droysen. p. 415.

19 a.

Idem. VI, 2, 4 : Ἦν τὸ ξύμπαν πλῆθος τῶν νεῶν (in Hydaspe fl.), ὡς λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ᾧ μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι, τριακόντοροι μὲν ἑξ ὀγδοήκοντα· τὰ δὲ πάντα πλοῖα σὺν τοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ ὅσα ἄλλα ποτάμια ἢ τῶν πάλαι πλεόντων κατὰ τοὺς ποταμοὺς ἢ ἐν τῷ τότε ποιηθέντων οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν δισχιλίων.

Nearchus classis præfectus ap. Arr. Ind. c. 19 numerat naves 800; ap. Diodor. XVII, 95 et Curtium IX, 3, sunt 1000. Quare Hullemanus ad h. l. scribendum proponit χιλίων pro δισχιλίων.

20.

Idem VI, 10 init. de Alexandro apud Mallos vulnerato : Ἀλέξανδρος δὲ βάλλεται καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος τοξεύματι ὑπὲρ τὸν μαστὸν, ὥστε λέγει Πτολεμαῖος, ὅτι καὶ πνεῦμα ὁμοῦ τῷ αἵματι ἐκ τοῦ τραύματος ἐξεπνεῖτο. Cf. Aristobuli fr. 28 *a*; Clitarch. fr. 11; Diodor. XVII, 99.

Ibid. c. 11, 7 : Καὶ οἱ μὲν ξύλῳ πληγέντα κατὰ τοῦ κράνους Ἀλέξανδρον, καὶ ἰλιγγιάσαντα πεσεῖν, αὖθις δὲ ἀναστάντα, βέλει διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος· Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου ταύτην μόνην τὴν πληγὴν πληγῆναι λέγει τὴν ἐς τὸ στῆθος. Τὸ δὲ δὴ μέγιστον πλημμέλημα τῶν ξυγγραψάντων τὰ ἀμφὶ Ἀλέξανδρον, ἐκεῖνο τίθεμαι ἔγωγε· Πτολεμαῖον γὰρ τὸν Λάγου ἔστιν οἳ ἀνέγραψαν ξυναναβῆναί τε Ἀλεξάνδρῳ κατὰ τὴν κλίμακα ὁμοῦ Πευκέστᾳ, καὶ ὑπερασπίσαι κειμένου, καὶ ἐπὶ τῷδε Σωτῆρα ἐπικληθῆναι τὸν Πτολεμαῖον· καίτοι αὐτὸς Πτολεμαῖος ἀναγέγραφεν οὐδὲ παραγενέσθαι τούτῳ τῷ ἔργῳ· ἀλλὰ στρατιᾶς γὰρ αὐτὸς ἡγούμενος ἄλλας μάχεσθαι μάχας καὶ πρὸς ἄλλους βαρβάρους.

Ob mendacium istud *Clitarchum* (fr. 11) et *Timagenem* vel Curtius (IX, 5.) reprehendit. Cf. Ste-Croix p. 407; Droysen. p. 440.

21.

Arrian. VI, 23, 3. Vide Aristobuli fragm. 36.

Arrian. VII, 26, 2. Vide fragm. Eumenis Cardiani 2 extr.

18.

Acesinis amnis solus ex Indiæ fluminibus magnitudinem Ptolemæus Lagi filius descripsit. Esse enim ea parte, qua Alexander eum navigiis et pellibus cum exercitu transmisit, rapidum Acesinis cursum magnis asperisque cautibus interjectis, quibus illisæ et repercussæ undæ ingentes æstus vorticesque concitent; latitudinem vero esse quindecim stadiorum. Atque iis quidem qui pellibus transportati sint facilem trajectum fuisse : eorum vero, qui navibus transvecti sint, quum pleræque cautibus illisæ rumperentur, non paucos in amne periisse.

19.

Ibi (ad Hyphasin), ut Ptolemæus Lagi tradit, nihilominus Alexander pro transitu sacrum fecit. Quum vero exta infaustos eventus portendissent, convocatis amicis, qui et ætate grandiores maximeque familiares ei erant, quoniam omnia illum ab ulteriore profectione revocarent, exercitui declarasse, statutum sibi esse domum reverti.

19 a.

Navium copia universa (in Hydaspe fl.) secundum Ptolemæum Lagi, quem ego potissimum sequor, ita sese habuit : triginta remis instructæ erant circiter octoginta; omnes vero naves tam quæ equos vehebant quam ceteræ quotquot fluviales, quæ aut jam antea in fluviis navigaverant, aut tum temporis constructæ fuerant, haud multum abfuit, quin duorum millium numerum explerent.

20.

Alexander etiam ipse thorace sagitta discusso supra mammam in pectore vulnus accepit, quod quidem, ut Ptolemæus tradit, ejusmodi fuit, ut una cum sanguine spiritum etiam ex vulnere sufflaret.

Alii Alexandrum fuste ad galeam ictum, caligine oculis oborta procidisse scribunt. Quumque se denuo erexisset, thorace trajectum sagittam pectore excepisse. Ptolemæus Lagi in pectore solum vulneratum fuisse tradit. In eo autem præcipue errasse apparet qui Alexandri res scripserunt, quod Ptolemæum Lagi filium una cum Alexandro et Peucesta scalam conscendisse scribant, jacentemque objecto scuto protexisse, ideoque Ptolemæum Soterem (*servatorem*) a militibus appellatum esse : quum tamen Ptolemæus ipse scribat se huic pugnæ non interfuisse, sed eo tempore copiarum ducem adversus alios barbaros pugnasse.

ARISTOBULUS CASSANDRENSIS.

Aristobulus, Aristobuli f. (*), qui Alexandrum in Indiam secutus est (Arrian. procem.), ubi natus sit, non constat. Senex vixit Cassandreæ (fr. 1. 3. 28[b]), quam urbem Ol. 116, 2. 315 condiderat Cassander ad id fortasse usus opera Aristobuli nostri, cui simile Cyri sepulcrum restaurandi negotium Alexander olim mandaverat (fr. 37). Inter militum duces Aristobulus nuspiam memoratur, neque accensendus iis esse videtur. Certe Commentariorum reliquiæ virum arguunt, cui non tam militarium rerum expositio curæ cordique fuerit quam accurata luculentaque descriptio terrarum, populorum, plantarum, fluviorum et si qua huc pertinent alia. Historias Alexandri post Ipsense demum prœlium conscriptas esse patet ex fragm. 39 extr. Quod convenit cum iis, quæ tradit Lucianus De Macrob. c. 12 (p. 643 Didot.) : Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Κασσανδρεὺς ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι, τὴν ἱστορίαν δὲ τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει.

De auctoritate Aristobuli quid sentiat Arrianus, vidimus supra (v. Vit. Ptolemæi), atque libenter nos in judicio viri sobrii acquiescimus, probatissimis Aristobulum rerum Alexandri scriptoribus annumerantes; quamquam est ubi fidem ejus nutare dixeris. Contra alia omnia suadere videtur Lucianus Quom. Hist. scr. c. 12 (p. 259 Didot.): Οὐδὲ τυγχάνουσιν, ait (sc. qui benevolentiæ captandæ gratia mendacia scribunt), οὗ μάλιστα ἐφίενται· οἱ γὰρ ἐπαινούμενοι πρὸς αὐτῶν μισοῦσι μᾶλλον καὶ ἀποστρέφονται ὡς κόλακας, εὖ ποιοῦντες, καὶ μάλιστα ἢν ἀνδρώδεις τὰς γνώμας ὦσιν· ὥσπερ Ἀριστόβουλος μονομαχίαν γράψας Ἀλεξάνδρου καὶ Πώρου, καὶ ἀναγνόντος αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς —ᾤετο γὰρ χαριεῖσθαι τὰ μέγιστα τῷ βασιλεῖ ἐπιψευδόμενος ἀριστείας τινὰς αὐτῷ καὶ ἀναπλάττων ἔργα μείζω τῆς ἀληθείας —λαβὼν ἐκεῖνος τὸ βιβλίον — πλέοντες δὲ ἐτύγχανον ἐν ποταμῷ τῷ Ὑδάσπῃ — ἔρριψεν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸ ὕδωρ ἐπειπών, « Καὶ σὲ δὲ οὕτως ἐχρῆν, ὦ Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα καὶ ἐλέφαντας ἐνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα. » Quæ quum ab Aristobulo Arriani abhorrere prorsus viderentur, errasse Lucianum, atque cum Aristobulo confudisse Onesicritum vel alium quempiam statuerunt Sainte-Croix (*Ex. crit.* p. 42), Heerenius (De font. Plut. p. 92), C. Hermannus (ad Lucian. l. l.), Westermannus (ad Voss. p. 89), Creuzerus (*Hist. Kunst* p. 370). Contra Schmiederus (præf. ad Arr. Exp. A. p. XXIV) : « Quidni credamus, inquit, eundem Aristobulum Alexandro vivo fortunæ suæ per adulationem subvenire voluisse, qui eo mortuo veram ejus historiam ipse senex scriberet? » Similiter statuunt Geierus et Hüllemanus. Idque recte fieri censeo. Nam quamvis ipsam istam historiolam, quæ Luciani temporibus adhuc circumferebatur, in dubium vocare possis, non omni tamen res fundamento caruisse videtur : siquidem Anonymus apud Walz. in Rhett. Gr. III, p. 610 rhetorices genera enumerans, Πέμπτη (sc. ῥητορική), inquit, ἡ κολακευτική, ἧς ἡγήσατο Δημάδης καὶ Ἀριστόβουλος. Quæ quum procul dubio ad nostrum Aristobulum spectent, satis aperte indicant eum fuisse ex eorum numero oratorum, qui viles se Philippi et Alexandri adulatores præstiterint. Consentaneum vero est Anonymum cogitasse de orationibus Aristobuli, non autem de opere historico, quod in Hydaspen Alexander projecisse dicitur, neque de altero, quod Arrianus laude dignissimum esse censuit. Obvia sane quædam in reliquiis, quæ studium quoddam Alexandri arguere videri possint : nam primum absolvit regem a crimine vinolentiæ, deinde cum Ptolemæo credidit corvos viam ad Ammonium monstrasse, Callisthenem vero suasorem fuisse conjurationis. Sed postrema condonanda facile dixeris, quum alterum Græcorum credulitate, alterum veri judicii difficultate excusari videatur. Deinde vero alia exstant, quibus se reliquis scriptoribus juniorem ostendit. Neque enim gladio nodum Gordium Alexander dissecuit heroica audacia et simplicitate, sed solvit communi usus artificio (fr. 4). Porro in Cilicia rex morbo corripitur, non quod in Cydni undas glaciales se præcipitaverit, sed ὑπὸ καμάτου. Quæ quum ita sint, Aristobulum historicum per me licet adulatoribus regis aggregari, modo addas qui minus talem se ostenderit reperiri neminem. Alium se præbuerit vivente adhuc Alexandro, alia egerit vir, cujus ingenium senectus defæcaverat, et qui, quum Cassandreæ degeret, haud dubie a partibus stetit Cassandri, quem adversarium fuisse Alexandri constat. — Ceterum facundia, qua olim ad adulationem abusus esse videtur, ne seni quidem defuit. Enituisse eam in elegantissimis regionum descriptionibus inque aliis quibusdam narrationibus, quas Alexandri historiis intexuerat, disertis veterum testimoniis declaratur. Namque Tyrum urbem πρὸς ἡδονὴν καὶ ὠφέλειαν legentium descriptam esse dicit Menander (fr. 7b.). Plutarchus vero (fr. 1 a), Τίς ἂν, quærit, ἡσθείη συναναπαυσάμενος τῇ καλλίστῃ γυναικὶ μᾶλλον ἢ προσαγορυπνήσας οἷς γέγραφε περὶ Πανθείας Ξενοφῶν, ἢ περὶ Τιμοκλείας Ἀριστόβουλος, ἢ Θήβης Θεόπομπος;

(*) Alius procul dubio Aristobulus est, cujus Ἰταλικὰ laudat Plutarch. in Par. min. c. 32. Ab hoc non diversus fuerit Aristobulus, qui Περὶ λίθων scripsit, teste Plutarcho De fluv. c. 14, 3. Mitto Aristobulum Judæum.

ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

1.

Lucian. Macrob. c. 22 : Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεὺς... τὴν ἱστορίαν τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει.

1. a.

Plutarch. Non posse suav. vivi etc. c. 10, p. 1093, C (p. 1337 Didot.) : Τίς δ' ἂν ἡσθείη συναναπαυσάμενος τῇ καλλίστῃ γυναικὶ μᾶλλον ἢ προσαγορυπνήσας οἷς γέγραφε περὶ Πανθείας Ξενοφῶν, ἢ περὶ Τιμοκλείας Ἀριστόβουλος, ἢ Θήβης Θεόπομπος; Historiam narrat Plutarchus De mulier. virt. p. 259, E, p. 320 Did. (coll. Vit. Alex. c. 12, Polyæn. VIII, 39) :

Θεαγένης ὁ Θηβαῖος, Ἐπαμινώνδα καὶ Πελοπίδα καὶ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσι τὴν αὐτὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως λαβὼν διάνοιαν, ἔπταισε περὶ τὴν κοινὴν τύχην τῆς Ἑλλάδος ἐν Χαιρωνείᾳ, κρατῶν ἤδη καὶ διώκων τοὺς κατ' αὐτὸν ἀντιτεταγμένους. Ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ πρὸς τὸν ἐμβοήσαντα, Μέχρι ποῦ διώκεις; ἀποκρινάμενος· Μέχρι Μακεδονίας. Ἀποθανόντι δ' αὐτῷ περιῆν ἀδελφὴ, μαρτυροῦσα κἀκεῖνον ἀρετῇ γένους καὶ φύσει μέγαν ἄνδρα καὶ λαμπρὸν γενέσθαι· πλὴν ταύτῃ γε καὶ χρηστὸν ἀπολαῦσαί τι τῆς ἀρετῆς ὑπῆρξεν, ὥστε κουφότερον, ὅσον τῶν κοινῶν ἀτυχημάτων εἰς αὐτὴν ἦλθεν, ἐνεγκεῖν. Ἐπεὶ γὰρ ἐκράτησε Θηβαίων Ἀλέξανδρος, ἄλλοι δ' ἄλλα τῆς πόλεως ἐπόρθουν ὡς ἐπιόντες, ἔτυχε τὴν Τιμοκλείας οἰκίαν καταλαβὼν ἄνθρωπος οὐκ ἐπιεικὴς οὐδὲ ἥμερος, ἀλλ' ὑβριστὴς καὶ ἀνόητος· ἦρχε δὲ Θρᾳκίου τινὸς ἴλης, καὶ ὁμώνυμος ἦν τοῦ βασιλέως, οὐδὲν δὲ ὅμοιος. Οὔτε γὰρ τὸ γένος, οὔτε τὸν βίον αἰδεσθεὶς τῆς γυναικὸς, ὡς ἐνέπλησεν ἑαυτὸν οἴνου, μετὰ δεῖπνον ἐκάλει συναναπαυσομένην. Καὶ τοῦτο πέρας οὐκ ἦν· ἀλλὰ καὶ χρυσὸν ἐζήτει καὶ ἄργυρον, εἴ τις εἴη κεκρυμμένος ὑπ' αὐτῆς, τὰ μὲν ὡς ἀπειλῶν, τὰ δὲ ὡς ἔξων διὰ παντὸς ἐν τάξει γυναικός. Ἡ δὲ δεξαμένη λαβὴν αὐτοῦ διδόντος, Ὤφελον μὲν, εἶπε, τεθνάναι πρὸ ταύτης ἐγὼ τῆς νυκτὸς ἢ ζῆν, τὸ γοῦν σῶμα πάντων [ἀπολλυμένων] ἀπείρατον ὕβρεως διεφύλαξα· πεπραγμένων δὲ οὕτως, εἴ σε κηδεμόνα καὶ δεσπότην καὶ ἄνδρα δεῖ νομίζειν, τοῦ δαίμονος διδόντος, οὐκ ἀποστερήσω σε τῶν σῶν· ἐμαυτὴν γὰρ ὅ τι βουλήσῃ ὁρῶ γεγενημένην. Ἐμοὶ περὶ σῶμα κόσμος ἦν, καὶ ἄργυρος ἐν ἐκπώμασιν, ἦν τι καὶ χρυσοῦ καὶ νομίσματος. Ὡς δὲ ἡ πόλις ἡλίσκετο, πάντα συλλαβεῖν κελεύσασα τὰς θεραπαινίδας ἔῤῥιψα, μᾶλλον δὲ κατεθέμην εἰς φρέαρ ὕδωρ οὐκ ἔχον· οὐδ' ἴσασιν αὐτὸ πολλοί· πῶμα γὰρ ἔπεστι, καὶ κύκλῳ περιπέφυκεν ὕλη σύσκιος. Ταῦτα σὺ μὲν εὐτυχοίης λαβὼν, ἐμοὶ δ' ἔσται πρὸς σὲ μαρτύρια καὶ γνωρίσματα τῆς περὶ τὸν οἶκον εὐτυχίας καὶ λαμπρότητος. Ἀκούσας οὖν ὁ Μακεδὼν, οὐ περιέμεινε τὴν ἡμέραν, ἀλλ' εὐθὺς ἐβάδιζεν ἐπὶ τὸν τόπον, ἡγουμένης τῆς Τιμοκλείας· καὶ τὸν κῆπον ἀποκλεῖσαι

1.

Aristobulus Cassandrensis historiam scribere cœpit ætatis anno octogesimo quarto, ut ipse initio operis testatur.

1 a.

Quem magis juvet dormire cum formosissima muliere, quam invigilare iis, quæ de Panthea Xenophon, de Timoclea Aristobulus, de Theba scripsit Theopompus?

Theagenes Thebanus de civitate eandem cum Epaminonda, Pelopida aliisque optimis viris sectatus sententiam, in communi Græciæ ad Chæroneam clade occubuit, quum jam vicisset et persequeretur sibi oppositos. Is enim fuit qui vociferanti, *Quousque persequeris?* respondit : *Usque ad Macedoniam.* Mortuo ei soror superfuit, quæ testaretur et ipsum virtute generis et natura magnum illustremque factum virum : huic tamen mulieri contigit fructum percipere suæ virtutis præclarum, ut tanto facilius ferret quantum in ipsam ex publicis redundavit calamitatibus. Quum enim Thebas in potestatem redegisset Alexander, aliique alias urbis partes pervagantes diriperent, domum Timocleæ occupavit homo nihil minus quam modestus; sed insolenter injurius atque stolidus, Thraciæ cujusdam turmæ dux, Alexandri cognominis, sed plane cetera dissimilis. Is neque genus, neque vitam mulieris reveritus, quum sese vino implevisset, a cœna dormire Timocleam secum coegit. Neque hunc injuriarum finem fecit, sed præterea aurum argentumque requirebat, si quid horum ea reconditi haberet, adhibitis partim minis, partim pollicitationibus, quod habiturum se eam perpetuo uxoris loco diceret. Illa ansam ab eo sibi præbitam arripiens : *Utinam vero*, inquit, *hanc noctem mors mea antevertisset! ut omnibus rebus perditis saltem corpus contumeliæ inexpertum conservassem. Nunc quando res ita acta est, et te divinitus mihi tutorem, dominum virumque datum existimare debeo, non spoliabo te tuis rebus : nam me quidem id futuram video, quod tu volueris. Habui mundum muliebrem, et pocula argentea, nonnihil etiam auri et numismatis : quum autem urbs caperetur, ancillis mandavi ut omnia convasarent, abjecique, aut potius deposui in puteum aqua carentem paucisque notum; est enim tectus operculo, umbrosumque circa nemus occultat. Hæc tibi accipienti fausta sint : mihi quidem apud te erunt argumenta et indicia fortunarum ac splendoris familiæ meæ.* His auditis Macedo, non exspectata die, confestim ad locum perrexit, ducente Timoclea, et hortum claudi jussit ne quis sentiret, tunicatusque in puteum descendit. Horribile au-

κελεύσας, ὅπως αἴσθοιτο μηδεὶς, κατέβαινεν ἐν τῷ γιτῶνι. Στυγερὰ δὲ ἠγεῖτο Κλωθὼ τιμωρὸς ὑπὸ τῆς Τιμοκλείας ἐφεστώσης ἄνωθεν. Ὡς δ' ἤσθετο τῇ φωνῇ κάτω γεγονότος, πολλοὺς μὲν αὐτὴ τῶν λίθων ἐπέφερε, πολλοὺς δὲ καὶ μεγάλους αἱ θεραπαινίδες ἐπεκυλίνδουν· ἄχρις οὗ κατέκοψαν αὐτὸν καὶ κατέχωσαν. Ὡς δ' ἔγνωσαν οἱ Μακεδόνες, καὶ τὸν νεκρὸν ἀνείλοντο· κηρύγματος ἦδη γεγονότος, μηδένα κτείνειν Θηβαίων, ἦγον αὐτὴν συλλαβόντες ἐπὶ τὸν βασιλέα, καὶ προσήγειλαν τὸ τετολμημένον. Ὁ δὲ καὶ τῇ καταστάσει τοῦ προσώπου καὶ τῷ σχολαίῳ τοῦ βαδίσματος ἀξιωματικόν τι καὶ γενναῖον ἐνιδὼν, πρῶτον ἀνέκρινεν αὐτὴν, τίς εἴη γυναικῶν. Ἡ δ' ἀνεκπλήκτως πάνυ καὶ τεθαρρηκότως εἶπεν· Ἐμοὶ Θεαγένης ἦν ἀδελφὸς, ὃς ἐν Χαιρωνείᾳ στρατηγῶν καὶ μαχόμενος πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἔπεσεν, ὅπως ἡμεῖς μηδὲν τοιοῦτον πάθωμεν· ἐπεὶ δὲ πεπόνθαμεν ἀνάξια τοῦ γένους, ἀποθανεῖν οὐ φεύγομεν· οὐδὲ γὰρ ἄμεινον ἴσως ζῶσαν ἑτέρας πειρᾶσθαι νυκτὸς, εἰ σὺ τοῦτο μὴ κωλύσῃς. Οἱ μὲν οὖν ἐπιεικέστατοι τῶν παρόντων ἐδάκρυσαν, Ἀλεξάνδρῳ δ' οἰκτείρειν μὲν οὐκ ἐπῆλθε τὴν ἄνθρωπον ὡς μείζονα, θαυμάσας δὲ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸν λόγον εὖ μάλα καθαψάμενον αὐτοῦ, τοῖς μὲν ἡγεμόσι παρήγγειλε προσέχειν καὶ φυλάττειν, μὴ πάλιν ὕβρισμα τοιοῦτον εἰς οἰκίαν ἔνδοξον γένηται· τὴν δὲ Τιμόκλειαν ἀφῆκεν, αὐτήν τε καὶ πάντας ὅσοι κατὰ γένος αὐτῇ προσήκοντες εὑρέθησαν.

1 *b*.

Plutarch. Demosth. c. 23 : Post captas Thebas εὐθὺς ὁ Ἀλέξανδρος ἐξήτει πέμπων τῶν δημαγωγῶν δέκα μὲν, ὡς Ἰδομενεὺς καὶ Δοῦρις (fr. 9) εἰρήκασιν, ὀκτὼ δ', ὡς οἱ πλεῖστοι καὶ δοκιμώτατοι τῶν συγγραφέων, τούσδε, Δημοσθένην, Ὑπερίδην, Λυκοῦργον, Μοιροκλέα, Δήμωνα, Καλλισθένην, Χαρίδημον. Ὅτε καὶ τὸν περὶ τῶν προβάτων λόγον ὁ Δημοσθένης, ὡς τοῖς λύκοις τοὺς κύνας ἐξέδωκε, διηγησάμενος αὐτὸν μὲν εἴκασε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κυσὶν ὑπὲρ τοῦ δήμου μαχομένους, Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Μακεδόνα μονόλυκον προσηγόρευσεν. Ἔτι δ' « ὥσπερ, ἔφη, τοὺς ἐμπόρους ὁρῶμεν ὅταν ἐν τρυβλίῳ δεῖγμα περιφέρωσι, δι' ὀλίγων πυρῶν τοὺς πολλοὺς πιπράσκοντας, οὕτως ἐν ἡμῖν λανθάνετε πάντας αὐτοὺς συνεκδιδόντες. » Ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεὺς ἱστόρηκε.

Num inter δοκιμωτάτους illos qui octo rhetores recensebant, etiam Aristobulus fuerit jure dubites, quum Arrianus *novem* neque plane eosdem ac Plutarchus enumeret.

Suidas v. Ἀντίπατρος : Finito bello Lamiaco ἦτει τοὺς δέκα ῥήτορας, οὓς ἐξέδοσαν Ἀθηναῖοι, Δημοσθένην, Ὑπερίδην, Λυκοῦργον, Ἡολύευκτον, Ἐφιάλτην, Θρασύβουλον, Χάρητα, Χαρίδημον, Διότιμον, Πατροκλέα, Κάσσανδρον.

Postrema Ruhnkenius corrigi voluit ita : Στρατοκλέα, οὕτως Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεύς. Nam pro decem recensentur undecim. Aliter Toupius : « Excidit, ait, hic articulus, opinor, ita redintegrandus : Ἀντίπατρος Κασσάνδρου, ubi egerat Suidas de Antipatro Cassandri filio ; neque enim Cassandrum inter rhetores recensitum legisse memini. » Toupio recte assentiuntur Bernhardy, Geier. et Hülleman. ad h. l. Cf. Westermann. De litibus quas Demosthen. oravit p. 72 ; not. ad Duridis fr. 9.

1. c.

Plutarch. De fortun. Alex. or. I, c. 3 (pag. 402 Didot.) : Contra Persas Alexander in Asiam trajecit τοῖς τρισμυρίοις πεζοῖς καὶ τετρακισχιλίοις ἱππεῦσι πιστεύσας· τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν, ὡς Ἀριστόβουλός φησιν... Τὸ δὲ λαμπρὸν αὐτῷ καὶ μέγα παρασκευασθὲν ὑπὸ τῆς τύχης ἐφόδιον, ἑβδομήκοντα τάλαντα ἦν, ὥς φησιν Ἀριστόβουλος· ὡς δὲ Δοῦρις, τριάκοντα μόνον ἡμερῶν ἐπισιτισμός.

Ἑβδομήκοντα τάλ.] Eadem denuo affert Plut. in orat. II, c. 11, et in Vit. Alex. c. 15. Cf. Ptolem. fr. 4 ; Duris fr. 10. Jul. Valer. I, 15 : *Tunc viæ sumptum a Philippi thesauris collatisque studentium rebus suis auri talenta LX cum CCCC quattuorque et decem milibus cogit.* Cf. etiam Arrian. VII, 9, 6 ; Curtius X, 2, 24.

2.

Plutarch. Alex. c. 16 de prœlio ad Granicum : Λέγονται δὲ πεζοὶ μὲν δισμύριοι (μύριοι nonnulli codd.) τῶν βαρβάρων, ἱππεῖς δὲ δισχίλιοι πεντακόσιοι πεσεῖν. Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον Ἀριστόβουλός φησι τέσσαρας καὶ τριάκοντα νεκροὺς γενέσθαι τοὺς πάντας, ὧν ἐννέα πεζοὺς εἶναι.

δισμύριοι] μύριοι Diodor. XVII, 21, ubi vide. — τέσσαρες κ. τριάκοντα κτλ.] « Aristobuli locus non ad omnes omnino Macedones, sed ad eos tantum spectat, qui ex singulari Alexandri sodalium agmine perierunt » Hæc Geier., qui eo modo componit, quæ Aristobulo cum Arriano (I, 16, 7) intercedere videtur, sententiarum discrepantiam. Eodem modo statuit Hülleman. Justin. XI, 6 : *De exercitu Alexandri novem pedites, centum viginti equites cecidere.*

3.

Athenæus II, p. 43, D : Ἀριστόβουλος δ' ὁ Κασανδρεύς φησιν ἐν Μιλήτῳ κρήνην εἶναι Ἀχίλλειον καλουμένην, ἧς τὸ μὲν ῥεῦμα εἶναι γλυκύτατον, τὸ δ' ἐφεστηκὸς ἁλμυρόν· ἀφ' ἧς οἱ Μιλήσιοι περῤῥάνασθαί φασι τὸν ἥρωα, ὅτε ἀπέκτεινε Τράμβηλον, τὸν τῶν Λελέγων βασιλέα.

Ἀχίλλειον] præter hunc fontem, aliunde non notum, Ἀχιλλεῖον oppidum in hisce regionibus memoratur ap. Xenoph. Hell. IV, 8, 17. Vide Meinek. *Exercit. in Athen.* p. 5. — Τράμβηλον] Eustath. p. 343, 7. Libri στράμβηλον. Ejus historiam diversis modis narrant Tzetzes ad Lyc. 467 et Parthenius Erot. c. 206.

4.

Plutarch. Alex. c. 18 de nodo Gordio : Ἀριστόβουλος δὲ καὶ πάνυ λέγει ῥᾳδίαν αὐτῷ (Ἀλεξάνδρῳ) τὴν λύσιν γενέσθαι ἐξελόντι τοῦ ῥυμοῦ τὸν ἕστορα καλούμενον, ᾧ συνείχετο τὸ ζυγόδεσμον, εἶθ' οὕτως ὑφελκύσαντι τὸν ζυγόν.

Arrian. Exp. Al. II, 3, 7 : Ἀριστόβουλος δὲ λέγει (τὸν Ἀλέξανδρον) ἐξελόντα τὸν ἕστορα τοῦ ῥυμοῦ, ὃς ἦν τύλος διαβεβλημένος διὰ τοῦ ῥυμοῦ διαμπὰς συνέχων τὸν δεσμὸν, ἐξελκῦσαι ἔξω τοῦ ῥυμοῦ τὸν ζυγόν.

Hæc cum reliquorum scriptorum narratione comparata et quæ sequenti fragm. leguntur, siccum et frigidum Aristobuli scribendi genus arguere videntur Geiero. De re cf. Droysen. *Alex.* p. 152.

5.

Arrian. Exp. A.. II, 4, 7 : Ἀλέξανδρος δὲ, ὡς μὲν Ἀριστοβούλῳ λέλεκται, ὑπὸ καμάτου ἐνόσησεν (sc. Tarsi).

Cf. Plutarch. Alex. c. 19 : νόσον, ἣν οἱ μὲν ἐκ κόπων, οἱ δὲ λουσαμένῳ προσπεσεῖν λέγουσι. Etiam Diodorus XVII, 31 morbum hunc memorans de Alexandro in Cydno fluvio se lavante tacet. V. Curt. III, 5 ; Justin. XI, 8 ibiq. interpr ; Itin. Al. c. 28 ; Jul. Valer. II, 32 ; Droysen. *Gesch. Alex.* p. 155.

6.

Athenæus XII, p. 530, A : Ἀριστόβουλος δ' « Ἐν Ἀγχιάλῃ, ἣν ἐδείματο (φησὶ) Σαρδανάπαλλος, Ἀλέξανδρος ἀναβαίνων εἰς Πέρσας κατεστρατοπεδεύσατο. Καὶ ἦν οὐ πόῤῥω τὸ τοῦ Σαρδαναπάλλου μνημεῖον, ἐφ' οὗ ἑστάναι τύπον λίθινον, συμβεβληκότα τῆς δεξιᾶς χειρὸς τοὺς δακτύλους, ὡς ἂν ἐπικροτοῦντα. Ἐπιγεγρά-

tem eum ducebat ad supplicium Parca Vindex, sub persona Timocleæ superne instantis. Quæ, quum e voce sensit eum in imo esse, multos ingessit lapides, multos etiam magnosque advolutos ancillæ injecerunt, donec eum contuderunt atque obruerunt saxis. Macedones ubi de ea re facti sunt certiores, sublato cadavere, quum jam edictum esset ne quis Thebanorum occideretur, captam Timocleam ad regem adduxerunt, facinusque narraverunt. Alexander ex vultus constantia lentoque incessu gravitatem generosamque indolem ratiocinatus, principio quæsivit quænam esset mulier. Illa vero impavide prorsus et confidenter, *Mihi*, inquit, *frater fuit Theagenes, qui ad Chæroneam dux exercitus et contra vos pro libertate Græciæ dimicans cecidit, ne quid nobis tale accideret : quum autem perpessa sim genere meo indigna, mori non recuso ; potius enim hoc est, quam viventem aliam talem experiri noctem, nisi tu id prohibeas.* Humanissimus quisque astantium ad hæc lacrimas emisit. Alexandro miserari mulierem, ut miseratione superiorem, non subiit : admiratus autem virtutem orationemque, qua satis graviter se notatum sentiebat, ducibus mandavit ut attenderent præstarentque, ne porro talis contumelia familiæ alicui illustri inferretur : Timocleam autem dimisit, omnesque qui eam cognatione attingere inventi sunt.

1 b.

Extemplo deposcit per legatos Alexander ex oratoribus, ut Idomeneus et Duris tradidere, decem ; ut plerique et probatissimi scriptores, octo hosce : Demosthenem, Polyeuctum, Ephialtem, Lycurgum, Mœroclem, Demonem, Callisthenem, Charidemum. Tum fabulam Demosthenes narravit de ovibus, quemadmodum lupis canes dediderint : atque se sociosque canibus assimilavit pro populo propugnantibus, et Alexandrum Macedonem unicum lupum appellavit. Præterea « Ut mercatores videmus, ait, quum in patella circumferunt specimen, per grana tritici pauca magnum vendentes numerum, ita nobiscum una vos omnes necopinantes ipsi proditis. » Hæc Aristobulus Cassandrensis tradidit.

1 c.

(Alexander in Asiam transjecit ut Persarum regnum everteret) fretus triginta peditum et quattuor equitum millibus. Tot enim fuisse Aristobulus affirmat... Splendidum vero illud magnumque, quod fortuna comparaverat ei viaticum, talentorum erat septuaginta, ut Aristobulus tradit.

2.

In prælio ad Granicum cecidisse dicuntur barbarorum pedites vicies mille, equites bis mille et quingenti. Eorum autem, qui circa Alexandrum erant, Aristobulus in universum occisos esse tradit triginta quattuor, quorum novem fuissent pedites.

3.

Aristobulus Cassandrensis scribit Mileti fontem esse, Achilleum appellatum, cujus profluens aqua dulcissima sit, quod vero in fundo resedit, salsum : eo fonte, aiunt Milesii, heroem (Achillem) sese lustrasse interfecto Trambelo, Lelegum rege.

4.

Aristobulus ait facillimam fuisse istam nodi Gordii solutionem ; scilicet Alexandrum e temone exemisse paxillum, quo astrictum erat vinculum, atque sic jugum subtraxisse.

Aristobulus tradit Alexandrum exempto paxillo temonis (erat is clavus ligneus per medium temonem trajectus, cui vinculum astrictum erat) jugum temoni detraxisse.

5.

Secundum Aristobulum præ nimio labore Alexander (Tarsi) in morbum incidit.

6.

Aristobulus ita scribit : « Anchialæ, quam condidit Sardanapallus, castra posuit Alexander, quum in Persas copias duceret. Erat autem haud procul inde monumentum Sar-

φθαι δὲ αὐτῷ Ἀσσυρίοις γράμμασι· » Σαρδανάπαλλος, Ἀνακυνδαράξου παῖς, Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ. Ἔσθιε, πῖνε, παῖζε· ὡς τἆλλα τούτου οὐκ ἄξια, » Τοῦ ἀποχροτήματος ἔοικε λέγειν. Quæ antecedunt ap. Athen. v. in Amyntæ fr. 2, Clitarch. fr. 2.

Strabo XIV, p. 672 : Εἶτ' Ἀγχιάλη, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, κτίσμα Σαρδαναπάλλου, φησὶν Ἀριστόβουλος· ἐνταῦθα δ' εἶναι μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλλου, καὶ τύπον λίθινον, συμβάλλοντα τοὺς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δακτύλους, ὡς ἂν ἀποχροτοῦντα· ἔνιοι δὲ καὶ ἐπιγραφὴν εἶναί φασιν Ἀσσυρίοις γράμμασι τοιάνδε· « Σαρδανάπαλλος ὁ Ἀνακυνδαράξεω παῖς Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ· ἔσθιε, πῖνε, παῖζε· ὡς τἆλλα τούτου οὐκ ἄξια, » τοῦ ἀποχροτήματος.

Eadem narrat, non citato auctore, Arrian. II, 5, 2. Cf. schol. Aristoph. Av. 1021, Suidas v. Σαρδαν. Plutarch. De fort. Alex. II, 3. Plura vide in not. ad Callisth. fr. 32.

6 a.

Arrian. Exp. Al. II, 12. de Alexandri prœlio Issico victoris in regiam familiam clementia, vide Ptolem. fr. 6.

7.

Plutarch. Alex. c. 21 : Ἀλλ' Ἀλέξανδρος, ὡς ἔοικε, τοῦ νικᾶν τοὺς πολεμίους τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ βασιλικώτερον ἡγούμενος οὔτε τούτων (γυναικῶν γενναίων γενομένων αἰχμαλώτων) ἔθιγεν οὔτ' ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου πλὴν Βαρσίνης. Αὕτη δὲ μετὰ τὴν Μέμνονος τελευτὴν χήρα γενομένη περὶ Δαμασκὸν ἐλήφθη· πεπαιδευμένη δὲ παιδείαν Ἑλληνικὴν καὶ τὸν τρόπον ἐπιεικὴς οὖσα καὶ πατρὸς Ἀρταβάζου γεγονότος ἐκ βασιλέως θυγατρὸς ἐγνώσθη, Παρμενίωνος προτρεψαμένου τὸν Ἀλέξανδρον, ὡς φησιν Ἀριστόβουλος, καλῆς καὶ γεννείας [καὶ τὸ κάλλος] ἅψασθαι γυναικός.

Καὶ τὸ κάλλος absque sensu; καὶ αὐτὸν καλὸν Geier.; alii aliter emendarunt, aut verba hæc ejecerunt. Hüllemanus verba καὶ τὸ κάλλος loco suo mota esse statuens, scribi vult καὶ τὸν τρόπον [addiderim τε] ἐπιεικὴς οὖσα καὶ τὸ κάλλος, καὶ πατρὸς κτλ. De Barsine cf. Justin. XI, 10; XIII, 2; Diodor. XX, 28; Curt. X, 6. — Cf. fr. 38.

7 b.

Menander De encom. II, 1 (Rhett. Gr. tom. IX, p. 160 Walz) : Εἰ νῆσον ἐπαινοίης (δεῖ τοὺς ἐπαίνους ποιεῖσθαι) καὶ πρὸς ἡδονὴν καὶ πρὸς ὠφέλειαν, ὥσπερ Ἀριστείδης ἐν τῷ Νησιωτικῷ, εἰ δὲ νήσῳ ἐοικυῖαν, ἅ τε περὶ Τύρου Ἀριστόβουλος ἱστόρησε καὶ περὶ Κυζίκου Ἀριστείδης κτλ.

« Unde apparet (?) ex Aristobuli potissimum commentariis hausta esse quæ de Tyri obsidione et expugnatione prodidit Arrianus II, c 15—25. Maxime vero huc spectant c. 18, 3 : Καὶ γὰρ καὶ μέγα ἔργον τῆς Τύρου ἡ πολιορκία ἐφαίνετο· νῆσός τε γὰρ αὐτοῖς ἡ πόλις ἦν καὶ τείχεσιν ὑψηλοῖς πάντη ὠχύρωτο. » *Geier*. Cf. Chares fr. 2.

8.

Arrian. III, 3, 3, de Alex. ad Ammonis oraculum proficiscente : Μέχρι μὲν δὴ Παραιτονίου παρὰ θάλασσαν ἦει δι' ἐρήμου, οὐ μέντοι δι' ἀνύδρου τῆς χώρας, σταδίους ἐς χιλίους καὶ ἑξακοσίους, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος.

9.

Idem III, 3, 6 : Ἀριστόβουλος δὲ καὶ ὁ πλείων λόγος ταύτῃ κατέχει, κόρακας δύο προπετομένους πρὸ τῆς στρατιᾶς, τούτους γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ τοὺς ἡγεμόνας. Cf. Ptolem. fr. 7.

---

danapalli, in quo stetisse ait figuram lapideam junctos habentem dextræ manus digitos, veluti digitis crepitantem : incisa autem lapidi fuisse Assyriis literis hæc verba : « Sardanapallus Anacyndaraxæ filius, Anchialen et Tarsum condidit una die. Ede, bibe, lude : reliqua enim non sunt tanti. » *Tanti* videtur dixisse, quanti digitorum crepitus.

Anchialen, paullo supra mare sitam, a Sardanapallo conditam Aristobulus ait, ibique Sardanapalli esse monimentum et imaginem lapideam, dextræ manus digitos ita compositos habentem, ut crepare iis videatur. Sunt qui Assyriis literis inscriptum monimento esse dicant hocce : « Sardanapallus, Anacyndaraxæ filius, Anchialen et Tarsum die ædificavit una. Ede, bibe, lude. Reliqua digna ne tanti quidem, » sc. ne crepitus quidem digitorum.

7.

Alexander temperare sibi quam hostes vincere magis regium ducens, nec has attigit nec mulierem ante nuptias cognovit ullam excepta Barsine. Hæc post Memnonis mortem vidua Damasci capta est. Cum ea, institutione Græca fruita, et moribus formaque probata, patre denique nata Artabazo ex filia regis prognato, concubuit Alexander, instigante eum, ut Aristobulus tradit, Parmenione, ut formosam atque nobilem mulierem attingeret.

7 b.

Si insula laudanda tibi, laudatio jucunditatem habeat et utilitatem, ut apud Aristidem in Insulari oratione, sin urbs insulæ similis laudanda, dicas ut de Tyro Aristobulus, de Cyzico Aristides dixerunt.

8.

Usque ad Parætonium Alexander juxta mare per solitudinem non tamen aqua prorsus carentem profectus est, ad stadia mille et sexcenta, ut Aristobulus tradit.

9.

Aristobulus, cui plurimi assentiunt, duos corvos ante exercitum volitasse scribit, eosque Alexandro itineris duces exstitisse.

10.

Arrian. III, 4, 5 : Καὶ ἀκούσας (a sacerdote Ammonis) ὅσα αὐτῷ πρὸς θυμοῦ ἦν, ὡς ἔλεγεν, ἀνέζευξεν ἐπ' Αἴγυπτου, ὡς μὲν Ἀριστόβουλος λέγει, τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδὸν, ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἄλλην εὐθεῖαν ὡς ἐπὶ Μέμφιν.

11.

Idem VI, 11, 5 : Ἄρβηλα δὲ τοῦ χώρου ἐν ᾧ τὴν ἐσχάτην μάχην Δαρεῖός τε καὶ Ἀλέξανδρος ἐμαχέσαντο, οἱ μὲν τὰ πλεῖστα συγγράψαντες λέγουσιν ὅτι ἑξακοσίους σταδίους ἀπέχει, οἱ δὲ τὰ ἐλάχιστα, ὅτι ἑς πεντακοσίους. Ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γὰρ γενέσθαι τὴν μάχην πρὸς τῷ ποταμῷ Βουμώδῳ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος. Πόλις δὲ οὐκ ἦν τὰ Γαυγάμηλα, ἀλλὰ κώμη μεγάλη, οὐδὲ ὀνομαστὸς ὁ χῶρος, οὐδὲ εἰς ἀκοὴν ἠδὺ τὸ ὄνομα. Cf. Diodor. XVII, 53; Curt. IV, 9; Plut. Alex. c. 31; Strabo XVI, p. 738 (quem Aristobulum ob oculos habuisse recte, puto, censet Hülleman.); Itiner. Alex. c. 57; Droysen. l. l. p. 221.

12.

Idem III, 11, 3, de prœlio ἐν Γαυγαμήλοις commisso : Ἐτάχθη δὲ αὐτῷ (sc. Δαρείῳ) ἡ στρατιὰ ὧδε· ἑάλω γὰρ ὕστερον ἡ τάξις, ἥντινα ἔταξε Δαρεῖος, γεγραμμένη, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. Sequitur aciei descriptio, quam apud ipsum legas Arrianum.

13.

Athenæus XII, p. 513, F : Κληθῆναι δὲ τὰ Σοῦσά φησιν Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου· σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τὸ κρίνον.

14.

Strabo XI, p. 509 : Φησὶ δ' Ἀριστόβουλος ὑλώδη οὖσαν τὴν Ὑρκανίαν δρῦν ἔχειν, πεύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ πίτυν μὴ φύειν, τὴν δ' Ἰνδικὴν πληθύειν τούτοις. Cf. Diodor. XVII, 89.

Plutarch. Al. c. 46 : Aristobulus nihil tradidit de Amazonibus, quas ad Alexandrum venisse alii narrant. Vide Onesicrit. fr. 5.

15.

Arrian. III, 26, de conjuratione Philotæ. Vide Ptolemæi fr. 10.

16.

Arrian. III, 28, 5 : Τὸ δὲ ὄρος ὁ Καύκασος ὑψηλὸν μέν ἐστιν ὥσπερ τι ἄλλο τῆς Ἀσίας, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, ψιλὸν δὲ τὸ πολὺ αὐτοῦ τό γε ταύτῃ. Μακρὸν γὰρ ὄρος παρατέταται ὁ Καύκασος, ὥστε καὶ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος, ὃς δὴ τὴν Κιλικίαν τε καὶ Παμφυλίαν ἀπείργει, ἀπὸ τοῦ Καυκάσου εἶναι λέγουσι, καὶ ἄλλα ὄρη μεγάλα διακεκριμένα ἀπὸ τοῦ Καυκάσου ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐπωνυμίᾳ κατὰ ἔθνη τὰ ἑκάστων. Ἀλλὰ ἕν γε τούτῳ τῷ Καυκάσῳ οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τέρμινθοι πεφύκασι καὶ σίλφιον, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ἀλλὰ καὶ ὡς ἐπῳκεῖτο πολλοῖς ἀνθρώποις καὶ πρόβατα πολλὰ καὶ κτήνη ἐνέμοντο, ὅτι καὶ χαίρουσι τῷ σιλφίῳ τὰ πρόβατα, καὶ εἰ ἐκ πολλοῦ πρόβατον σιλφίου αἴσθοιτο, καὶ θεῖ ἐπ' αὐτὸ καὶ τό τε ἄνθος ἐπινέμεται καὶ τὴν ῥίζαν ἀνορύττων καὶ ταύτην κατεσθίει· ἐπὶ τῷδε ἐν Κυρήνῃ ὡς μακροτάτῳ ἀπελαύνουσι τὰς ποίμνας τῶν χωρίων ἵνα αὐτοῖς τὸ σίλφιον φύεται· οἱ δὲ καὶ περιφράσσουσι τὸν χῶρον, τοῦ μηδ' εἰ πελάσαιεν αὐτῷ τὰ πρόβατα, δυνατὰ γενέσθαι εἴσω παρελθεῖν, ὅτι πολλοῦ ἄξιον Κυρηναίοις τὸ σίλφιον. Cf. interpr. ad Curt. VII, 3.

10.

Accepto responso sibi, ut dicebat, grato, Alexander in Ægyptum rediit eodem, ut Aristobulus tradit, quo venerat itinere; ut vero Ptolemæus scribit, rectiore via Memphim versus.

11.

Arbela ab eo loco, in quo Darius et Alexander postremo dimicarunt, qui plurimum prodidere, dicunt abesse sexcentis stadiis : qui minimum, quingentis. Sed apud Gaugamela ad flumen Bumodum pugnam eam commissam Ptolemæus et Aristobulus tradunt. Ceterum Gaugamela non oppidum est, sed vicus non magnus, neque locus celebris aut gratum auribus nomen præ se ferens.

12.

Instruxerat Darius (ad Gaugamela) exercitum hoc modo. Descriptio enim aciei, qualem Darius adornaverat, postea in manus venit hostium, ut narrat Aristobulus.

13.

Susa urbem Aristobulus et Chares nomen habere dicunt ex loci amœnitate : *suson* enim Græce *lilium* sonare.

14.

Aristobulus ait Hyrcaniam silvosam esse et quercum ferre, picea, abiete et pinu carere, quibus India abundaret.

16.

Caucasus nulli montium, qui in Asia sunt, altitudine secundus est, ut Aristobulus tradit, nudus tamen utplurimum, in hac saltem parte. Nam latissime porrigitur Caucasus, adeo ut vel Taurum montem, qui Ciliciam Pamphyliamque disterminat, a Caucaso duci velint aliosque montes permagnos, a Caucaso sejunctos alios alia denominatione pro varietate gentium, quæ singulos inhabitant. At in hoc Caucaso nihil præter terebinthum et silphium nascitur, uti tradit Aristobulus. Nihilominus multos incolas habebat, multæque in eo pecudes et armenta pascebantur, quod pecudes silphium amant; et si ex longinquiore loco id per odoratum senserint, citatim eo feruntur, depastoque flore radicem etiam suffodiunt atque arrodunt; eamque ob causam Cyrenæi greges ovium quam longissime ab iis locis arcent, quibus silphium ipsis nascitur : nonnulli etiam sepem obducunt, ne si pecudes propius accedant, ad interiora loca penetrare possint : magno enim apud Cyrenæos in pretio est silphium.

Court. in Annal. Societ. Asiat. Bengal. fasc. 55, 1836.

17.

Strabo XI, p. 509 : Ἀριστόβουλος δὲ καὶ μέγιστον ἀποφαίνει τὸν Ὦξον τῶν ἑωραμένων ὑφ' ἑαυτοῦ κατὰ τὴν Ἀσίαν, πλὴν τῶν Ἰνδικῶν· φησὶ δὲ καὶ εὔπλουν εἶναι (καὶ οὗτος καὶ Ἐρατοσθένης παρὰ Πατροκλέους λαβών) καὶ πολλὰ τῶν Ἰνδικῶν φορτίων κατάγειν εἰς τὴν Ὑρκανίαν Θάλασσαν, ἐντεῦθεν δ' εἰς τὴν Ἀλβανίαν περαιοῦσθαι· καὶ διὰ τοῦ Κύρου καὶ τῶν ἐξῆς τόπων εἰς τὸν Εὔξεινον καταφέρεσθαι.

Eadem, non laudato Aristobulo, Arrian. III, 29, 3, coll. VII, 16, 3. Cf. Varro ap. Plin. VI, 19 : *Adjicit... devehi merces.*

18.

Arrian. III, 30, 5 : Ἀριστόβουλος δὲ (ἀνέγραψε) τοὺς ἀμφὶ Σπιταμένην τε καὶ Δαταφέρνην Πτολεμαίῳ ἀγαγεῖν Βῆσσον καὶ παραδοῦναι Ἀλεξάνδρῳ γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντες. Cf. Ptolemæi fr. 11.

19.

Arrian. III, 30, 7 : Ἔνθεν δὲ ἐπὶ τὸν Τάναϊν ποταμὸν προῆει (Ἀλέξανδρος). Τῷ δὲ Ταναΐδι τούτῳ, ὃν δὴ καὶ Ἰαξάρτην ἄλλῳ ὀνόματι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων καλεῖσθαι λέγει Ἀριστόβουλος, αἱ πηγαὶ μὲν ἐκ τοῦ Καυκάσου ὄρους καὶ αὐτῷ εἰσιν, ἐξίησι δὲ καὶ οὗτος ὁ ποταμὸς ἐς τὴν Ὑρκανίαν θάλασσαν.

Cf. Strabo XI, p. 509; Plin. H. N. VI, 16, 18; Itiner. Alex. c. 79; Droysen. l. l. p. 314; Mützell. ad Curt. p. 586 *b*.

20.

Arrian. IV, 3, 5, de sorte incolarum urbis cujusdam, quam in Sogdiana post seditionem incolarum Alexander recuperaverat. Vide Ptolemæi fr. 12.

21.

Arrian. IV, 6, 1, de clade Macedonum ad Maracandam contra Spitamenem missorum : Ἀριστόβουλος δὲ ἐνέδρᾳ τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς διαφθαρῆναι λέγει, τῶν Σκυθῶν ἐν παραδείσῳ κρυφθέντων, οἳ ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐπεγένοντο τοῖς Μακεδόσιν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, ἵνα τὸν μὲν Φαρνούχην παραχωρεῖν τῆς ἡγεμονίας τοῖς ξυμπεμφθεῖσι Μακεδόσιν, ὡς οὐκ ἐμπείρως ἔχοντα ἔργων πολεμικῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καθομιλῆσαι τοῖς βαρβάροις μᾶλλόν τι πρὸς Ἀλεξάνδρου ἢ ἐπὶ τῷ ἐν ταῖς μάχαις ἐξηγεῖσθαι ἐσταλμένον, τοὺς δὲ Μακεδόνας τε εἶναι καὶ ἑταίρους βασιλέως. Ἀνδρόμαχον δὲ καὶ Κάρανον καὶ Μενέδημον οὐ δέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν τὸ μέν τι ὡς μὴ δοκεῖν παρὰ τὰ ἐπηγγελμένα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου αὐτούς τι κατὰ σφᾶς νεωτερίζειν, τὸ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ δεινῷ οὐκ ἐθελήσαντας, εἰ δή τι πταίσειαν, μὴ ὅσον κατ' ἄνδρα μόνον μετέχειν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ πᾶν αὐτοὺς κακῶς ἐξηγησαμένους. Ἐν τούτῳ δὴ τῷ θορύβῳ τε καὶ τῇ ἀταξίᾳ ἐπιθεμένους αὐτοῖς τοὺς βαρβάρους κατακόψαι πάντας, ὥστε ἱππέας μὲν οὐ πλείονας τῶν τεσσαράκοντα ἀποσωθῆναι, πεζοὺς δὲ ἐς τριακοσίους.

« Hoc fragmentum cum antecedentibus ita fere cohæret : Alexander ad Tanaim contra Scythas pugnans quum certior esset factus, Macedones Maracandæ relictos a Spitamene oppugnari, contra eum mittit Andromachum, Caranum, Menedemum duces, quibus Pharnuchen Lycium præficit (c. 3, 13 sqq.). Qui quum Spitamenem a Maracandæ oppugnatione recedentem audacius essent insecuti (c. 5, 3 sqq.), secundum ceteros auctores in Polytimeti fluvii insulam compulsi misere perierunt. Eadem exstat narratio apud Auct. Itiner. Alex. c. 86. Ab his igitur Aristobuli fragmentum paululum discrepat; Curtius VII, 7, 31 eatenus certe consentit, quod Spitamenem ad Macedones opprimendos insidiis usum esse perhibet, quamquam Curtium ex Aristobuli commentariis hæc hausisse minime equidem cum Mützellio (ad h. l.) dixerim. Cf. Droysen. Hist. Al. p. 322, n. 53. » Geier. Mützellium errasse Hüllemanus quoque statuit.

17.

Aristobulus scribit nullum sibi in Asia majorem (Oxo) fluvium visum esse, exceptis fluviis Indicis. Navigatione etiam commodum dicit et hic et Eratosthenes (qui sua e Patrocle sumpsit), multasque Indicas merces per eum devehi in mare Caspium, indeque in Albaniam transportatas, per Cyrum et loca, quæ deinceps sunt, in Pontum Euxinum deferri.

18.

Aristobulus tradit eos qui cum Spitamene et Datapherne erant Bessum Ptolemæo adduxisse, atque ita nudum capistro vinctum Alexandro traditum esse.

19.

Inde ad Tanaim fluvium Alexander profectus est. Hujus fluminis, quod alio nomine Iaxartem a finitimis barbaris appellari Aristobulus ait, fontes ex eodem proveniunt Caucaso. Hic quoque fluvius in Hyrcanium mare exit.

21.

Aristobulus scribit magnam exercitus partem insidiis oppressam fuisse a Scythis, qui in hortis abditi Macedonibus in ipso conflictu ex improviso supervenerunt. Quo quidem loci Pharnuchen præfecturam suam Macedonibus, qui una cum eo missi erant, cedere voluisse, quippe quum rei bellicæ parum peritus esset, quique potius ad sermones cum barbaris conferendos ab Alexandro missus esset, quam ut prœlio ducem ageret : ipsos vero et Macedones et regis amicos esse. Andromachum autem et Caranum et Menedemum imperium recusasse, partim ne viderentur aliquid novi præter mandata regis moliti esse, partim quod in ipso periculo id accipere noluissent, non ignari nimirum si res male gereretur, non tantum pro se quemque mali participem futurum, sed tanquam toto exercitu male administrato culpam in sese redundaturam. In hoc tumultu et perturbatione rerum Scythas in eos irruisse, omnesque occidisse, ita ut equites quadraginta tantum, equites trecenti evaserint.

22.

Strabo XI, p. 518 : Τὸν δὲ διὰ τῆς Σογδιανῆς ῥέοντα ποταμὸν Πολυτίμητον Ἀριστόβουλος λέγει, τῶν Μακεδόνων θεμένων (καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ, τὰ μὲν καινὰ ἔθεσαν, τὰ δὲ παρωνόμασαν), ἄρδοντα δὲ τὴν χώραν ἐκπίπτειν εἰς ἔρημον καὶ ἀμμώδη γῆν, καταπίνεσθαί τε εἰς τὴν ἄμμον, ὡς καὶ τὸν Ἄριον τὸν δι' Ἀρίων ῥέοντα.

Cf. Arrian. IV, 6, 10, quem sua ex Aristobulo habere patet; Curtius VII, 10, 2; Droysen. l. l. p. 323 n. 53; Mützell. l. l. p. 704.

23.

Arrian. IV, 8, 9, de Cliti cæde : Ἀριστόβουλος δὲ ὅθεν μὲν ἡ παροινία ὡρμήθη, οὐ λέγει· Κλείτου δὲ γενέσθαι μόνου τὴν ἁμαρτίαν, ὅν γε ὠργισμένου Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀναπηδήσαντος ἐπ' αὐτὸν ὡς διαχρησομένου, ἀπαχθῆναι μὲν διὰ θυρῶν ἔξω ὑπὲρ τὸ τεῖχός τε καὶ τὴν τάφρον τῆς ἄκρας, ἵνα ἐγένετο πρὸς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου τοῦ σωματοφύλακος· οὐ καρτερήσαντα δὲ, ἀναστρέψαι αὖθις, καὶ περιπετῆ Ἀλεξάνδρῳ γενέσθαι Κλεῖτον ἀνακαλοῦντι, καὶ φάναι, Ὅτι οὗτός τοι ἐγὼ ὁ Κλεῖτος, ὦ Ἀλέξανδρε· καὶ ἐν τούτῳ πληγέντα τῇ σαρίσσῃ ἀποθανεῖν.

« De Cliti cæde aliis aliter narrata cf. Arr. l. c. 8 init.; Curt. VIII, c. 1, 3 sqq.; Justin. XII, 6; Itiner. Alex. c. 90; Suid. s. v. Μεταξύ. Ad Aristobuli autem narrationem proxime accedunt quæ leguntur apud Plutarch. Vit. Alex. c. 50, 51, qui similiter de ea re existimat atque Arrianus l. c. 9 init. Cf. Cic. Tusc. IV, c. 27 et 37; Seneca De ira c. 17. Epist. 84; Valer. Max. IX, 3; Oros. III, 18; Tatian. Or. ad Græc. c. 3. Quod vero Santo-Crucius *Exam. crit.* p. 347 Aristobuli narrationem eo potissimum consilio fictam esse opinatur, ut omnis ab Alexandro culpa removeatur, ab Aristobuli et indole et fide est alienissimum. Accedit quod etiam secundum reliquos auctores si non sola, gravissima tamen culpa Clito est tribuenda, quod recte vidit Droysenius Hist. Alex. p. 336 sqq., Alexandri culpam rhetorica Curtii expositione quamvis egregia mirifice auctam esse concedit etiam Mützellius in ann. ad Curt. VIII, 5, 5*a* (p. 730 a). » Geier.

23. *a.*

Athenæus X, p. 434, D, de superbia Callisthenis qui poculum Alexandri repudiarit, vide Charetis Mytilenæi fr. 7.

24.

Arrian. IV, 13, 5, de conjuratione Hermolai ejusque sociorum : Ὡς οὖν περιῆκεν ἐς Ἀντίπατρον ἡ νυκτερινὴ φυλακὴ, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ξυγκείμενον εἶναι ἀποκτεῖναι Ἀλέξανδρον, κοιμωμένῳ ἐπιπεσόντας· ξυμβῆναι δὲ οἱ μὲν αὐτομάτως λέγουσιν, ἔστε ἡμέραν πίνειν Ἀλέξανδρον. Ἀριστόβουλος δὲ ὧδε ἀνέγραψε· Σύραν γυναῖκα ἐφομαρτεῖν Ἀλεξάνδρῳ, κάτοχον ἐκ τοῦ θείου γιγνομένην, καὶ ταύτην τὸ μὲν πρῶτον γέλωτα εἶναι Ἀλεξάνδρῳ τε καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν· ὡς δὲ τὰ πάντα ἐν τῇ κατοχῇ ἀληθεύουσα ἐφαίνετο, οὐκέτι ἀμελεῖσθαι ὑπ' Ἀλεξάνδρου, ἀλλ' εἶναι γὰρ τῇ Σύρᾳ πρόσοδον πρὸς τὸν βασιλέα καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ καθεύδοντι πολλάκις ἤδη ἐπιστῆναι. Καὶ δὴ καὶ τότε ἀπαλλασσομένου ἐκ τοῦ θείου ἐντυχεῖν, καὶ δεῖσθαι ἐπανελθόντα πίνειν ὅλην τὴν νύκτα· καὶ Ἀλέξανδρον θεῖόν τι εἶναι νομίσαντα ἐπανελθεῖν τε καὶ πίνειν, καὶ οὕτω τοῖς παισὶ διαπεσεῖν τὸ ἔργον.

Fusius hæc narrat Curtius VIII, 6, 16. Cf. Itiner. Alex. c. 93, qui sua ex Arriano sumpsisse videtur.

22.

Amnem per Sogdianam fluentem Polytimetum appellari Aristobulus ait, quod nomen Macedones ei dederint (qui etiam alia multa nomina aut nova invenerunt aut vetera commutarunt); eum rigata tellure in solitudinem et arenosam exire terram, absorberique sabulo, sicuti Arium, qui per Ariorum regionem labitur.

23.

Aristobulus unde hæc debacchatio orta sit, non dicit, omnem autem culpam in uno Clito fuisse dicit, quippe qui, quum jam Alexander ira percitus in eum interfecturus prosiliret, ipse per ostium ultra muros et fossam arcis subductus a Ptolemæo Lagi filio corporis custode, continere se non potuerit quin reverteretur : quumque in Alexandrum Cliti nomen inclamantem incidisset eique respondisset, En tibi Clitum, Alexander : tum sarissa ictum periisse.

24.

Quum nocturnæ custodiæ vices ad Antipatrum revolutæ essent, ea nocte statutum fuisse Alexandrum dormientem opprimere. Contigisse vero ut sua sponte, quemadmodum nonnulli scribunt, Alexander ad lucem usque potaret. At Aristobulus auctor est mulierem quandam Syram numine correptam Alexandrum secutam; atque hanc quidem initio Alexandro ejusque amicis risui fuisse. Quum vero in illa numinis afflatione omnia vera vaticinaretur, non amplius ab Alexandro contemptui habitam, sed liberum Syræ ad regem et noctu et interdiu accessum fuisse, ac sæpenumero etiam dormienti adfuisse. Hanc tum forte regi e compotatione discedenti numine afflatam occurrisse, atque ut reversus totam noctem potando traduceret orasse. Alexandrum divinos monitus esse suspicatum ad pocula rediisse et ita puerorum conatus irritos fuisse.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

25.

Arrian. IV, 14, 1, de Callisthene conjurationis socio. Vide Ptolemæi fr. 13.

26.

Arrian. IV, 14, 5, de Callisthenis obitu. Vide Ptolemæi fr. 14; Introd. ad fragm. Callisthenis.

27.

Arrian. V, 14, 3, de Alexandro ex insula Hydaspis fluvii in alteram ripam trajiciente : Ἀριστόβουλος δὲ τὸν Πώρου παῖδα λέγει φθάσαι ἀφικόμενον ξὺν ἅρμασιν ὡς ἑξήκοντα, πρὶν τὸ ὕστερον ἐκ τῆς νήσου τῆς μακρᾶς περᾶσαι Ἀλέξανδρον. Καὶ τοῦτον δυνηθῆναι ἂν εἶρξαι Ἀλέξανδρον τῆς διαβάσεως, χαλεπῶς καὶ μηδενὸς εἴργοντος περαιωθέντα· εἰπεροῦν καταπηδήσαντες οἱ Ἰνδοὶ ἐκ τῶν ἁρμάτων προσέκειντο τοῖς πρώτοις τῶν ἐκβαινόντων· ἀλλὰ παραλλάξαι γὰρ ξὺν τοῖς ἅρμασι, καὶ ἀκίνδυνον ποιῆσαι Ἀλεξάνδρῳ τὴν διάβασιν· καὶ ἐπὶ τούτοις ἀφεῖναι Ἀλέξανδρον τοὺς ἱπποτοξότας, καὶ τραπῆναι αὐτοὺς οὐ χαλεπῶς πληγὰς λαμβάνοντας.

Μακρᾶς] ita bene Sintenis, quum eadem insula in antecedentibus dicatur μεγάλη; libri μικρᾶς. Facius legit μείζονος, quod recepit Krüger. Geier. tuebatur μικρᾶς, altero loco scribi volebat οὐ μεγάλη, collato Plutarch. Al. c. 60; Hüllemanus scr. μικροτέρας. De re cf. Ptolemæi fr. 16.

28.

Arrian. V, 20, 3 (2), de Glausis, populo Indico. Vide Ptolemæi fr. 17.

28. a.

Plutarch. De fort. Alex. or. II, c. 9 (p. 418 ed. Didot.) de Alexandro apud Mallos vulnerato : Ἐν Μαλλοῖς τοξεύματι διπήχει διὰ τοῦ θώρακος εἰς τὸ στῆθος * ὑπελάσας [ὑπέρου πληγὰς] ἔλαβε κατὰ τοῦ αὐχένος, ὡς Ἀριστόβουλος ἱστόρηκε.

« Post v. στῆθος lacuna esse videbatur Reiskio; Wyttenbachius autem ὑπέρου δὲ πληγῇ pro ὑπελάσας scribendum putat secundum Or. I, c. 2 : ἐν δὲ Μάλλωσι βέλει μὲν ἀπὸ τόξου τὸ στέρνον ἐνερεισθέντι καὶ καταδύσαντι τὸν σίδηρον, ὑπέρου δὲ πληγῇ παρὰ τὸν τράχηλον, ὅτε προστεθεῖσαι τοῖς τείχεσιν αἱ κλίμακες ἐκλάσθησαν, et Vit. Alex. c. 63 : Αὐτὸς δὲ (ὁ Ἀλέξανδρος) τραύματα πολλὰ λαμβάνων, τέλος δὲ πληγεὶς ὑπέρῳ κατὰ τοῦ τραχήλου προσήρεισε τῷ τείχει τὸ σῶμα βλέπων πρὸς τοὺς πολεμίους. Nobis autem et ex horum locorum comparatione et ex nostri loci nexu desiderari videtur : Ἐν Μαλλοῖς τοξεύματι διπήχει διὰ τοῦ θώρακος εἰς τὸ στῆθος, ὑπέρῳ δὲ πληγὰς ἔλαβε κατὰ τοῦ αὐχένος, ὡς Ἀριστόβουλος ἱστόρηκε. Ceterum cf. Ptolemæi fr. 20 » Geier.

28. b.

Athenæus VI, p. 251 A : Ἀριστόβουλος δέ φησιν ὁ Κασσανδρεὺς Διώξιππον τὸν Ἀθηναῖον παγκρατιαστήν, τρωθέντος ποτὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ αἵματος ῥέοντος, εἰπεῖν·

Ἰχὼρ οἷόςπερ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Versus Homeri Il. V, 340, quem Callistheni tribuit Seneca Suas. I, p. 6 ed. Bip. Anaxagoræ dictum vindicat Diog. L. IX, 60.

29.

Strabo XV, p. 691 sqq. de India : Ἀριστόβουλος δὲ μόνα καὶ ὕεσθαι καὶ νίφεσθαι τὰ ὄρη καὶ τὰς ὑπωρείας φησί· τὰ πεδία δὲ καὶ ὄμβρων ὁμοίως ἀπηλλάχθαι καὶ νιφετῶν· ἐπικλύζεσθαι δὲ μόνον κατὰ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν· νίφεσθαι μὲν οὖν τὰ ὄρη κατὰ χειμῶνα· τοῦ δὲ ἔαρος ἀρχομένου καὶ τοὺς ὄμβρους ἐνάρχεσθαι, καὶ ἀεὶ καὶ μᾶλλον λαμβάνειν ἐπίδοσιν· τοῖς δ' ἐτησίαις καὶ ἀδιαλείπτως νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐκχεῖσθαι καὶ λάβρους ἕως ἐπιτολῆς Ἀρκτούρου· ἔκ τε δὴ τῶν χιόνων καὶ τῶν ὑετῶν πληρουμένους ποτίζειν τὰ πεδία. Κατανοηθῆναι δὲ ταῦτα καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων φησὶν, ὡρμηκότων μὲν εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἀπὸ Παροπαμισαδῶν μετὰ δυσμὰς Πλειάδων καὶ διατρψάντων κατὰ τὴν ὀρεινὴν ἔν τε τῇ Ἀσπασίων καὶ τῇ Ἀσσακανοῦ (vg. Ἱππασίων καὶ τῇ Μουσικανοῦ) γῇ τὸν χειμῶνα, τοῦ δ' ἔαρος ἀρχομένου καταβεβηκότων εἰς τὰ πεδία καὶ πόλιν Τάξιλα εὐμεγέθη, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Ὑδάσπην καὶ τὴν Πώρου χώραν· τοῦ μὲν οὖν χειμῶνος ὕδωρ οὐκ ἰδεῖν, ἀλλὰ χιόνας μόνον· ἐν δὲ τοῖς Ταξίλοις πρῶτον ὑσθῆναι· καὶ ἐπειδὴ καταβᾶσιν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην καὶ νικήσασι Πῶρον ὁδὸς ἦν ἐπὶ τὸν Ὕπανιν πρὸς ἕω, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην πάλιν, ὕεσθαι συνεχῶς, καὶ μάλιστα τοῖς ἐτησίαις· ἐπιτείλαντος δὲ Ἀρκτούρου γενέσθαι παῦλαν· διατρίψαντας δὲ περὶ τὴν ναυπηγίαν ἐπὶ τῷ Ὑδάσπῃ καὶ πλεῖν ἀρξαμένους πρὸ δύσεως Πλειάδος οὐ πολλαῖς ἡμέραις, καὶ τὸ φθινόπωρον πᾶν καὶ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἐπιὸν ἔαρ καὶ θέρος ἐν τῷ κατάπλῳ πραγματευθέντας ἐλθεῖν εἰς τὴν Πατταληνὴν περὶ Κυνὸς ἐπιτολήν· δέκα μὲν δὴ τοῦ κατάπλου γενέσθαι μῆνας, οὐδαμοῦ δ' ὑετῶν αἰσθέσθαι, οὐδ' ὅτε ἐπήκμασαν οἱ ἐτησίαι· τῶν δὲ ποταμῶν πληρουμένων τὰ πεδία κλύζεσθαι· τὴν δὲ θάλατταν ἄπλουν εἶναι τῶν ἀνέμων ἀντιπνεόντων, ἀπὸ γαίας δὲ μηδεμιᾶς πνοῆς ἐκδεξαμένης.

Τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ καὶ ὁ Νέαρχος λέγει· περὶ δὲ τῶν θερινῶν ὄμβρων οὐχ ὁμολογεῖ, ἀλλά φησιν ὕεσθαι τὰ πεδία θέρους, χειμῶνος δ' ἀνομβρα εἶναι. Λέγουσι δ' ἀμφότεροι καὶ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν. Ὁ μέν γε Νέαρχος τοῦ Ἀκεσίνου πλησίον στρατοπεδεύοντάς φησιν ἀναγκασθῆναι μεταλαβεῖν τόπον ἄλλον ὑπερδέξιον κατὰ τὴν ἀνάβασιν, γενέσθαι δὲ τοῦτο κατὰ θερινὰς τροπάς. Ὁ δ' Ἀριστόβουλος καὶ μέτρα τῆς ἀναβάσεως ἐκτίθεται τετταράκοντα πήχεις, ὧν τοὺς μὲν εἴκοσιν ὑπὲρ τὸ προϋπάρχον βάθος πληροῦν μέχρι χείλους τὸ ῥεῖθρον, τοὺς δ' εἴκοσιν ὑπέρχυσιν εἶναι εἰς τὰ πεδία. Ὁμολογοῦσι δὲ καὶ διότι συμβαίνει νησίζειν τὰς πόλεις, ἐπάνω χωμάτων ἱδρυμένας, καθάπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Αἰθιοπίᾳ· μετὰ δὲ ἀρκτοῦρον παύεσθαι τὴν πλήμμυραν ἀποβαίνοντος τοῦ ὕδατος· ἔτι δ' ἡμίψυκτον σπείρεσθαι τὴν γῆν, ἀπὸ τοῦ τυχόντος ὀρύκτου χαραχθεῖσαν, καὶ ὅμως φύεσθαι τὸν καρπὸν τέλειον καὶ καλόν. Τὴν δ' ὄρυζάν φησιν ὁ Ἀριστόβουλος ἑστάναι ἐν ὕδατι κλειστῷ· πρασίας δ' εἶναι τὰς ἐχούσας αὐτήν· ὕψος δὲ τοῦ φυτοῦ τετράπηχυ, πολύσταχύ τε καὶ πολύκαρπον· θερίζεσθαι δὲ περὶ δύσιν Πληϊάδος καὶ πτίσσεσθαι ὡς τὰς ζειάς· φύεσθαι δὲ καὶ ἐν τῇ Βακτριανῇ καὶ Βαβυλωνίᾳ καὶ Σουσίδι· καὶ ἡ κάτω δὲ Συρία φύει. (Interponuntur quædam ex Megillo et Onesicrito.)

Τὴν δ' ὁμοιότητα τῆς χώρας ταύτης πρός τε τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν καὶ πάλιν τὴν ἐναντιότητα παραθεὶς ὁ Ἀριστόβουλος διότι τῷ Νείλῳ μὲν ἐκ τῶν νοτίων ὄμβρων ἐστὶν ἡ πλήρωσις, τοῖς Ἰνδικοῖς ποταμοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν, ζητεῖ, πῶς οἱ μεταξὺ τόποι οὐ κατομβροῦνται· οὔτε γὰρ ἡ Θηβαΐς μέχρι Συήνης καὶ τῶν ἐγγὺς Μερόης, οὔτε τῆς Ἰνδικῆς τὰ ἀπὸ τῆς Πατταληνῆς μέχρι τοῦ Ὑδάσπου· τὴν δ' ὑπὲρ ταῦτα τὰ μέρη χώραν, ἐν ᾗ καὶ ὄμβροι καὶ νιφετοὶ, παραπλησίως ἔφη γεωργεῖσθαι τῇ ἄλλῃ τῇ ἔξω τῆς Ἰνδικῆς χώρᾳ· ποτίζεσθαι γὰρ ἐκ τῶν ὄμβρων καὶ τῶν χιόνων. Εἰκὸς δ' οἷς εἴρηκεν οὕτος, καὶ εὔσειστον εἶναι τὴν γῆν, χαυνουμένην ὑπὸ τῆς πολλῆς ὑγρασίας, καὶ ἐκρήγματα λαμβάνουσαν, ὥστε καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν ἀλλάττεσθαι. Πεμφθεὶς γοῦν ἐπί τινα χρείαν ἰδεῖν φησιν ἐρημωθεῖσαν χώραν πλειόνων ἢ χιλίων πόλεων σὺν κώμαις, ἐκλιπόντος τοῦ Ἰνδοῦ τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον, ἐκτραπομένου δ' εἰς τὸ ἕτερον ἐν ἀριστερᾷ κοιλότερον πολὺ καὶ οἷον καταῤῥάξαντος, ὡς τὴν ἀπολειφθεῖσαν ἐν δεξιᾷ χώραν μηκέτι ποτίζεσθαι, ταῖς ὑπερχύσεσι μετεωροτέραν οὖσαν, οὐ τοῦ ῥείθρου τοῦ καινοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπερχύσεων.

27.

Aristobulus auctor est Pori filium cum sexaginta curribus eo venisse, priusquam per longam illam insulam Alexander exercitum transmisisset. Atque hunc quidem Alexandrum transitu prohibere potuisse, quippe qui difficulter etiam nemine obsistente transiisset, si modo Indi a curribus desilientes impetum in primos quosque transeuntes fecissent. An illum cum curribus prætergressum, tutum Alexandro transitum reliquisse. In quos quum Alexander equestres sagittarios immisisset, in fugam facile vertisse.

28[a].

In Malli sagitta dicubitali per thoracem in pectus [penetrante vulneratus est, et pistilli ictus] accepit in cervicem : auctor Aristobulus.

28[b].

Aristobulus Cassandrensis ait Dioxippum Atheniensem, pancratiasten, vulnerato aliquando Alexandro, manante sanguine, dixisse :

Ichor qualis quidem diis fluit beatis.

29.

Aristobulus dicit solos montes et montium ima pluviam et nives sentire : campos vero tum imbrium tum nivium esse expertes, sed incrementis tantum fluminum inundari. In montibus per hiemem ningere, vere incipiente imbres quoque incipere, ac semper magis augeri, et quo tempore Etesiæ flant die nocteque indesinenter et copiose effundi usque ad Arcturi exortum. His igitur nivibus et imbribus aucta flumina campos irrigare. Quæ omnia et a se et ab aliis observata dicit, quum ex Paropamisadis in Indiam contendentes post Pleiadum occasum in terris montanis Aspasiorum et Assacani hiemem degissent, vere autem incipiente in campos et ad Taxila, urbem maximam, atque hinc ad Hydaspem ac Pori regionem descendissent. Tum igitur hieme quidem aquam non vidisse, sed nives solum; primo pluisse Taxilis : ac postquam ad Hydaspem venissent et devicto Poro iter ad Hypanim fecissent orientem versus, atque inde ad Hydaspem rursum, continue pluisse, præsertim flantibus Etesiis : Arcturi autem exortu cessasse : et quum navium fabricationi ad Hydaspem immorati essent, et non multis diebus ante Pleiadum occasum navigare cœpissent, totum auctumnum et hiemem et ver et adventantem æstatem in navigatione occupantes, circiter Canis exortum in Pattalenam pervenisse. Quum itaque decem menses navigando consumpsissent, nunquam tamen per id tempus aquam sensisse, ne tum quidem quum vigerent Etesiæ : fluminum vero eluvione campos inundatos esse; mare autem propter contrarios ventos, quia nullus a terra flatus prosequeretur, navigari non potuisse.

Idem Nearchus affirmat. De æstivis autem imbribus non consentit : sed æstate complui campos, hieme non item, asserit. De fluminum exundatione convenit inter eos. Nearchus, quum prope Acesinem castra posuissent, coactos ait fuisse, aquis se extollentibus, in arduum magis locum ea subducere : idque circa æstivum solstitium contigisse. Aristobulus exundantiæ mensuram cubitorum quadraginta tradidit, quorum viginti alveum implerent supra priorem profunditatem usque ad labrum, reliqui autem viginti in campos effunderentur. Id quoque uno ore dicunt, insularum in morem aquis ambiri urbes, aggeribus impositas, quemadmodum in Ægypto etiam et Æthiopia. Post Arcturum autem jam aqua subsidente, cessare inundationem. Addit etiam, terram semisiccam et a quolibet fossore leviter scissam seri, et fruges optimas gigni. Aristobulus dicit oryzam in aquis eluvionis stare, factis alveolis quibusdam eam continentibus : stirpis altitudinem esse quattuor cubitorum, ipsam multarum spicarum, multique fructus; meti sub Pleiadum occasum, et zeæ more contundi. Nasci etiam in Bactriano agro et in Babylonio et in Suside et in inferiore Syria.

Porro Aristobulus, exposita et similitudine, quæ huic terræ cum Ægypto et Æthiopia intercedit, deinde vero etiam diversitate, quandoquidem Nilus austrinis impleatur, Indici autem fluvii septemtrionalibus imbribus, causam quærit cur intermedia loca imbribus careant : nam nec inter Thebaica usque ad Syenen et loca Meroæ proxima, neque in Indicæ partibus a Pattalene usque ad Hydaspin pluit : superiorem vero regionem, in qua et pluat et ningat, perinde excoli dicit atque reliquam, quæ sit extra Indiam sita, quum imbribus nivibusque humectetur. Porro ex iis

Τὰ πεδία δὲ καὶ ὄμβρων κτλ.] Strabo XV, p. 695 : Τοῦτο δ'οἱ μὲν περὶ Ἀριστόβουλον οὐχ ἂν συγχωροῖεν, οἱ φάσκοντες μὴ ὕεσθαι τὰ πεδία. V. Onesicrit. fr. 17. — Ἔν τε τῇ Ἱππασίων καὶ τῇ Μουσικανοῦ γῇ] ἐ. τ. τ. Ἀσπασίων κ. τ. Ἀσσακανοῦ γῇ corrigit Hülleman. Ἀσπασίων jam conjecerat Schmieder. ad Arr. Ind. c. 6. Ἱππασίων pro ὑπ' Ἀσίων codd. dederat Scaliger. Cum eodem Hüllemano delevi particulam καὶ quæ vulgo legitur ante διατριψάντων. Rationes emendationum positæ in rerum temporibus. Cf. Mützell. l. l. p. 797 et quos laudat.

30.

Strabo XV, p. 694 : Κατὰ δὲ τὸν Ἀκεσίνην καὶ τὴν συμβολὴν τὴν πρὸς Ὑάρωτιν καὶ Ἀριστόβουλος εἴρηκε περὶ τῶν κατακαμπτομένους ἐχόντων τοὺς κλάδους (δένδρων), καὶ περὶ τοῦ μεγέθους· ὥσθ' ὑφ' ἑνὶ δένδρῳ μεσημβρίζειν σκιαζομένους ἱππέας πεντήκοντα· οὗτος δὲ (sc. Ὀνησίκριτος) τετρακοσίους. Λέγει δὲ ὁ Ἀριστόβουλος καὶ ἄλλο δένδρον οὐ μέγα, μεγάλους λοβοὺς ἔχον, ὡς ὁ κύαμος, δέκα δακτύλους τὸ μῆκος, πλήρεις μέλιτος, τοὺς δὲ φαγόντας οὐ ῥᾳδίως σώζεσθαι. (Ἅπαντας δ' ὑπερβέβληνται περὶ τοῦ μεγέθους τῶν δένδρων οἱ φήσαντες ἑωρᾶσθαι πέραν τοῦ Ὑαρώτιδος δένδρον ποιοῦν σκιὰν ταῖς μεσημβρίαις πενταστάδιον.) Καὶ τῶν ἐριοφόρων δένδρων φησὶν οὗτος τὸ ἄνθος ἔχειν πυρῆνα· ἐξαιρεθέντος δὲ τούτου ξαίνεσθαι τὸ λοιπὸν ὁμοίως ταῖς ἐρέαις. Ἐν δὲ τῇ Μουσικανοῦ καὶ σῖτον αὐτοφυῆ λέγει πυρῷ παραπλήσιον, καὶ ἄμπελον, ὥστ' οἰνοφορεῖν, τῶν ἄλλων ἄοινον λεγόντων τὴν Ἰνδικήν· ὥστε μήτ' αὐλὸν εἶναι κατὰ τὸν Ἀνάχαρσιν, μήτ' ἄλλο τῶν μουσικῶν ὀργάνων μηδὲν πλὴν κυμβάλων καὶ τυμπάνων καὶ κροτάλων, ἃ τοὺς θαυματοποιοὺς κεκτῆσθαι. Καὶ πολυφάρμακον δὲ καὶ πολύῤῥιζον τῶν τε σωτηρίων καὶ τῶν ἐναντίων, ὥσπερ καὶ πολυχρώματον καὶ οὕτος εἴρηκε καὶ ἄλλοι γε. Προστίθησι δ' οὗτος, ὅτι καὶ νόμος εἴη τὸν ἀνευρόντα τι τῶν ὀλεθρίων, ἐὰν μὴ προσανεύρῃ καὶ τὸ ἄκος αὐτοῦ, θανατοῦσθαι· ἀνευρόντα δὲ, τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τοῖς βασιλεῦσιν. Ἔχειν δὲ καὶ κιννάμωμον καὶ νάρδον καὶ τὰ ἄλλα ἀρώματα τὴν νότιον γῆν τὴν Ἰνδικὴν ὁμοίως ὥσπερ τὴν Ἀραβίαν καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ἔχουσάν τι ἐμφερὲς ἐκείναις κατὰ τοὺς ἡλίους· διαφέρειν δὲ τῷ πλεονασμῷ τῶν ὑδάτων, ὥστ' ἔνικμον τὸν ἀέρα εἶναι, καὶ τροφιμώτερον παρὰ τοῦτο καὶ γόνιμον μᾶλλον· ὡς δ' αὕτως καὶ τὴν γῆν καὶ τὸ ὕδωρ· ᾗ δὴ καὶ μείζω τά τε χερσαῖα τῶν ζώων καὶ τὰ καθ' ὕδατος τὰ ἐν Ἰνδοῖς τῶν παρ' ἄλλοις εὑρίσκεσθαι. Καὶ τὸν Νεῖλον δ' εἶναι γόνιμον μᾶλλον ἑτέρων, καὶ μεγαλοφυῆ γεννᾶν καὶ τἆλλα καὶ τὰ ἀμφίβια· τάς τε γυναῖκας ἔσθ' ὅτε καὶ τετράδυμα τίκτειν τὰς Αἰγυπτίας.

Cf. Plinius H. N. VII, 2, 21, p. 6 Tchn. : *Arbores tantæ proceritatis traduntur, ut sagittis superari nequeant. Hæc facit ubertas soli, temperies cæli, aquarum abundantia; si libeat credere, ut sub una ficu turmæ condantur equitum.* Cf. Onesicrit. fr. 15; Nearch. fr. 11; Bohlen. l. l. I, p. 39.

31.

Strabo XV, p. 701 : Ὑστάτης δὲ τῆς Πατταληνῆς (sc. νήσου ἐκράτησεν Ἀλέξανδρος), ἣν ὁ Ἰνδὸς ποιεῖ, σχισθεὶς εἰς δύο προχοάς. Ἀριστόβουλος μὲν οὖν εἰς χιλίους σταδίους διέχειν ἀλλήλων φησὶν αὐτάς· Νέαρχος δ' ὀκτακοσίους προστίθησιν. Cf. Arrian. VI, 17, 4; Onesicrit. fr. 19; Mützell. l. l. p. 864.

32.

Strabo XV, p. 706 sq. de Indi et Nili animalibus : Ἀριστόβουλος δὲ τῶν θρυλουμένων μεγεθῶν οὐδὲν ἰδεῖν φησιν· ἔχιδναν δὲ μόνον ἐννέα πηχῶν καὶ σπιθαμῆς. (Καὶ ἡμεῖς δ' ἐν Αἰγύπτῳ κομισθεῖσαν ἐκεῖθεν τηλικαύτην πως εἴδομεν.) Ἔχεις δὲ πολλούς φησι πολὺ ἐλάττους καὶ ἀσπίδας, σκορπίους δὲ μεγάλους· οὐδὲν δὲ τούτων οὕτως ὀχλεῖν, ὡς τὰ λεπτὰ ὀφείδια οὐ μείζω σπιθαμιαίων· εὑρίσκεσθαι γὰρ ἐν σκηναῖς, ἐν σκεύεσιν, ἐν θρίγκοις ἐγκεκρυμμένα· τοὺς δὲ πληγέντας αἱμορῤῥοεῖν ἐκ παντὸς πόρου μετὰ ἐπωδυνίας· ἔπειτα ἀποθνήσκειν, εἰ μὴ βοηθήσει τις εὐθύς. Τὴν δὲ βοήθειαν ῥᾳδίαν εἶναι διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν Ἰνδικῶν ῥιζῶν καὶ φαρμάκων. Κροκοδείλους τε οὔτε πολλοὺς οὔτε βλαπτικοὺς ἀνθρώπων ἐν τῷ Ἰνδῷ φησιν εὑρίσκεσθαι· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ζῷα τὰ πλεῖστα τὰ αὐτὰ ἅπερ ἐν τῷ Νείλῳ γεννᾶσθαι, πλὴν ἵππου ποταμίου. (Ὀνησίκριτος δέ φησι καὶ τοῦτον γεννᾶσθαι.) Τῶν δ' ἐκ θαλάττης φησὶν Ἀριστόβουλος εἰς μὲν τὸν Νεῖλον ἀνατρέχειν μηδὲν ἔξω θρίσσης καὶ κεστρέως καὶ δελφῖνος, διὰ τοὺς κροκοδείλους, ἐν δὲ τῷ Ἰνδῷ πλῆθος· τῶν δὲ καρίδων τὰς μὲν μικρὰς μέχρι ὄρους ἀναθεῖν, τὰς δὲ μεγάλας μέχρι τῶν συμβολῶν τοῦ τε Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Ἀκεσίνου.

33.

Strabo XVII, p. 824 : Φησὶ δ' Ἀριστόβουλος, μηδὲν ἀνατρέχειν ὄψον εἰς τὸν Νεῖλον ἐκ τῆς θαλάττης, πλὴν κεστρέως καὶ θρίσσης καὶ δελφῖνος, διὰ τοὺς κροκοδείλους· τοὺς μὲν δελφῖνας διὰ τὸ κρείττους εἶναι, τοὺς δὲ κεστρέας τῷ παραπέμπεσθαι ὑπὸ τῶν χοίρων παρὰ γῆν κατά τινα οἰκείωσιν φυσικήν· τῶν δὲ χοίρων ἀπέχεσθαι τοὺς κροκοδείλους, στρογγύλων ὄντων καὶ ἐχόντων ἀκάνθας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φερούσας κίνδυνον τοῖς θηρίοις· ἀναθεῖν μὲν οὖν ἔαρος τοὺς κεστρέας γόνον ἔχοντας· μικρὸν δὲ πρὸ δύσεως Πλειάδος καταβαίνειν τεξομένους ἀθρόους, ὅτε καὶ ἡ ἅλωσις αὐτῶν γίγνεται περιπιπτόντων τοῖς φράγμασιν ἀθρόων.

« Eadem fere narrantur apud Arrian. Ind. c. 6 et Exped. Al. VI, 1; cf. Onesicriti fr. 7, Nearch. fr. 14 et 15; Wesseling. ad Diodor. XVII, 90; Interpr. ad Curt. IX, 1, 4 et 12; Plin. H. N. VIII, 14, 14. His egregie respondent quæ leguntur apud Bohlen. De vet. Ind. I, p. 41—43. Cf. Droysen. Hist. Alex. p. 388. » Geier.

34.

Strabo XV, p. 714 : Ἀριστόβουλος δὲ τῶν ἐν Ταξίλοις σοφιστῶν ἰδεῖν δύο φησὶ Βραχμᾶνας ἀμφοτέρους, τὸν μὲν πρεσβύτερον ἐξυρημένον, τὸν δὲ νεώτερον κομήτην, ἀμφοτέροις δ' ἀκολουθεῖν μαθητάς· τὸν μὲν οὖν ἄλλον χρόνον κατ' ἀγορὰν διατρίβειν, τιμωμένους ἀντὶ συμβούλων ἐξουσίαν ἔχοντας ὅ τι ἂν βούλωνται τῶν ὠνίων φέρεσθαι δωρεάν· ὅτῳ δ' ἂν προτίωσι, καταχεῖν αὐτῶν τοῦ σησαμίνου λίπους, ὥστε καὶ κατὰ τῶν ὁμμάτων ῥεῖν· τοῦ τε μέλιτος πολλοῦ προκειμένου καὶ τοῦ σησάμου μάζας ποιουμένους τρέφεσθαι δωρεάν· παρερχομένους δὲ καὶ πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρου τράπεζαν παραστάντας δειπνεῖν [καὶ] καρτερίαν διδάσκειν παραχωροῦντας ἐς τινὰ τόπον πλησίον· ὅπου τὸν μὲν πρεσβύτερον πεσόντα ὕπτιον ἀνέχεσθαι τῶν ἡλίων καὶ τῶν ὄμβρων· ἤδη γὰρ ὕειν ἀρχομένου τοῦ ἔαρος· τὸν δ' ἑστάναι μονοσκελῆ, ξύλον ἐπηρμένον ἀμφοτέραις

quæ refert verisimile est, terram facile motibus concuti ab humiditate nimis laxatam, et facile rumpi, adeo ut etiam fluminum alvei immutentur. Ipse quidem ad rem quandam gerendam se missum vidisse affirmat mille vel amplius urbium et vicorum regionem desertam, quum Indus proprium alveum reliquisset, et ad sinistram conversus esset et quasi perrupisset in alium longe profundiorem, adeo ut regio ad dextram relicta non amplius effusionibus irrigaretur, quum non modo alveo recente sublimior esset, sed etiam omni fluminis inundatione.

30.

Aristobulus quoque ad Acesinem ejusque cum Hyaroti confluentes arbores nasci dicit, quæ ramos ad terram deflexos habeant, tantæque sint magnitudinis, ut in unius arboris umbra meridiari possint equites quinquaginta. Ille (*i. e. Onesicritus fr.* 11, *de quo in antecedentibus Strabo dixerat*) quadringentos ait. Porro aliam esse Aristobulus narrat arborem haud magnam, quæ magnas habeat siliquas, fabarum similes denorum digitorum longitudine, mellis plenas; quas qui ederint, eos haud facile mortem effugere. (Omnes vero, qui de arborum magnitudine dixerunt, superantur ab iis, qui trans Hyarotin arborem visam fuisse tradunt, quæ meridie umbram faceret quinque stadiorum.) Porro Aristobulus narrat lanigerarum arborum florem habere nucleum, quo exempto, reliquum lanæ in modum carminetur. In Musicani autem regione etiam frumentum sponte nasci dicit tritico assimile, itemque vites : ut itaque vinum proferat India, quam carere eo ceteri auctores produnt, adeo ut secundum Anacharsim neque tibia ibi audiatur neque aliud instrumentum musicum præter cymbala et tympana, quibus uti præstigiatores soleant. Præterea Indiam multa medicamenta habere ac multas radices tum salubres tum noxias, sicuti etiam multos colores, et Aristobulus dixit et alii complures. Ille vero addit legem quoque esse, ex qua si quis exitiale aliquid invenerit, nisi etiam remedium ejus reperiat, morte plectendus sit; sin vero repererit, honore a regibus afficiatur. Porro cinnamomum, nardum et reliqua aromata australes Indiæ regiones proferre similiter atque Arabiam et Æthiopiam, cui quod ad solis calorem similes quodammodo sint, sed differre eas aquarum abundantia, unde aer udus fiat et fecundior proinde atque ad nutriendum uberior; neque aer solum, sed eodem modo etiam terra et aqua. Quapropter animalia tum terrestria tum aquatilia apud Indos quam apud ceteros majora reperiri. Similiter Nilum fœcunditate præstare et prægrandia producere tum reliqua tum amphibia; mulieres quoque Ægyptias interdum quadrigeminos parere.

31.

Ultimam ex Indi regionibus Alexander subegit Pattalenen, quam Indus facit in duos divisus alveos, quos Aristobulus ad mille stadia distare inter se dicit; Nearchus his addit octingenta.

32.

Aristobulus nullum animal istius, quam jactitant, magnitudinis se vidisse ait, sed viperam solum novem cubitorum et dodrantis. (Nos quoque in Ægypto vidimus ejusdem fere magnitudinis viperam inde allatam.) Multas vero viperas se vidisse affirmat, multo tamen minores, et aspides itemque scorpiones prægrandes. Sed nihil horum tam infestum esse homini quam serpentes palmari longitudine, qui in tabernaculis, in vasis et in sepibus occulti inveniantur. Ictos ab iis sanguinem ex omni meatu cum dolore emittere, deinde mori, nisi cito subveniatur. Remedium vero propter vim herbarum et radicum Indicarum esse facile. Porro crocodilos neque multos neque infestos hominibus in Indo dicit inveniri; ceteraque animalia in Indo maximam partem eadem quæ in Nilo nasci, præter equum fluviatilem (Onesicritus tamen hunc quoque in eo gigni dicit). Ex marinis piscibus Aristobulus tradit in Nilum ascendere nullum, præter alosam et mugilem et delphinum, crocodilorum causa, contra in Indum permultos. Et e squillis quidem parvas usque ad montes ascendere, magnas usque ad Indi et Acesinis confluentes.

33.

Aristobulus tradit nullum piscem e mari in Nilum ascendere, crocodilorum metu, præter mugilem, thrissam et delphinum; hunc, quia crocodilo sit præstantior; mugiles, quia a porcis secus terram deducantur stipati ob naturalem quandam familiaritatem; crocodilos vero a porcis abstinere, qui quum rotundi sint et spinas in capite habeant, periculum ipsis creent. Ascendere itaque mugiles vere, quum prægnantes sint, descendere autem paullo ante Vergiliarum occasum confertim parituros, ac tum in septa incidentes capi frequentes.

34.

Aristobulus sophistarum, qui Taxilis sint, se vidisse dicit duos, Brachmanes ambos, alterum seniorem tonsum, alterum juniorem comatum; utrumque discipulis comitatum fuisse. Hos reliquo tempore in foro versari solitos, iisque ut consiliariis honorem hunc habitum, ut quidquid ex rebus venalibus vellent, id gratis auferre liceret, et ad quemcunque accesserint, eum oleo sesamino illos perfudisse, adeo ut vel ad oculos flueret; eosque ex parata mellis et sesami copia panem conficere atque sic nutriri gratis. Quumque etiam ad Alexandri mensam accederent, assistentes cœnasse, et tolerantiam docuisse in propinquum quendam

ταῖς χερσὶν, ὅσον τρίπηχυ· κάμνοντος δὲ τοῦ σκέλους ἐπὶ θάτερον μεταφέρειν τὴν βάσιν καὶ διατελεῖν οὕτως τὴν ἡμέραν ὅλην· φανῆναι δ' ἐγκρατέστερον μακρῷ τὸν νεώτερον· συνακολουθήσαντα γὰρ μικρὰ τῷ βασιλεῖ ταχὺ ἀναστρέψαι πάλιν ἐπ' οἶκου, μετιόντος τε, αὐτὸν κελεῦσαι ἥκειν, εἴ του βούλεται τυγχάνειν· τὸν δὲ συναπᾶραι μέχρι τέλους, καὶ μεταμφιάσασθαι καὶ μεταθέσθαι τὴν δίαιταν, συνόντα τῷ βασιλεῖ· ἐπιτιμώμενον δ' ὑπό τινων λέγειν ὡς ἐκπληρώσειε τὰ τεττεράκοντα ἔτη τῆς ἀσκήσεως, ἃ ὑπέσχετο. Ἀλέξανδρον δὲ τοῖς παισὶν αὐτοῦ δοῦναι δωρεάν.

Τῶν δ' ἐν Ταξίλοις νομίμων καινὰ καὶ ἀήθη λέγει, τό τε τοὺς μὴ δυναμένους ἐκδιδόναι τὰς παῖδας ὑπὸ πενίας προάγειν εἰς ἀγορὰν ἐν ἀκμῇ τῆς ὥρας κόχλῳ τε καὶ τυμπάνοις, οἷσπερ καὶ τὸ πολεμικὸν σημαίνουσιν, ὄχλου προσκληθέντος· τῷ δὲ προσελθόντι τὰ ὀπίσθια πρῶτον ἀνασύρεσθαι μέχρι τῶν ὤμων, εἶτα τὰ πρόσθεν· ἀρέσασαν δὲ καὶ συμπεισθεῖσαν ἐφ' οἷς ἂν δοκεῖ συνοικεῖν. Καὶ τὸ γυψὶ ῥίπτεσθαι τὸν τετελευτηκότα· τὸ δὲ πλείους ἔχειν γυναῖκας κοινὸν καὶ ἄλλων. Παρά τισι δ' ἀκούειν φησὶ, καὶ συγκατακαιομένας τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσιν ἀσμένας· τὰς δὲ μὴ ὑπομενούσας ἀδοξεῖν· εἴρηται καὶ ἄλλοις ταῦτα.

De gymnosophistis cf. Onesicrit. fr. 10; Nearch. fr. 7; Arrian. Ind. c. 11, Exp. Al. VII, 1; Diodor. XVII, 102; Curtius VIII, 9, 31 sqq.; Plin. H. N. VII, 2; Cic. Tusc. V, 25; Bohlen. l. l. I, p. 319, 279. II, 181; Creuzer. *Symbol.* I, p. 482 sqq. ed. tert.; Lassen. De nominibus quibus a veteribus appellantur Indorum philosophi, in *Rhein. Mus.* I, p. 170.

34 b.

Plutarch. De nobil. c. 19 : Ἰνδικοὺς κύνας δῶρον πεμφθέντας Ἀλεξάνδρῳ φησὶν Ἀριστόβουλος πρὸς μὲν τοὺς ἀγρίους ταύρους καὶ ὀρεῖς ἀδμήτους προβαλλομένους ἀκινήτους κατακεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸν εἰσηγμένον λέοντα ἐκθορήσαντας εἰς μάχην ἐπερρίφθαι.

Cf. Plut. De sollert. anim. c. 15; Diodor. XII, 92; Strabo XV, p. 700; Ælian. H. N. VIII, 1.

35.

Arrian. VI, 22 : (Ἀλέξανδρος) σὺν τῇ στρατιᾷ τῇ πολλῇ προϋχώρει ὡς ἐπὶ Γαδρωσοὺς ἔρημον τὴν πολλήν. Καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ λέγει Ἀριστόβουλος σμύρνης πολλὰ δένδρα πεφυκέναι, μείζονα ἢ κατὰ τὴν ἄλλην σμύρναν· καὶ τοὺς Φοίνικας τοὺς κατ' ἐμπορίαν τῇ στρατιᾷ ξυνεπομένους ξυλλέγοντας τὸ δάκρυον τῆς σμύρνης (πολὺ γὰρ εἶναι, οἷα δὴ ἐκ μεγάλων τε τῶν πρέμνων καὶ οὔπω πρόσθεν ξυλλελεγμένον) ἐμπλήσαντας τὰ ὑποζύγια ἄγειν. Ἔχειν δὲ τὴν ἔρημον ταύτην καὶ νάρδου ῥίζαν πολλήν τε καὶ εὔοσμον· καὶ ταύτην ξυλλέγειν τοὺς Φοίνικας· πολὺ δὲ εἶναι αὐτῆς τὸ καταπατούμενον πρὸς τῆς στρατιᾶς, καὶ ἀπὸ τοῦ πατουμένου ὀδμὴν ἡδεῖαν κατέχειν ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας· τοσόνδε εἶναι τὸ πλῆθος. Εἶναι δὲ καὶ ἄλλα δένδρα ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὸ μέν τι δάφνῃ ἐοικὸς τὸ φύλλον, καὶ τοῦτο ἐν τοῖς προσκλυζομένοις τῇ θαλάσσῃ χωρίοις πεφυκέναι· καὶ ἀπολείπεσθαι μὲν τὰ δένδρα πρὸς τῆς ἀμπώτεως ἐπὶ ξηροῦ, ἐπελθόντος δὲ τοῦ ὕδατος ἐν τῇ θαλάσσῃ πεφυκότα φαίνεσθαι· τῶν δὲ ἀεὶ τὰς ῥίζας τῇ θαλάσσῃ ἐπικλύζεσθαι, ὅσα ἐν κοίλοις χωρίοις ἐπεφύκει, ἔνθενπερ οὐχ ὑπενόστει τὸ ὕδωρ, καὶ ὅμως οὐ διαφθείρεσθαι τὸ δένδρον πρὸς τῆς θαλάσσης. Εἶναι δὲ τὰ δένδρα ταύτῃ πήχεων καὶ τριάκοντα ἔστιν ἃ αὐτῶν, τυχεῖν τε ἀνθοῦντα ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, καὶ τὸ ἄνθος εἶναι τῷ λευκῷ μάλιστα ἴῳ προσφερές, τὴν ὀδμὴν δὲ πολύ τι ὑπερφέρον· καὶ ἄλλον εἶναι καυλὸν ἐκ γῆς πεφυκότα ἀκάνθης, καὶ τούτῳ ἐπεῖναι ἰσχυρὰν τὴν ἄκανθαν, ὥστε ἤδη τινῶν καὶ παριππευόντων ἐμπλακεῖσαν τῇ ἐσθῆτι κατασπάσαι ἀπὸ τοῦ ἵππου μᾶλλόν τι τὸν ἱππέα, ἢ αὐτὴν ἀποσχισθῆναι ἀπὸ τοῦ καυλοῦ.

36.

Arrian. VI, 28 : Ἤδη δέ τινες καὶ τοιάδε ἀνέγραψαν, οὐ πιστὰ ἐμοὶ λέγοντες, ὡς συζεύξας δύο ἁρμαμάξας (Ἀλέξ.), κατακείμενος ξὺν τοῖς ἑταίροις καταυλούμενος, τὴν διὰ Καρμανίας ἦγεν κτλ. — Ταῦτα δὲ οὔτε Πτολεμαῖος ὁ Λάγου οὔτε Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου ἀνέγραψαν, οὐδέ τις ἄλλος ὅντινα ἱκανὸν ἄν τις ποιήσαιτο τεκμηριῶσαι ὑπὲρ τῶν τοιῶνδε· καί μοι ὡς οὐ πιστὰ ἀναγεγράφθαι ἐξήρκεσαν· ἀλλ' ἐκεῖνα ἤδη Ἀριστοβούλῳ ἑπόμενος ξυγγράφω, θῦσαι ἐν Καρμανίᾳ Ἀλέξανδρον χαριστήρια τῆς κατ' Ἰνδῶν νίκης καὶ ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς, ὅτι ἀπεσώθη ἐκ Γαδρωσίων, καὶ ἀγῶνα διαθεῖναι μουσικόν τε καὶ γυμνικόν· κατατάξαι δὲ καὶ Πευκέσταν ἐς τοὺς σωματοφύλακας, ἤδη μὲν ἐγνωκότα σατράπην καταστῆσαι τῆς Περσίδος, ἐθέλοντα δὲ πρὸ τῆς σατραπείας μηδὲ ταύτης τῆς τιμῆς καὶ πίστεως ἀπείρατον εἶναι, ἐπὶ τῷ ἐν Μαλλοῖς ἔργῳ· εἶναι δὲ αὐτῷ ἑπτὰ εἰς τότε σωματοφύλακας, Λεοννάτον Ἀντέου, Ἡφαιστίωνα τὸν Ἀμύντορος, Λυσίμαχον Ἀγαθοκλέους, Ἀριστόνουν Πεισαίου· τούτους μὲν, Πελλαίους· Περδίκκαν δὲ, Ὀρόντου, ἐκ τῆς Ὀρέστιδος· Πτολεμαίον δὲ τον Λάγου, καὶ Πείθωνα Κρατεᾶ, Ἐορδαίους· ὄγδοον δὲ προσγενέσθαι αὐτοῖς Πευκέσταν, τὸν Ἀλεξάνδρῳ ὑπερασπίσαντα. — Ἤδη δέ τινες κτλ.] Vide Plut. Alex. c. 67, De fort. Alex. I, 15; Diodor. XVII, 106; Curtius IX, 10 ibique Mützell.; Droysen. l. l. p. 483.

37.

Arrian. VI, 29 : Ἐλύπησε δὲ αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) ἡ παρανομία ἡ ἐς τὸν Κύρου τοῦ Καμβύσου τάφον, ὅτι διορωρυγμένον τε καὶ σεσυληκμένον κατέλαβε τοῦ Κύρου τὸν τάφον, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· εἶναι γὰρ ἐν Πασαργάδαις ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ βασιλικῷ Κύρου ἐκείνου τάφον, καὶ περὶ αὐτὸν ἄλσος πεφυτεῦσθαι δένδρων παντοίων, καὶ ὕδατι εἶναι κατάῤῥυτον, καὶ πόαν βαθεῖαν πεφυκέναι ἐν τῷ λειμῶνι· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν τάφον τὰ κάτω λίθου τετραπέδου ἐς τετράγωνον σχῆμα πεποιῆσθαι· ἄνωθεν δὲ οἴκημα ἐπεῖναι λίθινον ἐστεγασμένον, θυρίδα ἔχον φέρουσαν εἴσω στενὴν, ὡς μόλις ἂν ἑνὶ ἀνδρὶ οὐ μεγάλῳ πολλὰ κακοπαθοῦντι παρελθεῖν· ἐν δὲ τῷ οἰκήματι πύελον χρυσῆν κεῖσθαι, ἔνα τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἐτέθαπτο, καὶ κλίνην παρὰ τῷ πυέλῳ· πόδας δὲ εἶναι τῇ κλίνῃ χρυσοῦς σφυρηλάτους, καὶ τάπητα ἐπιβλημάτων Βαβυλωνίων, καὶ καυνάκας πορφυροῦς ὑποστρώματα· ἐπεῖναι δὲ καὶ κάνδυς καὶ ἄλλους χιτῶνας τῆς Βαβυλωνίου ἐργασίας· καὶ ἀναζυρίδες Μηδικαὶ καὶ στολαὶ ὑακινθινοβαφεῖς [λέγει] ὅτι ἔκειντο, αἱ μὲν πορφυρᾶς, αἱ δ' ἄλλης καὶ ἄλλης χρόας, καὶ στρεπτοὶ καὶ ἀκινάκαι καὶ ἐνώτια χρυσοῦ τε καὶ λίθων κολλητὰ, καὶ τράπεζα ἔκειτο. Ἐν μέσῳ δὲ τῆς κλίνης ἡ πύελος

locum abeuntes, ubi senior supinus in terram recumbens solem et imbres sustinuisset; jam enim pluisse vere incipiente; juniorem autem in altero pede stantem lignum fere tricubitale ambabus manibus sustinuisse sublime, ac pede defesso innixum alteri, atque ita totum diem perseverasse. Ex his longe continentiorem visum fuisse juniorem, qui, quum aliquamdiu regem secutus esset, domum statim reversus est, persequentique jussit, ut si quid vellet, ad ipsum veniret; seniorem vero usque ad extremum secutum, et vestem et victum apud regem immutasse, et, quum propterea a quibusdam increparetur, respondisse quadraginta exercitationis annos se complevisse, quos promisisset. Alexandrum denique filiis ejus donum dedisse.

Porro idem Aristobulus Taxilensium miros quosdam et insolentes mores affert. Sic eos, qui filias præ inopia locare non possint, in ætatis flore in forum eas producere ait, et postquam tuba et tympanis, quibus etiam classicum canere soleant, multitudinem convocaverint, puellam accedenti primum posteriora humero tenus detegere, deinde, vero anteriora, et, si placuerit, probatis conditionibus, nubere. Item mortuos vulturibus projici; porro eos plures uxores habere, quod cum aliis quibusdam commune habent. Dicit etiam audivisse apud quosdam uxores sponte pati se cum viris comburi : quæ id non ferant, inglorias esse. Quod etiam ab aliis narratur.

34b

Indicos canes Alexandro dono missos Aristobulus tradit tauris feris mulisque indomitis si objicerentur, immotos jacuisse; sin leo introduceretur, exsilientes ad pugnam in eum irruisse.

35.

Ipse Alexander cum majore exercitus parte in Gedrosorum regionem maxima ex parte desertam contendit. In hac solitudine tradit Aristobulus multas myrrhæ arbores nasci vulgari myrrha majores. Phœnices, qui mercaturæ causa exercitum comitabantur, collecta lacrima myrrhæ (ingentem enim ejus copiam fuisse, quum et rami essent magni et nunquam antea quidquam ex iis collectum esset) jumenta onerasse. Habere præterea eam solitudinem magnam nardi odoratæ radicum copiam, et Phœnices hujus quoque magnam vim legisse. Multum etiam ab exercitu proculcatum fuisse, atque ex ea protritione suavissimum odorem late diffusum : tantam ibi ejus esse copiam. Alia præterea ibi nasci arborum genera, quarum folia lauri foliis sint similia. Atque eas quidem iis locis, quos mare alluit, nasci, et recedente æstu in sicco destitui, accedente vero æstu in mar-

nata videri. Nonnullarum radices semper mari allui, quotquot scilicet in concavis atque sinuosis locis nascantur, ubi mare non recedat; neque iis quidem locis natas arbores a mari corrumpi. Arborum altitudinem interdum esse triginta cubitorum : ac tum quidem temporis floruisse : florem albæ violæ persimilem esse, odoris tamen suavitate longe superare; alium quoque spinæ esse caulem e terra ortum, eique adeo validam spinam adnasci, ut si cujus adequitantis vesti implicata fuerit, eques citius equo detrahatur quam ipsa a caule avellatur.

36.

Sunt etiam qui scribant (quod mihi quidem verisimile non videtur) Alexandrum duobus curribus junctis, inter amicos musicis modulationibus aures ejus demulcentes stratum per Carmaniam exercitum duxisse etc. Hæc neque Ptolemæus Lagi neque Aristobulus Aristobuli filius neque alius quispiam auctor, cui hac in parte fides haberi possit, memoriæ prodidit; suffeceritque a me tamquam indigna fide relata esse. Illa vero Aristobulum secutus scribo, Alexandrum in Carmania gratias diis agentem sacrum fecisse ob victoriam de Indis partam et ob exercitum ex Gedrosiis servatum : ludos etiam musicos et gymnicos edidisse; præterea Peucesten in corporis sui custodes ascripsisse, quem quidem jam Persidis satrapam constituere decreverat, sed antequam illi satrapæ munus deferret, ne hoc quidem honore fideique testimonio carere voluit, ob eximiam ejus

Ptolemæum Lagi et Pythonem Crateæ filios, Eordenses : octavum vero iis accessisse Peucesten, qui Alexandrum scuto suo protexerat.

37.

Ægerrime Alexander ferebat scelus in Cyri Cambysis filii sepulcrum admissum. Quod quidem perfractum spoliatumque reperit, ut auctor est Aristobulus. Esse enim apud Pasargadas in hortis regiis Cyri illius sepulcrum, et circum id lucum omnis generis arboribus consitum aquisque irriguum, atque alto gramine hortum refertum esse : sepulcrum ipsum ab ima parte saxo quadrato structum quadrangularem formam præ se ferre. In editiore parte ædiculam esse lapideo fornice contectam, portulamque habere quæ in eam ducat, ita angustam ut ægerrime unus aliquis, neque is magnæ staturæ, ingredi possit. In ædicula loculum aureum esse positum, in quo Cyri corpus conditum servetur : lecticam solio astare, cujus pedes ex solido auro fabricati sint. Hanc tapetis Babyloniis stratam, stragulis purpureis substratis. Lecticæ candyn regiam aliasque vestes Babylonii operis impositas esse; femoralia etiam Medica; stolas quoque hyacinthino colore tinctas ibi positas fuisse; atque has quidem purpurei, alias varii coloris; torques

ἔκειτο ἡ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἔχουσα· εἶναι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου πρὸς τῇ ἀναβάσει τῇ ἐπὶ τὸν τάφον φερούσῃ οἴκημα σμικρὸν τοῖς Μάγοις πεποιημένον, οἳ δὴ ἐφύλασσον τὸν Κύρου τάφον, ἔτι ἀπὸ Καμβύσου τοῦ Κύρου, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι τὴν φυλακήν. Καὶ τούτοις πρόβατόν τε ἐς ἡμέραν ἐδίδοτο ἐκ βασιλέως, καὶ ἀλεύρων τε καὶ οἴνου τεταγμένα καὶ ἵππος κατὰ μῆνα ἐς θυσίαν τῷ Κύρῳ. Ἐπεγέγραπτο δὲ ὁ τάφος Περσικοῖς γράμμασι· ἐδήλου δὲ Περσιστὶ τάδε· Ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρός εἰμι ὁ Καμβύσου, ὁ τὴν ἀρχὴν Πέρσαις καταστησάμενος καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύσας. Μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος.

Ἀλέξανδρος δὲ (ἐπιμελὲς γὰρ ἦν αὐτῷ, ὁπότε ἕλοι Πέρσας, παριέναι ἐς τοῦ Κύρου τὸν τάφον) τὰ μὲν ἄλλα καταλαμβάνει ἐκπεφορημένα πλὴν τῆς πυέλου καὶ τῆς κλίνης· οἱ δὲ καὶ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἐλωβήσαντο, ἀφελόντες τὸ πῶμα τῆς πυέλου, καὶ τὸν νεκρὸν ἐξέβαλον· αὐτὴν δὲ τὴν πύελον ἐπειρῶντο εὔογκόν σφισι ποιήσασθαι καὶ ταύτῃ εὔφορον, τὰ μὲν παρακόπτοντες, τὰ δὲ ξυνθλῶντες αὐτῆς· ὡς δὲ οὐ προὐχώρει αὐτοῖς τοῦτο τὸ ἔργον, οὕτω δὴ ἐάσαντες τὴν πύελον ἀπῆλθον. Καὶ λέγει Ἀριστόβουλος αὐτὸς ταχθῆναι παρ' Ἀλεξάνδρου κοσμῆσαι ἐξ ὑπαρχῆς τῷ Κύρῳ τὸν τάφον· καὶ τοῦ μὲν σώματος ὅσαπερ ἔτι σῶα ἦν καταθεῖναι ἐς τὴν πύελον, καὶ τὸ πῶμα ἐπιθεῖναι· ὅσα δὲ λελώβητο αὐτῆς κατορθῶσαι· καὶ τὴν κλίνην ἐντεῖναι ταινίαις καὶ τἆλλα ὅσα ἐς κόσμον ἔκειτο κατ' ἀριθμόν τε καὶ τοῖς πάλαι ὁμοια ἀποθεῖναι, καὶ τὴν θυρίδα δὲ ἀφανίσαι, τὰ μὲν αὐτῆς λίθῳ ἐνοικοδομήσαντα, τὰ δὲ πηλῷ ἐμπλάσαντα· καὶ ἐπιβαλεῖν τῇ πηλῷ τὸ σημεῖον τὸ βασιλικόν.

Strabo XV, p. 730 : Εἶτ' εἰς Πασαργάδας ἦκε (ὁ Ἀλέξανδρος), καὶ τοῦτο δ' ἦν βασίλειον ἀρχαῖον. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Κύρου τάφον εἶδεν ἐν παραδείσῳ, πύργον οὐ μέγαν, τῷ δάσει τῶν δένδρων ἐναποκεκρυμμένον, κάτω μὲν στερεόν, ἄνω δὲ στέγην ἔχοντα καὶ σηκὸν στενὴν τελέως ἔχοντα τὴν εἴσοδον· δι' ἧς παρελθεῖν εἴσω φησὶν Ἀριστόβουλος, κελεύσαντος τοῦ βασιλέως, καὶ κοσμῆσαι τὸν τάφον· ἰδεῖν δὲ κλίνην τε χρυσῆν καὶ τράπεζαν σὺν ἐκπώμασι καὶ πύελον χρυσῆν καὶ ἐσθῆτα πολλὴν κόσμον τε λιθοκόλλητον. Κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην ἐπιδημίαν ταῦτ' ἰδεῖν· ὕστερον δὲ συληθῆναι, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐκκομισθῆναι, τὴν δὲ κλίνην θραυσθῆναι μόνον καὶ τὴν πύελον, μεταθέντων τὸν νεκρὸν δι' οὗ δῆλον γενέσθαι, διότι προνομευτῶν ἔργον ἦν, οὐχὶ τοῦ σατράπου, καταλιπόντων ἃ μὴ δυνατὸν ἦν ῥᾳδίως ἐκκομίσαι· συμβῆναι δὲ ταῦτα καίπερ φυλακῆς περικειμένης Μάγων, σίτισιν λαμβανόντων καθ' ἡμέραν πρόβατον, διὰ μηνὸς δ' ἵππον. Ἀλλ' ὁ ἐκτοπισμὸς τῆς Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς εἰς Βάκτρα καὶ Ἰνδοὺς πολλά τε ἄλλα νεωτερισθῆναι παρεσκεύασε, καὶ δὴ καὶ τοῦθ' ἓν τῶν νεωτερισθέντων ὑπῆρξεν. Οὕτω μὲν οὖν Ἀριστόβουλος εἴρηκε, καὶ τὸ ἐπίγραμμα δὲ ἀπομνημονεύει τοῦτο· Ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρός εἰμι, ὁ τὴν ἀρχὴν τοῖς Πέρσαις κτησάμενος, καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύσ(ας)· μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος.

Cf. Onesicrit. fr. 31; Eustath. ad Dion. P. 1069; Plutarch. Alex. 69; Curtius X, 1, 30 et quæ ibi congessit Mützell.; Ste-Croix *Ex. crit.* p. 421; Droysen. l. l. p. 489.

quoque ac gladios et inaures auro et gemmis ligatos. Mensa præterea ibi posita erat; in media vero lectica loculus corpus Cyri continens. Esse præterea intra ambitum in ipso ad sepulcrum ascensu exiguam quandam ædiculam Magis exstructam, qui sepulcrum custodiebant, jam inde a Cambyse Cyri filio custodiæ munere a patribus in filios transmisso. Atque his quidem ovis in singulos dies a rege dabatur, vinique et farinæ certus modus : singulis etiam mensibus equus, quem Cyro sacrificarent. Titulus sepulcri Persice scriptus hoc significabat : *O homo, ego Cyrus sum Cambysis filius, qui Persis regnum constitui Asiæque imperavi. Itaque ne meo monimento invideas.*

Alexander (incesserat enim eum cupido jam tum quum Persas vicerat adeundi istius sepulcri) reliqua omnia furto sublata præter loculum et lectum reperit. Nonnulli ne ipsius quidem corpori pepercerant; sublato enim solii operculo corpus ejecerant : ipsum vero loculum imminuere conati fuerant, ut commodius auferri posset, partim præscindentes partim contundentes atque confringentes : quumque opus non succederet ex sententia, relicto tandem loculo abierunt. Aristobulus ab Alexandro designatum se fuisse ait, qui sepulcrum de integro instauraret, corporisque partes quæ supererant in loculo conderet operculoque tegeret, quæque corrupta essent reficeret, lectum tæniis intenderet et reliqui ornatus pristinum modum et numerum restitueret, ad hæc ædiculæ portam lapide et calce obstrueret, regio signo illi impresso.

Deinde Pasargadas venit (Alexander), ubi erat antiqua regum sedes. Hic Cyri monumentum in hortis vidit, turrim haud ita magnam, arborum densitate occultam, a parte inferiore solidam, superiore parte tabulatum habentem et sepulcri sacellum perangusto aditu. Per eum Aristobulus introiisse se ait jussu regis atque sepulcrum exornasse. Vidisse autem auream lecticam et mensam cum poculis et loculum aureum et vestem plurimam mundumque gemmis distinctum. Verum hæc vidisse affirmat primo adventu, postea direpta fuisse : ac cetera quidem asportata, lecticam vero et loculum confracta, cadavere loco moto; unde apparuerit non hoc satrapæ, sed prædatorum opus fuisse, qui ea reliquerant quæ asportare non potuerunt. Evenisse vero hæc quantumvis Magorum custodia imposita esset, qui quotidie ovem acceperint in alimenta, singulisque mensibus equum (Cyro sacrificandum). Verum longinqua Alexandri in Indiam et Bactros expeditione factum est ut multa novo exemplo fierent, de quibus hoc quoque fuit. Hæc igitur Aristobulus narrat, qui inscriptionem quoque monimenti hanc affert : *O homo, ego Cyrus sum, Asiæ rex, qui Persis imperium constitui et rex Asiæ fui. Ne igitur mihi monimentum invideas.*

38.

Arrian. VII, 4, 4 : Ὁ δὲ (Ἀλέξανδρος) καὶ γάμους ἐποίησεν ἐν Σούσοις ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἑταίρων· αὐτὸς μὲν τῶν Δαρείου θυγατέρων τὴν πρεσβυτάτην Βαρσίνην ἠγάγετο, ὡς δὲ λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ ἄλλην πρὸς ταύτῃ, τῶν Ὤχου θυγατέρων τὴν νεωτάτην Παρύσατιν· ἦδη δὲ ἦν αὐτῷ ἠγμένη καὶ ἡ Ὀξυάρτου τοῦ Βακτρίου παῖς Ῥωξάνη.

Βαρσίνην] Ἀρσινόην correxit Blancardus, quum Ἀρσινόην Darii hanc filiam dicat Photius p. 68, 7. Alia est Barsine, Artabazi f., Memnonis vidua, de qua v. fr. 7. Nostra Barsine a Diodoro XVII, 107, Curtio IV, 5, 1, Justino XII, 10, Plutarcho Alex. 70 dicitur Statira. Persicum nomen (Statira) cum Græco (Arsinoe) commutaverat, judice Droysenio l. l. p. 497.

39.

Arrian. VII, 17, 5 : Ὅμως δὲ τά γε τῆς ἐπιστροφῆς τῆς κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν ἐς τὴν πόλιν (Βαβυλῶνα) ἐθελῆσαι (Ἀλέξανδρον) αὐτοῖς (Χαλδαίοις) πεισθῆναι λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ τῇ πρώτῃ μὲν παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Εὐφράτην καταστρατοπεδεῦσαι, ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν ἐν δεξιᾷ ἔχοντα τὸν ποταμὸν παρ' αὐτὸν πορεύεσθαι, ἐθέλοντα ὑπερβάλλειν τῆς πόλεως τὸ μέρος τὸ ἐς δυσμὰς τετραμμένον, ὡς ταύτῃ ἐπιστρέψαντα πρὸς ἕω ἄγειν· ἀλλὰ οὐ γὰρ δυνηθῆναι ὑπὸ δυσχωρίας οὕτως ἐλάσαι ξὺν τῇ στρατιᾷ, ὅτι τὰ ἀπὸ δυσμῶν τῆς πόλεως εἰσιόντι, εἰ ταύτῃ πρὸς ἕω ἐπέστρεφεν, ἑλώδη τε καὶ τεναγώδη ἦν· καὶ οὕτω καὶ ἑκόντα καὶ ἄκοντα ἀπειθῆσαι τῷ θεῷ.

Cap. 18 : Ἐπεὶ καὶ τοιόνδε τινὰ λόγον Ἀριστόβουλος ἀναγέγραφεν Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀμφιπολίτην τῶν ἑταίρων τῶν Ἀλεξάνδρου, στρατηγὸν τῆς στρατιᾶς, ἣν παρὰ Μαζαίῳ τῷ Βαβυλῶνος σατράπῃ ἀπέλιπεν Ἀλέξανδρος, ἐπειδὴ συνέμιξεν ἐπανιόντι αὐτῷ ἐξ Ἰνδῶν, ὁρῶντα πικρῶς τιμωρούμενον τοὺς σατράπας ὅσοι ἐπ' ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ χώρᾳ τεταγμένοι ἦσαν, ἐπιστεῖλαι Πειθαγόρᾳ τῷ ἀδελφῷ (μάντιν γὰρ εἶναι τὸν Πειθαγόραν τῆς ἀπὸ σπλάγχνων μαντείας) μαντεύσασθαι καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τῆς σωτηρίας, ἀντεπιστεῖλαι δὲ αὐτῷ Πειθαγόραν πυνθανόμενον τίνα μάλιστα φοβούμενος χρήσασθαι ἐθέλοι τῇ μαντείᾳ· τὸν δὲ γράψαι αὖθις ὅτι τόν τε βασιλέα αὐτὸν καὶ Ἡφαιστίωνα· θύεσθαι δὴ τὸν Πειθαγόραν πρῶτα μὲν ἐπὶ τῷ Ἡφαιστίωνι· ὡς δὲ ἐπὶ τοῦ ἥπατος τοῦ ἱερείου ὁ λοβὸς ἀφανὴς ἦν, οὕτω δὴ ἐγγράψαντα καὶ κατασημηνάμενον τὸ γραμμάτιον πέμψαι παρὰ τὸν Ἀπολλόδωρον ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Ἐκβάτανα, δηλοῦντα μηδέν τι δεδιέναι Ἡφαιστίωνα· ἔσεσθαι γὰρ αὐτοῖς ὀλίγου χρόνου ἐκποδών. Καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν λέγει Ἀριστόβουλος κομίσασθαι Ἀπολλόδωρον μιᾷ πρόσθεν ἡμέρᾳ ἢ τελευτῆσαι Ἡφαιστίωνα· αὖθις δὲ θύεσθαι τὸν Πειθαγόραν ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ καὶ γενέσθαι καὶ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ ἄλοβον τὸ ἧπαρ τοῦ ἱερείου· καὶ Πειθαγόραν τὰ αὐτὰ καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου γράψαι Ἀπολλοδώρῳ. Ἀπολλόδωρον δὲ οὐ κατασιωπῆσαι, ἀλλὰ φράσαι γὰρ πρὸς Ἀλέξανδρον τὰ ἐπεσταλμένα, ὡς εὐνοιαν μᾶλλόν τι ἐπιδειξόμενον τῷ βασιλεῖ, εἰ φυλάττεσθαι παραινέσειε μή τις αὐτῷ κίνδυνος ἐν τῷ τότε ξυμπέσοι. Καὶ Ἀπολλόδωρόν τε λέγει ὅτι Ἀλέξανδρος ἐπῄνεσε καὶ τὸν Πειθαγόραν, ἐπειδὴ παρῆλθεν εἰς Βαβυλῶνα, ἤρετο ὅτου γενομένου αὐτῷ σημείου ταῦτα ἐπέστειλε πρὸς τὸν ἀδελφόν· τὸν δὲ εἰπεῖν ὅτι ἄλοβόν οἱ τὸ ἧπαρ ἐγένετο τοῦ ἱερείου· ἐρομένου δὲ ὅ τι νοεῖ τὸ σημεῖον, μέγα εἰπεῖν εἶναι χαλεπόν. Ἀλέξανδρον δὲ τοσούτου δεῆσαι χαλεπῆναι τῷ Πειθαγόρᾳ, ὡς καὶ δι' ἐπιμελείας ἔχειν αὐτὸν πλείονος, ὅτι ἀδόλως τὴν ἀλήθειάν οἱ ἔφρασε. Ταῦτα αὐτὸς Ἀριστόβουλος λέγει παρὰ Πειθαγόρου πυθέσθαι·

38.

Alexander nuptias quoque Susis celebravit tum suas tum amicorum, atque ipse quidem Barsinen (*Arsinoen?*) ex Darii filiabus natu maximam uxorem duxit et præter hanc aliam, ut Aristobulus tradit, Parysatin ex filiabus Ochi natu maximam : jam antea vero Roxanen quoque Oxyartis Bactrii filiam duxerat.

39.

Aristobulus auctor est Alexandrum Chaldæorum consilio de circumagendo itinere in Babylonem urbem acquiescere voluisse, ac primo quidem die ad Euphratem fluvium castra posuisse : postridie vero quum flumen ei ad dextram esset, juxta ipsum processisse, cupientem prætergredi eam urbis partem, quæ occasum spectabat, ut inde orientem versus se converteret : sed ob difficultatem locorum ita cum exercitu ingredi non potuisse; quod nimirum, quum ab occidentali urbis parte ad orientalem se convertere vellet, paludosis limosisque locis impediretur : atque ita partim volentem partim nolentem Beli oraculo non paruisse.

Porro Aristobulus aliud quippiam hujuscemodi narrat, Apollodorum Amphipolitam, ex amicis Alexandri, prætorem exercitus, quem Alexander Mazæo Babyloniorum satrapæ reliquerat, quum Alexandrum ex Indis reversum convenisset, vidissetque eum in satrapas, qui aliis atque aliis provinciis præfuerant, severius animadvertentem, Pithagoræ fratri suo scripsisse (vatem enim fuisse Pithagoram ex eorum genere, qui exta consulunt) et de salute sua eum consuluisse : Pithagoram ejus literis respondisse, regis eque cujus potissimum metu vaticinio uti vellet. Qui quum respondisset, se ab Alexandro et Hephæstione sibi metuere, Pithagoram primum pro Hephæstione exta inspexisse; quumque jecinori fibræ deessent, literas rursus scripsisse, easque obsignatas ad Apollodorum Babylone Ecbatana misisse, quibus monebat, ne quidquam ab Hephæstione metueret, propediem enim e vivis sublatum iri. Quam quidem epistolam ait Aristobulus Apollodorum accepisse pridie quam Hephæstio exiret e vita. Tum Pithagoram, quum rursus exta pro Alexandro consuluisset, fibrasque etiam pro Alexandro deesse reperisset, idem fratri suo de Alexandro scripsisse. Apollodorum vero id non subticuisse, sed Alexandro quæ acceperat indicasse, ut benevolo erga regem animo esse videretur, monens ut imminens periculum caveret. Atque Alexandrum quidem Apol-

Καὶ Περδίκκα δὲ μαντεύσασθαι αὐτὸν λέγει καὶ Ἀντιγόνῳ χρόνῳ ὕστερον· καὶ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἀμφοῖν γενομένου Περδίκκαν μὲν ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύσαντα ἀποθανεῖν, καὶ Ἀντίγονον ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Σέλευκον καὶ Λυσίμαχον τῇ ἐν Ἰψῷ γενομένῃ.

De Pithagora vide Plutarch. Alex. c. 73 (ubi Πυθαγόρας), Appian. Bell. Civ. II, c. 152, qui ex Aristobulo sua habere videtur. De Apollodoro cf. Arrian. III, 16, 7; Diodor. XVII, 64. Ceterum v. Ste-Croix l. l. p. 487, Droysen. l. l. p. 568.

40.

Arrian. VII, 19, 3 : Κατέλαβε δὲ ἐν Βαβυλῶνι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ τὸ ναυτικὸν τὸ μὲν κατὰ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἀναπεπλευκὸς ἀπὸ θαλάσσης τῆς Περσικῆς, ὅτιπερ σὺν Νεάρχῳ ἦν, τὸ δὲ ἐκ Φοινίκης ἀνακεκομισμένον πεντήρεις μὲν δύο τῶν ἐκ Φοινίκων, τετρήρεις δὲ τρεῖς, τριήρεις δὲ δώδεκα, τριακοντόρους δὲ ἐς τριάκοντα· ταύτας ξυντμηθείσας κομισθῆναι ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐκ Φοινίκης ἐς Θάψακον πόλιν, ἐκεῖ δὲ ξυμπηχθείσας αὖθις καταπλεῦσαι ἐς Βαβυλῶνα. Λέγει δὲ ὅτι καὶ ἄλλος αὐτῷ ἐναυπηγεῖτο στόλος τέμνοντι τὰς κυπαρίσσους τὰς ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ· τούτων γὰρ μόνων τῶν δένδρων εὐπορίαν εἶναι ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων, τῶν δὲ ἄλλων ὅσα ἐς ναυπηγίαν ἀπόρως ἔχειν τὴν γῆν ταύτην. Πληρώματα δὲ ἐς τὰς ναῦς καὶ τὰς ἄλλας ὑπηρεσίας πορφυρέων τε πλῆθος καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ἐργάται τῆς θαλάσσης ἀφῖχθαι αὐτῷ ἐκ Φοινίκης τε καὶ τῆς ἄλλης παραλίας· λιμένα τε ὅτι πρὸς Βαβυλῶνα ἐποίει ὀρυκτὸν ὅσον χιλίαις ναυσὶ μακραῖς ὅρμον εἶναι, καὶ νεωσοίκους ἐπὶ τοῦ λιμένος· καὶ Μίκκαλος ὁ Κλαζομένιος μετὰ πεντακοσίων ταλάντων ἐπὶ Φοινίκης τε καὶ Συρίας ἐστέλλετο, τοὺς μὲν μισθῷ πείσων, τοὺς δὲ καὶ ὠνησόμενος ὅσοι θαλάσσιοι ἄνθρωποι· τήν τε γὰρ παραλίαν τὴν πρὸς τῷ κόλπῳ τῷ Περσικῷ κατοικίζειν ἐπενόει καὶ τὰς νήσους τὰς ταύτῃ· ἐδόκει γὰρ αὐτῷ οὐ μεῖον ἂν Φοινίκης εὐδαίμων ἡ χώρα αὕτη γενέσθαι. Ἦν δὲ αὐτῷ τοῦ ναυτικοῦ ἡ παρασκευὴ ὡς ἐπὶ Ἄραβας τοὺς πολλούς, πρόφασιν μέν, ὅτι μόνοι τῶν ταύτῃ βαρβάρων οὔτε πρεσβείαν ἀπέστειλαν οὔτε τι ἄλλο ἐπιεικὲς ἢ ἐπὶ τιμῇ ἐπέπρακτο Ἀραψιν ἐς αὐτόν, τὸ δὲ ἀληθὲς ὥς γέ μοι δοκεῖ, ἄπληστος ἦν τοῦ κτᾶσθαί τι ἀεὶ Ἀλέξανδρος.

« His simillima sunt, quæ leguntur Fragm. 41 inde a verbis : καὶ στόλους καὶ ὁρμητήρια ἤδη κατεσκευάσθαι, e quibus etiam apparet, quod Arrianus hoc loco tamquam ex sua sententia pronunciatum affert (ὥς γέ μοι δοκεῖ), Alexandrum nempe non alia causa commotum, sed immensa avaritia stimulatum Arabicam parasse expeditionem, id non Arriano, sed ipsi Aristobulo tribuendum esse. » Geier. Cf. Androsthen. fr. 2; Droysen. l. l. p. 571.

41.

Strabo XVI, p. 741, de Alexandro in Euphrate navigante : Φησὶ δ' Ἀριστόβουλος, τὸν Ἀλέξανδρον αὐτὸν, ἀναπλέοντα καὶ κυβερνῶντα τὸ σκάφος, ἐπισκοπεῖν καὶ ἀνακαθαίρειν τὰς διώρυχας μετὰ τοῦ πλήθους τῶν συνακολουθησάντων· ὡς δ' αὕτως καὶ τὰ στόμια ἐμφράττειν, τὰ δ' ἀνοίγειν· κατανοήσαντα δὲ μίαν τὴν μάλιστα συντείνουσαν ἐπὶ τὰ ἕλη καὶ τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀραβίας, δυσμεταχείριστον ἔχουσαν τὸ στόμα, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἐμφράττεσθαι δυναμένην διὰ τὸ εὐένδοτον καὶ μαλακόγειον, ἄλλο ἀνοῖξαι καινὸν στόμα ἀπὸ

Iodorum collaudasse narrat : quumque Babylonem venisset, percontatum esse Pithagoram quo signo edoctus fratri suo talia de se scripsisset. Qui quum respondisset, quod hostiæ jecinora absque fibris inventa essent, Alexandrum rursus interrogasse, quid hoc portenderet : et Pithagoram magnum malum portendi dixisse. Alexandrum vero tantum abfuisse ut Pithagoræ succensuerit, ut eum deinceps cariorem habuerit, quod citra dolum simpliciter ei rem dixisset. Hæc Aristobulus se a Pithagora audiisse testatur : ac postea Perdiccæ quoque et Antigono eundem vaticinatum esse. Eodem enim prodigio edito Perdiccam adversus Ptolemæum bellantem mortuum esse, Antigonum vero in pugna adversus Seleucum et Lysimachum ad Ipsum commissa.

40.

Babylone Alexander, ut Aristobulus tradit, classem navalem recepit, quæ partim per Euphratem fluvium e Persico mari subvecta erat Nearcho duce, partim ex Phœnice appulerat; Phœnicum quidem quinqueremes duas, quadriremes tres, triremes duodecim, triginta remorum naves ad triginta. Hæ in partes dissolutæ ex Phœnice ad Euphratem in Thapsacum urbem vectæ sunt, ibique rursus compaginatæ Babylonem navigarunt. Dicit idem Alexandrum aliam quoque classem construxisse cæsis in Babylonia cupressis : harum enim tantummodo arborum in Assyria copiam esse, reliquarum quæ conficiendis navibus aptæ sint inopia hanc regionem laborare. Supplementa etiam in naves aliaque ministeria, et purpuras piscantium aliorumque marinorum operariorum multitudinem ex Phœnice atque reliqua maritima ora ad eum venisse. Portum præterea apud Babylonios effodi curavit, qui mille naves longas caperet, et navalia portui adjunxit. Misitque Miccalum Clazomenium cum quingentis talentis in Phœnicen et Syriam, qui quoscumque maritimos posset mercede alliceret vel conduceret. Scilicet in Persici sinus oram ejusque insulas colonias deducere statuerat; æque enim opulenta fore hæc regio atque Phœnice ei videbatur. Classem vero in Arabes populosam istam gentem parabat, verbo tenus, quod soli ex barbaris illius regionis neque legationes ad eum misissent, neque quidquam officii aut honoris sibi detulissent : sed revera, ut mihi videtur, quod nulla eum conquirendi ditiones satietas capiebat.

41.

Narrat Aristobulus Alexandrum ipsum navigantem et scapham gubernantem fossas inspexisse, easque comitantis multitudinis opera expurgasse, et ora quædam obstruxisse, nonnulla aperuisse. Quumque fossam quandam ad paludes et lacus, qui sunt Arabiam versus, proxime tendere animadverteret os habentem intractabile et obstructu difficillimum prôpter terram mollem et cedentem : aliud novum os aperuisse triginta a priore stadiis, delecto loco petroso et alveo traducto. Idque ideo fecisse, ut præcaveret, ne Arabia omnino difficilis esset ingressu propter lacus et paludes, quum jam insula quodammodo esset propter aquæ multitudinem. Nimirum occupare eam terram molitum esse, jamque ad hoc et classem et receptacula parasse, quum navigia in Phœnice et Cypro construxisset clavis compacta et dissolubilia, quæ per septem stadia Thapsacum transportata, flumine deinde Babylonem deduci curasset, quumque alia compegisset in Babylonia ex lucorum et hortorum cupressis. Ligni enim ibi inopia est, apud Cossæos vero et nonnullos alios mediocris copia. Causam huic bello Alexandrum prætendisse quidem dicit hanc, quod Arabes ex omnibus gentibus legatos ad eum non misissent : revera autem dominandi in omnes cupiditate fuisse impulsum : et quum duos tantum deos apud illos coli audiisset, Jovem scilicet et Bacchum, qui eorum quæ ad vitam pertinent potissima largirentur ; se tertium existimasse cultum iri, si post partam victoriam libertatem patriam, qua antea essent gavisi, restituisset iis. Ceterum Alexandrum tum hæc circa fossa effecisse dicit, tum vero etiam curiose excussisse sepulcra regum principumque, quæ plurima in lacubus istis sint.

42.

Narratio circumfertur hæcce : Assyriorum regum sepulcra longe plurima in his paludibus et stagnis esse exstructa. Quumque Alexander in paludibus istis navigaret (ipsum suæ triremis gubernatorem fuisse aiunt), obortum ventum ingentem causiam et diadema ei alligatum abripuisse, atque illam quidem, utpote graviorem, in aquam procidisse, diadema vero vento ablatum arundine uni ex monumentis regum priscorum adnascente retentum esse. Hoc ipsum Alexandrum futuri casus habuisse signum; quendam vero ex nautis enatasse, et diadema ab arundine avulsum non manu gestasse, sed, ne natans madefaceret, capiti impositum attulisse. Jam plerique eorum qui res Alexandri scripserunt, regem tradunt dono ei dedisse talentum prompti studii præmium, deinde vero jussisse, ut caput eidem præcideretur, vatibus Chaldæis, qui rem interpretati essent, admonentibus, ne sineret salvum esse caput istud, quod diadema gestasset regium. Aristobulus vero eum talentum accepisse non tradit, sed vapulasse, quod diadema capiti imposuisset. Idem Aristobulus unum ex Phœnicibus nautis fuisse dicit, qui diadema Alexandro reportasset : alii Seleucum fuisse narrant.

43.

Gerrhæi negotiatione terrestri utplurimum tractant Arabum merces et aromata. Aristobulus contra ait Gerrhæos plerumque ratibus Babyloniam ire mercatum, hinc per Euphratem Thapsacum cum mercibus adnavigare, postea quo libeat pedestri itinere eas ferri.

σταδίων τριάκοντα ὑπόπετρον λαβόντα χωρίον, κἀκεῖ μεταγαγεῖν τὸ ῥεῖθρον· ταῦτα δὲ ποιεῖν προνοοῦντα ἅμα καὶ τοῦ μὴ τὴν Ἀραβίαν δυσείσβολον τελέως ὑπὸ τῶν λιμνῶν ἢ καὶ τῶν ἑλῶν ἀποτελεσθῆναι, νησίζουσαν ἤδη διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος· διανοεῖσθαι γὰρ δὴ κατακτᾶσθαι τὴν χώραν ταύτην, καὶ στόλους καὶ ὁρμητήρια ἤδη κατεσκευάσθαι, καὶ πλοῖα τὰ μὲν ἐν Φοινίκῃ τε καὶ Κύπρῳ ναυπηγησάμενον διάλυτά τε καὶ γομφωτά, ἃ κομισθέντα εἰς Θάψακον σταδίοις ἑπτά, εἶτα τῷ ποταμῷ κατακομισθῆναι μέχρι Βαβυλῶνος· τὰ δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ συμπηξάμενον τῶν ἐν τοῖς ἄλσεσι καὶ τοῖς παραδείσοις κυπαρίττων· σπάνις γὰρ ὕλης ἐνταῦθα· ἐν δὲ Κοσσαίοις καὶ ἄλλοις τισὶ μετρία τίς ἐστιν εὐπορία. Σκήψασθαι μὲν οὖν αἰτίαν τοῦ πολέμου φησὶν (in plurimis codd. φασὶν), ἐπειδὴ μόνοι τῶν ἁπάντων οὐ πρεσβεύσαιντο οἱ Ἄραβες ὡς αὐτόν· τὸ δ' ἀληθὲς, ὀρεγόμενον πάντων εἶναι κύριον· καὶ ἐπεὶ δύο θεοὺς ἐπυνθάνετο τιμᾶσθαι μόνους ὑπ' αὐτῶν, τόν τε Δία καὶ τὸν Διόνυσον, τοὺς τὰ κυριώτατα πρὸς τὸ ζῆν παρέχοντας, τρίτον ὑπολαβεῖν ἑαυτὸν τιμήσεσθαι, κρατήσαντα καὶ ἐπιτρέψαντα τὴν πάτριον αὐτονομίαν ἔχειν, ἣν εἶχον πρότερον. Ταῦτά τε δὴ πραγματεύεσθαι περὶ τὰς διώρυχας τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τάφους σκευωρεῖσθαι τοὺς τῶν βασιλέων καὶ δυναστῶν· τοὺς γὰρ πλείστους ἐν ταῖς λίμναις εἶναι. Cf. Arrian. VII, 20 sqq.; Diodor. XVII, 116.

42.

Arrian. VII, 22, 2 : Λόγος δὲ λέγεται τοιόσδε. Τῶν βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις τε εἶναι τοὺς πολλοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι δεδομημένους· ὡς δὲ ἔπλει Ἀλέξανδρος κατὰ τὰ ἕλη (κυβερνᾶν γὰρ αὐτὸν λόγος τὴν τριήρη), πνεύματος μεγάλου ἐμπεσόντος αὐτῷ ἐς τὴν καυσίαν καὶ τὸ διάδημα αὐτῇ συνεχόμενον, τὴν μὲν δὴ βαρυτέραν πεσεῖν ἐς τὸ ὕδωρ, τὸ διάδημα δὲ ἀπενεχθὲν πρὸς τῆς πνοῆς σχεθῆναι ἐν καλάμῳ· τὸν κάλαμον δὲ τῶν ἐπιπεφυκότων εἶναι τάφῳ τινὶ τῶν πάλαι βασιλέων. Τοῦτό τε οὖν αὐτὸ πρὸ τῶν μελλόντων σημῆναι καὶ ὅτι τῶν τις ναυτῶν ἐκνηξάμενος ὡς ἐπὶ τὸ διάδημα, ἀφελὼν τοῦ καλάμου αὐτὸ μετὰ χεῖρας μὲν οὐκ ἤνεγκεν, ὅτι νηχομένου ἂν αὐτοῦ ἐβρέχετο, περιθεὶς δὲ τῇ κεφαλῇ τῇ αὑτοῦ οὕτω διήνεγκε. Καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀναγραψάντων τὰ Ἀλεξάνδρου λέγουσιν ὅτι τάλαντον μὲν ἐδωρήσατο αὐτῷ Ἀλέξανδρος τῆς προθυμίας εἵνεκα, ἀποτεμεῖν δὲ ὅτι ἐκέλευσε τὴν κεφαλὴν, τῶν μάντεων ταύτῃ ἐξηγησαμένων, μὴ περιιδεῖν σῶαν ἐκείνην τὴν κεφαλὴν ἥτις τὸ διάδημα ἐφόρησε τὸ βασίλειον, Ἀριστόβουλος δὲ τάλαντον μὲν ὅτι ἔλαβε λέγει αὐτὸν, ἀλλὰ πληγὰς λαβεῖν τῆς περιθέσεως ἕνεκα τοῦ διαδήματος. Ἀριστόβουλος μὲν δὴ τῶν τινα Φοινίκων τῶν ναυτῶν λέγει ὅτι τὸ διάδημα τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐκόμισεν, εἰσὶ δὲ οἳ Σέλευκον λέγουσι. Cf. Diodor. l. l.; Appian. Syr. c. 56, B. C. II, 153

43.

Strabo XVI, p. 766 : Πεζέμποροι δ' εἰσὶν οἱ Γερραῖοι τὸ πλέον τῶν Ἀραβίων φορτίων καὶ ἀρωμάτων. Ἀριστόβουλος δὲ τοὐναντίον φησὶ, τοὺς Γερραίους τὰ πολλὰ σχεδίαις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν ἐμπορεύεσθαι, ἐκεῖθεν δὲ τῷ Εὐφράτῃ τὰ φορτία ἀναπλεῖν εἰς Θάψακον, εἶτα πεζῇ κομίζεσθαι πάντῃ.

« Gerrham urbem ejusque incolas eo loco ab Aristobulo esse memoratos, ubi de navigatione Archiæ, missi ab Alexandro ad oram Arabiæ cognoscendam (cf. Arr. Exp. Alex. VII, 20), mentio facta esset, non est quod dubitemus; minus tamen equidem pro certo venditaverim id quod narrat Droysenius in Hist. p. 573, Alexandrum ab Archia certiorem esse factum, insulam quandam (Icari nomine appellatam, cf. fragm. 44) ab eo conspectam ad sinum Gerrhæ urbis sitam esse. Tametsi enim ex comparatione Strabonis l. c. p. 381 et Arriani l. c. jure colligitur, insulam istam haud procul a Gerrha urbe abfuisse, in Archiæ tamen quæ legitur apud Arrianum relatione Gerrha urbs ne verbo quidem memoratur. De incolis hujus urbis cf. etiam Diod. Sic. III, c. 42. Ceterum totus ille Strabonis locus ex Eratosthenis Geographicis fluxit. Cf. Bernhardy Eratosthen. T. I, fragm. 119. De geographicis hujus regionis rationibus cf. Ritter *Erdk.* vol. X, p. 39 sqq. » GEIER. Cf. Androsthenis fr. 2.

44.

Arrian. VII, 20, 4, de insula quadam ad Euphratis ostia : Καὶ ταύτην τὴν νῆσον λέγει Ἀριστόβουλος ὅτι Ἴκαρον ἐκέλευσε καλεῖσθαι Ἀλέξανδρος ἐπὶ τιμῇ τῆς νήσου τῆς Ἰκάρου τῆς ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ, ἐς ἥντινα Ἴκαρον τὸν Δαιδάλου, τακέντος τοῦ κηροῦ ὅτῳ προσήρτητο τὰ πτερὰ, πεσεῖν ὁ λόγος κατέχει, ὅτι οὐ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρὸς πρὸς τῇ γῇ ἐφέρετο, ἀλλὰ μετέωρος γὰρ ὑπὸ ἀνοίας πετόμενος παρέσχε τῷ ἡλίῳ θάλψαι τε καὶ ἀνεῖναι τὸν κηρὸν, καὶ ἀπὸ ἑαυτοῦ τὸν Ἴκαρον τῇ τε νήσῳ καὶ τῷ πελάγει τὴν ἐπωνυμίαν ἐγκαταλιπεῖν, τὴν μὲν Ἴκαρον καλεῖσθαι, τὸ δὲ Ἰκάριον. Cf. Droysen. l. l. p. 573.

45.

Arrian. VII, 24, 1 : Ἀλλὰ γὰρ αὐτῷ ἤδη Ἀλεξάνδρῳ ἐγγὺς ἦν τὸ τέλος. Καί τι καὶ τοιόνδε πρὸ τῶν μελλόντων σημῆναι λέγει Ἀριστόβουλος· καταλοχίζειν μὲν αὐτὸν τὴν στρατιὰν τὴν ξὺν Πευκέστᾳ τε ἐκ Περσῶν καὶ ἀπὸ θαλάσσης ξὺν Φιλοξένῳ καὶ Μενάνδρῳ ἥκουσαν ἐς τὰς Μακεδονικὰς τάξεις, διῳήσαντα δὲ ἀποχωρῆσαι ἐκ τῆς ἕδρας, καταλιπόντα ἔρημον τὸν θρόνον τὸν βασίλειον. Εἶναι δὲ κλίνας ἑκατέρωθεν τοῦ θρόνου ἀργυρόποδας, ἐφ' ὧν οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι ἐκάθηντο. Τῶν τινα οὖν ἠμελημένων ἀνθρώπων (οἱ δὲ καὶ τῶν ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ ὄντα λέγουσιν) ἔρημον ἰδόντα τὸν θρόνον καὶ τὰς κλίνας, περὶ τῷ θρόνῳ δὲ ἑστηκότας τοὺς εὐνούχους, καὶ γὰρ καὶ οἱ ἑταῖροι ξυνανέστησαν τῷ βασιλεῖ ἀποχωροῦντι, διελθόντα διὰ τῶν εὐνούχων ἀναβῆναί τε ἐπὶ τὸν θρόνον καὶ καθέζεσθαι· τοὺς δὲ οὐκ ἀναστῆσαι μὲν αὐτὸν ἐκ τοῦ θρόνου κατὰ δή τινα νόμον Περσικὸν, περιῤῥηξαμένους δὲ τύπτεσθαι τά τε στήθη καὶ τὰ πρόσωπα ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κακῷ. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, κελεῦσαι στρεβλωθῆναι τὸν καθίσαντα, μήποτε ἐξ ἐπιβουλῆς ξυντεταγμένον τοῦτο ἔδρασε γνῶναι ἐθέλοντα· τὸν δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐξειπεῖν ὅτι μὴ ἐπὶ νοῦν οἱ ἐλθὸν οὕτω πρᾶξαι· ἢ δὴ καὶ μᾶλλον ἐπ' οὐδενὶ ἀγαθῷ ξυμβῆναι αὐτῷ οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο.

Eadem ex alio fonte narrant Diodor. XVII, 116, et Plutarch. Alex. c. 73.

46.

Plutarch. Alex. 75 : Ἀριστόβουλος δέ φησιν αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) πυρέττοντα μανικῶς, διῳήσαντα δὲ σφόδρα πιεῖν οἶνον· ἐκ τούτου δὲ φρενιτιάσαι, καὶ τελευτῆσαι τριακάδι Δαισίου μηνός. De die quo mortuus sit Alexander (a. d. III id. Jun. anni 323 a. C.) v. Clinton. F. H. p. 175; Ideler. in *Abhandl. d. Berlin. Acad.* 1820 et 1821. Cf. Droysen. l. l. p. 584.

47.

Arrian. VII, 28, 1 : Ἐτελεύτα μὲν δὴ Ἀλέξανδρος τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ Ἡγησίου ἄρχοντος Ἀθήνησιν· ἐβίω δὲ δύο καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ τοῦ τρίτου μῆνας ἐπέλαβεν ὀκτὼ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος.

48.

Arrian. VII, 29, 9 : Καὶ οἱ πότοι δὲ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, οὐ τοῦ οἴνου ἕνεκα μακροὶ αὐτῷ ἐγίγνοντο (οὐ γὰρ πίνειν πολὺν οἶνον Ἀλέξανδρον), ἀλλὰ φιλοφροσύνης τῆς εἰς τοὺς ἑταίρους.

Cf. Plutarch. Alex. 23 : ἦν δὲ πρὸς οἶνον ἧττον ἢ ἐδόκει καταφερής κτλ., quæ ex Aristobulo fluxerint; et Orat. de Alex. II, 5. At idem hæc refellit in Sympos. I, 6, 1, testimonio usus Ἐφημερίδων βασιλικῶν. Reliqui omnes vinolentiam regis perstringunt. Vide Curt. V, 7, 2; Ælian. V. H. III, 23; XII, 26; Athen. X, p. 434, B; p. 437, Justin. IX, 8; Liv. IX, 18.

44.

Hanc insulam (ad Euphrati ostia sitam) ait Aristobulus Icarum ab Alexandro vocari jussam ab insula Icaro in Ægæo mari sita, in quam Icarum, Dædali filium, iquata cera, qua alas sibi affixerat, procidisse aiunt, quod non, prout pater ei imperaverat, vicinus terræ volasset, sed stolide sublimem aeris regionem petens, liquata solis radiis cera, nomen insulæ et mari de suo nomine dedisset : illam enim Icarum, mare vero Icarium appellatum esse.

45.

Jam Alexandri mors imminebat, quam hoc quoque prodigio significatam fuisse Aristobulus scribit. Copias enim, quæ cum Peucesta ex Perside, et a mari cum Philoxeno et Menandro venerant, eum in Macedonicos ordines distribuisse, quumque sitim sentiret, nonnihil a sella recessisse, regiumque solium vacuum reliquisse. Fuisse vero ab utraque solii parte lectos argenteis pedibus innixos, quibus amici circa eum insidere solebant. Quendam vero obscurum hominem (nonnulli aliquem eorum, qui in libera custodia erant, fuisse dicunt), quum regiam sellam lectosque vacuos videret et eunuchos utrimque thronum circumstantes (nam amici regem discedentem comitati erant), per medios eunuchos transiisse, soliumque conscendisse et in eo consedisse. Eos vero a solio eum detrahere non ausos esse Persica quadam lege prohibitos, sed laceratis vestibus pectora faciemque contudisse magnum aliquod malum ominatos. Quæ ubi Alexandro nuntiata essent, eum in quæstionem dari hominem jussisse, num forte ex compositis insidiis id fecisset exploraturum. Illum vero nihil confessum, nisi quod quoniam in mentem ei venisset istud fecisse : tantoque majus malum vates inde portendisse.

46.

Aristobulus dicit Alexandrum vehementissima febri correptum, quum sitiret magnopere, bibisse vinum, inde vero in mentis incidisse delirium atque vitam finiisse Dæsii mensis die tricesimo.

47.

Decessit Alexander Olympiade centesima decima quarta, archonte Athenis Hegesia. Vixit annos triginta duos mensesque septem, uti tradit Aristobulus.

48.

Compotationes Alexander, ut Aristobulus dicit, non vini amore in longum protrahebat (neque enim multum vini regem potare solitum esse), sed in amicos benevolentia.

CHARES MYTILENÆUS.

Chares Mytilenæus quum ab Alexandro aulæ Persicæ instituta adoptante εἰσαγγελεὺς (*) regis constitutus esset, uti ab armorum strepitu remotior, ita optime instructus erat, ut ea quæ ad personam regis vitamque privatam pertinerent, accurate tradere posset. « Atque huc (Geieri verbis utor) omnia fere spectant, quæ a Plutarcho potissimum et Athenæo ex ejus commentariis deprompta sunt, quum de rebus gestis, prœliis, expeditionibus, populis ac terris Alexandri imperio subjectis ad Charetis auctoritatem nemo veterum auctorum ita provocaverit, ut his rebus conscribendis una cum reliquis scriptoribus eum operam dedisse hinc liceat conjectare. Tametsi miraremur profecto, præsertim in tanto librorum ambitu (liber decimus laudatur fr. 16 et 17), si omni earum rerum mentione Chares supersedisset, quæ ad primarium argumentum vel illustrandum vel ornandum in suam rem converti posse viderentur, qualia sunt quæ de oraculi Ammonii origine (fr. 3), de Indorum venatione (fr. 12), de Soroadeo numine Indico (fr. 13), de Susorum urbis nomine (fr. 5), et immensa Persicorum regum luxuria (fr. 10) exposita sunt. Plura etiam Plinium in Historia Naturali ex ejus libris hausisse docemur non solum fragmento 3, sed elenchis etiam librorum XII et XIII. Quam scite autem atque eleganter ejusmodi excursus commentariis intexuerit, luculento est documento lepidissima illa Persarum de Zariadre et Odati fabula (fr. 17), quæ nullius profecto animum non summa voluptate inter legendum delinierit. » Cf. Plehn. Lesbiac. p. 211.

Quod fidem narrationis attinet, Charetem melioris notæ scriptoribus accensendum esse, inde colligas quod istud de Amazonibus, quæ ad Alexandrum venerint, commentum prorsus prætermisit (fr. 5). Contra quod Alexander prœlio Issico ab ipso Dario vulneratus dicitur (fr. 1), id aperte in gratiam regis excogitatum est. Neque plus equidem tribuerim iis, quæ de somniis Alexandri (fr. 2) exponuntur. Reliquis nihil inest, quod quominus bene de Charete sentiamus, impediat.

(*) Ita enim nominatur a Plutarcho Alex. c. 46 (fr. 5). Miror Hüllemanum, qui Charetem non Alexandri, sed Darii εἰσαγγελέα fuisse opinatur. De hoc munere, quod familiarissimis reges demandare solebant, vide quæ afferuntur et laudantur in Steph. Thesaur. v. Εἰσαγγελεύς. — *Chares Parius*, ap. Aristot. Polit. I, 4, 4, Περὶ γεωργίας scripsit. — *Chares grammaticus* ap. schol. Aristoph. Av. 877, ubi v. Dübner.; sch. Arat. 254; schol. Hom. Il. ζ', 4, Od. η', 80; Bachm. An. gr. I, 249; Sext. Empir. C. M. p. 16 B. m.; Phot. Lex. et Etym. M. v. Ἤ δ' ὅς. — Alius Chares ap. S. Maxim. II, 597. — Alius in Bekk. An. p. 191, 28 sqq. De confusis inter se Charone et Chæride grammaticis v. Hüllemanus ad fragm. Charetis Mytil. p. 145 sq. Idem reliquos homines, quibus Χάρης nomen, recensere instituit.

ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

1.

Plutarch. Alex. 20, de prœlio Issico : Ἀλεξάνδρῳ δὲ τὸν μὲν τόπον ἡ τύχη παρέσχεν, ἐστρατήγησε δὲ τῶν ἀπὸ τῆς τύχης ὑπαρχόντων πρὸς τὸ νικῆσαι βέλτιον, ὅς γε τοσούτῳ πλήθει τῶν βαρβάρων λειπόμενος ἐκείνοις μὲν οὐ παρέσχε κύκλωσιν, αὐτὸς δὲ τῷ δεξιῷ τὸ εὐώνυμον ὑπερβαλὼν καὶ γενόμενος κατὰ κέρας φυγὴν ἐποίησε τῶν καθ' αὑτὸν βαρβάρων ἐν πρώτοις ἀγωνιζόμενος, ὥστε τρωθῆναι ξίφει τὸν μηρὸν, ὡς μὲν Χάρης φησὶν, ὑπὸ Δαρείου (συμπεσεῖν γὰρ αὐτοὺς εἰς χεῖρας), Ἀλέξανδρος δὲ περὶ τῆς μάχης ἐπιστέλλων τοῖς περὶ τὸν Ἀντίπατρον, οὐκ εἴρηκεν ὅστις ἦν ὁ τρώσας, ὅτι δὲ τρωθείη τὸν μηρὸν ἐγχειριδίῳ· δυσχερὲς δ' οὐδὲν ἀπὸ τοῦ τραύματος συμβὰν γέγραφε.

Id. De fort. Alex. II, 9, p. 341, B : Ἐν Ἰσσῷ ξίφει τὸν μηρὸν (πληγεὶς), ὡς Χάρης φησὶν, ὑπὸ Δαρείου τοῦ βασιλέως εἰς χεῖρας αὐτῷ συνδραμόντος· αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος ἁπλῶς γράφων καὶ μετὰ πάσης ἀληθείας πρὸς Ἀντίπατρον· Συνέβη δέ μοι, φησὶ, καὶ αὐτῷ ἐγχειριδίῳ πληγῆναι εἰς τὸν μηρόν. Ἀλλ' οὐδὲν ἄτοπον οὔτε παραχρῆμα οὔτε ὕστερον ἐκ τῆς πληγῆς ἀπήντησεν. Cf. idem De fort. Alex. I, 2; Arrian. II, 12, 1; Diodor. XVII, 34; Curt. III, 11, 10, 12, 2; Justin. XI, 9.

DE REBUS ALEXANDRI.

1.

Locum Alexandro fortuna præbuit, verum hic acie instruenda ad victoriam obtinendam vicit beneficia fortunæ; qui quum tanto barbarorum numero esset inferior, non dedit illis facultatem circumdandi se. Ipse dextero cornu quam sinistro productiore et exporrecto oppositos sibi barbaros in fugam vertit ante signa dimicans, ac vulnus in femore accepit, ut Chares ait a Dario, cum suo manus contulisset Alexander. Ceterum Alexander de hac pugna ad Antipatrum scribens non meminit ejus qui sauciaverat ipsum : vulneratum quidem femur gladio, sed nihil ex vulnere periculi scribit accidisse.

Apud Issum gladio femur ei vulneratum est a Dario manum cum ipso conserente, ut Chares scribit : ipse simpliciter et verissime scribit ad Antipatrum : *Mihi quoque*, inquit, *usu venit ut pugione femur sauciarer; sed neque tum neque postmodo quicquam mali ex eo vulnere evenit.*

2.

Plutarch. Alex. 24 : Τύρον δὲ πολιορκῶν ἑπτὰ μῆνας χώμασι καὶ μηχαναῖς καὶ τριήρεσι διακοσίαις ἐκ θαλάττης ὄναρ εἶδε τὸν Ἡρακλέα δεξιούμενον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ τείχους καὶ καλοῦντα. Τῶν δὲ Τυρίων πολλοῖς κατὰ τοὺς ὕπνους ἔδοξεν ὁ Ἀπόλλων λέγειν, ὡς ἄπεισι πρὸς Ἀλέξανδρον· οὐ γὰρ ἀρέσκειν αὐτῷ τὰ πρασσόμενα κατὰ τὴν πόλιν. Ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ὥσπερ ἄνθρωπον αὐτομολοῦντα πρὸς τοὺς πολεμίους ἐπ' αὐτοφώρῳ τὸν θεὸν εἰληφότες σειρᾶς τε τῷ κολοσσῷ περιέβαλλον αὐτοῦ καὶ καθήλουν πρὸς τὴν βάσιν Ἀλεξανδριστὴν καλοῦντες. Ἑτέραν δὲ ὄψιν Ἀλέξανδρος εἶδε κατὰ τοὺς ὕπνους. Σάτυρος αὐτῷ φανεὶς ἐδόκει προσπαίζειν πόῤῥωθεν, εἶτα βουλομένου λαβεῖν ὑπεξέφυγε· τέλος δὲ πολλὰ λιπαρήσαντος καὶ περιδραμόντος ἦλθεν εἰς χεῖρας. Οἱ δὲ μάντεις τοὔνομα διαιροῦντες οὐκ ἀπιθάνως ἔφασαν αὐτῷ· « Σὰ γενήσεται Τύρος. » Καὶ κρήνην δέ τινα δεικνύουσι πρὸς ἣν κατὰ τοὺς ὕπνους ἰδεῖν ἔδοξε τὸν Σάτυρον. Διὰ μέσου δὲ τῆς πολιορκίας ἐπὶ τοὺς Ἄραβας τοὺς προσοικοῦντας τῷ Ἀντιλιβάνῳ στρατεύσας ἐκινδύνευσε διὰ τὸν παιδαγωγὸν Λυσίμαχον· ἐξηκολούθησε γὰρ αὐτῷ λέγων τοῦ Φοίνικος οὐκ εἶναι χείρων οὐδὲ πρεσβύτερος. Ἐπεὶ δὲ πλησιάσας τοῖς ὀρεινοῖς καὶ τοὺς ἵππους ἀπολιπὼν πεζὸς ἐβάδιζεν, οἱ μὲν ἄλλοι πολὺ προῆλθον, αὐτὸς δὲ τὸν Λυσίμαχον, ἑσπέρας ἤδη καταλαμβανούσης καὶ τῶν πολεμίων ἐγγὺς ὄντων, ἀπαγορεύοντα καὶ βαρυνόμενον οὐχ ὑπομένων ἀπολιπεῖν, ἀλλ' ἀναλαβόμενος καὶ παρακομίζων ἔλαθε τοῦ στρατεύματος ἀποσπασθεὶς μετ' ὀλίγων καὶ σκότους ἅμα καὶ ῥίγους σφοδροῦ νυκτερεύων ἐν χωρίοις χαλεποῖς. Εἶδεν οὖν πόῤῥω πυρὰ πολλὰ καιόμενα σποράδην τῶν πολεμίων. Θαῤῥῶν δὲ τοῦ σώματος τῇ κουφότητι καὶ τῷ πονεῖν αὐτὸς ἀεὶ παραμυθούμενος τὴν ἀπορίαν τῶν Μακεδόνων, προσέδραμε τοῖς ἔγγιστα πῦρ καίουσι· καὶ περικαθημένους τῇ πυρᾷ δύο βαρβάρους πατάξας τῷ ἐγχειριδίῳ καὶ δαλὸν ἁρπάσας ἦκε πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ κομίζων. Ἐγκαύσαντες δὲ πῦρ πολὺ τοὺς μὲν εὐθὺς ἐφόβησαν, ὥστε φυγεῖν, τοὺς δ' ἐπιόντας ἐτρέψαντο καὶ κατηυλίσθησαν ἀκινδύνως. Ταῦτα μὲν οὖν Χάρης ἱστόρηκεν.

Ex Plutarcho sua hauserunt Eustath. ad Dion. P. 911, Zonaras p. 134. Cf. Arrian. II, 18, 1; 20, 5 sqq.; Curtius IV, 2, 7; 3, 21 sqq.; Diodor. XVII, 41.

3.

Plinius H. N. XXXVII, 11 : *Theophrastus in Liguria effodi* (sc. electrum) *dixit, Chares vero Phaethontem in Æthiopia Hammonis obiisse; ob id delubrum ibi esse atque oraculum electrumque gigni.*

Cf. Welcker. *Æsch. Trilog.* p. 582 not. Chares Mytilenæus memoratur etiam in elencho auctt. ad Plin. lib. XII et XIII, ubi de arboribus agitur.

4.

Athenæus VII, p. 277, A : Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος ἱστορεῖ ὡς κάλλιστα μῆλα εὑρὼν ὁ Ἀλέξανδρος περὶ τὴν Βαβυλωνίαν χώραν, τούτων τε πληρώσας τὰ σκάφη μηλομαχίαν ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιήσατο, ὡς τὴν θέαν ἡδίστην γενέσθαι.

4 a.

Plutarch. Phocion. 17 : Τὸν Φωκίωνα ποιησάμενος (Ἀλέξ.) αὐτοῦ φίλον καὶ ξένον εἰς τοσαύτην ἔθετο τιμὴν ὅσην εἶχον ὀλίγοι τῶν ἀεὶ συνόντων. Ὁ γοῦν Δοῦρις εἴρηκεν, ὡς μέγας γενόμενος καὶ Δαρείου κρα-

2.

Tyrum urbem dum per menses septem aggeribus, machinis, atque ex mari triremibus ducentis oppugnat, per quietem Herculem vidit ex muro sibi manus tendentem incitantemque. Tyriorum vero multis visus in somniis Apollo est dicere ad Alexandrum se transire : neque enim sibi cordi esse ea quæ in urbe agerentur. Illi vero sicut transfugæ sceleris comperti Apollinis simulacrum devinxere catenis, clavisque basi affixere, Alexandri fautorem appellantes. Alia species est noctu Alexandro obversata. Satyrus ei oblatus est. Visus est hic procul ei alludere : quem quum corripere conaretur, subducere se; tandem post preces multas et circumcursitationes venire in manus ipsi. Ei vates dissecto nomine non absurde responderunt : Tua erit Tyrus, quod σὰ græce *tua* significat. Ostendunt fontem, apud quem videre per quietem visus est Satyrum. Dum tenet obsidio, movet in Arabas, qui Antilibanum accolunt. Ibi in periculum venit pædagogi causa Lysimachi : qui comitabatur eum, jactans se Phœnice neque inferiorem neque ætate esse graviorem. Postquam jam ad montana pervenit, ac relictis equis iter fecit pedibus; alii longe præcesserant, ipse vero nocte ingruente atque non longe ab hostibus fatiscentem et defessum haud sustinens deserere Lysimachum, dum excitat eum et trahit, ab exercitu imprudens cum paucis est distractus, noctemque in tenebris et acri gelu asperis locis egit. Quum autem frequentes pyras apud hostes sparsim lucentes videret, fretus corporis sui agilitate, atque in partem ipse laboris semper veniendo perplexitatem Macedonum leniens, accurrit ad proximum ignem; barbarisque duobus, qui assidebant, gladio confossis ac correpto titione rediit ad suos. Tum ingenti accenso igne alios extemplo exterruerunt, ut fugam capesserent; alios, qui ipsos invasere, profligarunt, ac tutam noctem transegere. Hæc scripta reliquit Chares.

4.

Chares Mytilenæus narrat Alexandrum, quum pulcherrima mala in agro Babylonio reperisset, navigia iis implevisse, et pomorum pugnam e navibus instituisse ita, ut jucundissimum esset spectaculum.

4 a.

Phocionem quum amicum haberet Alexander, tanto honore affecit quanto perpaucos ex iis, qui circa eum esse solebant. Certe Duris tradit Alexandrum, quum ad potentiæ fastigium post devictum Darium venisset, in epistolis *Salutem* illud omisisse, exceptis tamen iis, quas ad Phocio-

τήσας ἀφεῖλε τῶν ἐπιστολῶν τὸ Χαίρειν, πλὴν ἐν ὅσαις ἔγραφε Φωκίωνι· τοῦτον δὲ μόνον ὥσπερ Ἀντίπατρον μετὰ τοῦ Χαίρειν προσηγόρευε. Τοῦτο δὲ καὶ Χάρης ἱστόρηκε.

Eadem narrat Ælian. V. H. I, 25, celato fonte. Ceterum Plut. locum etsi haud eleganter expressum, recte tamen contra vv. doctorum conjecturas defendit Hüllemanus ad Duridem l. l.

5.

Athenæus XII, p. 513, F : Κληθῆναι δὲ τὰ Σοῦσά φησιν Ἀριστόβουλος (fr. 13) καὶ Χάρης διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου· σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τὸ κρίνον.

Apud Plutarch. Alex. c. 46 Chares ὁ εἰσαγγελεὺς inter eos nominatur, qui nihil tradiderint de Amazonibus Alexandrum convenientibus. V. Onesicrit. fr. 5.

6.

E LIBRO TERTIO.

Athenæus IV, p. 171, B : Χάρης γοῦν ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν Πτολεμαῖόν φησι τὸν Σωτῆρα ἐδέατρον ἀποδειχθῆναι Ἀλεξάνδρου.

ἐδέατρον] V. Brisson. De reg. Pers. I, c. 93; Steph. Thesaur. s. v. Cf. Geier. De vit. Ptol. Lag. p. 13.

7.

Athenæus X, p. 434, D : Καλλισθένης δὲ ὁ σοφιστὴς, ὡς Λυγκεὺς ὁ Σάμιός φησιν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασι καὶ Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης ἐν ταῖς Ἱστορίαις, ἐν τῷ συμποσίῳ τοῦ Ἀλεξάνδρου, τῆς τοῦ ἀκράτου κύλικος εἰς αὐτὸν ἐλθούσης, ὡς διωθεῖτο, εἰπόντος τινὸς αὐτῷ Διὰ τί οὐ πίνεις; Οὐδὲν δέομαι, ἔφη, Ἀλεξάνδρου πιὼν τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι.

Cf. Plutarch. Sympos. I, 6 : Δοκεῖ δὲ καὶ Καλλισθένης ἐν διαβολῇ γενέσθαι πρὸς αὐτὸν (Ἀλέξανδρον), ὡς δυσχεραίνων δειπνεῖν διὰ τὸν πότον· ἐπεὶ καὶ κύλικα λεγομένην Ἀλεξάνδρου μεγάλην ἐλθοῦσαν ἐπ' αὐτὸν ἀπεώσατο, φήσας οὐκ ἐθέλειν Ἀλεξάνδρου πιὼν Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι. Idem De cohib. ira c. 3 extr. : Καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὁ Καλλισθένης (παρώξυνεν) εἰπὼν, τῆς μεγάλης κύλικος περιφερομένης· « Οὐ βούλομαι πιὼν Ἀλεξάνδρου Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι. »

8.

Plutarch. Alex. 54 : Χάρης δὲ ὁ Μυτιληναῖός φησι, τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ συμποσίῳ πιόντα φιάλην προτεῖναί τινι τῶν φίλων· τὸν δὲ δεξάμενον πρὸς ἑστίαν ἀναστῆναι καὶ πιόντα προσκυνῆσαι πρῶτον, εἶτα φιλῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον καὶ κατακλιθῆναι. Πάντων δὲ τοῦτο ποιούντων ἐφεξῆς, τὸν Καλλισθένην λαβόντα τὴν φιάλην, οὐ προσέχοντος τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ Ἡφαιστίωνι προσδιαλεγομένου, πιόντα προσιέναι φιλήσοντα, Δημητρίου δὲ τοῦ προσονομαζομένου Φείδωνος εἰπόντος « Ὦ βασιλεῦ, μὴ φιλήσῃς· οὗτος γάρ σε μόνος οὐ προσκεκύνηκε, » διακλῖναι τὸ φίλημα τὸν Ἀλέξανδρον, τὸν δὲ Καλλισθένη μέγα φθεγξάμενον εἰπεῖν « Φιλήματι τοίνυν ἔλασσον ἔχων ἄπειμι. » Cf. Arrian. IV, 12.

9.

Id. ibid. 55 : Ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν (Καλλισθένην) οἱ μὲν ὑπ' Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν, οἱ δὲ ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα, Χάρης δὲ μετὰ τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ κριθείη παρόντος Ἀριστοτέλους· ἐν αἷς δὲ ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη, περὶ τὴν Ἰνδίαν ἀποθανεῖν ὑπέρπαχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα. Cf. Vit. Callisthenis p. 5.

nem scriberet. Hunc enim solum eodem modo quo Antipatrum in epistolis præmisso *Salutem* alloquebatur. Idem Chares quoque narrat.

5.

Susa Aristobulus et Chares nomen habere dicunt a loci amœnitate : σοῦσον enim Græcorum lingua significare lilium.

6.

E LIBRO TERTIO.

Chares libro tertio Historiarum tradit Ptolemæum Soterem ἐδέατρον (epularum ministerio præfectum) constitutum esse Alexandri.

7.

Callisthenes sophista, ut Lynceus Samius narrat in Commentariis et Aristobulus et Chares in Historiis, quum in convivio Alexandri meri calix ad illum pervenisset, isque eum recusasset, interroganti cuidam cur non biberet, respondit : Nolo, postquam Alexandri poculum bibero, poculo Æsculapii indigere.

8.

Chares Mytilenæus Alexandrum narrat in convivio quodam, quum bibisset, phialam uni ex amicis porrexisse; illum, phiala accepta, ad aram versus surrexisse, ac postquam bibisset, adorasse primum, deinde osculatum Alexandrum, mox accubuisse. Postquam id omnes deinceps fecerint, cepisse phialam Callisthenem, ac non attendente rege, sed cum Hephæstione confabulante, bibisse atque ad ferendum regi osculum accessisse. Ibi quum Demetrius cognomine Phidon dixisset : « Cave, rex, osculeris eum, nam unus hic non adoravit te; » Alexandrum osculum declinasse, Callisthenem vero dixisse alta voce : « Uno ergo osculo minus ferens abibo. »

9.

Mortuum Callisthenem alii ab Alexandro suspensum, in vinculis alii morbo affectum dicunt. Chares tradit, postquam comprehensus fuerit, septem menses in vinculis custoditum, ut in concilio, præsente Aristotele, judicaretur; ac quo tempore in Mallis Oxydracis Indiæ sauciatus sit rex, ex corpore supra modum turgido et morbo pediculari illum excessisse.

10.

E LIBRO QUINTO.

Athenæus XII, 514, E : Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν, « Εἰς τοῦτο (φησὶν) ἦκον τρυφῆς οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς, ὥστε ἔχεσθαι τῆς βασιλικῆς κλίνης ὑπὲρ κεφαλῆς οἴκημά τι πεντάκλινον, ἐν ᾧ χρυσίου πεντακισχίλια διὰ παντὸς ἔκειτο τάλαντα· καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο προσκεφάλαιον βασιλικόν. Καὶ πρὸς ποδῶν ἕτερον οἴκημα τρίκλινον, οὗ τάλαντα τρισχίλια ἔκειτο ἀργυρίου, καὶ προσηγορεύετο βασιλικὸν ὑποπόδιον. Ἦν δ' ἐν τῷ κοιτῶνι καὶ λιθοκόλλητος ἄμπελος χρυσῆ ὑπὲρ τῆς κλίνης. » Cf. Brisson. l. l. I, c. 77; Amyntæ fr. 4.

11.

Athenæus III, p. 124, C : Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος ἐν ταῖς Περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαις καὶ ὅπως δεῖ χιόνα διαφυλάττεσθαι εἴρηκε, διηγούμενος περὶ τῆς πολιορκίας τῆς ἐν Ἰνδοῖς πόλεως Πέτρας, ὀρύξαι φάσκων τὸν Ἀλέξανδρον ὀρύγματα τριάκοντα συχνὰ, ἃ πληρώσαντα χιόνος παρεμβαλεῖν δρυὸς κλάδους· οὕτω γὰρ παραμενεῖν πλείω χρόνον τὴν χιόνα.

« Droysenius in Hist. Alex. p. 380, not. 29 hanc Charetis narrationem fortasse ad Aorni saxi expugnationem pertinere conjicit. » Geier.

12.

E LIBRO SEPTIMO.

Athenæus III, p. 93, C : Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος ἐν ἑβδόμῃ τῶν Περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν φησι· « Θηρεύεται δὲ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν θάλασσαν, ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀρμενίαν καὶ Περσικὴν καὶ Σουσιανὴν καὶ Βαβυλωνίαν, παρόμοιον ὀστρέῳ· τὸ δ' ἐστὶν ἄδρον καὶ πρόμηκες, ἔχον ἐν αὐτῷ σάρκα καὶ μεγάλην καὶ λευκὴν, εὐώδη σφόδρα. Ἐξ ὧν ἐξαιροῦντες ὀστᾶ λευκὰ προσαγορεύουσι μὲν μαργαρίτας, κατασκευάζουσι δ' ἐξ αὐτῶν ὁρμίσκους τε καὶ ψέλια περὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· περὶ ἃ σπουδάζουσι καὶ Πέρσαι καὶ Μῆδοι καὶ πάντες Ἀσιανοὶ πολὺ μᾶλλον τῶν ἐκ χρυσίου γεγενημένων. Cf. Androsth. fr. 1· Bohlen. *D. alte Ind.* II, p. 121, 174.

13.

Athenæus I, p. 27, D : Ὅτι παρ' Ἰνδοῖς τιμᾶται δαίμων, ὥς φησι Χάρης ὁ Μυτιληναῖος, ὃς καλεῖται Σοροάδειος· ἑρμηνύεται δὲ Ἑλλάδι φωνῇ οἰνοποιός.

Σοροάδειος] indice *Surâdêvas*, *vini deus*. V. Bohlen. l. l. I, p. 141, cll. Schlegel. *Ind. Bibl* p. 250.

13 a.

Idem I, p. 32, B : Χαιρίας (Χάρης?) δὲ ἐν Βαβυλῶνι οἶνόν φησι γίνεσθαι τὸν καλούμενον νέκταρ. De Chærea qui Hannibalis res narravit cogitari vix potest; Charetem in antecedentibus laudatum intellexerim; nisi mavis Chæream de quo Plin. XX, 23, 99 et Auctor R. R. lat. p. 54, 164.

14.

Gellius N. A. V, 2 : *Equus Alexandri regis et capite et nomine Bucephalas fuit. Emptum Chares scripsit talentis tredecim et regi Philippo donatum : æris nostri summa est H. S. CCCXII.*

15.

Plutarch. Alex. 70 : Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀπὸ τῆς (Καλάνου) πυρᾶς γενόμενος καὶ συναγαγὼν πολλοὺς

10.

E LIBRO QUINTO.

Chares Mytilenæus quinto libro Historiarum Alexandri : eo luxuriæ, inquit, progressi sunt Persarum reges, ut a capite lecti regii esset ædicula quinque lectorum capax, in qua constanter quinque millia talentorum auri erant reposita : appellabantque illud cervical regis. Aliaque erat a pedibus ædicula trium lectorum capax, in qua deposita erant tria talentorum millia : idque scabellum regis nominabatur. Erat vero in illius cubiculo super lecto, etiam vitis aurea gemmis distincta.

11.

Chares Mytilenæus in Historiis Alexandri etiam qua ratione conservanda sit nix exposuit, ubi Petræ oppidi Indorum obsidionem enarrat. Scribit enim jussisse Alexandrum fossas triginta parum inter se distantes excavari easque nive repleri, simul injectis quercuum ramis : sic enim plurimum tempus duraturam esse nivem.

12.

E LIBRO SEPTIMO.

Chares Mytilenæus septimo libro Historiarum Alexandri scribit : « Capitur in Indico mari, similiter vero etiam in Armenia, Perside, Susiana, Babylonia, animal ostreo simile : cui testa est grandis, oblonga, habens intra se carnem amplam et candidam, suavis admodum odoris. Ex his eximunt ossa candida, quas margaritas vocant, e quibus monilia conficiunt et armillas, manuum pedumque ornamenta; quæ Persæ, Medi Asiaticique omnes pluris æstimant quam quæ ex auro confecta sunt. »

13.

Apud Indos deus colitur, qui, Charete auctore, vocatur *Soroadeus*, quod in Græcam linguam translatum *vini auctorem effectoremque* sonat.

15.

Regressus a rogo (Calani) Alexander, frequentibus amicis et præfectis ad cœnam invitatis, certamen et præmium proposuit potandi meri. Qui plurimum hausit, Promachus ad quattuor congios progressus est, relatoque pro victoriæ pretio talento triduum superstes fuit. Ex ceteris, ut Chares auctor est, unus et quadraginta ex temulentia exanimati, quum excepisset ingens gelu crapulam.

τῶν φίλων καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐπὶ δεῖπνον ἀγῶνα προὔθηκε καὶ στέφανον ἀκρατοποσίας. Ὁ μὲν οὖν πλεῖστον πιὼν Πρόμαχος ἄχρι χοῶν τεσσάρων προῆλθε, καὶ λαβὼν τὸ νικητήριον [στέφανον] τάλαντον ἡμέρας τρεῖς ἐπέζησε. Τῶν δὲ ἄλλων, ὡς Χάρης φησί, τετταράκοντα καὶ εἷς ἀπέθανον πιόντες, ἰσχυροῦ τῇ μέθῃ κρούους ἐπιγενομένου.

Athenæus X, p. 347, A : Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος ἐν ταῖς Περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαις περὶ Καλάνου εἰπὼν τοῦ Ἰνδοῦ φιλοσόφου ὅτι ῥίψας ἑαυτὸν εἰς πυρὰν νενημένην ἀπέθανε, φησὶν ὅτι καὶ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ διέθηκεν Ἀλέξανδρος γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ μουσικὸν ἐγκωμίων. « Ἔθηκε δὲ (φησὶ) καὶ διὰ τὴν φιλοινίαν τῶν Ἰνδῶν καὶ ἀκρατοποσίας ἀγῶνα. Καὶ ἦν ἆθλον τῷ μὲν πρώτῳ τάλαντον, τῷ δὲ δευτέρῳ τριάκοντα μναῖ, καὶ τῷ τρίτῳ δέκα. Τῶν οὖν πιόντων τὸν οἶνον παραχρῆμα μὲν ἐτελεύτησαν ὑπὸ τοῦ ψύχους τριάκοντα καὶ πέντε· μικρὸν δὲ διαλιπόντες ἐν ταῖς σκηναῖς ἓξ. Ὁ δὲ πλεῖστον πιὼν καὶ νικήσας ἔπιε μὲν ἀκράτου χόας τέσσαρας καὶ τὸ τάλαντον ἔλαβεν, ἐβίωσε δὲ ἡμέρας τεσσαρας (τρεῖς?), ἐκαλεῖτο δὲ Πρόμαχος. »

Cf. Ælian. V. H. II, 41, qui sua sumpserit ex Athenæo. Pro ἐγκωμίων, Hülleman conj. ἐγχώριον quod adjectivum loco suo motum ponendum sit ante ἀκρατοποσίας deleto καί. Qua quidem conjectura nihil opus est.

16.

E LIBRO DECIMO.

Athenæus XII, p. 538, B : Χάρης δ' ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν, « Ὅτε (φησὶν) εἶλε Δαρεῖον, γάμους συνετέλεσεν ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων φίλων, ἐνενήκοντα καὶ δύο θαλάμους κατασκευασάμενος ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. Ἦν δὲ ὁ οἶκος ἑκατοντάκλινος, ἐν ᾧ ἑκάστη ἦν κλίνη κεκοσμημένη στολῇ γαμικῇ εἴκοσι μνῶν ἀργυρᾷ· ἡ δὲ αὐτοῦ χρυσόπους ἦν. Συμπαρέλαβε δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τοὺς ἰδιοξένους ἅπαντας, καὶ κατέκλινεν ἀντιπροσώπους ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις νυμφίοις· τήν τε λοιπὴν δύναμιν, πεζήν τε καὶ ναυτικήν, καὶ τὰς πρεσβείας καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας ἐν τῇ αὐλῇ. Κατεσκεύαστο δὲ ὁ οἶκος πολυτελῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ἱματίοις τε καὶ ὀθονίοις πολυτελέσιν, ὑπὸ δὲ ταῦτα πορφυροῖς καὶ φοινικοῖς χρυσοϋφέσι. Τοῦ δὲ μένειν τὴν σκηνὴν ὑπέκειντο κίονες εἰκοσαπήχεις περίχρυσοι καὶ διάλιθοι καὶ περιάργυροι. Περιεβέβληντο δ' ἐν τῷ περιβόλῳ πολυτελεῖς αὐλαῖαι ζωωτοὶ καὶ διάχρυσοι, κανόνας ἔχουσαι περιχρύσους καὶ περιαργύρους. Τῆς δὲ αὐλῆς ἦν τὸ περίμετρον στάδιοι τέσσαρες. Ἐγίνετο δὲ τὰ δεῖπνα πρὸς σάλπιγγα, τότε μὲν ἐν τοῖς γάμοις, καὶ ἄλλως δ' ἀεὶ ὅτε τύχοι σπονδοποιούμενος, ὥστε πᾶν εἰδέναι τὸ στρατόπεδον. Ἐπὶ πέντε δὲ ἡμέρας ἐπετελέσθησαν οἱ γάμοι, καὶ ἐλειτούργησαν πάνυ πολλοὶ καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς. Θαυματοποιοὶ δὲ ἦσαν διαπρέποντες Σκύμνος Ταραντῖνος καὶ Φιλιστίδης Συρακόσιος, Ἡράκλειτός τε ὁ Μυτιληναῖος. Μεθ' οὓς ἐπεδείξατο ῥαψῳδὸς Ἄλεξις Ταραντῖνος. Παρῆλθον δὲ καὶ ψιλοκιθαρισταὶ, Κρατῖνος Μηθυμναῖος, Ἀριστώνυμος Ἀθηναῖος, Ἀθηνόδωρος Τήιος· ἐκιθαρῴδησάν τε Ἡράκλειτός τε ὁ Ταραντῖνος καὶ Ἀριστοκράτης ὁ Θηβαῖος. Αὐλῳδοὶ δὲ παρῆλθον Διονύσιος ὁ Ἡρακλεώτης, Ὑπέρβολος Κυζικηνός. Παρῆλθον δὲ καὶ αὐληταὶ, οἳ πρῶτον τὸ Πυθικὸν ηὔλησαν, εἶθ' ἑξῆς μετὰ τῶν χορῶν Τιμόθεος, Φρύνιχος,

Chares Mytilenæus in Rebus Alexandri postquam de Calano verba fecit, Indico philosopho, quem narrat in exstructum rogum sese projecisse, atque ita vitam finiisse, refert deinde ad ejus sepulcrum instituisse Alexandrum certamen gymnicum itemque musicum certamen encomiorum. Proposuit vero, ait, propter Indorum bibacitatem etiam meri potandi certamen. Eratque præmium primo victori talentum, alteri triginta minæ, tertio minæ decem. Ex illis igitur, qui vinum biberunt, continuo mortui sunt frigore triginta et quinque; et paullo post in tentoriis sex. Qui autem plurimum bibens vicit, is meri congia biberat quattuor, talentum accepit, et vixit inde dies quattuor : nomen ei fuit Promachus.

16.

E LIBRO DECIMO.

Chares decimo libro Historiarum De rebus Alexandri scribit : « Sublato Dario Alexander nuptias celebravit, quum suas tum amicorum omnium nonaginta duobus uno in loco thalamis exstructis. Œcus erat centum lectis instructus : lecti singuli nuptiali cultu ornati, argentei; regis vero lecto aurei pedes erant. Adhibuit autem in convivium etiam privatos hospites cunctos, eosque ex adverso sibi et reliquis sponsis recumbere fecit : simul vero et totum qui aderat exercitum, quum pedestrem tum nauticum, epulis accepit, et legationes aliosque peregrinos qui in aula aderant. Erat autem œcus sumptuose magnificeque instructus veste et aulæis magni pretii; sub quibus alia erant purpurea et punicea, auro distincta. Firmitatis causa sustinebatur tabernaculum columnis cubitorum viginti altitudine, quæ aureis argenteisque laminis obductæ erant et gemmis distinctæ. In circuitu expansa erant aulæa pretiosa, variis figuris et auro distincta, quorum baculi aureis argenteisque laminis erant obducti. Aulæ circuitus stadiorum quattuor fuit. Signo tuba dato cœnabatur, et in illis nuptiis et alias semper quoties solenne sacrificium rex faceret, adeo ut universus exercitus rem cognosceret. Quinque autem continuis diebus celebratæ sunt illæ nuptiæ; ad quas ministeria sua conferebant multi et barbari et Græci, atque etiam ex India. Aderant præstigiarum artifices in arte ista eminentes, Scymnus Tarentinus et Philistides Syracusius et Heraclitus Mytilenæus. Post quos artis suæ specimen edidit rhapsodus, Alexis Tarentinus. Prodierunt porro nudam citharam pulsantes Cratinus Methymnæus, Aristonymus Atheniensis, Athenodorus Teius. Cantantes citharam pulsaverunt Heraclitus Tarentinus et Aristocrates Thebanus. Ad tibiam canentes prodierunt Dionysius Heracleota et Hyperbolus Cyzicenus. Tibicines aderant, qui prius Pythicum cecinerunt et deinde cum chorис modulati sunt, Timotheus, Phrynichus, Caphisias, Diophantus atque Euius Chalcidensis. Et ab eo inde tempore, quos olim Dionysocolaces nominare consueverant, Alexandrocolaces dicti sunt, ob munerum magnificentiam, quibus etiam gavisus est Alexander. Porro fabulas agebant tragœdi Thessalus et Athenodorus et Aristocritus; comœdi vero Lycon et Phormio et Ariston. Aderat etiam Phasimelus psaltes. Missæ autem, ait, tunc temporis coronæ partim per legatos, partim ab aliis, talentis quindecies mille sunt æstimatæ. »

Καφισίας, Διόφαντος, ἔτι δὲ Εὔιος ὁ Χαλκιδεύς. Καὶ ἔκτοτε οἱ πρότερον καλούμενοι Διονυσοκόλακες Ἀλεξανδροκόλακες ἐκλήθησαν διὰ τὰς τῶν δώρων ὑπερβολὰς, ἐφ' οἷς καὶ ἤσθη ὁ Ἀλέξανδρος. Ὑπεκρίθησαν δὲ τραγῳδοὶ μὲν Θεσσαλὸς καὶ Ἀθηνόδωρος καὶ Ἀριστόκριτος, κωμῳδοὶ δὲ Λύκων καὶ Φορμίων καὶ Ἄριστων. Παρῆν δὲ καὶ Φασίμηλος ὁ ψάλτης. Οἱ δὲ πεμφθέντες, φησὶ, στέφανοι ὑπὸ τῶν πρεσβευτῶν καὶ τῶν λοιπῶν ταλάντων ἦσαν μυρίων πεντακισχιλίων. »

Eadem ex Athenæo Ælianus (V. H. VIII, 7) in nonnullis negligentior. Cf. Arrian. Exp. Alex. VII, 4; Diodor. XVII, 107; Plutarch. Alex. 70, De fort. Alex. I, 7; Curtius X, 3; Justin. XII, 10.

17.

Athenæus XIII, p. 575, A : Οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν εἴ τινες ἠράσθησάν τινων, ὁπότε Χάρης ὁ Μυτιληναῖος ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Ἱστοριῶν τῶν περὶ Ἀλέξανδρόν φησιν ὀνείρατι θεασαμένους τινὰς οὓς μὴ πρότερον εἶδον ἐρασθῆναι αὐτῶν. Γράφει δὲ οὕτως· « Ὑστάσπῃ νεώτερος ἦν ἀδελφὸς Ζαριάδρης, περὶ ὧν λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι ὅτι ἐξ Ἀφροδίτης καὶ Ἀδώνιδος ἐγεννήθησαν. Ἐκυρίευσε δὲ ὁ μὲν Ὑστάσπης Μηδίας καὶ τῆς ὑποκάτω χώρας, ὁ δὲ Ζαριάδρης τῶν ὑπεράνω Κασπίων πυλῶν μέχρι τοῦ Ταναΐδος. Τῶν δὲ ἐπέκεινα τοῦ Ταναΐδος Ὀμάρτῃ βασιλεῖ Μαραθῶν θυγάτηρ ἦν ὄνομα Ὀδάτις· περὶ ἧς ἐν ταῖς ἱστορίαις γέγραπται ὡς ἄρα κατὰ τὸν ὕπνον ἰδοῦσα τὸν Ζαριάδρην ἐρασθείη· τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο κἀκείνῳ πάθος συμπεσεῖν πρὸς αὐτήν. Διετέλουν γοῦν ἀλλήλων ἐπιθυμοῦντες διὰ τὴν κατὰ τὸν ὕπνον φαντασίαν. Ἦν δὲ ἡ Ὀδάτις καλλίστη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν γυναικῶν, καὶ ὁ Ζαριάδρης δὲ ἦν καλός. Πέμποντος οὖν τοῦ Ζαριάδρου πρὸς τὸν Ὀμάρτην καὶ φιλοτιμουμένου γῆμαι τὴν ἄνθρωπον, οὐ συνετίθετο ὁ Ὀμάρτης διὰ τὸ εἶναι ἀῤῥένων παίδων ἔρημος· ἤθελε γὰρ αὐτὴν δοῦναι ἑνὶ τῶν περὶ αὐτὸν οἰκείων. Καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὁ Ὀμάρτης συναγαγὼν τοὺς ἐκ τῆς βασιλείας δυνάστας καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς ἐποιεῖτο τοὺς γάμους οὐ προειπὼν ὅτῳ μέλλοι διδόναι τὴν θυγατέρα. Ἀκμαζούσης οὖν τῆς μέθης εἰσκαλέσας τὴν Ὀδάτιν ὁ πατὴρ εἰς τὸ συμπόσιον εἶπεν ἀκουόντων τῶν συνδείπνων· « Ἡμεῖς, ὦ θύγατερ Ὀδάτι, νῦν ποιούμεθα τοὺς σοὺς γάμους. Περιβλέψασα οὖν καὶ θεωρήσασα πάντας, λαβοῦσα χρυσῆν φιάλην καὶ πληρώσασα δὸς ᾧ θέλεις γαμηθῆναι· τούτου γὰρ κεκλήσῃ γυνή. » Κἀκείνη περιβλέψασα πάντας ἀπῆλθε δακρύουσα, ποθοῦσα τὸν Ζαριάδρην ἰδεῖν· ἐπεστάλκει γὰρ αὐτῷ ὅτι μέλλουσιν οἱ γάμοι συντελεῖσθαι. Ὁ δὲ στρατοπεδεύων ἐπὶ τοῦ Ταναΐδος καὶ διαλαθὼν τὴν στρατοπεδείαν διέβη μετὰ μόνου τοῦ ἁρματηλάτου, καὶ νυκτὸς ὁρμήσας ἐπὶ τοῦ ἅρματος διῆλθε διὰ τῆς πόλεως, διώξας περὶ τοὺς ὀκτακοσίους σταδίους. Πλησίον δὲ τῆς κώμης γενόμενος ἐν ᾗ τοὺς γάμους συνετέλουν καὶ καταλιπὼν ἔν τινι τόπῳ αὐτῷ ἅρματι τὸν ἁρματηλάτην, προῆγεν ἐνδεδυκὼς στολὴν Σκυθικήν. Καὶ παρελθὼν εἰς τὴν αὐλὴν καὶ ἰδὼν τὴν Ὀδάτιν ἑστηκυῖαν πρὸ τοῦ κυλικείου καὶ δακρύουσαν κιρνῶσάν τε βραδέως τὴν φιάλην, εἶπε πλησίον στὰς παρ' αὐτὴν, « Ὦ Ὀδάτι, πάρειμι δή σοι, καθάπερ ἠξίωσας, ἐγὼ Ζαριάδρης. » Ἡ δὲ κατανοήσασα ξένον ἄνδρα καὶ καλὸν

Neque vero mirari oportet si qui de auditu in amorem quarundam inciderunt; quandoquidem Chares Mytilenæus decimo libro Historiarum de rebus Alexandri narrat, fuisse etiam qui in amorem inciderint eorum, quos per somnum vidissent, nunquam autem oculis antea conspexissent. Scribit autem ita : « Hystaspi frater erat natu minor Zariadres : quos perhibent indigenæ ex Venere et Adonide natos esse. Dominus autem erat Hystaspes Mediæ et subjectæ regionis; Zariadres vero imperium habebat eorum tractuum qui sunt supra Portas Caspias usque ad Tanaim. Fuit autem Marathorum regi Omartæ trans Tanaim filia, nomine Odatis, de qua scriptum in Historiis est ex oblata ipsi per somnum specie Zariadris, amore illius fuisse captam, atque idem prorsus accidisse Zariadri respectu Odatidis. Ex illa igitur specie per somnum oblata mutuo desiderio ambo constanter ducebantur. Erat autem Odatis pulcherrima omnium Asiæ feminarum, et Zariadres quoque formosus sane erat. Qui quum ab Omarte per legatos impense et operose petiisset, ut illam sibi daret uxorem, non consensit ille, quia mascula prole carens alicui e suis familiaribus aut cognatis collocatam illam cupiebat. Igitur haud multo post convocatis ex omni regno suo dynastis et amicis et cognatis, convivium nuptiale instituit, non prædicens cui eam vellet in matrimonium collocare. Dein quum ferverent pocula, Odatim in cœnaculum vocatam coram convivis omnibus sic allocutus est : « Nos, o filia Odati, tuas nunc celebramus nuptias. Igitur circumspice et intuere singulos, ac dein auream capiens phialam infunde vinum, et ei trade cui nubere volueris . illius enim uxor nominaberis. » Et illa, omnes circum intuita, abiit lacrimabunda, desiderans scilicet Zariadren videre : nam per nuncios ipsa ei significaverat, celebratum iri nuptias. Ille vero castra ad Tanaim metatus, clam omnibus, qui in castris erant, transjecerat flumen uno auriga comite, et citato itinere noctu per urbem transvectus est, circiter octingentis stadiis continuo cursu confectis. Quum vero prope vicum venisset in quo celebrabantur nuptiæ, relicto in certo quodam loco auriga cum curru, Scythicam stolam indutus perrexit. Tum atrium ingressus et Odatidem conspicatus ante abacum stantem lacrimabundam et cunctanter miscentem pateram, prope illam consistens dixit : « Odati, en tibi adsum, quemadmodum mandasti, ego Zariadres. » Illa vero conspecto

καὶ ὅμοιον τῷ κατὰ τὸν ὕπνον ἑωραμένῳ περιχαρὴς γενομένη δίδωσιν αὐτῷ τὴν φιάλην· καὶ ὃς ἁρπάσας αὐτὴν ἀπήγαγεν ἐπὶ τὸ ἅρμα καὶ ἔφυγεν ἔχων τὴν Ὀδάτιν. Οἱ δὲ παῖδες καὶ αἱ θεράπαιναι συνειδυῖαι τὸν ἔρωτα κατεσιώπησαν, καὶ κελεύοντος τοῦ πατρὸς καλεῖν οὐκ ἔφασαν εἰδέναι ὅπου πεπόρευται. Μνημονεύεται δὲ ὁ ἔρως οὗτος παρὰ τοῖς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσι βαρβάροις καὶ περισσῶς ἐστι ζηλωτὸς, καὶ τὸν μῦθον τοῦτον ζωγραφοῦσιν ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς βασιλείοις, ἔτι δὲ ταῖς ἰδιωτικαῖς οἰκίαις· καὶ ταῖς ἑαυτῶν θυγατράσιν οἱ πολλοὶ τῶν δυναστῶν ὄνομα τίθενται Ὀδάτιν. »

Hæc cum descriptione nuptiarum Susianorum (fr. 16) cohærere, atque unam vel alteram puellarum, quas amicis Alexander elocavit, Odatidis nomine insignem fuisse, recte sine dubio statuit Geierus. Cf. Droysen. *Alex.* p. 280, 3, et Aristot. in Massil. Rep. ap. Athen. XIII, p. 576, A.—Μαραθῶν] « Quum de Marathis illis apud alios omnes auctores altum sit silentium, Holstenius ad Steph. Byz. p. 196 suspicatus est, Μαιωτῶν fortasse aut Σαρματῶν scriptum oportuisse. » SCHWEIGHÆUSER.

viro peregrino et formoso, ei simili quem per somnium viderat, gaudio elata pateram ei tradit : et ille raptam Odatin ad currum abduxit, et cum ea aufugit. Famuli vero et ancillæ, amoris consciæ, conticuere : et jubente patre vocari filiam, aiebant nescire se quorsum ivisset.

Celebratur igitur iste mutuus amor apud barbaros Asiam incolentes, et singulariter mirantur eum omnes, et fabulam hanc pictam exhibent in templis, in regiis et privatorum in ædibus : atque etiam plerique dynastæ filiabus suis nomen imponere consueverunt Odatin.

EUMENES CARDIANUS

ET

DIODOTUS ERYTHRÆUS.

Eumenes Cardianus, Alexandro ἀρχιγραμματεύς, Ephemerides Regias scripsit, quarum jacturam sane est cur doleamus. Vitam Eumenis narrant Cornelius Nepos et Plutarchus. Cf. De Geer. De Eumene Cardiano a ceteris Alexandri ducibus rite distinguendo, Utraj. 1838; Paulys *Real-encyclop.* s. v. De Diodoto Erythræo, quem Eumeni jungit Athenæus X, p. 434, B (fr. 1), aliunde non constat; eum ex Alexandri γραμματέων numero fuisse suspicatur Geierus. — Præter Eumenem et Diodotum etiam *Strattis* quidam *Olynthius* Ephemerides Alexandri scripsisse perhibetur. Ita enim Suidas : Στράττις Ὀλύνθιος, ἱστορικός· Περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἐφημερίδων βιβλία πέντε· Περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν· Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς. — Verum quum de morte Alexandri Ephippum Olynthium egisse compertum habeamus, hunc cum Stratti confundi adeo ut non solum istud de morte regis scriptum, sed etiam Diaria regia ad Ephippum referenda sint, nescio an recte opinatur Ste-Croix. *Exam. crit.* p. 45 (*).

(*) Cet ouvrage (sc. Eumenis), à en juger par quelques fragments qui nous en restent, doit être regardé comme un journal très-exact et fort circonstancié des actions et de la vie privée d'Alexandre. Strattis d'Olynthe en avait donné un abrégé (?), en cinq livres. Suidas in v. Στράττις. Cet auteur pourrait avoir confondu Strattis avec Ephippus. Il attribue du moins au premier l'ouvrage sur la mort d'Alexandre, qui appartient au dernier. Peut-être même cet ouvrage n'était-il que l'extrait des Ephémérides (?) dont Suidas parle. Du reste je ne réfuterai pas les paradoxes de Dodwell sur les Ephémérides et l'abrégé attribué à Strattis, *De Cyclis* p. 471, 472. Ce savant Anglais y fait, comme dans beaucoup d'autres endroits, un étrange abus des arguments négatifs.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΙ ΕΦΗΜΕΡΙΔΕΣ.

1.

Ælian. V. H. III, 23 : Δίου μηνὸς, φασὶ, πέμπτῃ ἔπινε παρ' Εὐμαίῳ * · εἶτα ἔκτῃ ἐκάθευδεν ἐκ τοῦ πότου, καὶ τοσοῦτον ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἔζησεν ὅσον ἀναστὰς χρηματίσαι τοῖς ἡγεμόσιν ὑπὲρ τῆς αὔριον πορείας λέγων ὅτι ἔσται πρωΐ. Καὶ ἑβδόμῃ εἱστιᾶτο παρὰ Περδίκκᾳ καὶ ἔπινε πάλιν, καὶ ὀγδόῃ ἐκάθευδε. Πέμπτῃ δὲ ἐπὶ δέκα τοῦ αὐτοῦ μηνὸς καὶ ταύτῃ ἔπινε, καὶ τῇ ἑπομένῃ τὰ εἰθισμένα ἔδρα τὰ ἐκ τοῦ πότου. Παρὰ Βαγώᾳ δὲ ἐδείπνησε τετράδι μετὰ εἰκάδα (ἀπεῖχε τῶν βασιλείων ὁ Βαγώα οἶκος δέκα σταδίους)· εἶτα τῇ τρίτῃ ἐκάθευδε. Δυοῖν οὖν θάτερον, ἢ Ἀλέξανδρος κακῶς τοσαύτας τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἑαυτὸν ζημιοῖ διὰ τὸν οἶνον, ἢ οἱ ταῦτα γράψαντες ψεύδονται. Ἔξεστι δὲ ἐκ τούτων ἐννοεῖν, καὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου τὰ ὅμοια αὐτοὺς λέγοντας, ὧν καὶ Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς (καὶ) ἐκεῖνός ἐστι.

Athenæus, X, p. 434, B : Ἔπινε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος πλεῖστον, ὡς καὶ ἀπὸ τῆς μέθης συνεχῶς κοιμᾶσθαι δύο ἡμέρας καὶ δύο νύκτας. Δηλοῦται δὲ τοῦτο ἐν ταῖς Ἐφημερίσιν αὐτοῦ, ἃς ἀνέγραψαν Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς καὶ Διόδοτος ὁ Ἐρυθραῖος.

Plutarch. Symp. I, 6 : Λόγος ἦν περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, ὡς οὐ πολὺ πίνοντος, ἀλλὰ πολὺν χρόνον ἐν τῷ πίνειν [καὶ] διαλέγεσθαι τοῖς φίλοις ἥλκοντος. Ἀπεδείκνυε δὲ αὐτοὺς φλυαροῦντας Φίλινος ἐκ τῶν Βασιλικῶν Ἐφημερίδων, ἐν αἷς συνεχέστατα γέ-

REGIA DIARIA.

1.

Dii mensis quinta die, ut ferunt, perpotavit apud Eumæum (*Medium*?), deinde sexto crapulam edormivit, neque plus illo die vixit, quam ut surgens cum ducibus de crastina profectione ageret, dicens eam summo mane futuram. Septimo deinde die convivio acceptus est apud Perdiccam, seque rursus vino ingurgitavit et octavo dormivit. Decimo quinto autem die ejusdem mensis, etiam tunc potavit, ac sequenti fecit quæ potation m sequi solebant. Vigesimo septimo cœnavit apud Bagoam. Distabat a regia Bagoæ domus stadiis decem. Dein vigesimo octavo dormivit. Ex duobus igitur alterum : aut Alexander male tot diebus istius mensis se ipse multavit per vinolentiam, aut qui hæc tradiderunt mentiuntur. Ex illis autem colligere licet, eos etiam de reliquo tempore similia dicere, in quibus etiam Eumenes Cardianus ille est.

Bibebat Alexander plurimum, adeo ut post ebrietatem indesinenter dormiret per duos dies duasque noctes. Tradit hoc in Diariis regiis Eumenes Cardianus et Diodotus Erythræus.

Sermo inciderat de rege Alexandro, quod is non biberet multum, sed inter pocula disserendo cum amicis multum extrahere temporis solitus esset. At dicentes hoc vanitatis convicit Philinus ex Diariis regiis, in quibus creber-

γραπται καὶ πλειστάκις, ὅτι « τήνδε τὴν ἡμέραν ἐκ τοῦ πότου ἐκάθευδεν », ἔστι δ' ὅτε « καὶ τὴν ἑφεξῆς. » (Διὸ καὶ πρὸς τὰς συνουσίας ἀργότερος ἦν, ὀξὺς δὲ καὶ θυμοειδής· ἅπερ σωματικῆς ἐστι θερμότητος. Λέγεται δὲ καὶ τοῦ χρωτὸς ἥδιστον ἀποπνεῖν, ὥστε καταπιμπλάναι τοὺς χιτωνίσκους εὐωδίας ἀρωματιζούσης· ὃ δοκεῖ καὶ αὐτὸ θερμότητος εἶναι).

Δίου μηνός] Gesner., Perizonius; libri δι' οὗ; Scheffer. voluit Δαισίου. « Possit in mentem venire alicui, non *mensis*, sed *auctorum* nomen subesse syllabis δι' οὗ μηνός, atque legendum esse Διόδοτος καὶ Εὐμένης φασί. Ita enim melius certe intelligitur, quid velint ad finem capitis verba ὧν καὶ Εὐμένης ὁ Κ. καὶ ἐκεῖνός ἐστι. « Geier. — Εὐμαίῳ] De hoc non constat. Εὐμένει conj. Scheffer., Μηδίῳ Perizonius, Πτολεμαίῳ Geier. — Ceterum ne malignius de crebris istis compotationibus judices, quas per Dæsium mensem rex instituisse fragm. 2 et 3 traditur, tenendum est Dæsium haud dubie fuisse mensem epularem, uti θεοδαίσιον Cretensem (Etym. M. p. 252, 30 : Δαίσιμον, ἐδώδιμον. Δαίσιος μὴν παρὰ Μακεδόσιν σιτογόνος. Plura v. ap. C. Hermann. *Ueber. gr. Monatskunde* p. 53). Monuit hæc cl. Creuzerus *Hist. Kunst* p. 398.

2.

Arrian. Exp. Al. VII, 25 : Καὶ αἱ Βασίλειοι Ἐφημερίδες ὧδε ἔχουσι. Πίνειν παρὰ Μηδίῳ αὐτὸν κωμάσαντα· ἔπειτα ἐξαναστάντα καὶ λουσάμενον καθεύδειν τε καὶ αὖθις δειπνεῖν παρὰ Μηδίῳ καὶ αὖθις πίνειν πόῤῥω τῶν νυκτῶν· ἀπαλλαχθέντα δὲ τοῦ πότου λούσασθαι· καὶ λουσάμενον ὀλίγον τι ἐμφαγεῖν καὶ καθεύδειν αὐτοῦ, ὅτι ἤδη ἐπύρεσσεν. Ἐκκομισθέντα δὲ ἐπὶ κλίνης πρὸς τὰ ἱερὰ θῦσαι ὡς νόμος ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρᾳ, καὶ τὰ ἱερὰ ἐπιθέντα κατακεῖσθαι ἐν τῷ ἀνδρῶνι ἔστε ἐπὶ κνέφας, ἐν τούτῳ δὲ τοῖς ἡγεμόσι παραγγέλλειν ὑπὲρ τῆς πορείας καὶ τοῦ πλοῦ, τοὺς μὲν ὡς πεζῇ ἰόντας παρασκευάζεσθαι ἐς τετάρτην ἡμέραν, τοὺς δὲ ἅμα οἳ πλέοντας ὡς εἰς πέμπτην πλευσομένους. Ἐκεῖθεν δὲ κατακομισθῆναι ἐπὶ κλίνης ὡς ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ πλοίου ἐπιβάντα διαπλεῦσαι πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐς τὸν παράδεισον, κἀκεῖ αὖθις λουσάμενον ἀναπαύεσθαι. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν λούσασθαί τε αὖθις καὶ θῦσαι τὰ νομιζόμενα· καὶ εἰς τὴν καμάραν εἰσελθόντα κατακεῖσθαι διαμυθολογοῦντα πρὸς Μήδιον· παραγγεῖλαι δὲ καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἀπαντῆσαι ἕωθεν. Ταῦτα πράξαντα δειπνῆσαι ὀλίγον· κομισθέντα δὲ αὖθις ἐς τὴν καμάραν πυρέσσειν ἤδη ξυνεχῶς τὴν νύκτα ὅλην. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ λούσασθαι καὶ λουσάμενον θῦσαι. Νεάρχῳ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι παραγγεῖλαι τὰ ἀμφὶ τὸν πλοῦν ὅπως ἔσται ἐς τρίτην ἡμέραν. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ λούσασθαι αὖθις καὶ θῦσαι τὰ τεταγμένα, καὶ τὰ ἱερὰ ἐπιθέντα οὐκέτι ἐλιννύειν πυρέσσοντα. Ἀλλὰ καὶ ὡς τοὺς ἡγεμόνας εἰσκαλέσαντα παραγγέλλειν τὰ πρὸς τὸν ἔκπλουν ὅπως αὐτῷ ἔσται ἕτοιμα· λούσασθαί τε ἐπὶ τῇ ἑσπέρᾳ, καὶ λουσάμενον ἔχειν ἤδη κακῶς. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ μετακομισθῆναι ἐς τὴν οἰκίαν τὴν πρὸς τῇ κολυμβήθρᾳ καὶ θῦσαι μὲν τὰ τεταγμένα, ἔχοντα δὲ πονήρως ὅμως ἐσκαλέσαι τῶν ἡγεμόνων τοὺς ἐπικαιροτάτους καὶ ὑπὲρ τοῦ πλοῦ αὖθις παραγγέλλειν. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ μόγις ἐκκομισθῆναι πρὸς τὰ ἱερὰ καὶ θῦσαι, καὶ μηδὲν μεῖον ἔτι παραγγέλλειν ὑπὲρ τοῦ πλοῦ τοῖς ἡγεμόσιν. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν κακῶς ἤδη ἔχοντα ὅμως θῦσαι τὰ τεταγμένα. Παραγγεῖλαι δὲ τοὺς μὲν στρατηγοὺς διατρίβειν κατὰ τὴν αὐλὴν, χιλιάρχας δὲ καὶ πεντακοσιάρχας πρὸ τῶν θυρῶν. Ἤδη δὲ παντάπασι πονήρως ἔχοντα διακομισθῆναι ἐκ τοῦ παραδείσου εἰς τὰ βασίλεια. Εἰσελθόντων δὲ τῶν ἡγεμόνων γνῶναι μὲν αὐτοὺς, φωνῆσαι δὲ μηδὲν ἔτι, ἀλλ' εἶναι ἄναυδον· καὶ τὴν νύκτα πυρέσσειν κακῶς καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἄλλην νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν. Οὕτως ἐν ταῖς Ἐφημερίσι ταῖς βασιλείοις ἀναγέγραπται· καὶ ἐπὶ τούτοις ὅτι οἱ στρατιῶται ἐπόθησαν ἰδεῖν αὐτὸν, οἱ μὲν, ὡς ζῶντα ἔτι ἴδοιεν, οἱ δὲ, ὅτι τεθνηκέναι ἤδη ἐξηγγέλλετο, ἐπικρύπτεσθαι δὲ αὐτοῦ ἐτόπαζον πρὸς τῶν σωματοφυλάκων τὸν θάνατον, ὡς ἔγωγε δοκῶ· τοὺς πολλοὺς δὲ ὑπὸ πένθους καὶ πόθου τοῦ βασιλέως βιάσασθαι ἰδεῖν Ἀλέξανδρον. Τὸν δὲ ἄφωνον μὲν εἶναι λέγουσι παραπορευομένης τῆς στρατιᾶς, δεξιοῦσθαι δὲ καὶ ὡς ἑκάστους τήν τε κεφαλὴν ἐπαίροντα μόλις καὶ τοῖν ὀφθαλμοῖν ἐπισημαίνοντα. Λέγουσι δὲ αἱ Ἐφημερίδες αἱ βασίλειοι ἐν τῷ τοῦ Σεράπιδος ἱερῷ Πείθωνά τε ἐγκοιμηθέντα καὶ Ἄτταλον καὶ Δημοφῶντα καὶ Πευκέσταν, πρὸς δὲ Κλεομένην τε καὶ Μενίδαν καὶ Σέλευκον, ἐπερωτᾶν τὸν θεὸν εἰ λῷον καὶ ἄμεινον Ἀλεξάνδρῳ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ κομισθέντα καὶ ἱκετεύσαντα θεραπεύεσθαι πρὸς τοῦ θεοῦ· καὶ γενέσθαι φήμην τινὰ ἐκ τοῦ θεοῦ, μὴ κομίζεσθαι εἰς τὸ ἱερὸν, ἀλλ' αὐτοῦ μένοντι ἔσεσθαι ἄμεινον. Ταῦτά τε ἀπαγγεῖλαι τοὺς ἑταίρους καὶ Ἀλέξανδρον οὐ πολὺ ὕστερον ἀποθανεῖν, ὡς τοῦτο ἄρα ἤδη ὂν τὸ ἄμεινον. Οὐ πόῤῥω δὲ τούτων οὔτε Ἀριστοβούλῳ οὔτε Πτολεμαίῳ ἀναγέγραπται.

3.

Eadem brevius, sed singulos dies accuratius notans tradit Plutarch. Alex. 76 : Ἐν δὲ ταῖς Ἐφημερίσιν οὕτως γέγραπται τὰ περὶ τὴν νόσον. Ὀγδόῃ ἐπὶ δεκάτῃ Δαισίου μηνὸς ἐκάθευδεν ἐν τῷ λουτρῶνι διὰ τὸ πυρέξαι. Τῇ δὲ ἑξῆς λουσάμενος εἰς τὸν θάλαμον μετῆλθε καὶ διημέρευσε πρὸς Μήδιον κυβεύων. Εἶτ' ὀψὲ λουσάμενος καὶ τὰ ἱερὰ τοῖς θεοῖς ἐπιθεὶς, ἐμφαγὼν διὰ νυκτὸς ἐπύρεξε. Τῇ εἰκάδι λουσάμενος πάλιν ἔθυσε τὴν εἰθισμένην θυσίαν· καὶ κατακείμενος ἐν τῷ λουτρῶνι, τοῖς περὶ Νέαρχον ἐσχόλαζεν, ἀκροώμενος τὰ περὶ τὸν πλοῦν καὶ τὴν μεγάλην θάλατταν. Τῇ δεκάτῃ φθίνοντος ταὐτὰ ποιήσας μᾶλλον ἀνεφλέχθη, καὶ τὴν νύκτα βαρέως ἔσχε, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐπύρεττε σφόδρα. Καὶ μεταρθεὶς κατέκειτο παρὰ τὴν μεγάλην κολυμβήθραν, ὅτε δὴ τοῖς ἡγεμόσι διελέχθη περὶ τῶν ἐρήμων ἡγεμονίας τάξεων, ὅπως καταστήσωσι δοκιμάσαντες. Ἑβδόμῃ σφόδρα πυρέττων ἔθυσεν ἐξαρθεὶς πρὸς τὰ ἱερά. Τῶν δ' ἡγεμόνων ἐκέλευε τοὺς μεγίστους διατρίβειν ἐν τῇ αὐλῇ, ταξιάρχους δὲ καὶ πεντακοσιάρχους ἔξω νυκτερεύειν. Εἰς δὲ τὰ πέραν βασίλεια διακομισθεὶς, τῇ ἕκτῃ σμικρὸν ὕπνωσεν· ὁ δὲ πυρετὸς οὐκ ἀνῆκεν. Ἐπελθόντων δὲ τῶν ἡγεμόνων, ἦν ἄφωνος, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν πέμπτην· διὸ καὶ τοῖς Μακεδόσιν ἔδοξε τεθνάναι, καὶ κατεβόων ἐλθόντες ἐπὶ τὰς θύρας, καὶ διηπειλοῦντο τοῖς ἑταίροις, ἕως ἐβιάσαντο. Καὶ τῶν θυρῶν αὐτοῖς ἀνοιχθεισῶν, ἐν τοῖς χιτῶσι καθ' ἕνα πάντες παρὰ τὴν κλίνην παρεξῆλθον. Ταύτης δὲ τῆς ἡμέρας οἱ περὶ Πύθωνα (Πείθωνα sec. Arrian.) καὶ Σέλευκον εἰς τὸ Σαραπεῖον ἀποσταλέντες ἠρώτων, εἰ κομίσουσιν ἐκεῖ τὸν Ἀλέξανδρον· ὁ δὲ θεὸς κατὰ χώραν ἐᾶν ἀνεῖλε. Τῇ δὲ τρίτῃ φθίνοντος πρὸς δείλην ἀπέθανε. Τούτων τὰ πλεῖστα κατὰ λέξιν ἐν ταῖς Ἐφημερίσιν οὕτω γέγραπται.

Hæc Ephemeridum testimonia inter se conciliavit et de morbi qui Alexandrum abstulit natura peritissime disseruit medicus doctiss. E. Littré in commentatione *Sur la maladie d'Alexandre le Grand*, cujus nondum editæ epitomen habes in

---

rime et continenter scriptum est : *Hanc diem a compotatione dormivit*; aliquando etiam, *et posteram*. (Itaque ad venerem quoque fuit segnior, alias acer et iracundus : quæ calorem corporis arguunt. Ac dicitur corpus ejus suavissime oluisse, ita ut tunicalæ fragrantia replerentur aromatum odorem æmulante : quod idem a calore provenire videtur.)

2.

Diaria regia ita habent : Alexandrum apud Medium comessatum bibisse, deinde quum surrexisset seque abluisset, dormiisse : rursumque edisse apud Medium et in multam noctem bibisse, quumque e convivio discessisset, lavisse; lotum nonnihil mandisse, ibique cubuisse, quod jam febricitaret : deinde lectica ad sacrificia delatum sacrificasse, ut consueverat per singulos dies; sacrificiisque peractis in androne jacuisse ad vesperam usque. Inter hæc iter navigationemque ducibus pronuntiasse, et quidem eos, qui pedites profecturi erant, in quartum diem; qui vero secum navigaturi essent, ut in quintum diem parati essent jussisse. Post hæc lectica delatum flumen versus, conscensa nave flumen trajecisse in hortum amœnissimum, ibique rursus lotum requievisse. Postridie denuo lotum consueta sacrificia diis fecisse; ingressumque cubiculum jacuisse cum Medio colloquentem, imperasseque ducibus ut mane adessent. His peractis cœnasse modice, rursusque in cubiculum delatum continue per totam noctem febricitasse. Postridie lavisse, lotumque sacrificasse, et Nearcho reliquisque ducibus navigationem in tertium diem indixisse : postero quoque die lotum consueta sacrificia diis fecisse, sacrificiisque factis febrim non cessasse. Nihilominus tamen convocatis ducibus præcepisse, ut omnia ad navigationem parata essent; lotumque sub vesperam pejus habuisse. Sequente luce in ædes balneis vicinas translatum esse, consuetaque sacrificia peregisse. Quumque jam vis morbi invaluisset, primarios tamen duces evocasse, deque navigatione rursus mandata dedisse. Altero die difficulter admodum ad sacrificia delatum sacrificasse, nihilo secius navigationem imperasse. Postridie, quum jam pessime haberet, tamen a consuetis sacrificiis non destitisse. Jussisse vero ut duces circa aulam versarentur : et eos qui mille, quique quingentis militibus præfecti essent, pro foribus custodiam agere. Quumque jam plane langueret, ex horto in regiam translatam. Ingressis ad eum ducibus, agnovisse quidem eos, alloqui tamen non potuisse, nullamque vocem edidisse, et tota illa nocte ac sequenti die gravissima febri correptum esse.

Ita in Diariis regiis scriptum legitur : deinde vero milites desiderio ejus videndi captos esse; et nonnullis vivum cernere cupientibus, nonnullis, quod jam mortuus esse diceretur, mortemque ejus a custodibus corporis celari (mea sententia) suspicantibus, plerosque præ dolore ac desiderio regis vi ad illum videndum irrupisse. Sed jam regem, ingrediente exercitu, vocem defecisse : capite tantum ægre sublevato atque oculis indicium aliquod animi facientibus, singulis dextram præbuisse. Iisdem Diariis continetur, in Serapidis æde pernoctasse Pithonem, Attalum, Demophontem et Peucestam, præterea Cleomenem et Menidam ac Seleucum. Et percontantibus deum, an melius satiusque esset Alexandrum in templum suum, ut a se curaretur, deferri, oraculum redditum, non oportere eo deferri, sed melius ei si ibi maneat fore. Idque amicos Alexandro renuntiasse, neque multo post Alexandrum decessisse, quasi id magis in rem ipsius esset. His ulteriora neque Ptolemæus neque Aristobulus consignarunt.

3.

In Diariis ad hunc modum de morbo Alexandri scriptum est : Octavo decimo die mensis Dæsii in balneo febris causa cubavit; postero die lotus contulit se in cubiculum, eumque diem aleæ ludo cum Medio transegit. Inde vespere lotus et sacris operatus, postquam cibi nonnihil sumpserat, nocte febre afflictus est. Die vicesimo lotus solenne sacrum iterum peregit, decumbensque in balneo Nearcho vacavit navigationem suam et quid vidisset in Oceano exponenti. Vigesimo primo quum idem fecisset, aggravavit febris, noctemque egit gravem, ac postridie est acri febri tentatus; translatusque decubuit juxta magnum natatorium. Eodem tempore cum ducibus egit, quemadmodum ordines vacuos explerent cum iis deliberans. Vigesimo quarto, ingravescente vi morbi, sacris operatus est ad quæ est deportatus, ac præcipuos duces in aula jussit commorari, centuriones et tribunos excubare pro foribus. Delatus in ulteriorem regiam vigesimo quinto die paullisper quievit, febris non remisit. Quum adiissent eum duces, jam vocem amiserat. Pari modo vigesimo sexto egit. Unde Macedones mortuum rati ad fores magno strepitu accesserunt, minisque amicos regis coegerunt, ut admitterentur; ac foribus apertis tunicati ad unum omnes præter lectum ejus transierunt. Eodem die Python et Seleucus ad templum Serapis missi consuluerunt deum, an deportarent eo Alexandrum. Deus, ne eum moverent loco, respondit. Vigesimo octavo sub vesperam exspiravit. Hæc fere in Diariis perscripta ad verbum sunt.

Sinneri editione Vitæ Plutarcheæ (Paris, 1842), p. 133—138, ubi hæc : « Alexandre, quoi qu'on ait dit, n'est pas mort du poison, mais de la fièvre; la fièvre à laquelle il succomba est la fièvre continue ou pseudo-continue des pathologistes des pays chauds; ou bien encore, si nous nous tenons dans la pathologie antique, c'est la fièvre synèque, ξυνεχής, d'Hippocrate. »

« Dans le premier livre des *Épidémies* 3, 11 (tom. II, p. 676 du texte grec de la nouvelle édition), Hippocrate divise la fièvre synèque, quant à sa marche, en trois catégories : « Chez certains malades, dit-il, elle est vive dès le debut, acquiert toute sa violence et tend au plus mal, puis elle s'atténue à l'approche de la crise et au moment de la crise; *chez d'autres, elle débute mollement et d'une manière lente, s'accroissant et s'exaspérant chaque jour; puis, à l'approche de la crise et pendant la crise, elle éclate dans toute son intensité;* chez d'autres enfin, débutant avec bénignité, elle s'accroît et s'exaspère; puis, arrivée jusqu'à un certain point, elle se relâche de nouveau jusqu'à la crise et pendant la crise. »

« C'est dans la seconde de ces trois catégories qu'il faut placer la fièvre continue qui emporta Alexandre.

« Reste à connaître les causes qui amenèrent cette maladie. Si l'on met de côté les causes purement hypothétiques de Sainte-Croix, qui accuse l'intempérance du roi, ou celles du docteur Vincent, qui y joint la violence de ses passions, la tension continuelle de son esprit et le développement constant de toutes ses facultés, on trouvera que la cause efficiente de la fièvre est toute entière placée dans l'influence climatologique. En effet, le climat chaud de Babylone suffisait pour donner à Alexandre une fièvre continue et rémittente, genre de maladie naturel à de semblables contrées. A cette cause efficiente on doit ajouter, comme cause prédisposante, l'excès des boissons, qui a pu rendre le roi plus sensible à l'influence maligne du ciel où il se trouvait. D'un autre côté la catastrophe fut accélérée par les sacrifices, les bains, le jeu et le soin des affaires, qui ne pouvaient que fatiguer Alexandre... Or, un mal dont le traitement exigeait du repos ne pouvait qu'être augmenté par un régime contraire. Alexandre sacrifia le premier jour de sa maladie, il sacrifia encore le second, le troisième, le quatrième, quoiqu'il fût déjà dans un état fâcheux; le cinquième, il fut porté avec peine au lieu du sacrifice, qu'il fit cependant; le sixième, il accomplit encore la cérémonie malgré le mal qui l'accablait, et ce ne fut qu'après avoir ainsi persévéré jusqu'à l'extrême limite de ses forces qu'il cessa les sacrifices ordonnés, mais déjà il avait perdu la parole. Les bains qu'il ne manqua pas de prendre les six premiers jours de sa maladie ne lui furent pas moins funestes, d'autant plus qu'ils étaient contraires au traitement à suivre dans sa maladie. Enfin le traitement auquel Alexandre fut soumis, le genre de vie qu'il mena durant sa maladie, devaient le faire succomber; les médecins eux-mêmes, dont Diodore de Sicile fait seul mention, ne purent lui être d'aucun secours. Et l'on ne peut s'empêcher de réfléchir que le vainqueur de l'Asie, que le roi qui avait exécuté de si grandes choses et qui en méditait de plus grandes encore, fut, soit par sa propre opiniâtreté, soit par le défaut d'attention de ceux qui le soignèrent, plus mal dirigé dans les périls d'une affection grave, que n'aurait pu l'être quelque soldat de son armée. »

Præter Ephemerides Eumenes etiam *Epistolas* reliquit, quarum mentionem faciunt Plutarchus in Vita Eumenis c. 2 (εἰπεῖν δὲ οὐ δεινὸς, αἰμύλος δὲ καὶ πιθανὸς, ὡς ἐκ τῶν Ἐπιστολῶν συμβάλλειν ἐστίν) et Lucianus Pro laps. inter salut. c. 8 (p. 206 Didot.), ubi hæc : Ὅτε Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Ἰσσῷ μάχην ἀγωνιεῖσθαι ἔμελλεν, ὡς Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς ἐν τῇ πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολῇ λέγει, ἕωθεν εἰσελθὼν εἰς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ὁ Ἡφαιστίων, εἴτ' ἐπιλαθόμενος εἴτ' ἐκταραχθεὶς ὥσπερ ἐγὼ, εἴτε καὶ θεοῦ τινος τοῦτο καταναγκάσαντος, ταὐτὸν ἐμοὶ ἔφη, Ὑγίαινε, βασιλεῦ, καιρὸς ἤδη παρατάττεσθαι. Ταραχθέντων δὲ τῶν παρόντων πρὸς τὸ παράδοξον τῆς προσαγορεύσεως καὶ τοῦ Ἡφαιστίωνος ὀλίγου δεῖν ὑπ' αἰδοῦς ἐκθανόντος, Ἀλέξανδρος, Δέχομαι, εἶπε, τὴν κληδόνα· τὸ γὰρ σώους ἐπανήξειν ἀπὸ τῆς μάχης ἤδη μοι ὑπέσχηται.

EPHIPPUS OLYNTHIUS.

Ephippus (*) Olynthius quattuor locis Athenæi laudatur Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος μεταλλαγῆς et Περὶ τ. Ἀ. κ. Ἡ. ταφῆς (**). Præterea nomen Ephippi occurrit in elencho auctorum ad Plinii lib. XII et XIII, ad quos consarcinandos fere omnibus Alexandri rerum scriptoribus Romanus auctor usus est. — Ceterum quem *Olynthium* Athenæus dicit, eundem Arrianus (Exp. III, 5, 4), siquidem vera est Geieri conjectura, *Chalcidensem* nominat (***). Verba Arriani hæc sunt : Φρουράρχους δὲ τῶν ἐν Μέμφει μὲν Πανταλέοντα κατέστησε (Ἀλέξανδρος) τὸν Πυδναῖον, ἐν Πηλουσίῳ δὲ Πολέμωνα τὸν Μεγακλέους Πελλαῖον, τῶν ξένων δὲ ἄρχειν Λυκίδαν Αἰτωλὸν, γραμματέα δὲ ἐπὶ τῶν ξένων Εὔγνωστον τὸν Ξενοφάντου τῶν ἑταίρων, ἐπισκόπους δὲ αὐτῶν Αἰσχύλον τε καὶ Ἔφιππον τὸν Χαλκιδέως. Sic codd. optimi; alii Χαλκιδαίως, ut patris nomen corruptum latere videatur; edit. Bas. dedit Χαλκιδόνα; editt. Vulc. et Blanc. Χαλκηδόνα; Geierus corr. Χαλκιδέα. « Quæ quidem sententia, ait, et ætatis et patriæ rationibus et ipso Ephippi librorum argumento egregie comprobatur. Atqui quum Arriani constat testimonio, Ephippum Chalcidensem sive Olynthium una cum Æschylo Rhodio ἐπίσκοπον reliquorum magistratuum ab Alexandro esse constitutum, eundem etiam post Alexandri mortem, Ptolemæo Lagida huic provinciæ præfecto, hac in terra remansisse præsentemque splendidis interfuisse funeribus in magni regis honorem institutis, postea vero ab eo descriptis, haud absonum videatur. — Quod ad Ephippi commentariorum argumentum fidemque attinet, maximopere ille quidem in Alexandri Magni vita privata ac moribus describendis videtur elaborasse, ita tamen, ut neque exaggerationibus neque fabulis fictis abstineret. »

(*) Ἔφιππος pro Ἔφορος olim legebatur ap. Suid. s. v. De Ephippo comico non est quod dicamus.

(**) Vid. Diodor. XVII, 114 sqq.; XVIII, 26 sqq., quem ex Ephippo fortasse sua petiisse suspicio est Santo-Crucii (*Exam. crit.* p. 45) et Geieri. Ceterum de morte Alexandri *Strattis Olynthiuss* cripsisse dicitur ap. Suidam s. h. v., quem cum Ephippo male confusum esse suspicatur Ste-Croix p. 45. Vid. fragm. Eumenis Cardiani. Jam quum idem Strattis ap. Suid. etiam Ἀλεξάνδρου ἐφημερίδων βιβλία πέντε composuisse perhibeatur, hoc quoque opus Ephippo nostro aliquis vindicaverit, adeo ut Strattidi nihil relinquatur nisi libri Περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν. At si Ephippus in Ægypto a rege relictus est, Diaria regia scribere vix potuit.

(***) Similiter Dionysium Chalcidensem et Olynthium esse unum eundemque suspicatus sum. V. fragm. Dionysii Chalcidensis.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙ ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΟΣ ΜΕΤΑΛΛΑΓΗΣ ΚΑΙ ΤΑΦΗΣ.

1

E LIBRO PRIMO.

Athenæus III, p. 120, E : Μακεδόνες δ', ὥς φησιν Ἔφιππος ὁ Ὀλύνθιος ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος ταφῆς, οὐκ ἠπίσταντο πίνειν εὐτάκτως, ἀλλ' εὐθέως ἐχρῶντο μεγάλαις προπόσεσιν, ὥστε μεθύειν ἔτι παρακειμένων τῶν πρώτων τραπεζῶν καὶ μὴ δύνασθαι τῶν σιτίων ἀπολαύειν.

2.

Idem IV, p. 146, C : Ὁ δὲ μέγας Ἀλέξανδρος δειπνῶν ἑκάστοτε μετὰ τῶν φίλων, ὡς ἱστορεῖ Ἔφιππος ὁ Ὀλύνθιος ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος μεταλλαγῆς, ἀνήλισκε τῆς ἡμέρας μνᾶς ἑκατὸν δειπνούντων ἴσως ἑξήκοντα ἢ ἑβδομήκοντα φίλων.

Cf. Dinonis fr. 19; Brisson. De regio Pers. imp. I, c. 88 sq.

3.

Idem XII, p. 537, D : Περὶ δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ πάνυ τρυφῆς Ἔφιππος μὲν ὁ Ὀλύνθιος ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἡφαιστίωνος καὶ Ἀλεξάνδρου τελευτῆς φησιν ὅτι

DE ALEXANDRI ET HEPHÆSTIONIS MORTE ET SEPULTURA.

1.

E LIBRO PRIMO.

Macedones, ut ait Ephippus Olynthius libro primo De Alexandri et Hephæstionis sepultura, modeste bibere nesciverunt, sed initio statim ita largis utebantur propinationibus, ut jam ebrii essent primis adhuc appositis mensis, et perfrui cibis non possent.

2.

Alexander Magnus cum amicis cœnans, ut tradit Ephippus Olynthius in libro De Alexandri et Hephæstionis obitu, centum minas impendebat quotidie, cœnantibus circiter sexaginta aut septuaginta amicis.

3.

De Alexandri Magni luxuria Ephippus Olynthius in libro De Hephæstionis et Alexandri obitu ait : In hortis ipsi statutum fuisse aureum solium et lectos argenteis fultos pedibus, in quibus cum amicis sedens responsa dabat.

ἐν τῷ παραδείσῳ ἔκειτο αὐτῷ χρυσοῦς θρόνος καὶ κλῖναι ἀργυρόποδες, ἐφ' ὧν καθεζόμενος ἐχρημάτιζε μετὰ τῶν ἑταίρων. Sequitur locus Nicobules.

Id. ib. p. 537, E : Ἔφιππος δέ φησιν ὡς Ἀλέξανδρος καὶ τὰς ἱερὰς ἐσθῆτας ἐφόρει ἐν τοῖς δείπνοις· ὁτὲ μὲν τὴν τοῦ Ἄμμωνος πορφυρίδα καὶ περισχιδεῖς καὶ κέρατα καθάπερ ὁ θεὸς, ὁτὲ δὲ καὶ τῆς Ἀρτέμιδος, ἣν καὶ ἐπὶ τοῦ ἅρματος ἐφόρει πολλάκις, ἔχων τὴν Περσικὴν στολὴν, ὑποφαίνων ἄνωθεν τῶν ὤμων τό τε τόξον καὶ τὴν σιβύνην· ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἑρμοῦ· τὰ μὲν ἄλλα σχεδὸν καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν χλαμύδα τε πορφυρᾶν καὶ χιτῶνα μεσόλευκον, καὶ τὴν καυσίαν ἔχουσαν τὸ διάδημα τὸ βασιλικόν· ἐν δὲ τῇ συνουσίᾳ τά τε πέδιλα καὶ τὸν πέτασον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ καὶ τὸ κηρύκειον ἐν τῇ χειρί· πολλάκις δὲ καὶ λεοντῆν καὶ ῥόπαλον, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς...

Ἐῤῥανε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος καὶ μύρῳ σπουδαίῳ καὶ οἴνῳ εὐώδει τὸ δάπεδον· ἐθυμιᾶτο δὲ αὐτῷ σμύρνα καὶ τὰ ἄλλα θυμιάματα· εὐφημία τε καὶ σιγὴ κατεῖχε πάντας ὑπὸ δέους τοὺς παρόντας· ἀφόρητος γὰρ ἦν καὶ φονικός· ἐδόκει γὰρ εἶναι μελαγχολικός. Ἐν Ἐκβατάνοις δὲ ποιήσας τῷ Διονύσῳ θυσίαν καὶ πάντων δαψιλῶς ἐν τῇ θοίνῃ παρασκευασθέντων *, καὶ Σατραβάτης ὁ σατράπης τοὺς στρατιώτας εἱστίασε πάντας. « Ἀθροισθέντων δὲ πολλῶν ἐπὶ τὴν θέαν, φησὶν ὁ Ἔφιππος, κηρύγματα ἐγίνετο ὑπερήφανα καὶ τῆς Περσικῆς ὑπεροψίας αὐθαδέστερα· ἄλλων γὰρ ἄλλο τι ἀνακηρυττόντων καὶ στεφανούντων τὸν Ἀλέξανδρον, εἷς τις τῶν ὀπισθοφυλάκων ὑπερπεπαικὼς πᾶσαν κολακείαν, κοινωσάμενος τῷ Ἀλεξάνδρῳ, ἐκέλευσε τὸν κήρυκα ἀνειπεῖν ὅτι Γοργὸς ὁ ὁπλοφύλαξ Ἀλέξανδρον Ἄμμωνος υἱὸν στεφανοῖ χρυσοῖς τρισχιλίοις, καὶ ὅταν Ἀθήνας πολιορκῇ, μυρίαις πανοπλίαις καὶ τοῖς ἴσοις καταπέλταις καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις βέλεσιν εἰς τὸν πόλεμον ἱκανοῖς. »

Lacunam post vocem παρασκευασθέντων indicavit Schweighæuserus.

4.

Athenæus X, p. 434, A : Ἔπινε δὲ καὶ Πρωτέας ὁ Μακεδὼν πλεῖστον, ὥς φησιν Ἔφιππος ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος ταφῆς, καὶ εὐρώστῳ τῷ σώματι διῆγε, καίτοι τῷ πιεῖν ἐγγεγυμνασμένος ὤν. Ἀλέξανδρος γοῦν αἰτήσας ποτὲ ποτήριον δίχουν καὶ πιὼν προῦπιε τῷ Πρωτέᾳ. Καὶ ὃς λαβὼν καὶ πολλὰ ὑμνήσας τὸν βασιλέα, ἔπιεν ὡς ὑπὸ πάντων κροταλισθῆναι. Καὶ μετ' ὀλίγον τὸ αὐτὸ ποτήριον αἰτήσας ὁ Πρωτέας καὶ πάλιν πιὼν προῦπιε τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος λαβὼν ἔσπασε μὲν γενναίως, οὐ μὴν ὑπήνεγκεν, ἀλλ' ἀπέκλινεν ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον, ἀφεὶς τῶν χειρῶν τὸ ποτήριον. Καὶ ἐκ τούτου νοσήσας ἀπέθανε, τοῦ Διονύσου, φησὶ, μηνίσαντος αὐτῷ, διότι τὴν πατρίδα αὐτοῦ τὰς Θήβας ἐπολιόρκησεν.

Cf. Ælian. V. H. XII, c. 26, Curtius VIII, 1, 21.

Ephippus scribit Alexandrum etiam sacras vestes in cœnis gestasse, modo Ammonis purpuram et fissiles soleas, et cornua sicut ipse deus; modo Dianæ, cujus cultum sæpe etiam sumebat quum curru veheretur, Persica quidem stola indutus, sed ita ut supra humeros arcus deæ et spiculum emineret; subinde etiam Mercurii cultum. Alias fere ac quotidie chlamydem purpuream et tunicam medio albo intertexto, et causiam, cui diadema regium circumpositum; ubi vero cum amicis una esset, talaria, et petasum in capite et caduceum in manu : sæpe vero etiam leoninam pellem et clavam, veluti Hercules.

Rigabat Alexander exquisitissimis unguentis et fragranti vino pavimentum : adolebatur vero illi myrrha et reliqua suffimenta : favebantque linguis qui aderant omnes cum alto silentio præ metu. Sanguinarius enim erat, nec ferenda ejus ira. Videbatur enim esse melancholicus. Ecbatanis quum Baccho solenne sacrificium perageret, omnibus ad epulum abundantissime comparatis, ** et Satrabates præfectus milites omnes epulis accepit. « Ad quod spectaculum quum multi confluxissent, ait Ephippus, superba multa edebantur præconia et vel Persica arrogantia insolentiora. Nam quum alii alia per præcones edicerent et coronis honorarent Alexandrum, unus aliquis e novissimi agminis ductoribus, omnes assentatione supergrediens, re cum Alexandro communicata hæc edicere præconem jussit : Gorgus, armorum custos, Alexandrum Ammonis filium corona donat trium millium aureorum : et quando Athenas oppugnabit, decem millibus armaturarum, et telis omnibus instrumentisque ad belli usum facientibus. »

4.

Bibebat plurimum etiam Proteas Macedo, ut scribit Ephippus in libro De Alexandri et Hephæstionis sepultura, robustoque corpore vitam traduxit, quamvis se strenue in bibendo exercuisset. Alexander igitur aliquando, quum poculum poposcisset bicongium, bibens propinavit Proteæ; quod ille sumptum, multis laudibus regem prosecutus, ebibit plaudentibus cunctis. Et haud multo post idem poculum poscens Proteas, rursusque bibens propinavit regi. Alexander vero, accepto poculo, hausit quidem fortiter, at perferre non potuit, sed reclinatus in pulvinar, e manu dimisit poculum. Et ex eo tempore morbo correptus obiit, quum infensus ei esset (ut ait idem auctor) Bacchus, quod patriam ipsius Thebas oppugnasset.

CYRSILUS PHARSALIUS

ET

MEDIUS LARISSÆUS.

De Cyrsilo (*) Pharsalio nihil constat. Quæ de Medio traduntur, Geierus comprehendit hisce : « Medius, Oxythemidis filius, patria Larissæus (Arrian. Ind. 18, 9), ab omnibus quidem quotquot ejus mentionem fecerunt veteribus auctoribus inter eos appellatur Alexandri Magni amicos, qui regi inprimis cari fuissent atque familiarissima consuetudine juncti (v. Arrian. VII, 24, 4), a Plutarcho (De adulat. et amic. disc. 35, p. 78 ed. Didot.) autem vel in eorum habetur numero qui adulationis illecebris pravisque consiliis Alexandri animum corrupissent et ad injustitiam crudelitatemque stimulassent. Huic enim si fidem habemus, ἦν ὁ Μήδιος τοῦ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον χοροῦ τῶν κολάκων οἷον ἔξαρχος καὶ σοφιστὴς κορυφαῖος ἐπὶ τοὺς ἀρίστους συντεταγμένος. Ἐκέλευεν οὖν θαῤῥοῦντας ἅπτεσθαι καὶ δάκνειν ταῖς διαβολαῖς, διδάσκων ὅτι, κἂν θεραπεύσῃ τὸ ἕλκος ὁ δεδηγμένος, ἡ οὐλὴ μένει τῆς διαβολῆς. Atque hinc potissimum Plutarchus dicit factum esse, ut Callisthenes, Parmenio, Philotas occiderentur, Bagoas contra, Demetrius eorumque similes adulatores honoribus cumularentur. At vero cave ne nimium tribuas ponderis huic Plutarchi narrationi, quippe quæ ex eodem fluxisse videatur fonte, unde vana ista orta est suspicio, eundem Medium veneno Alexandri necem maturasse (Arrian. VII, 27, 3). Ceterum paullo ante diem supremum identidem Alexandrum apud Medium amicum cœnatum esse satis constat. Post regis autem obitum una cum Nearcho Medius ab Antigoni regis stetit partibus ejusque classi præfectus per varia illorum temporum discrimina fortiter ac strenue pugnavit (Diodor. XIX, 69, 75). Itaque pugna etiam navali ad Cyprum Salaminiam facta (306 a. C.), qua Ptolemæi Lagidæ classis magna clade a Demetrio, Poliorcetæ cognomine postea appellato, victa est, Antigoni filium comitatus consilio et sollertia Medius adjuvit (Diodor. XX, 50), eodemque anno funestæ calamitati interfuit, qua Antigonus et Demetrius Ptolemæum in ipsa Ægypto adorientes afflicti sunt (Diod. XX, 74 sqq). Fideliter enim etiamtum Antigoni rebus consuluisse atque operam dedisse Medium, satis apparet ex fatali isto somnio, quo tristem expeditionis eventum præsagiebat (Plutarch. Demetr. 19). Neque improbabile est ipsum fortasse Medium ea clade oppressum occubuisse, quum nusquam post hæc tempora ejus mentio facta sit. Fallitur enim Meinekius (Exercitat. in Athen. p. 33) quod eum supra Antigoni ætatem vixisse intelligi opinatur ex Lucian. Macrob. c. 11, ubi hæc leguntur : Ἀντίγονος δὲ υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου· οὗτος τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Quare hoc quidem loco quum de Antigono Gonata agatur, quem circa annum demum 239 a. C. mortuum esse constat (cf. Droysen *Hellenism.* II, p. 399 not. 94), non Medium Alexandri amicum, sed alium quendam ejusdem nominis auctorem, de quo nihil præterea cognitum habemus, intelligendum esse luce clarius est. [Medius quidam Stoicus memoratur ap. Porphyr. Vit. Plotin. c. 20.] Ceterum quod addit vir eruditissimus : « Fuitque haud dubie cognationis vinculo conjunctus cum illo Medio, qui Ol. 96, 2 cum Lycophrone, Pheræorum tyranno, de principatu Thessaliæ bellavit (v. Diodor. Sic. XIV, 82, cll. Buttmann. *Mythol.* II, p. 286), » hoc neque affirmare ausim neque refellere. — Hunc igitur Medium historici operis fuisse auctorem, recto quidem est testimonio Strabonis locus infra ascriptus. Præterea vero quum nusquam apud veteres vel Medii vel Cyrsili una cum Medio citati, de quo præter nomen nihil cognitum est, liber commemoretur, de ejus argumento, pretio, fide quidquam statuere non licet, neque illud quidem compertum habemus, utrum data opera de Alexandri rebus ille egerit, an tractaverit potius quæ ab ejus successoribus (διαδόχοις) gesta sint. »

(*) Cyrsilus quidam memoratur ap. Harpocration., Phot. et Suid. s. v. : Κ., ὃν Ἀθηναῖοι κατέλευσαν, διότι ὑπακούειν Πέρσαις προὐτρέπετο, ex Demosth p. 296, 9. Cf. Cic. de off. III, 11; Walz. Rhet. gr. tom. III, p. 352; VI, 443; VIII, 171.

[ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.]

Strabo XI, p. 530 : Ἀρχαιολογία δέ τίς ἐστι περὶ τοῦ ἔθνους τοῦδε (Ἀρμενίου) τοιαύτη. Ἄρμενος ἐξ Ἀρμενίου (Ὀρμενίου), πόλεως Θετταλικῆς, ἣ κεῖται μεταξὺ Φερῶν καὶ Λαρίσσης ἐπὶ τῇ Βοίβῃ, καθάπερ εἴρηται, συνεστράτευσεν Ἰάσονι ἐς τὴν Ἀρμενίαν· τούτου φασὶν ἐπώνυμον τὴν Ἀρμενίαν οἱ περὶ Κυρσίλον τὸν Φαρσάλιον καὶ Μήδιον τὸν Λαρισσαῖον, ἄνδρες συνεστρατευκότες Ἀλεξάνδρῳ. Τῶν δὲ μετὰ τοῦ Ἀρμένου τοὺς μὲν τὴν Ἀκιλισηνὴν οἰκῆσαι τὴν ὑπὸ τοῖς Σωφηνοῖς πρότερον οὖσαν, τοὺς δὲ ἐν τῇ Συσπιρίτιδι ἕως τῆς Καλαχηνῆς καὶ τῆς Ἀδιαβηνῆς ἔξω τῶν Ἀρμενιακῶν ὀρῶν. Καὶ τὴν ἐσθῆτα δὲ τὴν Ἀρμενιακὴν Θετταλικήν φασιν, οἷον τοὺς βαθεῖς χιτῶνας, οὓς καλοῦσιν Αἰτωλικοὺς ἐν ταῖς τραγῳδίαις καὶ ζωννύουσι περὶ τὰ στήθη, καὶ ἐφαπτίδας, ὡς καὶ τῶν τραγῳδῶν μιμησαμένων τοὺς Θετταλούς· ἔδει μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐπιθέτου κόσμου τοιούτου τινός. Οἱ δὲ Θεσσαλοὶ μάλιστα βαθυστολοῦντες, ὡς εἰκὸς, διὰ τὸ πάντων εἶναι Ἑλλήνων βορειοτάτους καὶ ψυχροτάτους νέμεσθαι τόπους, ἐπιτηδειοτάτην παρέσχοντο μίμησιν. Τὴν τῶν ὑποκριτῶν δὲ διασκευὴν ἐν τοῖς ἀναπλάσμασι καὶ τὸν τῆς ἱππικῆς ζῆλόν φασιν εἶναι Θετταλικὸν, καὶ τούτοις ὁμοίως καὶ Μήδοις. Τὴν δὲ Ἰάσονος στρατείαν καὶ τὰ Ἰασόνια μαρτυρεῖ, ὧν τινα οἱ δυνάσται κατέσκαψαν παραπλησίως ὥσπερ τὸν ἐν Ἀβδήροις νεὼν τοῦ Ἰάσονος Παρμενίων.

Τὸν δὲ Ἀράξην κληθῆναι νομίζουσι κατὰ τὴν ὁμοιότητα τὴν πρὸς τὸν Πηνειὸν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἄρμενον ὁμωνύμως ἐκείνῳ· καλεῖσθαι γὰρ Ἀράξην κἀκεῖνον διὰ τὸ ἀπαράξαι τὴν Ὄσσαν ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, ῥήξαντα τὰ Τέμπη· καὶ τοῦτον τὸν ἐν Ἀρμενίᾳ δὲ ἀπὸ τῶν ὀρῶν καταβάντα πλατύνεσθαί φασι τὸ παλαιὸν καὶ πελαγίζειν ἐν τοῖς ὑποκειμένοις πεδίοις, οὐκ ἔχοντα διέξοδον· Ἰάσονα δὲ μιμησάμενον τὰ Τέμπη ποιῆσαι τὴν διασφάγα, δι' ἧς καταράττει νυνὶ τὸ ὕδωρ εἰς τὴν Κασπίαν θάλατταν· ἐκ δὲ τούτου γυμνωθῆναι τὸ Ἀραξηνὸν πεδίον, δι' οὗ συμβαίνει ῥέων ἐπὶ τὸν καταβράκτην ὁ ποταμός.

De hisce Thessalorum scriptorum commentis vide Müller. *Min.* p. 281 sq. — Αἰτωλικοὺς] Θετταλικοὺς cong. Coray.

[DE REBUS ALEXANDRI.]

Quod ad antiquitatem gentis Armeniorum attinet, talis fertur narratio. Armenus, oriundus ex Armenio Thessaliæ oppido, sito inter Pheras et Larissam ad Bœben lacum, uti diximus, Iasoni expeditionis in Armeniam comitem se præbuit. Ab hoc nomen habere Armeniam affirmant Cyrsilus Pharsalius et Medius Larissæus, qui castra Alexandri sunt secuti. Eorum qui cum Armeno fuerint, alios sedes posuisse in Acilisena, quæ antea sub Sophenis fuerit; alios in Syspiritide usque ad Calachenam et Adiabenam, quæ extra fines sit Armeniæ. Vestes quoque Armeniacas esse dicunt Thessalicas, scilicet tunicas demissas, quas Ætolicas in tragœdiis vocant et cingunt circa pectus, atque paludamenta, qualia tragœdi quoque habeant imitati Thessalos : nam ascititio tali aliquo ornatu indigebant. Thessali autem maxime prolixa stola utentes (quod nimirum omnium Græcorum maxime sunt septentrionales et frigidissima loca incolunt), commodissimam imitandi occasionem præbuerunt. Hunc igitur histrionum in figmentis ornatum nec non rei equestris studium dicunt Thessalicum esse, Thessalisque cum Medis commune. Porro Iasonis expeditionem etiam Iasonea sive sacella Iasonis testantur, quorum nonnulla reges everterunt similiter ac Parmenio Iasonis templum, quod erat Abderis.

Iidem auctores Araxem ob similitudinem cum Peneo fluvio ab Armeno ejusque comitibus eodem nomine appellatum esse. Nam Peneum item vocari Araxem a verbo ἀπαράξαι, quod scilicet Ossam ab Olympo perrumpens Tempe vallem diremisset. Similiter Araxem in Armenia a montibus descendentem antiquitus aiunt in latum se effudisse inque subjectis stagnasse campis, quum nullum haberet exitum : Iasonem autem, Tempe imitatum, meatum aperuisse, per quem nunc aqua in Caspium mare se præcipitat : exinde detectum esse Araxenum campum, per quem fluvius ad catarractas fertur.

POLYCLETUS LARISSÆUS

ET

POLYCRITUS MENDÆUS.

POLYCLETUS LARISSÆUS.

Polycletum *Larissæum* (fr. 8) De rebus Alexandri scripsisse opus octo minimum libros complexum (fr. 8), etsi disertis verbis nemo tradidit, tamen ex argumentis fragmentorum colligitur. Inter comites Alexandri eum fuisse conjecit Reinesius; idque veri simillimum esse mihi quoque videtur. Ac nescio an auctor noster sit idem cum Polycleto Larissæo, patre Olympiadis, quæ Demetrio ei, qui Cyrenen occupavit, Antigonum Dosonem peperit (263 a. C.). Vid. Euseb. Chron. p. 180 ed. Mai., coll. Droysen. *Hellenism.* II, p. 296. Alium Polycletum Larissæum, patrem Eunomi Thessalorum prætoris, memorat Eusebius l. l. p. 181. Unde hoc certe patet genuinum nomen scriptoris historiæ Alexandri *Polycletum* esse, non vero *Polycritum*, quod libri Plutarchi in Alex. 46 (fr. 6) et Strabonis p. 735 (fr. 4) exhibent.

Reliquiæ operis maximam partem spectant ad geographica, de quibus multus admodum auctor fuisse videtur. Quæ iis insunt erronea haud presserim, quum eadem et similia erraverint scriptores notæ optimæ. Majoris momenti est, quod cum Onesicrito et Clitarcho manifestum narravit mendacium (fr. 6).

POLYCRITUS MENDÆUS.

Exstant præterea loci quattuor vel quinque ex opere petita, quo res Dionysii junioris et alia ad Siculam historiam pertinentia exposita erant. Ejus auctorem Diodorus et Athenæus dicunt Πολύκλειτον; Diogenes, Pseudo-Aristoteles et Antigonus in Hist. mir. præbent Πολύκριτον; Plinius denique eadem quæ Antigonus narrans *Polyclytum* nominat. Hunc eundem esse cum Polycleto Larissæo censuit Wesseling. ad Diodor. XIII, 83, p. 609 ed. Bip., quem secuti sunt Heynius De fontt. Diod. p. 87, Droysen. *Hellen.* II, p. 63, alii. Argumentum tamen sententiæ attulerunt nullum. Neque mihi quærenti idoneum se obtulit. Ipsa Polycriti et Polycleti nominum confusionis frequentia suadet potius, duos exstitisse auctores, alterum Polycletum Alexandri historiæ auctorem, alterum Polycritum, cui vindicanda sint quæ de rebus Siculis traduntur. Ille Larissæus fuit, hic, ut Diogenes testatur (fr. 2), *Mendæus*. Atque Mendæi scriptoris nomen non *Polycletum* sed *Polycritum* fuisse, vel inde collegeris, quod Plutarchus quoque in Artox. c. 31 memorat Mendæum Polycritum, medicum Artaxerxis Memnonis, qui una cum Ctesia in aula regis Persarum servatus sit.

Siculorum auctorem e Sicilia oriundum esse pro explorato ponerem, si recte se haberent, quæ vulgo leguntur apud Stephanum Byz. : Μενδαί, πόλις Σικελίας ἐγγὺς Παλίκων· Ἀπολλόδωρος ἐν β' Χρονικῶν (fr. 50). Τὸ ἐθνικὸν Μενδαῖος, ὡς Λύκαι, Λυκαῖος. Sed ibi scribendum esse Μεναί.. Μεναῖος, uti Ptolemæus III, 9 habet, jam vidit Cluverus, cujus conjecturam firmat Stephani codex Rhedigeranus, ubi exaratum : Μενδιὼ.. Μεναῖος (*). Jam fieri quidem potuit ut apud Diogenem quoque mendose libri Μενδαῖος pro Μεναῖος præbeant; sed quum Plutarchus quoque *Mendæum* Polycritum memoret, atque probabile sit si non eundem hominem (**), patriam certe eandem signari, verisi-

(*) Apud Diodorum quoque XI, 88, 6, pro Νέας scribendum esse Μενὰς in versione latina l. l. significavi.

(**) Certe tempora non refragarentur quominus circa annum 398 Polycritus una cum Ctesia apud Artaxerxem versatus sit, postea autem in Siciliam profectus Dionysio fortasse artis suæ operam præstiterit. Accedit quod *Polycletum* medicum Phalaridis tyranni memorat auctor Epistol. Phalaridis. Suspicari inde licet notum in Sicula historia fuisse Polycletum sive Polycritum medicum, fabrum vero Epistolarum Phalaridi tribuisse hominem qui Dionysii tyranni fuerit. Ceterum locus Plutarchi (Artox. c. 31) hic est : Ἔπεμψεν (Κόνων) ἐπιστολὴν βασιλεῖ (Ἀρτοξέρξῃ Μέμνονι) περὶ ὧν διενοεῖτο. Καὶ ταύτην ἐκέλευσε τὸν κομίζοντα μάλιστα μὲν ἀποδοῦναι διὰ Ζήνωνος τοῦ Κρητὸς ἢ Πολυκρίτου τοῦ Μενδαίου (τούτων δ' ἦν ὁ μὲν Ζήνων ὀρχηστὴς, ὁ δὲ Πολύκριτος ἰατρός)· ἂν δ' οὗτοι μὴ παρῶσι, διὰ Κτησίου τοῦ ἰατροῦ. Jam quum ἰατρὸς ἰατρῷ sicuti κεραμεῖ κεραμεὺς, invidere soleat, non novi hoc Polycrito aptiorem hominem, qui malignos istos de Ctesia rumores sparserit. Nam quæ Plutarchus l. l. de fraude Ctesiæ in medium profert, ita comparata sunt, ut ab eo tantum, qui simul cum Ctesia apud regem degisset, cum veri aliqua specie contendi possent. Ab hoc fortasse sua accepit Dinon, de rebus minimis ac tantum non sub oculis Ctesiæ gestis ausus obloqui.

mile sane est recte se habere verba Diogenis, ideoque Polycritum oriundum esse ex Mende urbe Thracica. Non prætermittendum tamen est in latina Diogenis interpretatione pro *Polycritus Mendæus* legi *Polycritus Mendesius;* quod si scripturæ varietate nititur (sed vix crediderim), novam dubitationem injiceret.

Ætatem scriptoris indicare videtur Diodorus (fr. 1). Nimirum Diodorus quæ Agrigentinorum ante eversionem urbis (406 a. C.) opulentia fuerit exponens, inter alia describit Gelliæ cellam vinariam, testem adducens Polycletum, qui in Historiis suis dicat se ipsum eam vidisse, *dum militans Agrigenti substitisset* (λέγων ὡς διαμείναντος αὐτοῦ στρατευομένου ἐν Ἀκράγαντι τεθεωρηκέναι sc. τὸν πιθῶνα). Simplicissime hæc ita intelliguntur, ut Polycritum inter eos fuisse statuamus, qui Syracusis vel Camarina vel Gela profecti sub Dinocrate Lacedæmonio peregrinorum duce auxiliarem Agrigentinis contra Pœnos operam navarunt (cf. Diodor. XIII, 85, 86). Atque ita recte, opinor, statuit Reinesius in Epist. ad Rupert. 77, p. 316. Quanquam obloquitur Wesselingius ad l. l. Diodori. « Id mihi conclusione, ait, non admodum persuasibili confecisse vir doctissimus videtur. Potuit enim Polycletus multis post Agrigentum a Pœnis eversum annis in Sicilia militare et cellam eam videre. Namque urbs ita desolata non fuit, quin multa veteris magnificentiæ argumenta durarent : ad hoc cella illa ex saxo erat excisa, neque adeo nisi magno opere corrumpi potuit; præterea ex ruinis Agrigentum paullatim recidivum succrevit, nomenque aliquod inter Siculas civitates nactum fuit. Quæ quidem a me impetrant, ut et hac in parte ab eruditissimo Reinesio dissentiam, Polycletumque Larissæum eum esse opiner de quo Diodorus. » Ceterum quo tempore contra Himilconem stipendia meruit, siquidem vere meruit, Polycritus juvenis adhuc fuisse, Dionysii autem historias senex admodum scripsisse debet. Nam quæ fragm. 2 leguntur scribi non potuerunt ante annum 356, quo Dionysius regno expulsus est.

Præter Dionysii junioris historiam, cujus librum primum citat Diogenes, etiam antiquiorem Siciliæ historiam a Polycrito tractatam esse ex Diodoro l. l. colligas, etsi non plane certo argumento. Fortasse prima operis pars res amplectebatur Dionysii senioris, cujus tyrannidis initia (406 a. C.) cum Agrigenti eversione arcte conjuncta sunt (v. Diodor. XIII, 91 sq.).

Quod denique apud Pseudo-Aristotelem in Mir. Ausc. c. 122 (fr. 4) Polycritus dicitur ὁ τὰ Σικελικὰ γεγραφὼς ἐν ἔπεσιν, id, si vitio verba carent, num ad Dionysii historiam, quam adulator tyranni metro heroico composuerit, referendum sit, haud dijudico. A vero tamen propius abesse mihi videor statuens ἔπη ista fuisse de Siciliæ rebus mirabilibus. Sic Archelaus Ægyptius ap. Antigonum Mir. c. 19 fuisse dicitur unus τῶν ἐν ἐπιγράμμασιν ἐξηγουμένων τὰ παράδοξα Πτολεμαίῳ; sic etiam Polystephanum sua Paradoxa versibus scripsisse novimus. V. not. ad fr. 4.

ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΣ.

[ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.]

1.

Strabo XV, p. 742, A : Πολύκλειτος δέ φησι μὴ πλημμυρεῖν τὸν Εὐφράτην· διὰ γὰρ πεδίων φέρεσθαι μεγάλων, τὰ δ' ὄρη τὰ μὲν δισχιλίους ἀφεστάναι σταδίους, τὰ δὲ Κοσσαῖα μόλις χιλίους, οὐ πάνυ ὑψηλὰ, οὐδὲ νιφόμενα σφοδρῶς, οὐκ ἀθρόαν ἐπιφέροντα τῇ χιόνι τὴν τῆξιν· εἶναι γὰρ καὶ τὰ ὕψη τῶν ὀρῶν ἐν τοῖς ὑπὲρ Ἐκβατάνων μέρεσι τοῖς προσβορείοις· ἐν δὲ τοῖς πρὸς νότον σχιζόμενα καὶ πλατυνόμενα πολὺ ταπεινοῦσθαι, ἅμα δὲ καὶ τὸ πολὺ τοῦ ὕδατος ἐκδέχεσθαι τὸν Τίγριν. — Τὸ μὲν οὖν ὕστατον ῥηθὲν φανερῶς ἄτοπον κ. τ. λ., quæ apud ipsum Strabonem legas. Cf. Forbiger. *Alt. Geogr.* II, p. 70 sqq.

2.

Strabo XV, p. 728, D : Φησὶ δὲ Πολύκλειτος εἰς λίμνην τινὰ συμβάλλειν τόν τε Χοάσπην καὶ τὸν Εὔλαιον καὶ ἔτι τὸν Τίγριν, εἶτ' ἐκεῖθεν ἐς τὴν θάλατταν ἐκδιδόναι· πρὸς δὲ τῇ λίμνῃ καὶ ἐμπορεῖον εἶναι, τῶν ποταμῶν μὲν οὐ δεχομένων τὰ ἐκ τῆς θαλάττης, οὐδὲ καταπεμπόντων διὰ τοὺς καταῤῥάκτας ἐπίτηδες γενομένους, πεζῇ δ' ἐμπορευομένων.

POLYCLETUS.

DE REBUS ALEXANDRI.

1.

Polycletus negat Euphratem exundare. Etenim per campos maximos ferri, montesque ab altera parte duobus millibus stadiorum abesse, ab altera ad mille stadia Cossæos non admodum altos, nec multa tectos nive nec quæ confertim liquetur; maximam enim montium altitudinem in borealibus partibus esse ultra Ecbatana, versus austrum vero scissos ac dilatatos plurimum deprimi; tum maximam aquæ partem a Tigri excipi.

2.

Polycletus Choaspem et Eulæum et Tigrim in lacum quendam confluere, atque ex eo inde in mare exire dicit. Juxta lacum emporium esse, quum flumina a mari merces non recipiant nec emittant propter catarractas de industria factos, sed pedestri itinere merces perferantur.

3.

Strabo XV, p. 728, A, de Susorum urbe : Λέγεται κτίσμα Τιθωνοῦ τοῦ Μέμνονος πατρὸς, κύκλον ἔχουσα ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων,... τὸ δὲ τεῖχος... ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, καθάπερ εἰρήκασί τινες. Πολύκλειτος δὲ διακοσίων φησὶ τὸν κύκλον καὶ ἀτείχιστον.

Muris *urbem* caruisse etiam ex iis colligas, quæ leguntur ap. Polyb. V, 48, 13. Pausanias Messen. c. 13 de arcis bene munitæ (v. Polyb. l. l.) mœniis cogitaverit. V. Forbiger. *Alt. Geogr.* II, p. 585.

4.

Idem XV, p. 735 : Τοιαῦτα μὲν τὰ ἤθη (sc. τῶν Περσῶν). Ἔστι δ' ἴσως καὶ ταῦτα τῶν ἐθίμων, ἃ φησι Πολύκριτος (l. Πολύκλειτος).

Ἐν γὰρ Σούσοις ἑκάστῳ τῶν βασιλέων ἐπὶ τῆς ἄκρας ἰδία πεποιῆσθαι οἰκησιν καὶ θησαυροὺς καὶ παραθέσεις ὧν ἐπράττοντο φόρων, ὑπομνήματα τῆς οἰκονομίας· πράττεσθαι δ' ἐκ μὲν τῆς παραλίας ἀργύριον, ἐκ δὲ τῆς μεσογαίας, ἃ φέρει ἑκάστη χώρα, ὥστε καὶ χρώματα καὶ φάρμακα καὶ τρίχα ἐρέαν, ἤ τι τοιοῦθ' ἕτερον, καὶ θρέμματα ὁμοίως. Τὸν δὲ διατάξαντα τοὺς φόρους Δαρεῖον εἶναι τὸν Μακρόχειρα, κάλλιστον ἀνθρώπων, πλὴν τοῦ μήκους τῶν βραχιόνων καὶ τῶν πήχεων· ἅπτεσθαι γὰρ καὶ τῶν γονάτων· τὸ δὲ πλεῖστον καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐν κατασκευαῖς εἶναι, νομίσματι δὲ οὐ πολλῷ· πρός τε τὰς δωρεὰς ἐκεῖνα κεχαρισμένα νομίζειν μᾶλλον, καὶ πρὸς κειμηλίων ἀπόθεσιν· τὸ δὲ νόμισμα τὸ πρὸς τὰς χρείας ἀρκοῦν ἱκανὸν εἶναι, κόπτειν δὲ πάλιν τὸ τοῖς ἀναλώμασι σύμμετρον.

5.

Strabo XI, 509, D : Προσεδοξάσθη δὲ καὶ περὶ τῆς θαλάττης ταύτης (τῆς Ὑρκανίας) πολλὰ ψευδῆ διὰ τὴν Ἀλεξάνδρου φιλοτιμίαν· ἐπειδὴ γὰρ ὡμολόγητο, ὅτι ἐκ πάντων διείργει τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ὁ Τάναϊς ποταμὸς, τὸ δὲ μεταξὺ τῆς θαλάττης καὶ τοῦ Ταναΐδος πόλυ μέρος τῆς Ἀσίας ὂν, οὐχ ὑπέπιπτε τοῖς Μακεδόσι· στρατηγεῖν δ' ἐγνώριστο, ὥστε τῇ φήμῃ γε κἀκείνων δόξαι τῶν μερῶν κρατεῖν τὸν Ἀλέξανδρον· εἰς ἓν οὖν συνῆγον τήν τε Μαιῶτιν λίμνην τὴν δεχομένην τὸν Τάναϊν καὶ τὴν Κασπίαν θάλατταν, λίμνην καὶ ταύτην καλοῦντες, καὶ συντετρῆσθαι φάσκοντες πρὸς ἀλλήλας ἀμφοτέρας, ἑκατέραν δὲ εἶναι μέρος τῆς ἑτέρας. Πολύκλειτος δὲ καὶ πίστεις προσφέρεται περὶ τοῦ λίμνην εἶναι τὴν θάλατταν ταύτην· ὄφεις τε γὰρ ἐκτρέφειν καὶ ὑπόγλυκυ εἶναι τὸ ὕδωρ· ὅτι δὲ οὐχ ἑτέρα τῆς Μαιώτιδός ἐστι, τεκμαιρόμενος ἐκ τοῦ Τάναϊν ἐς αὐτὴν ἐμβάλλειν· ἐκ γὰρ τῶν αὐτῶν ὀρῶν τῶν Ἰνδικῶν, ἐξ ὧν ὅ τε Ὦχος καὶ ὁ Ὦξος φέρεται καὶ ἄλλοι πλείους, καὶ ὁ Ἰαξάρτης, ἐκδίδωσί τε ὁμοίως ἐκείνοις εἰς τὸ Κάσπιον πέλαγος, πάντων ἀρκτικώτατος. Τοῦτον οὖν ὠνόμασαν Τάναϊν· καὶ προσέθεσαν τούτῳ πίστιν, ὥστ' εἴη Τάναϊς, ὃν εἴρηκεν ὁ Πολύκλειτος· τὴν γὰρ περαίαν τοῦ ποταμοῦ τούτου φέρειν ἐλάτην· καὶ οἰστοῖς ἐλατίνοις χρῆσθαι τοὺς ταύτῃ Σκύθας· τοῦτο δὲ τεκμήριον τοῦ τὴν χώραν τὴν πέραν τῆς Εὐρώπης εἶναι, μὴ τῆς Ἀσίας· τὴν γὰρ Ἀσίαν τὴν ἄνω καὶ τὴν πρὸς ἕω μὴ φύειν ἐλάτην. Quod in seqq. refellitur ex Eratosthene.

De re adi Forbigerum *Alt. Geogr.* tom. II, p. 77. Probabiliorem causam Iaxartis cum Tanai apud veteres passim confusi attulit Humboldt. ap.

3.

Susorum urbs a Tithono Memnonis patre condita fertur, ambitum habens stadiorum centum. Muri exstructi sunt e coctili latere et bitumine, quemadmodum nonnulli referunt. Polycletus vero eam ducentorum stadiorum ambitu esse, murisque carere dicit.

4

Ac Persarum quidem mores sunt hujusmodi; quibus addenda fortasse sunt, quæ Polycletus narrat. Etenim regum cuique, ait, suum in arce domicilium est, et thesaurus et tributorum quæ exegerint tabulæ, rei administratæ monimenta. Exigere eos ex ora maritima argentum, ex mediterraneis, quæ quæque regio ferat, ut colores, medicamenta, lanam, vel aliud tale, aut pecora. Distribuisse hoc modo tributa Darium Longimanum, qui omnium hominum pulcherrimus fuisset, dempta brachiorum et cubitorum longitudine vel genua contingentium. Maximam auri et argenti partem in supellectile esse, in numis perexiguam; supellectilem enim ad dona facienda aptiorem putare et diligentius reponi et asservari; numos, quot ad præsentes usus satis sit, sufficere; semperque tantum, quantum postulet impensa, excudi.

5.

Etiam de Caspio mari, ut ambitioni Alexandri satisfacerent, multa invenerunt mendacia. Quando enim in confesso erat, Asiam et Europam omnem dividi Tanai fluvio, ac magnam Asiæ portionem quæ inter Tanaim est et mare, non venisse in Macedonum potestatem; decreverant aliqua id arte conficere, ut saltem fama jactaret, istas quoque partes fuisse subactas : his inducti rationibus, in unum conduxerunt Mæotidem paludem, quæ Tanaim excipit, et mare Caspium, illam quoque paludem nuncupantes, dicentesque meatu quodam effosso eas inter se conjungi, et unam esse alterius partem. Polycletus etiam argumenta profert, quibus fidem faciat Hyrcanum mare paludem esse; nam et serpentes nutrire et aquam habere subdulcem. Porro eandem cum Mæotide esse inde colligit, quod Caspius lacus Tanaim recipiat. Etenim ex iisdem Indicis montibus, unde Ochus et Oxus et alii plurimi profluant, Iaxartes quoque labitur, utque reliqui in Caspium mare exit, ex omnibus septemtrioni proximus. Hunc ergo Iaxartem Tanaidis nomine insigniverunt; atque confirmare etiam aggressi sunt eum esse Tanaim, quem Polycletus dixit; nam cis sitam regionem ferre abietem, ibique degentes Scythas abiegnis uti sagittis : quod certissimum sit indicium, eam Europæ esse, non Asiæ par-

Ideler. ad Aristot. *Meteorolog.* p. 131. Cf. Ritter. *Erdk.* II, p. 658; Eichwald *Alt. Geogr. d. Casp. Meeres* p. 57; Cephalides Hist. mar. Casp. p. 357.

6.

Plutarch. Alex. c. 46 : Ἐνταῦθα δὲ πρὸς αὐτὸν (sc. τὸν Ἀλέξανδρον) ἀφικέσθαι τὴν Ἀμαζόνα οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ὧν καὶ Κλείταρχός ἐστι καὶ Πολύκριτος (l. Πολύκλειτος) καὶ Ὀνησίκριτος καὶ Ἀντιγένης καὶ Ἴστρος.

7.

Ælian. N. A. XVI, 41. : Πολύκλειτός γε μήν φησιν ἐν τῇ αὐτῇ γῇ (in India) σαύρους γίνεσθαι μεγίστους καὶ πολυχρόους, καὶ βαφαῖς τισιν εὐανθέσι τὰς δορὰς πεποικίλθαι δεινῶς, εἶναι δὲ καὶ ἅψασθαι ταύτας ἁπαλωτάτας.

Πολύκλειτος] Πολύκλητος cod. Paris. n. 1694. In elencho auctorum, quos Plinius de Indiæ etc. arboribus agens libris XII et XIII adhibuit, bis nominantur *Polycritus* (sic) et *Onesicritus*. — Locum Plinii H. N. XXXI, 14 de fonte Ciliciæ memorabili vide in fragm. 5 Polycriti Mendæi

8.

E LIBRO OCTAVO.

Athenæus XII, p. 539, A : Πολύκλειτος δὲ ὁ Λαρισσαῖος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Ἱστοριῶν καὶ ἐπὶ χρυσῆς κλίνης κοιμᾶσθαί φησι τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ αὐλητρίδας αὐτῷ καὶ αὐλητὰς ἀεὶ ἕπεσθαι ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ πίνειν ἄχρι τῆς ἕω.

POLYCRITUS MENDÆUS.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

1.

Diodorus XIII, 83, 2 : Agrigentini ante urbis eversionem opulentia inter omnes conspicui.; Agrigentinorum vero ditissimus Gellias fuit (v. Timæi fr. 111) : Καὶ Πολύκλειτος ἐν ταῖς Ἱστορίαις ἐξηγεῖται περὶ τοῦ κατὰ τὴν οἰκίαν πιθεῶνος, λέγων ὡς διαμείναντος αὐτοῦ στρατευομένου ἐν Ἀκράγαντι τεθεωρηκέναι. (3) Εἶναι δ' ἐν αὐτῷ τριακοσίους μὲν πίθους ἐξ αὐτῆς τῆς πέτρας τετμημένους, ἕκαστον ἑκατὸν ἀμφορεῖς χωροῦντα· κολυμβήθραν δὲ παρ' αὐτοῖς ὑπάρχειν κεκονιαμένην, χωροῦσαν ἀμφορεῖς χιλίους, ἐξ ἧς τὴν ῥύσιν εἰς τοὺς πίθους γίνεσθαι. Γεγονέναι δέ φασι (φησι?) τὸν Γελλίαν τὸ μὲν εἶδος εὐτελῆ παντελῶς, τὸ δὲ ἦθος θαυμαστόν.

ΤΑ ΠΕΡΙ ΔΙΟΝΥΣΙΟΝ ΤΟΝ ΝΕΩΤΕΡΟΝ.

2.

E LIBRO PRIMO.

Diogenes L. II, 63, de Æschine Socratico : Φησὶ δὲ Πολύκριτος ὁ Μενδαῖος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Διονύσιον, ἄχρι τῆς ἐκπτώσεως συμβιῶναι αὐτὸν τῷ τυράννῳ, καὶ ἕως τῆς Δίωνος εἰς Συρακούσας καθόδου· λέγων εἶναι σὺν αὐτῷ Καρκίνον τὸν κωμῳδοποιόν. Φέρεται δὲ καὶ ἐπιστολὴ πρὸς Διονύσιον Αἰσχίνου.

3.

Athenæus V, p. 206, E, Moschion navem Hieronis Syracusani descripturus ait : Τίμαιος δὲ (sc. θαυμαζέτω) ἐπὶ τῇ πυρᾷ τῇ κατασκευασθείσῃ Διονυσίῳ τῷ Σικελίας τυράννῳ... Πολύκλειτος δ' ἐπὶ τῷ λυχνίῳ τῷ κατασκευασθέντι τῷ Πέρσῃ. Ὁ δὲ Ἱέρων κτλ.

Quid sibi velint ista : τῷ Πέρσῃ, obscurum. Intelligas *regem Persarum*, fragmentumque vindicaveris Polycleto Larissæo. Verum num tam vage Moschion de re locutus esset, cujus nusquam nos mentionem factam esse reperimus? Nisi fallor corruptus locus est; pro τῷ Πέρσῃ fuerit τοῖς Ταραντίνοις vel τῷ Πρυτανείῳ τῶν Ταραντίνων. Nam ita Athenæus XV, p. 700, D : Εὐφορίων δ' ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι Διονύσιόν φησι τὸν νεώτερον Σικελίας τύραννον Ταραντίνοις εἰς τὸ Πρυτανεῖον ἀναθεῖναι λυχνεῖον δυνάμενον καίειν τοσούτους λύχνους, ὅσος ὁ τῶν ἡμερῶν ἐστιν ἀριθμὸς εἰς τὸν ἐνιαυτόν.

4.

Aristoteles Mir. Ausc. c. 122 (112 Westrm.) : Φησὶν εἶναι ὁ Πολύκριτος ὁ τὰ Σικελικὰ γεγραφὼς ἐν ἔπεσιν ἔν τινι τόπῳ τῆς μεσογείου λίμνιόν τι ἔχον ὅσον ἀσπίδος τὸ περίμετρον. Τοῦτο δ' ἔχει ὕδωρ διαυγὲς μέν, μικρῷ δὲ θολερώτερον. Εἰς τοῦτ' οὖν ἐάν τις εἰσβῇ λούσασθαι χρείαν ἔχων, αὔξεσθαι εἰς εὖρος, ἐὰν δὲ καὶ δεύτερος, μᾶλλον πλατύνεται· τὸ δὲ πέρας ἕως εἰς πεντήκοντα ἀνδρῶν ὑποδοχὴν μεῖζον γενόμενον διευρύνεται, ἐπειδὰν δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν λάβῃ, ἐκ βάθους πάλιν ἀνοιδοῦν ἐκβάλλειν μετέωρα τὰ σώματα τῶν λουομένων ἔξω ἐπὶ τὸ ἔδαφος· ὡς δ' ἂν τοῦτο γένηται, εἰς τὸ ἀρχαῖον πάλιν σχῆμα τῆς περιμέτρου καθίστασθαι. Οὐ μόνον δ' ἐπὶ ἀνθρώπων τοῦτο περὶ αὐτὸ γίνεται, ἀλλὰ καὶ ἐάν τι τετράπουν εἰσβῇ, τὸ αὐτὸ πάσχει.

Ἐκβάλλειν κτλ.] Eadem cecinit Philostephanus ap. Tzetzen Hist. VII, 670 :

καὶ Φιλοστέφανός φησιν ἕτερα μὲν καὶ μυρία,
καὶ Σικελῇ γῇ ῥίπτουσαν λίμνην τοὺς λουομένους.
« Γαίη δ' ἐν Σικελῶν Τρινακρίδι χεῦμα δέδεικται
αἰνότατον λίμνη, καίπερ ἐοῦσ' ὀλίγη,
ἰσχυρὸν δίνῃσιν· ὃ πρὶν ποσὶ παῦρα τινάξῃς,
αἰψνιδίως ξηρήν σ' ἤλασεν ἐς ψάμαθον. »

Cf. Sotion c. 30 (p. 188 ed. Westerm.), qui Σίλλαν λίμνην περὶ Γέλαν dicit.

5.

Antigonus Mirab. 150 (135 Westerm.) : Πολύκριτον δὲ καταγεγραφέναι (sc. Καλλίμαχός φησι) τὸν μὲν ἐν Σόλοις οὐ ψευδῶς ὠνομάσθαι Λίπαριν, ἀλλ' οὕτως ἀπολιπαίνειν ὥστε μὴ προσδεῖσθαι ἀλείμματος· τὸν δὲ ἐν Παμφυλίᾳ Μούβιν ἀπολιθοῦν, ἐάν τις ἐμβάλῃ στοιβὴν ἢ λίθον (λύγον conj. Meurs., φλεών Bentl., σχίδιον Jacobs.).

Plinius H. N. XXXI, 14 : *Polycritus explere olei vicem juxta Solos Ciliciæ fontem. Theophrastus hoc idem fieri in Æthiopia ejusdem nominis fonte.*

Eadem plenius reddidit Vitruv. VIII, 3, 8 : *Alii autem perpingues terræ venas profluentes, uncti oleo erumpunt, uti Solis flumen nomine Liparis, in quo natantes aut lavantes ab ipsa aqua unguantur. Similiter in Æthiopia lacus est, qui unctos efficit, etc.* Cf. Isidor. Origg. XIII, 13.

Ceterum Plinii libri habent *Polyclytus;* quod in *Polycritus* mutavit Harduinus.

Ad Ciliciæ fontem Polycritus aberraverit a fontibus Siciliæ : fortasse eo loco, ubi sermo erat de Lipara insula, quam Μελιγουνὶν olim dictam esse ferunt, quamque ipsam etiam a soli fertilitate et fontium præstantia (v. Diodor. V, 10) nomen habere auctor noster censuerit. Ceterum argumentum fragmenti etiam Polycleto Larissæo conveniret.

tem : nam Asiam superiorem et orientalem non producere abietes.

6.

Ibi Amazonem ad Alexandrum venisse plurimi tradunt, inter quos sunt Clitarchus, Polycritus (*Polycletus*), Onesicritus, Antigenes et Ister.

7.

Polycletus prodit in India nasci lacertos maximos variisque coloribus; pellem eorum floridis quibusdam picturis mirum in modum distinctam, tactuque esse mollem admodum teneramque.

8.

E LIBRO OCTAVO.

Polycletus Larissæus libro Historiarum octavo Alexandrum in lecto aureo dormivisse, eumque viros mulieresque tibiis canentes ubique in castris secutos esse, et compotationes ejus ad auroram usque protractas esse tradit.

POLYCRITUS MENDÆUS.

HISTORIÆ SICULÆ.

1.

Polycletus (*Polycritus*) in Historiis suis narrat de cella in domo Gelliæ vinaria, quam se, dum militans Agrigenti subsisteret, vidisse testatur. Fuisse in illa dicit trecenta dolia ex ipso saxo excisa, quorum unumquodque centum amphoras cepisset. Juxta vero labrum exstitisse incrustatum mille amphorarum capax, ex quo liquor in vasa defluxerit.

DE REBUS DIONYSII JUNIORIS.

2.

E LIBRO PRIMO.

Polycritus Mendæus libro primo De Dionysio Æschinem Socraticum vixisse apud Dionysium tyrannum dicit usque ad ejus expulsionem atque adventum Dionis. Addit fuisse cum eo Carcinum poetam comicum.

3.

Timæus admiretur rogum Dionysio tyranno exstructum .. Polycletus (*Polycritus*) admiretur candelabrum, quod Persæ (Tarentinorum prytaneo) constructum est.

4.

Polycritus, qui Sicula (versibus) scripsit, in loco quodam regionis mediterraneæ parvam esse paludem dicit clipei ambitu. Ea aquam habet limpiditatis ambiguæ, in quam si quis lavatum ingrediatur, augeri paludis latitudinem, eamque, si etiam alter aliquis ingrediatur, magis etiam extendi, et sic porro usque dum quinquaginta homines exceperit. Hunc vero ubi attigerit numerum, aquam ex profundo turgescentem corpora lavantium in siccum ejicere : quo facto in pristinam ambitus formam redire. Neque hæc hominibus tantum accidunt, sed etiam quadrupedibus, si quæ ingrediantur.

5.

Polycritum scribere Callimachus ait fontem, qui juxta Solos sit, haud immerito Liparim (*oleo unctum*) vocari, quum adeo unguat lavantes, ut unguento nihil opus sit.

BÆTON. DIOGNETUS.

AMYNTAS. ARCHELAUS.

De vita Bætonis et Diogneti, qui Alexandro mensores itinerum fuerunt, nihil traditur. Commentarii eorum, Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας inscripti, quales fuerint, conjicere licet ex comparato Itinerario Alexandri M., quod primus edidit Ang. Maius (*). Ceterum Diognetus (**) semel tantum citatur una cum Bætone (fr 2). Cum eodem Bætone (fr. 1) Athenæus componit Amyntam, alium Σταθμῶν Ἀσίας auctorem, cujus sæpius apud veteres fit mentio. Opus ejus sat amplum fuisse ex subjectis colligitur fragmentis, quorum ne unum quidem ad definienda spatia itinerum pertinet, sed in describendis locorum populorumque rebus memorabilibus versantur omnia. Comitibus Alexandri Amyntam nostrum annumerandum esse etsi probabile est, confirmari tamen veterum testimonio nequit. Multo etiam minus constat de Archelao, quem τὸν χωρογράφον τῆς ὑπ' Ἀλεξάνδρου πατηθείσης γῆς fuisse ex uno novimus Diogene L. II, 17. Alexandrum regem comitatum esse suspicatur Vossius (p. 96), idque verisimile esse videtur. Idem Vossius (p. 399) statuit chorographum eundem esse cujus Περὶ ποταμῶν opus laudant Plutarchus De fluv. c. 15. et Stobæus Floril. 100, 15. At qui De fluviis scripsit procul dubio est idem cum eo, qui Περὶ λίθων opus composuit (Plut. De fluv. c. 9). Hunc autem esse Archelaum regem Cappadociæ postremum discimus ex Plinii H. N. XXXVII, s. 11, 18, 25, 32. Sed cur eundem putemus χωρογράφον terrarum, quas Alexander peragraverit, causam idoneam non video.

(*) Ste-Croix. *Exam. crit. p.* 46 : « L'itinéraire de l'armée macédonienne, décrit par Bæton et Diognète, arpenteurs employés à la mesure de ses marches et des contrées que cette armée parcourut, aurait pu répandre un grand jour, non-seulement sur les campagnes d'Alexandre, mais encore sur la géographie de l'Orient : malheureusement cet ouvrage n'a point survécu aux ravages du temps. On ne doit pas le confondre avec la description, qu'Alexandre avait chargé des gens habiles de faire des provinces de son empire. Patrocle assurait qu'elle lui avait été communiquée par Xénoclès, garde du trésor royal (Strabo II, p. 68). »

(**) Diognetum (sic enim scribendum) Erythræum auctorem nescio quem memorat Hyginus Poet. astron. II, 30 : *Diognetus* (libri *Diogennetes* et *Diogenes*) *Erythræus ait, quodam tempore Venerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphratem venisse, et eodem loco repente Typhona giganta, de quo supra diximus, apparuisse; Venerem autem in fluvium se projecisse, et ibi figuram piscium forma mutasse : quo facto periculo esse liberatos. Itaque postea Syros, qui his locis sunt proximi, destitisse pisces esitare, quod vereantur eos capere, ne simili causa aut eorum præsidia impugnare videantur, aut eos ipsos captare.* Cf. Hegesiæ fr. 4.

Quæ quominus ex opere De Alexandri itineribus desumpta aliquis putet, nihil adeo obstat. Alium Diognetum Erythræorum ducem memorant Plutarchus De virtut. mul. p. 254, B; Parthen. Erot. c. 9; Polyæn. VIII, 36. Diognetum Antiochi M. ducem habes ap. Polyb. V, 43, 59 sqq.; D. Rhodium architectum ap. Vitruv. X, 22; Carthaginiensem, Clitomachi patrem ap. Steph. Byz. v. Καρχηδών; pictorem Antonini ap. Jul. Capitol. c. 4 et 6; Mesarensem ap. Polyæn. I, 27; Cretensem ap. Ptolem. Hephæst. in Phot. Bib. cod. 190 p. 151, 20; archontem Atheniens. in Marm. Par. init., alios duos ap. Demosth. p. 992, 26 et 641, 6; alium in Grut. Inscript. p. 107, 9. *Demognetus* ἐν τῷ Περὶ Κνιδίου (l. Κνίδου) citatur ap. Herodian. Η. μον. λ. p. 11 loco corruptissimo. Fortasse reponendum Διόγνητος. Nam Demogneti nomen alias frustra quæsivi. — *Bætonem* alterum habes in Anthолog. Pal. VI, 27, 28.

BÆTON.

ΣΤΑΘΜΟΙ ΤΗΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΠΟΡΕΙΑΣ.

1.

Athenæus X, p. 442, B : Βαίτων γοῦν, ὁ Ἀλεξάνδρου βηματιστής, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας, καὶ Ἀμύντας ἐν τοῖς Σταθμοῖς, τὸ τῶν Ταπύρων ἔθνος φησὶν οὕτω φίλοινον εἶναι, ὡς καὶ ἀλείμματι ἄλλῳ μηδενὶ χρῆσθαι, ἢ τῷ οἴνῳ. Τὰ δ' αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Κτησίας (fr 97) ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φόρων.

Cf. Ælian. V. H. III, 18.

2.

Plinius H. N. VI, s. 21 : *Junguntur inter se Imaus, Emodus, Paropamisus, Caucasus, a quibus tota* (*India*) *decurrit in planitiem immensam et Ægypto similem. Verum ut terrena demonstratio intelligatur, Alexandri Magni vestigiis insistamus.*

MANSIONES ITINERIS ALEXANDRI.

1.

Bæton, Alexandri mensor itinerum, in libro qui Mansiones itineris Alexandri inscribitur, et Amyntas in Mansionibus, Tapyrorum gentem ita vino deditam tradunt, ut ne ad unguendum quidem alia re ulla quam vino utatur. Eadem Ctesias quoque narrat ubi agit de tributis Asiaticis.

Diognetus et Bæton itinerum ejus mensores scripsere, a portis Caspiis Hecatompylon Parthorum quot diximus millia esse, inde Alexandriam Arión quam urbem is rex condidit, DLXVI mill., inde ad Prophthasiam Drangarum CXCIX mill., inde ad Arachosiorum oppidum DXV mill., inde Ortospanum CCL mill., inde Alexandri oppidum quinquaginta M. In quibusdam exemplaribus diversi numeri reperiuntur; hanc urbem sub ipso Caucaso esse positam. Ab ea ad flumen Copheta et oppidum Indorum Peucolaitin CCXXVII mill., inde ad flumen Indum et oppidum Taxila sexaginta mill., ad Hydaspen fluvium clarum CXX mill., ad Hypasin non ignobiliorem XXIX. CCCXC, qui fuit Alexandri itinerum terminus, exsuperato tamen amne arisque in adversa ripa dicatis. Epistolæ quoque regis ipsius consentiunt his.

Quod diximus millia esse sc. sect. 17 ubi hæc : *Ipsius vero Parthiæ caput Hecatompylos abest a portis CXXXIII M. passuum.* Quæ ibi sequuntur ex eodem fonte fluxisse videntur.

Strabo XV, p. 723 : Ὁρίζεσθαι γάρ φησι (sc. Ἐρατοσθένης fr. 115 Bernh.) τὴν Ἀριανὴν ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἕω τῷ Ἰνδῷ, πρὸς νότον δὲ τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πρὸς ἄρκτον δὲ τῷ Παροπαμισῷ καὶ τοῖς ἐξῆς ὄρεσι μέχρι Κασπίων πυλῶν, τὰ δὲ πρὸς ἑσπέραν τοῖς αὐτοῖς ὅροις, οἷς ἡ μὲν Παρθυηνὴ πρὸς Μηδίαν, ἡ δὲ Καρμανία πρὸς τὴν Παραιτακηνὴν καὶ Περσίδα διώρισται· πλάτος δὲ τῆς χώρας τὸ τοῦ Ἰνδοῦ μῆκος, τὸ ἀπὸ τοῦ Παροπαμισοῦ μέχρι τῶν ἐκβολῶν μύριοι καὶ δισχίλιοι στάδιοι· οἱ δὲ τρισχιλίους φασί· μῆκος δὲ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν, ὡς ἐν τοῖς Ἀσιατικοῖς σταθμοῖς [sc. Βαίτωνος, Διογνήτου, Ἀμύντου?] ἀναγέγραπται, διττόν.

De re vide quæ disputat Salmas. in Exercitt. Plin. p. 357, C, sqq., ubi ex iisdem Bætonis et Diogneti commentariis fluxisse censet quæ ex Eratosthene affert Strabo XI, p. 514 : Τὰ δὲ διαστήματα οὕτω λέγει· ἀπὸ μὲν τοῦ Κασπίου κτλ.

3.

Plinius H. N. VII, 2, 2 : *Super alios autem Anthropophagos Scythas in quadam convalle magna Imai montis regio est, quæ vocatur Abarimon, in qua silvestres vivunt homines aversis post crura plantis, eximiæ velocitatis, passim cum feris vagantes. Hos in alio non spirare cœlo ideoque ad finitimos reges non pertrahi, neque ad Alexandrum Magnum pertractos Bæton itinerum ejus mensor prodidit.* Cf. Gellius N. A. IX, 4. Augustin. C. D. 16, 8.

4.

Plinius H. N. VI, s. 22 : *Ab iis* (*Prasiis*) *in interiore situ Monedes et Suari, quorum mons Maleus, in quo umbræ ad septentrionem cadunt hieme, æstate in austrum, per senos menses. Septentriones eo tractu semel in anno apparere, nec nisi quindecim diebus, Bæton auctor est, hoc idem pluribus locis Indiæ fieri, Megasthenes.*

Solin c. 52 : *Septentriones in eo tractu in anno semel, nec ultra quindecim dies apparent, sicuti auctor est Bæton, qui perhibet, hoc in pluribus Indiæ locis evenire.* Negligenter hæc e Plinio exscripta.

Eadem etiam Martianus lib. VI, cap. de India, notante Harduino ad Plin. l. l., ubi simul de errore Bætonis pluribus agit. — Ceterum nomen Bætonis legitur etiam in Plin. elench. auct. lib. V.

AMYNTAS.

ΣΤΑΘΜΟΙ ΑΣΙΑΣ.

1.

E LIBRO PRIMO.

Athenæus XI, p. 500, D : Ἀμύντας ἐν τῷ πρώτῳ τῶν τῆς Ἀσίας σταθμῶν, περὶ τοῦ ἀερομέλιτος καλουμένου διαλεγόμενος, γράφει οὕτως· « Σὺν τοῖς φύλλοις δρέποντες συντιθέασιν εἰς παλάθης Συριακῆς τρόπον πλάττοντες, οἱ δὲ σφαίρας ποιοῦντες. Καὶ ἐπειδὰν μέλλωσι προσφέρεσθαι, ἀποκλάσαντες ἀπ' αὐτῶν ἐν τοῖς ξυλίνοις ποτηρίοις, οὓς καλοῦσι ταβαίτας, προβρέχουσι, καὶ διηθήσαντες πίνουσι. Καὶ ἔστιν ὅμοιον, ὡς ἄν τις μέλι πίνοι διείς· τοῦτο δὲ καὶ πολὺ ἥδιον. »

Fuse hunc locum tractat Salmasius in Exercitt. Plin. p. 717. Cf. etiam Casaubonus ad Athenæum l. l.

2.

Eratosthenes ait Arianam ab oriente Indo terminari, ab austro mari magno, ab aquilone Paropamiso et montibus usque ad Caspias portas. Ab occidente iisdem finibus, quibus Parthia a Media, Carmania a Parætacena et Perside distinguitur. Regionis latitudo est Indi longitudo, a Paropamiso usque ad ostia, duodecim millia stadiorum : sunt qui tredecim millia faciant : longitudo a Caspiis portis duplex est, ut in Asiaticis Mansionibus (*Bætonis, Diognetis, Amyntæ?*) scriptum est.

MANSIONES ASIÆ.

1.

E LIBRO TERTIO.

Amyntas primo libro De Asiæ Mansionibus de *aereo melle*, quod vocatur, verba faciens ita scribit : « Colligunt una cum foliis, componuntque ita, ut fingant in modum massæ Syriacæ, nonnulli vero in globi formam. Ubi frui volunt, decerptam massæ partem aqua diluunt in ligneis poculis, quas tabætas vocant; dein colant bibuntque. Estque potus similis ac si quis mel dilutum bibat, sed sapore multo jucundiore. »

2.

Ε LIBRO TERTIO.

Athenæus XII, p. 529. E : Ἀμύντας δ' ἐν τρίτῳ Σταθμῶν ἐν τῇ Νίνῳ φησὶν εἶναι χῶμα ὑψηλὸν, ὅπερ κατασπάσαι Κῦρον ἐν τῇ πολιορκίᾳ ἀναχωννύντα τῇ πόλει. Λέγεσθαι δὲ τὸ χῶμα τοῦτ' εἶναι Σαρδαναπάλλου τοῦ βασιλεύσαντος Νίνου, ἐφ' οὗ καὶ ἐπιγεγράφθαι ἐν στήλῃ λιθίνῃ Χαλδαϊκοῖς γράμμασιν, ὃ μετενεγκεῖν Χοιρίλον ἔμμετρον ποιήσαντα. Εἶναι δὲ τοῦτο· « Ἐγὼ δὲ ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρι ἑώρων τοῦ ἡλίου φῶς, ἔπιον, ἔφαγον, ἠφροδισίασα, εἰδὼς τόν τε χρόνον ὄντα βραχὺν, ὃν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτον πολλὰς ἔχοντα μεταβολὰς καὶ κακοπαθείας, καὶ ὧν ἂν καταλίπω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἕξουσι τὰς ἀπολαύσεις. Διὸ κἀγὼ ἡμέραν οὐδεμίαν παρέλιπον τοῦτο ποιῶν. »

Χοιρίλος] sc. Iasensis, comes Alexandri. Vid. Næke in fragm. Chœrili p. 210. Cf. Callisthen. fr. 35, ibique notata.

E LIBRIS INCERTIS.

3.

Athenæus II, p. 67, A : Ἀμύντας ἐν Σταθμοῖς Περσικοῖς φησι· « Φέρει τὰ ὄρη τέρμινθον, καὶ σχῖνον, καὶ κάρυα τὰ Περσικὰ, ἀφ' ὧν ποιοῦσι τῷ βασιλεῖ ἔλαιον πολύ. »

4.

Athenæus XII, p. 514, F, de vite aurea, quæ ad lectum regis Persarum posita erat (V. Chares fr. 10 : Τὴν δὲ ἄμπελον ταύτην Ἀμύντας φησὶν ἐν τοῖς Σταθμοῖς καὶ βότρυας ἔχειν ἐκ τῶν πολυτελεστάτων ψήφων συντεθειμένους, οὐ μακράν τε ταύτης ἀνακεῖσθαι κρατῆρα χρυσοῦν, Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ποίημα. Cf. Brisson. De regio Pers. pr. I, c. 77 extr., ubi ex Himerio ἐν μελέταις apponit hæc : ἄμπελος Ἀρταξέρξῃ χρυσῆ, Θεοδώρου Σαμίου ποίημα. De Theodoro v. Müller. *Archæol.* § 60.

5.

Athenæus X, p. 442, B, de gente Tapyrorum. Vide Bætonis fr. 1.

6.

Ælian. H. A. XVII, 17 : Ἀμύντας ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις οὕτως ὑπ' αὐτοῦ Σταθμοῖς, κατὰ τὴν γῆν τὴν Κασπίαν καὶ βοῶν ἀγέλας λέγει πολλὰς, καὶ κρείττονας ἀριθμοῦ εἶναι, καὶ ἵππων· ἐπιλέγει δὲ ἄρα καὶ ἐκεῖνα, ἐν ὡρῶν τισι περιτροπαῖς μυῶν ἐπιδημίας γίνεσθαι πλῆθος ἄμαχον. Καὶ τὸ μαρτύριον ἐπάγει, λέγων, τῶν ποταμῶν τῶν ἀεννάων σὺν πολλῷ τῷ ῥοίζῳ φερομένων, τούσδε καὶ μάλα ἀτρέπτως ἐπινήχεσθαί τε αὐτοῖς καὶ τὰς οὐρὰς αὐτῶν ἐνδακόντας ἕρμα τοῦτο ἴσχειν, καὶ τοῦ διαβάλλειν τὸν πόρον σύνδεσμόν (σφισιν Wyttenb.) ἰσχυρότατον ἀποφαίνειν τόνδε. Ἐς τὰς ἀρούρας δὲ ἀπονηξάμενοι, φησὶ, καὶ τὰ λήϊα ὑποχείρουσιν, καὶ διὰ τῶν δένδρων ἀνέρπουσιν, καὶ τὰ ὡραῖα δεῖπνον ἔχουσιν· καὶ τοὺς κλάδους δὲ διακόπτουσιν, οὐδὲ ἐκείνους καταγεῖν ἀδυνατοῦντες. Οὐκοῦν ἀμυνόμενοι οἱ Κάσπιοι τὴν ἐκ τῶν μυῶν ἐπιδρομήν τε ἅμα καὶ λύμην, φείδονται τῶν γαμψωνύχων· οἵπερ οὖν καὶ αὐτοὶ κατὰ νέφη πετόμενοι εἶτα αὐτοὺς ἀναστῶσιν, καὶ ἰδίᾳ τινὶ φύσει τοῖς Κασπίοις ἀναστέλλουσι τὸν λιμόν. Ἀλώπεκες δὲ αἱ Κάσπιαι, τὸ πλῆθος αὐτῶν τοσοῦτόν ἐστιν, ὡς καὶ ἐπιφοιτᾶν οὐ μόνον τοῖς αὐλίοις τοῖς κατὰ τοὺς ἀγροὺς, ἤδη γε μὴν καὶ ἐς τὰς πόλεις παριέναι· καὶ ἐν οἰκίᾳ ἀλώπηξ φανεῖται, οὐ μὰ Δία ἐπὶ λύμῃ, οὐδὲ ἁρπαγῇ, ἀλλὰ οἷα τίθασος· καὶ ὑποσαίνουσί γε οἱ Κάσπιοι (τοῖς Κασπίοις ?) καὶ ὑπαικάλλουσι τῶν παρ' ἡμῖν κυνιδίων (add. δίκην s. τρόπον). Οἱ δὲ μῦς οἱ τοῖς Κασπίοις ἐπίδημοι ὄντες κακῶν (ἐπιδήμιον ὄντες κακὸν Reisk.), μέγεθος αὐτῶν ὅσον κατά γε τοὺς Αἰγυπτίων ἰχνεύμονας ὁρᾶσθαι, ἄγριοι δὲ καὶ δεινοὶ, καὶ καρτεροὶ τοὺς ὀδόντας, καὶ διακόψαι τε καὶ διατραγεῖν οἷοίτε εἰσὶ καὶ σίδηρον. Τοιοῦτοι δὲ ἄρα καὶ οἱ μῦς οἱ ἐν τῇ Τερηδόνι τῆς Βαβυλωνίας εἰσὶν, ὥνπερ οὖν καὶ τὰς δορὰς [ἴσασιν] οἱ τούτων κάπηλοι [καὶ] ἐς Πέρσας ἄγουσι φόρτον· εἰσὶ δὲ ἁπαλαὶ καὶ συνερραμμέναι, χιτῶνές τε ἅμα γίνονται καὶ ἀλεαίνουσιν αὐτούς· καλοῦνται δὲ ἄρα οὗτοι καναυτᾶνες, ὡς ἐκείνοις φίλον. Θαυμάσαι δὲ τῶν μυῶν τῶνδε ἄξιον ἄρα καὶ τοῦτο· ἐὰν ἁλῷ μῦς κύουσα, κᾆτα ἐξαιρεθῇ τὸ ἔμβρυον, αὐτῆς δὲ διατμηθείσης ἐκείνης, εἶτα μέντοι καὶ αὐτὸ διανοιχθῇ, καὶ ἐκεῖνο ἔχει βρέφος.

Ἀλώπεκες δὲ αἱ Κάσπιαι..] « Animal *Shacal* appellatum intelligi vult *Schneider*. V. ad Ælian. I, 7; XII, 48. — ἰχνεύμονας] planum est intelligi speciem aliquam mustelæ aut viverræ. *Schneider*. « Idem in Edit. mures Caspios ad sciuros pertinere censebat. » Jacobs. — ἴσασιν et καὶ in nonnullis codd. omittuntur, sine ullo damno. MuresTeredonii intelligendi mustelæ ermineæ aut similes. — καναυτᾶνες] « Καυνάκας malebat *Gesner.*, eamque emendationem probat etiam Jungermannus ad Polluc. VII, 13, p. 727, ubi est : Βαβυλωνίων ἐστὶν ὁ καυνάκης. Hoc Persici vestimenti nomen occurrit etiam in Aristoph. Vesp. 1149. Philes c. 68 καναταῖνες tamquam Indorum dialecti vocem ponit. » Schneider.

7.

Ælian. H. A. V, 14 : Ἐν τῇ Πάρῳ (scr. Γυάρῳ) τῇ νήσῳ Ἀριστοτέλης λέγει μῦς εἶναι, καὶ μέντοι καὶ τὴν γῆν σιτεῖσθαι τὴν σιδηρῖτιν· Ἀμύντας δὲ καὶ τοὺς ἐν Τερηδόνι, γῆ δέ ἐστιν αὕτη τῆς Βαβυλωνίας, τὴν αὐτὴν τροφὴν προσφέρεσθαι λέγει.

« Ex Antigon. c. 21, Plin. VIII, 57, s. 82 Γυάρῳ scribendum esse docuerunt *S. Holst.* ad Steph. Byz. p. 88, *Bochart* Hieroz. II, p. 540, Beckm. de mir. Ausc. c. 24, p. 56. Schneid. Suidas in Γύαρος· λέγεται ὅτι ἐν ταύτῃ διατρώγουσιν οἱ μύες τὸν σίδηρον. Vid. Theophr. Opp. tom. I, p. 834, et *Schneider*. ibi Tom. IV, p. 814. Miraculum imminuit Ælianus non σίδηρον dicens, sed γῆν σιδηρῖτιν a muribus deglutiri.

8.

Schol. Nic. Ther. 815 : Ἀμύντας φησὶ τὴν μυγαλῆν ἐκ μυὸς καὶ γαλῆς γίνεσθαι· χαλεπὸν δὲ εἶναι τὸ δῆγμα αὐτῆς, ὅταν δάκῃ.

2.

E LIBRO TERTIO.

Amyntas tertio libro Mansionum ad urbem Ninum ait tumulum esse prælatum, quem diruit et solo æquavit Cyrus, quum urbem obsideret et aggerem contra eam excitaret : perhiberi autem tumulum illum fuisse Sardanapalli, regis Nini, incisumque habuisse in columna lapidea Chaldaicis literis epigramma, quod a Chœrilo Græcis versibus redditum sit. Fuisse autem scriptum in hanc sententiam : « Ego regnavi et quamdiu lucem solis vidi, tamdiu bibi, comedi, veneri indulsi, gnarus breve esse tempus, quo vivunt homines, habereque illud multas conversiones et adversitates; et quæ relicturus sim bona, iis alios esse fruituros. Quare nullam ego diem prætermisi, quin illud agerem. »

3.

E LIBRIS INCERTIS.

Amyntas in Persicis Mansionibus scribit : « Ferunt montes terebinthum, lentiscum et Persicas nuces, e quibus regi copiosum oleum paratur. »

4.

Regis vitem ait Amyntas in Mansionibus uvas habere e pretiosissimis lapidibus compositas : indeque non procul positum esse craterem aureum, Theodori Samii opus.

6.

Amyntas in Mansionibus, quas sic inscripsit, in terra Caspia tradit boum et equorum greges esse innumerabiles. Idem hoc quoque dicit, certis temporibus infinitam murium multitudinem accedere. Ejusque rei testimonium affert inquiens in perennibus fluviis rapide præcipitantibus intrepide eos innatare, et caudas inter se mordicus tenentes hoc firmamento uti, eoque ceu validissimo vinculo fluvios transmittere. Quum autem in arationes transierint, segetes succidunt, et in arbores ascendentes fructus edunt; et quos vorare nequeunt ramos frangunt. Caspii ut ab infestis eorum incursionibus se defendant, parcent avibus quæ aduncos habent ungues. Hæ igitur tantis et ipsæ gregibus, ut nubes esse videantur, advolantes mures corripiunt et suo proprio quodam naturæ munere a Caspiis famem depellunt. Porro vulpium Caspiarum ea est multitudo, ut non modo agrestia stabula adeant, sed urbes quoque ac domos ingrediantur; nihil tamen hercle nocentes, neque rapientes, sed cicures Caspiis tamquam caniculæ adulantur. Mures autem Caspiis infesti neque magnitudine inferiores quam Ægyptii ichneumones, itemque feri sunt et acerbi, et robore dentium non aliter ferrum dissecare et devorare possunt, quam mures in Teredone Babyloniæ; quorum pelles molles institores ad Persas vehunt, quibus vestes consuuntur, et corpus optime fovetur; hosque suo sermone canautanas appellant. Hoc etiam in muribus admiratione dignum est : si mus prægnans capta dissecetur et eximatur fœtus, in eo quoque dissecto fœtus reperitur alter.

7.

In Gyaro insula Aristoteles ait mures terram ferrariam edere; et Amyntas in Babylonica Teredone mures eodem cibo uti ait.

8.

Amyntas dicit murem araneum nasci ex mure et mustela : morsum ejus gravem esse.

HEGESIAS MAGNES.

Strabo XIV, p. 648 : Ἄνδρες δ' ἐγένοντο γνώριμοι Μάγνητες, Ἡγησίας τε ὁ ῥήτωρ, ὃς ἦρξε μάλιστα τοῦ Ἀσιανοῦ λεγομένου ζήλου, παραφθείρας τὸ καθεστηκὸς ἔθος τὸ Ἀττικόν· καὶ Σῖμος ὁ μελοποιός.

Cicero Brut. c. 83 : *Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se, sed Attici tamen : quorum Charisius multarum orationum, quas scribebat aliis, quum cupere videretur imitari Lysiam ; Democharis autem, Demosthenis sororis filius etc.. At Charisii vult Hegesias esse similis, isque ita se putat Atticum, ut veros illos præ se pæne agrestes putet. At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile ?*

Hinc igitur patet Hegesiam Charisio (*) et Demochare juniorem fuisse. Accuratius ætatem viri definire Vossius instituit. Scilicet quum dictum quoddam, quod Hegesiæ (fr. 1) tribuit Plutarchus (Vit. Alex. c. 3), Timæo tribuatur a Cicerone, Siculum scriptorem id a Magnete mutuatum esse censet. « Plutarchus, ait, vir immensæ lectionis et cui, quum Vitas istas scriberet, ad manus semper erant Timæus atque historici alii, nunquam Hegesiæ illud dictum tribuisset, quod Timæo assignat Tullius, nisi prior Hegesias dixisset, aut si saltem circa eadem tempora ita uterque scripsisset. Quod si est, extremis Ptolemæi Lagi et primis Philadelphi temporibus vixerit Hegesias. »

Scripsit Hegesias (**) præter orationes etiam historiam Alexandri, et fortasse alia quædam argumenti historici. Fabulis et ineptis commentis auctorem indulsisse haud obscure indicat Aulus Gellius (N. A. IX, 4), qui tamquam rerum inauditarum et incredularum scriptores componit Aristeam Proconnesium, Isigonum Nicæensem, Ctesiam, Onesicritum, Polystephanum, Hegesiam. Ad fabularum studium accedit narratio oratorio fuco et affectato isto et exsangui Asianorum dicendi genere deformata. Nam quod de orationibus Hegesiæ Cicero dicit, idem etiam in historiarum libros cadere fragmenta comprobant luculentissime. Placuit oratio Nostri Varroni (*Habes Hegesiæ genus, quod Varro laudat*, Cic. Ep. ad Att. XII, 6); ab reliquis omnibus vehementer vituperatur. Quæ huc spectant veterum testimonia hæc sunt :

Cic. Orat. c. 67 : *Quam* (numerosam comprehensionem) *perverse fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult, alterum pene Demosthenem, saltat incidens particulas : et is quidem non minus sententiis peccat quam verbis, ut non quærat quem appellet ineptum, qui illum cognoverit.*

Id. ibid. c. 69 : *Sunt etiam qui illo vitio, quod ab Hegesia maxime fluxit, infringendis concidendisque numeris in quoddam genus abjectum incidant Siculorum simillimum.*

Theon. Progymn. 2 : Ἐπιμελητέον δὲ καὶ τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, πάντα διδάσκοντα ἐξ ὧν διαφεύζονται τὸ κακῶς συντιθέναι, καὶ μάλιστα δὲ τὴν ἔμμετρον καὶ εὔρυθμον λέξιν, ὡς τὰ πολλὰ τῶν Ἡγησίου τοῦ ῥήτορος καὶ τῶν Ἀσιανῶν καλουμένων ῥητόρων.

Dionysius Hal. De verb. compos. c. 4, tom. V, p. 30 R., historicos qui aptam verborum compositionem plane neglexerint, recenset, Phylarchum, Duridem, Polybium, Psaonem, Demetrium Calantianum, Hieronymum, Antilochum, Heraclidem, Hegesiam Magnetem. In antecedentibus (p. 27 R.) demonstraturus quomodo mutatus verborum ordo characterem orationis immutet, Herodotea verba (ex initio libri I) ita transponit : « Ἀλυάττου μὲν υἱὸς ἦν Κροῖσος, γένος δὲ Λυδὸς, τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ τύραννος ἐθνῶν· ὃς, ἀπὸ μεσημβρίας ῥέων Σύρων τε καὶ Παφλαγόνων μεταξὺ, πρὸς βορέαν ἔξεισι ἄνεμον εἰς τὸν καλούμενον πόντον Εὔξεινον. » Quibus addit : Ἡγησιακὸν τὸ σχῆμα τοῦτο τῆς συνθέσεως, μικρόκομψον, ἀγεννὲς, μαλθακόν. Τούτων γὰρ τῶν λήρων ἱερεὺς ἐκεῖνος ἀνὴρ, τοιαῦτα γράφων· « Ἐξ ἀγαθῆς ἑορτῆς ἀγαθὴν ἄγομεν ἄλλην. » — « Ἀπὸ Μαγνησίας εἰμὶ τῆς μεγάλης Σιπυλεύς. » — « Οὐ γὰρ μικρὰν εἰς Θηβαίων ὕδωρ ἔπτυσεν ὁ Διόνυσος· ἡδὺς (sc. ὁ Ἰσμηνός) μὲν γάρ ἐστι, ποιεῖ δὲ μαίνεσθαι. » Adde quæ idem Dionysius disputat in fragm. Heges. 3 (*).

(*) De Charisio oratore parum noto v. Quinctil. X, 1, 70 : *Nec nihil profecto viderunt, qui orationes, quæ Charisii nomine eduntur, a Menandro scriptas putent.* Fragmentum ejus servavit Rutil. Lup. I, 10. Cf. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* p. 100, n. 34.

(**) Distinguendus a rhetore *Hegesias Cyrenaicus philos.*, Platonis fere æqualis, de quo v. Diog. L. II, 88 ; Cic. Tusc. I, 32 ; Valer. Max. VIII, 9; Suidas v. Ἀρίστιππος. — *Hegesias Maronites*, qui De re rustica scripsit, Auct. De R. R. p. 54, 164. — *Hegesias* (*Hegias ?*) Atheniensis sculptor ; Lucian. Rhet. præc. c. 9 ; Quinctil. XII, 10. Ceterum de permutatione nominum Hegesias et Hegias aliorumque v. Welcker. Cycl. Hom. p. 278, 304.

(*) Cum Hegesia aptissime Bœckhius (Ind. lectt. univ. Berolin. 1824 sem. hibern. p. 4) componit Pausaniam. « Aut fallimur magnopere ait, aut unde stilum suum Pausaniam certe magna ex parte formaverit, simplicissima via invenimus. Quippe in forma orationis nihil magis mentem ferit quam numerus : quodsi, qualis numerus sit recte constitueris, stili ipsius proprietatem definiveris : cetera enim utplurimum in eundem modum composita reperiuntur. Jam vero cujus aures Atticis numeris assueverint, dum Pausaniam viva voce recitat, ne unam quidem periodum apte cadentem deprehenderit ; ita omnia fracta, concisa, inversa, perturbata sunt ; denique verborum collocatio ea est, ut auctor legentes quasi deludere videatur, ne recte intelligi possit. Præterea dictio jejuna, exilis, exsanguis est : quod ante nos alii notarunt. Ut uno verbo omnia comprehendamus, stilus *Asianus* et *Hegesiacus* est ; quem excoluit *Hegesias Magnes Sipylenus*, hoc est Pausaniæ popularis : sive, quod verisimillimum, hæc rhetorum secta in Hegesiæ patria usque ad Pausaniam perduravit, eâque hic institutus domi est, sive Pausanias popularis sui stilum sponte amplexus eum in patriæ honorem opere suo celebrare voluit : ut, quum nullum paullo amplius Asianæ dictionis specimen supersit, illa qualis fuerit, jam ex ipso potissimum Pausania cognoscendum videatur. »

Longinus De sublim. c. 3, 3, postquam de Clitarchi aliorumque dictionis inani tumore dixerat, addit : Τά γε μὴν Ἀμφικράτους τοιαῦτα καὶ Ἡγησίου καὶ Μάτριδος· πολλαχοῦ γὰρ ἐνθουσιᾶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσιν.

Talis quum fuerit Hegesias, haud inepte cognominatus esse dicitur ἀγριμέλισσα, *apis silvestris*, teste Hesychio. (Cf. Suidas : Ἀγρία μέλισσα, ἐπὶ τῶν σφόδρα πονηρῶν καὶ ὠμῶν.)

ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

1.

Plutarch. Alex. 3 : Ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῶον καλοῦσιν, ἕκτῃ, καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς· ᾧ Ἡγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπεφώνηκεν ἐπιφώνημα κατασβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον· εἰκότως γὰρ ἔφη καταφλεχθῆναι τὸν νεὼν, τῆς Ἀρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μαίωσιν.

Eadem Timæo tribuit Cicero De nat. deor. II, 27 : *Concinne, ut multa Timæus : qui quum in historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesiæ templum deflagravisse ; adjunxit, minime id esse mirandum, quod Diana, quum in partu Olympiadis adesse voluisset, abfuisset domo.* Sane hoc concinne dictum, sed a gravitate historici prorsus alienum, ut merito rideatur a Plutarcho. Cf. Ruhnken. Hist. crit. orat. p. 184.

2.

Locus vix sanabilis. Casaubonus postrema corrigi voluit : Ἐκ τοῦ μετώπου ἄωτον κρόκινον κρεμανύναι, καὶ ἔννυσθαι ὅ τι ἂν εὕρῃς, εἶτά οἱ Χέαι ἀμβροσίαν κτλ. Latine locum expressit ita : « *Jovis Ctesii signa ita statuenda : Cadiscum novum utrinque ansatum operculo tegendum : simulacri* (!) *auribus coronam e lana alba imponito : ex humero ejus dextro lanam suspendito coloris crocei : amicito etiam ut erit tibi commodum. Deinde ambrosiam illi affundito; est autem ambrosia, aqua pura, oleum, et fructuum omne genus; hæc omnia misce ad ambrosiam* (!) Jacobsius conj. : Καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ τοῦ θεοῦ κ. ἐ. τ. μ. κρόκινον κάλυμμα ἐσθῆναι. » Villebrunius vertit : *on fera pendre de l'épaule droite et du front* (*de la statue*) *quelque étoffe ou bande couleur de safran, telle qu'on la trouvera*, etc.

Lacunas indicavi post κροκίου, quæ vox nihili est, et post ἐπιθηματοῦντα (ἐπίθημα ἔχοντα?), vocem item suspectam, quam pro adjectivo habet Schneiderus. Ceterum verba ἐκ τοῦ ὤμου κτλ. non retulerim ad simulacrum vasi imponendum, sed ad hominem consecraturum imaginem. Is, puto, ut purus sanctusque rem sacram perageret, lunæ fila (κρόκας, κροκύδας) habebat ab humero dextro et a fronte dependentia. Similiter mystæ lanæ fila in bracchio dextro pedeque dextro gerebant. Photius Lex. p. 180, f. v. Κροκοῦν : Οἱ μύσται, ὥς φασι, κρόκῃ τὴν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν πόδα ἀναδοῦνται· καὶ λέγεται τοῦτο κροκοῦν· οἱ δὲ ὅτι ἐνίοτε κρόκῳ καθαίρονται. Scribi itaque possit καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τ. δ. κ. ἐ. τ. μ. σοῦ κρόκας καθεῖναι, καὶ ἐσθεῖναι κτλ. Fortasse etiam in verbis τοῦ κροκίου mentio latet τοῦ δίου κῳδίου vel Διὸς κῳδίου. Istud enim vellus purgatorium et lustrale in sacrificiis Διὸς Κτησίου adhibitum fuisse scimus ex Apostol. Pr. VII, 10. Usus harum pellium varius; et pedibus substernebantur, et capitis indumenta ex iis parabantur, et vestis in modum circumjiciebantur. V. Lobeck. Aglaoph. p. 185 sq.; Preller. ad Polem. p. 141. — Quæ sequuntur ἐσθεῖναι ὅτι ἂν εὕρῃς, si sana sunt, intelligo de rebus variis, quas quisque tamquam documenta donorum Διὸς Κτησίου sub manu habebat. Comparaverim τὸ κέρνος Cereris, de quo Polemo (p. 141 Pr.) ap. Athen. p. 478, C, egit in libro περὶ τοῦ Διὸς κῳδίου. Τοῦτο δ' ἐστὶν, ait, ἀγγεῖον κεραμεοῦν, ἔχον ἐν αὑτῷ πολλοὺς κοτυλίσκους κεκολλημένους· ἔνι δ' ἐν αὐτοῖς ὅρμινοι, μήκωνες λευκοὶ, πυροὶ, κριθαὶ, πισοὶ, λάθυροι, ὠχροὶ, φακοὶ, κύαμοι, ζειαὶ, βρόμος, παλάθιον, μέλι, ἔλαιον, οἶνος, γάλα, ὄϊον ἔριον ἄπλυτον.

14.

Plutarch. Nic. c. 23 de Atheniensibus in Sicilia subito lunæ defectu perterritis : Τῶν περὶ ἥλιον καὶ σελήνην ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐποιοῦντο φυλακὴν, ὡς Ἀντικλείδης διέγραψεν ἐν τοῖς Ἐξηγητικοῖς.

15.

Harpocratio v. Ὀξυθύμια. Δίδυμος δὲ Ἀντικλείδου λέξιν παραγράψας ἐκ τῶν Ἐξηγητικῶν φησιν Ὀξυθύμια τὰ καθάρματα λέγεται καὶ ἀπολύματα· ταῦτα γὰρ ἀποφέρεσθαι εἰς τὰς τριόδους, ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσιν.

latos esse in Ægyptum, ubi Pharum nave egressum serpens interemerit. Sepelisse eum Helenam et de nomine ejus Pharum insulam appellasse.

EXEGETICA.

13.

Cadiscus, vas est in quo collocant Joves Ctesios (rei familiaris præsides), ut ait Anticlides in Exegetico, ubi scribit : « Jovis Ctesii signa ita consecrare oportet. Cadiscum novum utrinque auritum.. cingere aures lana candida, et ex humero dextro et e fronte... imponere quidquid inveneris, et infundere ambrosiam. Est vero ambrosia, aqua pura, oleum, promiscui fructus. Hæc injice. »

14.

Quæ circa solem et lunam acciderent per tres dies Athenienses observarunt, ut Anticlides in Exegeticis scribit.

15.

Didymus Anticlidæ in Exegeticis verba apponens ὀξυθύμια vocari ait purgamenta et retrimenta, quæ domos purgantes in triviis deponant.

16.

Idem : Παλαμναῖος. Τοὺς αὐτοχειρίᾳ τινὰς ἀνελόντας, τῇ παλάμῃ, παλαμναίους ἐκάλουν, ὡς καὶ Ἀντικλείδης ἐν Ἐξηγητικῷ ὑποσημαίνει.

17.

Idem : Προκώνια... ἔοικε δὲ ἐκ πυρῶν τε καὶ κριθῶν γίνεσθαι, ὡς Ἀντικλείδης ἐν τοῖς Ἐξηγητικοῖς ὑποσημαίνει.

Tribus hisce Harpocr. locis Bekkerus e suis codd. edidit Αὐτοκλείδης pro Ἀντικλ.

18.

Schol. Hom. Od. π, 471 : Ἑρμαῖος λόφος] Ἑρμῆς κατὰ Διὸς κέλευσιν ἀνελὼν Ἄργον τὸν τῆς Ἰοῦς φύλακα, ἤχθη ὑπὸ δίκην, Ἥρας αὐτὸν καὶ τῶν ἄλλων ἀγαγόντων θεῶν εἰς κρίσιν, ὅτι πρῶτος ἐπιβεβλήκει δαιμόνων θνητῶν μιάσματι καὶ τὸν Ἄργον ἀνῃρήκει. Κρίνοντας δὲ τοὺς θεοὺς εὐλαβεῖσθαι μὲν τὸν Δία (διὰ) τὸ ὑπόδικον γεγενῆσθαι τὸν Ἑρμῆν ταῖς αὐτοῦ παραγγελίαις, ἅμα δὲ ἀφωσιωμένους τὸ ἄγος καὶ τῆς ἀνδροφονίας ἀπολύοντας, αἷς εἶχον ὀργαῖς προσβαλεῖν αὐτῷ τὰς ψήφους, καὶ οὕτω ἐπισωρευθῆναι πρὸς τοῖς ποσὶ τοῦ Ἑρμοῦ ψήφων πλῆθος. Ὅθεν καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄχρι τοῦ νῦν εἰς τιμὴν Ἑρμοῦ κατὰ τὰς ὁδοὺς, διὰ τὸ τὸν θεὸν εἶναι τοῦτον καθηγεμόνα καὶ ἐπίτροπον τῶν ἐκδημούντων (sic Barn. et Buttm.; vgo καὶ τρόπον τῶν ἐκδικούντων), σωροὺς ποιεῖν λίθων καὶ διάγοντας προσβάλλειν λίθους, καὶ τούτους καλεῖν Ἑρμαίους λόφους· ἔστι δὲ λόφος πᾶν τὸ εἰς ὕψος μετέωρον. Ἡ ἱστορία παρ' Ἀντικλείδῃ.

Cf. Xanthi fr. 9. Hæc ex Exegetico deprompta haud dubium. Idem valet de fragm. sequente.

19.

Schol. Hom. Il. η', 44 : Μυθεύεται τῶν ἐξ Ἑκάβης γεγονότων Πριάμῳ παίδων Ἕλενον καὶ Κασσάνδραν διδύμους γεγενῆσθαι. Τῶν δὲ γενεθλίων αὐτοῖς συντελουμένων ἐν τῷ τοῦ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ λέγεται τὸν Ἕλενον καὶ τὴν Κασσάνδραν ἐν τῷ ναῷ παίζοντας κατακοιμηθῆναι, ὑπὸ δὲ μέθης ἐκείνων ἐκλαθομένων περὶ τῶν παίδων οἴκαδε χωρισθῆναι· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐλθόντας εἰς τὸ ἱερὸν θεάσασθαι τοὺς παῖδας ταῖς τῶν ὄφεων γλώτταις τοὺς πόρους τῶν αἰσθητηρίων καθαιρομένους. Ὡς οὖν διὰ τὸ παράδοξον αἱ γυναῖκες ἀνέκραγον, συνέβη ἀπαλλαγῆναι τοὺς ὄφεις καὶ καταδῦναι ἐν ταῖς παρακειμέναις δάφναις, τοὺς δὲ παῖδας ἀμφοτέρους τῆς μαντικῆς οὕτω μεταλαβεῖν. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἀντικλείδῃ.

20.

Hesychius : Ἀλευροδοῦντες, πέμματος γένος παρ' Ἀντικλείδῃ. « Ubi fortasse ἀλευροῦντες legendum, ut σησαμοῦντες. Glossa ipsa ex Anticlidis Exegetico vel alio rei sacrificalis commentario sumpta videtur, ut pleraque liborum et placentarum vocabula a grammaticis relata. » Lobeck. Aglaoph. p. 1060.

FRAGMENTA SEDIS INCERTIORIS.

21.

Strabo V, p. 211 : Ἀντικλείδης δὲ πρώτους φησὶν αὐτοὺς (τοὺς Πελασγούς) τὰ περὶ Λῆμνον καὶ Ἶμβρον κτίσαι· καὶ δὴ τούτων τινὰς καὶ μετὰ Τυρρηνοῦ τοῦ Ἄτυος εἰς Ἰταλίαν συνᾶραι.

16.

Qui sua παλάμῃ sive manu aliquem interfecit, παλαμναῖος dicebatur, ut Anticlides in Exegetico subindicat.

17.

Προκώνια (sc. ἄλφιτα), farina ex tritico et hordeo, ut videtur, parata. Id enim Anticlides in Exegeticis significat.

18.

Mercurium quum Jovis jussu Argum occidisset Ius custodem, in judicium vocatum aiunt a Junone reliquisque diis propterea, quod Argum interficiens primus se dæmonis mortalis cæde polluisset. Verum judicantes deos Jovem esse reveritos, quippe cujus jussa perficiens Mercurius reus factus sit. Simul igitur detestantes piaculum et tamen cædis crimine deum absolventes, qua fuerint ira calculos in eum conjecisse, atque sic ad pedes Mercurii multitudinem calculorum esse acervatam. Unde mortales etiamnunc in honorem Mercurii ad vias (nam dux et patronus viatorum Mercurius est) cumulos facere lapidum, et trajicientes adjicere lapides. Eosque vocari ἑρμαίους λόφους, cumulos Mercurii; nam λόφος omne est quod in altum se attollit. Historia legitur apud Anticlidem.

19.

Inter liberos, quos Priamo Hecuba peperit, geminos fuisse narrant Helenum et Cassandram. Quorum quum natalitia celebrarentur in templo Apollinis Thymbræi, Helenum dicunt et Cassandram inter ludum obdormiisse, illos vero propter ebrietatem rem non animadvertentes absque liberis domum rediisse. Postero autem die in templum reversos conspexisse serpentes, qui linguis suis meatus sensuum liberis expurgaverint. Quo miraculo exterritæ mulieres quum clamorem ediderint, serpentes aufugientes in lauros adjacentes se abscondidisse, liberos vero inde vaticinandi facultate præditos esse. Historiam narrat Anticlides.

20.

Ἀλευροδοῦντες, placentæ genus, cujus meminit Anticlides.

FRAGMENTA SEDIS INCERTIORIS.

21.

Anticlides ait primos Pelasgos Lemno et Imbro vicina colonis frequentasse, quosdamque eorum cum Tyrrheno Atyis filio in Italiam navigasse.

Cf. not. ad fr. 7. Müller *Min.* p. 438. Hæc probabiliter e Nostis petita.

22.

Plutarch. De Is. et Os. c. 37 : Ἐῶ καὶ Ἀντικλείδην, λέγοντα τὴν Ἶσιν Προμηθέως οὖσαν θυγατέρα Διονύσῳ συνοικεῖν. Hæc ad Exegetica retulerim.

23.

Harpocratio : Καλαυρία... νῆσός ἐστι πλησίον Τροιζῆνος... Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Εἰρήνη ἡ Καλαυρία, καθά φησιν Ἀντικλείδης.

24.

Plinius H. N. IV, 21 : *Rhene, quam Anticlides Celadussam vocat, item Artemin Hellanicus.* Hæc probabiliter vindicanda Deliacis. Laudatur Anticlides etiam in Indice auct. ad Plin. H. N. lib. XII et XIII.

NICANOR. ARISTUS.

SALAMINIUS ET ASCLEPIADES.

NICANOR.

ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

Schol. Platon. p. 315 Bekk. : Σίβυλλαι μὲν γεγόνασι δέκα, ὧν πρώτη ὄνομα Σαμβήθη· Χαλδαίαν δέ φασιν οἱ παλαιοὶ λόγοι, οἱ δὲ μᾶλλον Ἑβραίαν... Καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα προειπεῖν (αὐτήν φασιν)· ἧς καὶ μνήμην Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἀναγράψας πεποίηκε.

Eadem fere Suidas v. Σίβυλλα et Cramer. in Anecdot. Parisin. I, p. 332, 23 : Πρώτη (Σίβυλλα) ἡ καὶ Χαλδαία, ἡ καὶ Περσὶς, ἡ καὶ πρός τινων Ἑβραία ὀνομαζομένη... ἡ περὶ τῶν κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λεγομένων προειρηκυῖα, ἧς μνημονεύει Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας.

Lactantius De fals. rel. I, 6 : *Primam* (Varro Sibyllam ait) *fuisse de Persis, cujus mentionem fecerit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit.*

Qui fuerit hic Nicanor a Varrone laudatus difficile dictu. Frequens id nomen apud Macedones fuit. Nicanorem Balacri patrem qui Alexandrum comitatus est, memorant Arrianus II, 12, 3 et Diodorus XVIII, 22, 1. Filium Balacri Nicanorem afferunt Harpocratio, Photius et Suidas v. Νικάνωρ. Nicanoris, Hephæstionis filii, sæpius meminerunt scriptores rerum Alexandri. Nicanorem Stagiritam Alexandri comitem habes ap. Diodorum XVIII, 39, 6. Idem memorat Nicanorem fratrem Cassandri, alium ducem Cassandri, alium Ptolemæi I ducem, etc. In tanta Nicanorum copia non erat sane cur ad Seleucum *Nicatorem* fortasse opus de Alexandro referendum esse suspicaretur Vossius (p. 474). Neque felicior est altera ejusdem conjectura. « Fortasse, ait, est *Leander Nicanor*, Alexandrinus grammaticus, quem de Alexandria commentatum dicebamus lib. II, 12. Potuit enim idem et de urbe agere et de conditore. » At qui de Alexandria scripsit Nicanor est Hermiæ filius (*). Hic vero sub Hadriano floruit æqualis Hermippi Berytii (**), neque potuit a Varrone citari. Quod denique auctorem Vossius dicit *Leandrum Nicanorem*, secutus est Stephanum Byz. v. Ὕδη, ubi sic : Λέανδρος δ' ὁ Νικάνωρ παρατίθησιν ἐν Μετονομασίαις (*), τὴν αὐτὴν Ὕδην καὶ Σάρδεις φησίν. Verum monstrosum istud nomen tollendum scribendo Λέανδρος δὲ, ὃν Νικ. κτλ. Leandrum intellige *Milesium*, de quo v. Vossius p. 461. Nicanor vero Μετονομασίων auctor quum *Cyrenæus* dicatur ap. Athenæum VII, p. 296, D, minime liquet hunc esse eundem cum Hermiæ filio, Alexandrino. Immo si Hermias ille idem est cum Hermia, cujus Ægyptiaca laudat Plutarchus De Is. et Osir. c. 37 et 42, multo verisimilius est filium ejus Nicanorem in Ægypto natum esse. Quæ quum ita sint, fieri possit ut Cyrenæus ille De Alexandro opus scripsisse putetur. At præferendus fortasse est homo Macedo, *Nicander Miezensis sive Miezæus*, quem invenio ap. Stephan. Byz. : Μίεζα, πόλις Μακεδονίας, ἣ Στρυμόνιον ἐκαλεῖτο... τὸ ἐθνικὸν Μιεζεὺς καὶ Μιεζαῖος· οὕτω γὰρ χρηματίζει Νικάνωρ, καθὰ Λούσιος (sic edd.; καθαλούμιος codd.). Pro Λούσιος scribo Λούκιος, intelligoque Lucium Tarrhæum, cujus meminit Stephan. v. Τάρρα, quemque v. Κάλαρνα et Θεσσαλονίκη rectius nuncupat Λούκιλλον. Scripsit ille Lucillus præter Proverbia (quæ Hadriani temporibus Zenobius in compendium redegit) etiam historiam Thessalonices ur-

(*) Steph. Byz. v. Ἀλεξάνδρεια. Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείου ἐν τῇ Περὶ Ἀλεξανδρείας πρώτῃ ταῦτα πάντα κυροῖ καὶ τὸ Ἀλεξανδρῖνος καὶ τὸ Ἀλεξανδρίτης, οὐ μέντοι τὸ Ἀλεξανδρεώτης.

(**) Suidas : Νικάνωρ, ὁ Ἑρμείου, Ἀλεξανδρεύς, γραμματικός, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος, ὅτε καὶ Ἑρμιππος ὁ Βηρύτιος. Stephan. Byz. v. Ἀθλιβις, πόλις Αἰγύπτου· ὁ πολίτης Ἀθλιβίτης. Νικάνωρ δ' ὁ Ἑρμείου, ἐν ᾗ πρὸς Ἀδριανὸν γράφων διὰ τοῦ ρ φησὶν Ἀθριβις. Laudat eum Stephan.

v. Τίβυρις, et fortasse aliis locis, ubi simpliciter citatur Νικάνωρ. Ceterum cf. Bernhardy ad Suid. l. l. Matter. *Essai s. l'école d'Alex.* I, p. 253.

(*) Μετονομασίας Nicanoris præter Athenæum l. l. et Steph. Byz. v. Ὕδη expresse laudant Harpocrat. v. Ἄκη et Steph. B. v. Πάρος. Ad idem opus referenda sunt quæ ex Nicanore habet Steph. v. Διοσκουριάς (olim Αἶα); Ὀλυμπία (olim Πῖσα et Ἀρπίνα); Παρρασία (olim Παρμασία). Schol. Apoll. Rh. : Ægyptii omnium antiquissimi sunt; apud eos prima urbs condita Thebæ : καὶ Νικάνωρ δὲ τούτοις συμφωνεῖ καὶ Ἀρχέμαχος ἐν τοῖς Μετωνυμίαις. Hæc ex Metonomasiis petita suadet vicinia Archemachi. Lobeck. in Aglaoph. putat esse hunc Nicanorem Cyprium, quem laudat Arnob. IV, 29. Quod si verum est, ap. schol. scribendum puto Νικαγόρας (v. supra), præsertim quum ipse schol. Apoll. ad II, 269 habeat hæc : Νικαγόρας φησὶν ἀπὸ τῶν ἀντοίκων αὐτὸν (τὸν Νεῖλον) ῥεῖν. — Sequentia num ex Μετονομασίαις an ex Samii περὶ ποταμῶν opere, an ex Nicanoris Hermiæ f. scriptis fluxerint, dubitari potest : St. B. Τάναϊς. Τινὲς δὲ καὶ τὸν ποταμὸν Ἀκεσίνην εἶναι καὶ Ἰαξάρτην, ἑλληνίσθαι δὲ τὰ πολλὰ τῶν βαρβάρων ὀνομάτων, ὡς Ν. φησὶ (De his etiam Alexandri rerum scriptores agere solebant). Id. : Ἰμέρα.. ἔστι καὶ ποταμὸς Ἰμέρας, ὡς Ν. — Idem : Ἀλάβαστρα, π. Φρυγίας· ἐν ταύτῃ λίθος διάσημος. Ex hoc loco Westermannus ad Voss. p. 474 colligi vult Nicanorem Samium etiam De lapidibus scripsisse. — Νικάνωρ (Μετονομασιῶν auctor) forte reponendus ap. Eustath. ad Dionys. 178, pro Νικίας. V. Bernhardy p. 872.

22.

Mitto Anticlidem, qui dicit Isidem, Promethei filiam, nupsisse Dionyso.

23.

Calauria, prope Trœzenem insula, prius Irene vocata est, ut Anticlides tradit.

Sibyllæ fuerunt decem, quarum primæ nomen erat Sambethæ. Chaldæam perhibent veteres historiæ; alii vero Hebræam potius fuisse dicunt. Inter alia etiam de Alexandro Macedone vaticinia edidisse fertur. Meminit ejus Nicanor, qui Vitam Alexandri scripsit.

bis, et Didymo paullo antiquior fuisse videtur (v. Schneidewin. in Paræmiogr. præfat. p. XII). — Præterea laudatur etiam *Nicanor Samius* Περὶ ποταμῶν ap. Plut. De fluv. c. 17, 2. Porro *Nicanor Cyprius* memoratur ap. Arnob. IV, 29 : *Possemus... omnes istos, nobis quos inducitis atque appellatis deos, homines fuisse demonstrare, vel Agrigentino Euhemero replicato... vel Nicanore Cyprio vel Pellæo Leone vel Cyrenensi Theodoro,* etc. (Eadem fere Clemens Protr. p. 7, 12.) At pro *Nicanore* alii exhibent *Nicagora;* idque præferendum puto, quum nomina in αγόρας desinentia apud Cyprios frequentissima sint, atque de Cypri loco Nicagoras laudetur apud Antigonum in Hist. Mir. 173 (157 Westerm.).

ARISTUS SALAMINIUS.

Aristus Salaminius ex Cypro insula (Strabo XIV, p. 682 : Σάλαμις, ὅθεν ἦν Ἄριστος ὁ συγγραφεύς), qui res Alexandri (fr. 3), et fortasse etiam alia (fr. 5) scripsit, Aristobulo et Onesicrito πολὺ νεώτερος fuit, teste Strabone (fr. 1). Idque vel ex iis colligas, quæ fragm. 3 leguntur de Alexandro futuram Romanorum potentiam vaticinato. Accuratius ætatem scriptoris definire non ausim. Polemone paullo antiquior fuerit, si recte se habent quæ notavi ad fragm. 4. Vossius Aristum nostrum eundem esse suspicatur cum Aristo Academico, quem Cicero (Brut. 97) hospitem suum et familiarem dicit.

Aristo Arrianus (fr. 3) jungit Asclepiadem, qui num fuerit Myrleanus ille grammaticus, Pompeii æqualis, an Cyprius, quem de patria et de Phœnice scripsisse scimus, an alius, sciri nequit.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ.

1.

Strabo XV, p. 730, postquam de Cyri sepulcro Aristobuli (fr. 37) et Onesicriti (fr. 31) testimonia apposuit, pergit ita : Ἄριστος δ' ὁ Σαλαμίνιος πολὺ μὲν ἔστι νεώτερος τούτων· λέγει δὲ δίστεγον τὸν πύργον καὶ μέγαν, ἐν δὲ τῇ Περσῶν διαδοχῇ ἱδρύσθαι, φυλάττεσθαι δὲ τὸν τάφον· ἐπίγραμμα δὲ τὸ λεχθὲν Ἑλληνικὸν, καὶ ἄλλο Περσικὸν πρὸς τὸν αὐτὸν νοῦν.

1.

Aristus Salaminius, qui Aristobulo et Onesicrito multo junior est, sepulcrum Cyri refert magnam turrim fuisse duorum tabulatorum, quam sequentes Persarum reges exstruxerint; monimento custodiam appositam esse; porro inscriptionem habere eam quam diximus Græcam, atque aliam Persicam, quæ eandem sententiam exprimat.

2.

Clemens Alexandr. Protr. IV, p. 16, 27, postquam de regibus dixit qui deorum nomina assumpserint, ut Mithridates Dionysus, *Alexander Ammonis filius*, addit : Τί με δεῖ καταλέγειν Ἀλέξαρχον; γραμματικὸς οὗτος τὴν ἐπιστήμην γεγονὼς, ὡς ἱστορεῖ Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, αὐτὸν κατεσχημάτιζεν εἰς Ἥλιον.

Alexarchi epistolam citat Aristo ὁ τὴν Ἀθηναίων ἀποικίαν γεγραφὼς ap. Plutarch. De Is. et Osir. c. 37. Num forte ille Aristo noster est Aristus? Alexarchus quidam historicus, Ἰταλικῶν auctor, memoratur ap. Servium ad Virgil. Æn. III, 334 et Plutarch. Par. min. c. 7.

3.

Arrianus VII, 15, 5 : Ἄριστος δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου ἀναγραψάντων καὶ Ῥωμαίους λέγουσι ὅτι ἐπρέσβευσαν. Καὶ ἐντυχόντα ταῖς πρεσβείαις Ἀλέξανδρον ὑπὲρ Ῥωμαίων τι τῆς ἐσομένης ἐς τὸ ἔπειτα δυνάμεως μαντεύσασθαι, τόν τε κόσμον τῶν ἀνδρῶν ἰδόντα καὶ τὸ φιλόπονόν τε καὶ ἐλευθέριον, καὶ περὶ τοῦ πολιτεύματος ἅμα διαπυνθανόμενον. Cf. not. ad Clitarchi fr. 23. Auctoribus ibi nominatis haud dubie addendus est Timagenes historicus, quem Clitarchi sectatorem fuisse novimus (cf. Clitarchi fr. 11). Contra hunc enim disputare putandus est Livius IX, 16 sqq., ubi inter alia dicit : *quem* (Alexandrum) *ne fama quidem illis* (Romanis) *notum arbitror fuisse*. Vide introductio ad fragm. Theagenis.

4.

Athenæus X, p. 436, E : Ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀλκέτας ὁ Μακεδὼν, ὡς φησιν Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, καὶ Διότιμος ὁ Ἀθηναῖος. Οὗτος δὲ καὶ Χώνη ἐπεκαλεῖτο· ἐντιθέμενος γὰρ τῷ στόματι χώνην, ἀπαύστως ἔπινεν, ἐπιχεομένου οἴνου· ὅθεν καὶ Χώνη ἐπεκλήθη, ὡς φησι Πολέμων (fr. 79 Preller.). Quæ antecedunt apud Athenæum de Arcadione et Erasixeno strenuis potatoribus item ex Polemone petita sunt. Unde conjicio Aristi testimonium fluxisse ex eodem Polemone, ut qui antiquiorum et æqualium scriptorum locos cumulare ubique consueverit. — Χώνη] Similiter Philonides Tarentinus (de quo v. Dionys. Hal. Exc. Vat. p. 504 Mai.) dictus est Κοτύλη, monente Prellero ad Polemon l. l.

5.

Zenobii Prov. VI, 50 : Ὥσπερ Χαλκιδικὴ τέτοκεν ἡμῖν ἡ γυνή : Ταύτης Πολύζηλος μέμνηται ἐν Μουσῶν γοναῖς, ἐπί τινος πολλὰς θυγατέρας ἀπογεννώσης· ἐπειδὴ Χαλκίδα τῆς Εὐβοίας πόλιν φασὶ ποτὲ ἀνθῆσαι

δόρασί τε καὶ πλήθει τετρώρων ἁρμάτων.

Οἱ δὲ φασὶν οὐ τὴν πόλιν, ἀλλὰ ἡρωΐδα Χαλκίδα εἰρῆσθαι. Κόμβην γὰρ φασὶ, τὴν ἐπικληθεῖσαν Χαλκίδα, ἐπειδὴ ὅπλα χαλκᾶ ἐποιήσατο, πρώτην συνοικήσασαν ἀνδρὶ ἑκατὸν παίδων γενέσθαι μητέρα, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ τὰ Εὐβοϊκὰ συγγράψαντες καὶ Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος.

De Combe, Curetum matre, v. Hesych. s. v.; Welcker. *Trilog.* p. 197, n. 317; Lobeck. Aglaopham. p. 209, 1134. Ceterum ex quonam Aristonis scripto hæc petita sint, non discerno. Certe ab Alexandri historia aliena esse videntur.

2.

Quid opus est (commemorare) Alexarchum, qui arte grammaticus Solem se ipse nominavit, uti tradit Aristus?

3.

Aristus et Asclepiades, qui Alexandri historiam scripserunt, Romanos quoque legatos misisse dicunt, et Alexandrum audita eorum legatione de futura Romanorum potentia aliquid auguratum esse, quum et cultum horum virorum et diligentiam et generositatem admiratus esset, atque reipublicæ administrandæ rationem comperisset.

4.

Plurimum bibebant etiam Alcetas Macedo, ut Aristus Salaminius tradit, et Diotimus Atheniensis, qui etiam Infundibulum dictus est propterea, quod infundibulo in ore posito vinum infusum absque intervallo bibebat.

5.

Quemadmodum Chalcidica hæc nobis mulier peperit. Hujus proverbii Polyzelus in Musarum Natalibus meminit; scilicet Chalcidem Eubœæ urbem olim florisse aiunt

hastis et multitudine curruum quadrijugorum.

Alii contra non urbem, sed heroinam Chalcidem intelligendam esse dicunt. Nam Comben, quæ quum arma ærea (χαλκᾶ) fabricaret, Chalcis cognominata esset, primam ex marito suo evasisse centum matrem liberorum, uti narrant qui de rebus Euboicis scripserunt atque Aristus Salaminius.

DOROTHEUS. NICOBULE. ANTIGENES.

DOROTHEUS.

ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

E LIBRO SEXTO.

1.

Athenæus VII, p. 276, F : Φιλόμηλοι δ' ἦσαν Φίλιππός τε ὁ Μακεδὼν, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος, ὡς Δωρόθεός φησιν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν. Sequitur fragm. 4 Charetis.

Qui fuerit hic Dorotheus, haud liquet. Santo-Crucio (*Exam. crit. d. hist. d'Alex.* p. 63) dicitur : *Dorothée d'Ascalon*, mira confidentia (*). — Idem Dorotheus aut (quod malim) alius ejusdem nominis scriptor composuit *Sicula* et *Italica*. Nam utraque ab eodem auctore profecta esse, tum ex ipsis argumentis probabile fit, tum inde colligas, quod qui fragmenta eorum nobis servarunt, ex iisdem fontibus haurire solent. Ceterum Dorotheus Italicorum auctor Diodoro antiquior esse non potuit (v. fr. 3), probabiliter vero multo fuit junior. Cf. not. ad fragm. 5.

(*) De *Dorotheo Ascalonita* grammatico vid. Stephanus Byz. v. Ἀσκάλων; Athenæus VII, p. 329 D : Δ. ἐν ργ' Περὶ λέξεων συναγωγῆς (coll. Eustath. ad Il. 23, 230, p. 1297). Eosdem libros signare videtur Schol. Hom. Il. 10, 252, ubi : Δ. περὶ τῆς Ἀττικῆς λέξεως (Cf. Villoison. prolegg. p. 30); Photius Bibl. cod. 156 : Δ. περὶ τῶν ξένως λεγομένων λέξεων; Schol. Ven. Gl. 9, 90 : ὅλου βίου (βιβλίου correx. Coray ad Hippocrat. Περὶ ἀέρων p. 305) ἐδεήθη Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ εἰς ἐξήγησιν τοῦ παρ' Ὁμήρου κλισίου (cf. Wolf. Prolegg. p. 193); Athenæus XIV, p. 662, F : Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλ. σύγγραμμα (ἐκδέδοται) ἐπιγραφόμενον Περὶ Ἀντιφάνους καὶ περὶ τῆς παρὰ τοῖς νεωτέροις κωμικοῖς ματτύης (cf. Fuhr. Dicæarch. p. 63, not. 39); Idem XIV, p. 658, E. Eundem grammaticum intellige ap. Athenæum IX, p. 409, F (cf. Müller. *Dor.* II, p. 246; *Eumenid.* p. 163, 20); XI, p. 481, D, ubi de poculorum generibus sermo est. Idem p. 497, C, de ῥυτῶν forma laudat Δωρόθεον τὸν Σιδώνιον, qui fortasse ab Ascalonita non diversus fuit. Adde Etym. M. p. 87, 49, ubi ex Dorotheo explicatur vox ἀμφιγνοεῖν. — *Dorotheus Atheniensis*, qui laudatur in indice auctt. ad Plinii H. N. lib. XII et XIII, idem fuerit cum *medico*, cujus mentio fit lib. XXII, 45, cujusque Ὑπομνήματα citat Phlegon in Hist. Mir. c. 26, p. 140 Westerm. — *Dorotheum quendam rhetorem* introducit Plutarch. in Moral. p. 807 ed. Didot. — Reliquos Dorotheos, quorum permagnus est numerus, recenset Fabricius in Bibl. Gr.

ΣΙΚΕΛΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

2.

Stobæus Floril. 49, 49 : Δωροθέου ἐν α' Σικελικῶν.

Φάλαρις Ἀκραγαντίνων τύραννος, ἀπότομος καὶ ἀπαθὴς ὑπάρχων, ξέναις καὶ παρευρημέναις βασάνοις ἔτρυχε καὶ ἐστρέβλου τοὺς ὁμοφύλους. Πέριλλος δὲ τῇ τέχνῃ χαλκοῦργος κατασκευάσας δάμαλιν, ἔδωκε τῷ βασιλεῖ ὧρον, ἵνα τοὺς ξένους εἰς αὐτὴν βάλλων κατακαίῃ ζῶντας· μυκηθμὸν δ' ἡ δάμαλις ἀνεδίδου τῷ φυσικῷ παρόμοιον. Φάλαρις δὲ τότε μόνον γενόμενος δίκαιος, αὐτὸν τὸν τεχνίτην πρῶτον ἐνέβαλεν. Eadem Apostolius Prov. XX, 13.

Cf. Plutarchus Paral. c. 39 : Φάλαρις, Ἀκραγαντίνων τύραννος, ἀποτόμως τοὺς παριόντας ξένους ἐστρέβλου καὶ ἐκόλαζε. Πέριλλος δὲ τῇ τέχνῃ χαλκοῦργος, δάμαλιν κατασκευάσας χαλκῆν, ἔδωκε τῷ βασιλεῖ, ὡς ἂν τοὺς ξένους κατακαίῃ ζῶντας ἐν αὐτῇ· ὁ δὲ μόνον τότε γενόμενος δίκαιος, αὐτὸν ἐνέβαλεν. Ἐδόκει δὲ μυκηθμὸν ἀναδιδόναι ἡ δάμαλις· ὡς ἐν δευτέρῳ Αἰτίων.

« Utriusque congruentiam fragmenti probe sentis nec minus e priore posterius videri opera tumultuaria expressum; quæsiveris autem, cur, celato Dorothei nomine, ἐν β' Αἰτίων hæc haberi dicantur. Fabricio Plutarchi Αἴτια βαρβαρικὰ hic laudari opinanti assentitur Wernsdorfius (Comment. I ad

DE REBUS ALEXANDRI.

E LIBRO SEXTO.

1.

Pomis delectabantur Philippus Macedo ejusque filius Alexander, ut Dorotheus scribit libro sexto Historiarum Alexandri.

SICULA.

E LIBRO PRIMO.

2.

Phalaris Agrigentinorum tyrannus crudelis sævusque novis et inauditis tormentis cives torquebat et excruciabat. Perillus, faber ærarius æream buculam confecit tyrannoque obtulit, ut in ea peregrinos vivos cremaret. Mugitum bucula illa edebat naturali adsimilem. Phalaris tum tantum justus ipsum fabrum primum injecit.

Plut. Qu. Gr. p. 2); Lennepius (Ad Phalarid. Epp. p. 24 Gron.) in Plutarchi loco vitium inesse suspicatus, Dorotheum restitui in integrum cupit; Ruhnkenius (ad Fragm. Callim. p. 487 Ern.) Callimachi Αἴτια significari putat, cui judicio Burmannus cum Wyttenbachio accedunt. Ego hoc Anonymi fragmentum e Dorotheo factum arbitror : is autem, qui hæc Parallela concinnavit, quum Callimachus in re tradita Dorotheo consentiret, transcripsit quidem in farraginem suam locum Dorothei pedestri oratione conceptum, verum testem citavit non ignobiliorem Dorotheum, sed edoctum poetam Callimachum, captansne elegantioris doctrinæ laudem an memoriola vacillans non interpretor. » EBERT. in Σικελ. p. 88. Ipse fortasse Dorotheus Αἴτια Callimachi aut Philostephani laudaverat.

ΙΤΑΛΙΚΑ.

Ε LIBRO QUARTO.

3.

Plutarchus Par. min. c. 20. : Μάριος πρὸς Κίμβρους πόλεμον ἔχων, καὶ ἡττώμενος, ὄναρ εἶδεν, ὅτι νικήσει, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ· ἦν δ' αὐτῷ Καλπουρνία· προκρίνας δὲ τῆς φύσεως τοὺς πολίτας, ἔδρασε καὶ ἐνίκησε. Καὶ ἔτι καὶ νῦν βωμοί εἰσι δύο ἐν Γερμανίᾳ, οἳ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦχον σαλπίγγων ἀποπέμπουσιν· ὡς Δωρόθεος ἐν τετάρτῳ Ἰταλικῶν.

Eadem brevius Clemens Alex. Protrept. c. 3, p. 12, 40 Sylb.; Euseb. P. E. p. 157.

ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΙΣ

4.

Idem ibid. c. 25 : Φώκου ὄντος ἐκ Ψαμάθης Αἰακῷ, καὶ στεργομένου, Τελαμὼν ἦγεν ἐπὶ θήραν· καὶ συὸς ἐπιφανέντος κατὰ τοῦ μισουμένου ἐπαφῆκε τὸ δόρυ, καὶ ἐφόνευσεν. Ὁ δὲ πατὴρ ἐφυγάδευσεν· ὡς Δωρόθεος ἐν πρώτῳ Μεταμορφώσεων. [Hic legendum Θεόδωρος. *Dübner.*]

ΠΑΝΔΕΚΤΑΙ.

Ε LIBRO PRIMO.

5.

Clem. Alex. Strom. I, 21, p. 144, 24 Sylb. : Φασὶ δὲ τὴν Μόψου καλουμένην μαντικὴν συντάξαι τὸν Κυρηναῖον Βάττον, Δωρόθεός τε ἐν τῷ πρώτῳ Πανδέκτῃ ἁλκυόνος καὶ κορώνης ἐπακοῦσαι τὸν Μόψον ἱστορεῖ.

Metamorphoseôn et Pandectôn libros refero ad auctorem Italicôn. Et quum Plutarchus in Parallelis eosdem fere auctores citat, quorum in libro De fluviis mentionem injicit, nescio, an Dorotheus noster idem sit cum D. Chaldæo, qui scripsit De lapidibus. Certe Italica si ab Asiatico homine scripta putes, fabulam fr. 3 narratam minus miraberis.

Dorotheus Chaldæus.

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ.

Ε LIBRO SECUNDO.

6.

Plutarch. De fluv. 23, 3 : Καὶ λίθος δὲ γεννᾶται, Σικύωνος καλούμενος, μελάγχρους. Οὗτος ὅταν τις χρησμὸς ἀνθρωποκτόνος ἐμπέσῃ, τοῖς βωμοῖς τῶν ἀποτροπαίων θεῶν ὑπὸ δυοῖν ἐπιτίθεται παρθένων. Τοῦ δὲ ἱερέως αὐτοῦ τῇ μαχαίρᾳ θιγόντος, αἵματος ἔκλυσις γίνεται δαψιλής. Καὶ τούτῳ τῷ χρόνῳ τὴν δεισιδαιμονίαν τελέσαντες μετ' ὀλολυγμῶν ἀναχωροῦσι, τὸν λίθον πρὸς τὸν ναὸν προσενέγκαντες· καθὼς ἱστορεῖ Δωρόθεος ὁ Χαλδαῖος ἐν β' περὶ Λίθων. Lapis ille in Araxe fluvio reperitur.

ITALICA.

E LIBRO QUARTO.

3.

Victus bello Cimbrico Marius, somnio monitus est victorem se fore, si filiam suam Calpurniam immolaret. Fecit hoc ille, civium saluti naturæ vinculo posthabito, ac vicit. Atque etiamnum duæ sunt in Germania aræ, quæ sub id tempus sonum tubarum edunt. Dorotheus quarto Italicorum.

METAMORPHOSES.

4.

Phocum Æaci e Psamathe filium, dilectumque patri Telamon eduxit venatum; aproque oblato hastam in fratrem quem oderat contorsit, eumque interfecit. Pater exilio multavit Telamonem. Scribit hoc Dorotheus primo Transformationum libro.

PANDECTÆ.

5.

Aiunt Battum Cyrenæum composuisse eam quæ Mopsi dicitur divinationem. Et Dorotheus in primo Pandectarum refert Mopsum audiisse Alcyonem et Coronen.

NICOBULE

[ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.]

1.

Athen. X, p. 434, C : Νικοβούλη δὲ, ἣ ὁ ἀναθεὶς ταύτῃ τὰ συγγράμματα, φησὶν ὅτι παρὰ Μηδείῳ τῷ Θεσσαλῷ δειπνῶν ὁ Ἀλέξανδρος, εἰκοσιν οὖσιν ἐν τῷ συμποσίῳ, πᾶσι προὔπιε, παρὰ πάντων τὰ ἴσα λαμβάνων, καὶ ἀναστὰς τοῦ συμποσίου μετ' οὐ πολὺ ἀνεπαύετο.

Quæ fuerit Nicobule vel is qui hujus nomine librum de historia Alexandri, vel certe opus in quo sæpius de Alexandro sermo erat, edidit, dicere ego nihil habeo.

2.

Idem, p. 537, D : Νικοβούλη δέ φησιν, ὅτι παρὰ τὸ δεῖπνον πάντες οἱ ἀγωνισταὶ ἐσπούδαζον τέρπειν τὸν βασιλέα, καὶ ὅτι ἐν τῷ τελευταίῳ δείπνῳ αὐτὸς ὁ Ἀλέξανδρος, ἐπεισόδιόν τι μνημονεύσας ἐκ τῆς Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας, ἠγωνίσατο, καὶ τὸν ἄκρατον προθύμως προπίνων, καὶ τοὺς ἄλλους ἠνάγκαζεν.

ANTIGENES.

1.

Plutarchus Alex. 46 : Ἐνταῦθα δὲ πρὸς αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) ἀφικέσθαι τὴν Ἀμαζόνα οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ὧν καὶ Κλείταρχός ἐστι καὶ Πολύκριτος καὶ Ὀνησίκριτος καὶ Ἀντιγένης καὶ Ἴστρος.

2.

Herodianus Π. μον. λέξ. p. 41, 26 ed. Ddf. : Ζύσκος, ποταμὸς Μακεδονίας, ὡς Ἀντιγένης. De Zysco fluvio aliunde vix constat. Suspicor scribendum esse Φύσκος. Certe urbem hujus nominis in Macedonia fuisse constat. Steph. Byz. : Φύσκος... Ἔστι καὶ ἄλλη Μακεδονίας, ἧς μέμνηται Θεαγένης (quod nomen fortasse etiam ap. Herodianum reponendum) ἐν Μακεδονικοῖς (Cf. Pinedo ad h. l.). Fluvius ejus nominis in Caria erat.

Plinius ind. auctor. ad lib. V (quo Africam et Asiam describit) inter fontes suos recenset Eudoxum, *Antigenem*, Callicratem, etc.

Incerta res est num historicis an geographis Antigenes annumerandus sit. Antigenem Alexandri comitem argyraspidum ducem probe novimus. Vix tamen erit qui hunc eundem cum auctore nostro esse putaverit.

DE REBUS ALEXANDRI.

1.

Nicobule, aut is qui huic libros illos supposuit, ita scribit : « Apud Medium Thessalum cœnans Alexander, quum viginti una essent convivæ, omnibus propinavit, et ab omnibus vicissim propinationes accepit : deinde e convivio discedens, paullo post quieti se dedit. »

2.

Nicobule ait, inter cœnandum musicos et ludiones omnes oblectare solitos regem : et in novissima cœna ipsum Alexandrum episodium aliquod ex Euripidis Andromeda, quod memoria tenebat, tragœdorum more declamitasse; et merum sedulo propinantem ceteros quoque ad bibendum coegisse.

ANTIGENES.

1.

Ibi Amazonem ad Alexandrum venisse tradunt plurimi, inter eosque Clitarchus, Polycritus, Onesicritus, Antigenes, Ister.

2.

Zyscus, fluvius Macedoniæ, ut Antigenes tradit.

IASON NYSÆENSIS

ET

IASON ARGIVUS.

Suidas : Ἰάσων, Μενεκράτους, Νυσαεὺς ἐκ πατρὸς, ἀπὸ δὲ μητρὸς Ῥόδιος, φιλόσοφος, μαθητὴς καὶ θυγατριδοῦς καὶ διάδοχος τῆς ἐν Ῥόδῳ διατριβῆς Ποσειδωνίου τοῦ φιλοσόφου. Ἔγραψε Βίους ἐνδόξων, καὶ Φιλοσόφων διαδοχὰς, καὶ Βίον Ἑλλάδος ἐν βιβλίοις δ΄ κατά τινας. Οὗτος ἔγραψε καὶ Περὶ Ῥόδου.

Ἰάσων Ἀργεῖος, νεώτερος Πλουτάρχου τοῦ Χαιρωνέως, γραμματικός. Ἔγραψε Περὶ τῆς Ἑλλάδος βιβλία δ΄· ἔχει δὲ ἀρχαιολογίαν Ἑλλάδος, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν Μηδικῶν τά τε κατ' Ἀλέξανδρον ἕως τελευτῆς αὐτοῦ, καὶ τὰ μέχρι Ἀθηναίων ἁλώσεως τῆς γενομένης ὑπ' Ἀντιπάτρου τοῦ πατρὸς Κασσάνδρου.

Cf. Eudoc. p. 244, ubi verba κατά τινας. Οὗτος omittuntur. Quæ sequuntur post ἐν βιβλίοις δ΄ usque ad verba βιβλία δ΄, exciderunt in duobus Suidæ codicibus (B et E ap. Bernhardy.).

Menecrates, pater Iasonis, procul dubio est Aristarchi discipulus, quem inter claros Nysæenses recenset Strabo XIV, p. 650; neque alius esse videtur Menecrates quem ad Pindari carmina laudant schol. Olymp. II, 16 et Nem. III, 104 et schol. ad Sophocl. Trachin. 254 et Eustath. ad Il. II, 2 et 11. Tzetzes ad Lyc. 662 citat Menecratem τὸν περὶ Νικαίας γεγραφότα; sed quæ ibi affert manifesto petita sunt ex schol. Pind. Nem. III, 104, ubi de Nicææ Historia ne verbum quidem. Scilicet obversabatur Tzetzæ locus Plutarchi in Thes. c. 26, ubi memoratur Μενεκράτης τις ἱστορίαν περὶ Νικαίας ἐκδεδωκώς : nam legisse Tzetzem, sed negligentissime, locum hunc Plutarchi patet ex scholiis ejus ad Antehom. p. 238 ed. Jacobs. (v. Herodori fr. 15).

Filius Menecratis, Iason quando vixerit, ex patris et Posidonii temporibus intelligitur. Ex scriptis ejus De vitis clarorum virorum (*), De philosophorum successionibus, et De Rhodo insula nihil tulit ætatem. Quartum opus, quod a nonnullis Nysæensi ascribebatur, Βίος Ἑλλάδος ἐν βιβλ. δ΄, aperte idem est cum libris quattuor, quos Iason Argivus Περὶ Ἑλλάδος composuisse dicitur. Verum auctorem esse Nysæensem Iasonem censet Fuhr. ad Dicæarch. p. 95, 4, qui ut ipsis Suidianis dubitationem eximat, interpungi vult ita : ἐν βιβλίοις δ΄. Κατά τινας οὗτος κτλ. Cujus mutationis causam idoneam desidero. Quum de neutro Iasone aliunde aliquid compertum habeamus, nisi ludere velis, in Suidæ verbis qualia codices præbent acquiescendum est. Hæc vero eo nos ducunt, ut plurimos opus illud de Græcia Iasoni Argivo historico attribuisse censeamus; nec aliud quidpiam præter libros Περὶ Ἑλλάδος, quos eosdem cum Βίῳ Ἑλλάδος esse res clamare videtur, ei attribuitur. — Titulo operis et fortasse etiam rerum tractatione notum scriptum Dicæarchi imitatus est (*). Atque hæc ipsa veterum titulorum, sicuti veteris sermonis, imitatio vel potius affectatio quammaxime cadit in historicos, qui Adriani seculo floruerunt. — Ceterum divisionem operis Sainte-Croix (*Exam. critiq.* etc. p. 58) et Schœll. (*Gesch. d. gr. Lit.* II, p. 425 ed. Berolin.) ex Suidæ verbis ita constituunt, ut liber primus continuerit τὴν ἀρχαιολογίαν Ἑλλάδος, alter τὰ ἀπὸ τῶν Μηδικῶν, tertius τὰ κατ' Ἀλέξανδρον ἕως τελευτῆς αὐτοῦ, quartus τὰ μέχρι Ἀθηναίων ἁλώσεως. Quæ quum per se admodum probabilia sint, refellerentur tamen loco Stephani, si recte ibi secundum codicem Rhedigeranum (quem Westermannus expressit) de Alexandria a Macedone condita laudaretur Ἰάσων ὁ τὸν Βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας ἐν δ΄ βιβλίῳ. At præferenda haud dubie lectio vulgata : ἐν τέτταρσι βιβλίοις, ita ut commode hæc ad tertium librum referri possint. Idque confirmari etiam videtur loco Athenæi, qui Ἰάσων ἐν τρίτῳ, ait, περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φησίν κτλ. Hæc enim ex citandi ratione satis frequente de Vitæ libri tertii eo loco, quo de sacrificiis Alexandri Iason locutus est, intelligenda esse videntur. Atque ita Fuhrio quoque videtur (l. l. p. 115, 5). Sainte-Croix l. l. peculiare opus

(*) Bernhardy ad Suidæ verba Βίους ἐνδόξων] « Non addito miror nomine quopiam, idque dubito an defendi possit. Itaque suspicor divulsa fuisse quæ olim cohæserant : βίους καὶ διαδοχὰς ἐνδόξων φιλοσόφων. » Verum Βίους ἐνδόξων, nullo addito nomine, habes etiam v. Θησεύς et Νικαγόρας.

(*) Cf. Varronis opus *Vita populi Romani* inscriptum.

de sacrificiis regis Iasonem scripsisse opinatur, quippe qui ipse sensisse videretur, narrationem in Vita Græciæ nimia laborasse brevitate (*).

Præterea semel laudatur Iason ἐν τοῖς Περὶ Κνίδου; quod opus cuinam Iasoni adscribendum sit non liquet. Suspicarer profectum esse ab eodem qui Περὶ Ῥόδου scripsisse dicitur. Denique tertium Iasonem, *Byzantium*, Θρᾳκικῶν auctorem affert Plutarchus De fluviis. Quartum *Cyrenæum* tanquam fontem suum citat auctor libri de Maccabæis. Grammatica quædam ex Iasone produnt Zonaras Lex. I, p. 367; Etym. M. p. 184, 27 (ἄψ... Ἰάσων δὲ λέγει αὐτὸ εἶναι ἄοψ, τὸ μὴ ὀπτόν); Anti-Atticist. p. 19, ubi : ἀθετεῖν φασιν οὐ δεῖ λέγειν, ἀλλ ἀναιρεῖν. ἴασιν (i. e. Ἰάσων) οὖν ὁ γραμματικὸς μέμφεται ἐπὶ τῇ λέξει Ἀρίσταρχον. Hæc ad Iasonem Argivum pertinere colligas ex Suida, qui eum et historicum appellat et grammaticum, quamquam ex divulsis vocibus ἱστορικὸς... γραμματικὸς, turbatum aliquid esse et fortasse aliena misceri nascitur suspicio.

(*) « De quel secours, inquit, pouvait être un abrégé de ce genre, où tout se pressait, et où rien n'était suffisamment développé? Il est probable que l'auteur le sentit, et que pour avoir occasion d'en parler plus en détail, il composa un traité sur les sacrifices d'Alexandre, dont Athénée cite le troisième livre. On voit par les éphémerides du prince Macédonien, qu'il ne passait aucun jour sans sacrifier aux dieux. Croyait-il par là expier le crime d'immoler journellement tant de milliers d'hommes à son ambition et à sa fureur de la renommée? C'était de pareils sacrifices que Jason aurait dû s'occuper : il aurait fallu que son ouvrage en eût offert l'affreux calcul; peut-être aurait-ce été un moyen efficace de le faire passer à la posterité; du moins se serait-il immortalisé lui-même par son ouvrage vraiment philosophique (!).

ΒΙΟΣ ΕΛΛΑΔΟΣ

ἐν βιβλίοις δ'.

1.

Stephan. Byz. : Τῆλος, νῆσος τῶν Κυκλάδων ἀπὸ Τήλου οἰκιστοῦ. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀγαθοῦσσα, ὡς Ἰάσων. Hæc e libro primo, uti videtur.

2.

E LIBRO TERTIO.

Stephan. Byz. v. Ἀλεξάνδρεια. Ἰάσων δὲ ὁ τὸν Βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας ἐν τέτταρσι βιβλίοις φησί· « Τὸν μὲν οὖν τόπον τῆς πόλεως ὄναρ ἐχρησμοδοτήθη οὕτω·

Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,
Αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσιν.

Ἐκέλευσε δὲ διαγράφειν τὸ σχῆμα τοὺς ἀρχιτέκτονας· οὐκ ἐχόντες δὲ λευκὴν γῆν, ἀλφίτοις διέγραφον· ὄρνιθες δὲ καταπτάντες τὰ ἄλφιτα αἴφνης διήρπασαν· ταραχθεὶς οὖν Ἀλέξανδρος, οἱ μάντεις θαρρεῖν ἔλεγον· πάντων γὰρ τὴν πόλιν τροφὸν γενήσεσθαι. » Ταῦτα καὶ Ἀρριανός (III, 2). Ἐκλήθη δὲ Ῥακῶτις καὶ Φάρος καὶ Λεοντόπολις διὰ τὸ τὴν τῆς Ὀλυμπιάδος γαστέρα ἐσφραγίσθαι εἰκόνι.

ἐν τέτταρσι βιβλίοις] ἐν δ' βιβλίῳ cod. Rhedig. De re v. Plutarch. Alex. c. 26; Curtius IV, 21; Valer. Max. I, 4; Eustath. ad Dion. p. 37.

3.

Περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν.

Athenæus XIV, p. 620, D : Ἰάσων δ' ἐν τρίτῳ, περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φησὶν ἐν τῷ μεγάλῳ θεάτρῳ ὑποκρίνασθαι Ἡγησίαν τὸν κωμῳδὸν τὰ Ἡροδότου, Ἑρμόφαντον δὲ τὰ Ὁμήρου.

Sin recte hæc ex Vita Græciæ depromta esse suspicati sumus, in ejusdem tituli opere Dicæarchus narraverit, quæ leguntur ap. Athenæum XIII, p. 603, A : Φιλόπαις δ' ἦν ἐκμανῶς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ

VITA GRÆCIÆ.

1.

Telos, una ex Cycladibus insulis, nomen habet a Telo conditore ; alio nomine appellabatur Agathussa, uti Iason tradit.

2.

E LIBRO TERTIO.

Iason, qui Vitam Græciæ quattuor libris scripsit, habet hæc : De loco urbis condendæ Alexander per somnium oraculo edoctus est ita :

insula deinceps quædam est undoso in ponto,
ante Ægyptum sita, quam Pharum vocitant.

Jussitque Alexander architectos formam urbis delineare. Hi quum terram albam ad manum non haberent, farina delinearunt. Sed aves devolantes farinam confestim abstulerunt. Turbatus inde Alexander; vates bono animo esse jusserunt; omnium enim hanc urbem fore nutricem. Eadem Arrianus quoque. Nominabatur Alexandria etiam Rhacotis et Pharos et Leontopolis. Hoc propterea, quod leonis signo Olympiadis venter obsignatus fuerit.

3.

DE SACRIFICIIS ALEXANDRI.

Iason libro tertio de Alexandri sacrificiis (*templis* voluit Toup.) loquens Alexandriæ ait in magno theatro Hegesiam comœdum Herodoti historias, Hermophantem Homeri carmina recitasse.

βασιλεύς. Δικαίαρχος γοῦν ἐν τῷ περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας Βαγώου τοῦ εὐνούχου οὕτως αὐτόν φησιν ἠττᾶσθαι, ὡς ἐν ὄψει θεάτρου ὅλου καταφιλεῖν αὐτὸν ἀνακλάσαντα, καὶ τῶν θεατῶν ἐπιφωνησάντων μετὰ κρότου οὐκ ἀπειθήσας πάλιν ἀνακλάσας ἐφίλησεν. De his Fuhrius ad Dicæarch. p. 114 : « Hunc librum vel partem alius cujusdam libri ita inscriptam de solemni Alexandri ad Trojam sacrificio exposuisse (cum Fabricio) conjicimus. Alexandri vero ipsius in titulo disertam mentionem non factam esse, aut ex festinatione scriptoris qui citat Athenæi repetere debemus, aut etiam æqualibus, in quorum potissimum usum Dicæarchus illam solemnitatem descripsit, eo additamento opus non fuit. Ceterum plane non liquet, utrum quæ memoratur dissertatio περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας, singularis liber exstiterit, annon potius partem operis de Alexandro, vel etiam de sacrificiis ritibusque sacris universis effecerit. »

ΠΕΡΙ ΚΝΙΔΟΥ.

4.

Schol. Theocrit. XVII, 69 : Τὸ δὲ Τριόπιον ἀκρωτήριον τῆς Κνίδου, ἀπὸ Τρίοπος τοῦ Ἄβαντος, ὡς ἐν τοῖς Περὶ Κνίδου Ἰάσων φησίν.

IASON BYZANTIUS.

ΘΡΑΚΙΚΑ.

5.

Plutarchus De fluv. 11, 2 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (sc. ἐν τῷ Στρυμῶνι) λίθος παυσίλυπος καλούμενος, ὃν ἐὰν εὕρῃ τις πένθων, παύεται παραχρῆμα τῆς κατεχούσης αὐτὸν συμφορᾶς, καθὼς ἱστορεῖ Ἰάσων ὁ Βυζάντιος ἐν τοῖς Τραγικοῖς (Θρᾳκικοῖς em. Jonsius Scr. hist. ph. III, 2, 2). Nescio an pro ἱστορεῖ Ἰάσων fuerit ἱστορεῖ Λέων ὁ Βυζάντιος, quæ quidem nomina majusculis literis exarata facile confundi poterant. Leo Byzantinus ἐν τοῖς Περὶ ποταμῶν laudatur a Plutarcho l. l. c. 24. Ejusdem citantur Βοιωτιακὰ ibid. c. 2, quæ partem fuisse statuo operis Περὶ ποταμῶν, in quo fluviorum mirabilia secundum terras distributa erant; id quod in alios multos similis generis titulos cadere existimamus.

IASON CYRENÆUS.

« Iason Cyrenæus floruit sub Ptolemæo Philometore Ol. 150 et post. Hic gesta Asmonæorum sive Maccabæorum quinque libris est complexus Eos in compendium redegit scriptor secundi Maccabæorum libri, cujus cap. II, 24 sic legas : Ὑπὸ Ἰάσωνος τοῦ Κυρηναίου δεδηλωμένα διὰ πέντε βιβλίων πειρασόμεθα δι' ἑνὸς συντάγματος ἐπιτεμεῖν. » *Vossius* p. 173. Cf. Schœll. l. l. II, p. 281; Clinton. F. H. III, p. 531.

DE CNIDO.

4.

Triopium Cnidi promontorium a Triope Abantis filio nomen habet, ut in libris De Cnido Iason tradit.

THRACICA.

5.

In Strymone lapis reperitur, quem pausilypum (mœrorem sedantem) appellant; quem si quis mœrens invenerit, statim liberatur quia opprimitur calamitate. Ita narrat Iason Byzantius in Thracicis.

AMYNTIANUS. PRAXAGORAS. ANTIDAMAS.

AMYNTIANUS.

Photius Bibl. cod. 131 p. 97 ed. Bekk. : Ἀνεγνώσθη Ἀμυντιανοῦ εἰς Ἀλέξανδρον· προσφωνεῖ δὲ τὸν λόγον τῷ αὐτοκράτορι τῶν Ῥωμαίων Μάρκῳ, καὶ ἐπαγγέλλεται μὲν ἀξίως εἰπεῖν τῶν Ἀλεξάνδρου πράξεων, ἐδείχθη δὲ προϊὼν ὡς ἐπαγγεῖλαι μέν ἐστιν ἔνθερμος καὶ τολμητής, πληρῶσαι δὲ τὴν ἐπαγγελίαν ψυχρὸς καὶ δειλός· πολὺ γὰρ καταδεέστερον καὶ τῶν ἔμπροσθεν εἰρηκότων λέγει περὶ αὐτοῦ, ἀτόνῳ δὲ καὶ ἐκλύτῳ χαρακτῆρι χρῆται. Τοῦ μέντοι σαφοῦς οὐ διαπίπτει, πολλὰ δὲ τῶν ἀναγκαίων παραλιμπάνει.

Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ἑτέρους λόγους ἔγραψε διαφόρους, καὶ Παραλλήλους συνέθηκε βίους, ὥσπερ Διονυσίου καὶ Δομιτιανοῦ ἐν δυσὶ λόγοις, Φιλίππου τε Μακεδόνων καὶ Αὐγούστου ἐν ἑτέροις δυσίν· ἔτι δὲ καὶ περὶ Ὀλυμπιάδος τῆς Ἀλεξάνδρου μητρὸς λόγον ἔγραψεν.

Amyntianus ἐν τῷ Περὶ ἐλεφάντων laudatur a schol. Pindar. Olymp. III, 52 et schol. Tzetz. Chil. ap. Cramer. Anecd. tom. III, p. 357. Is num idem sit cum historico, qui sub Marco Antonino vixit, nescimus.

PRAXAGORAS ATHENIENSIS.

Photius Bibl. cod. 62, p. 20 ed. Bekk. : Ἀνεγνώσθη Πραξαγόρου τοῦ Ἀθηναίου τῆς κατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον ἱστορίας βιβλία δύο.

(Sequuntur horum librorum excerpta, quæ non exscribimus.)

Ἔτος δὲ τῆς ἡλικίας ἦγε δεύτερον καὶ εἰκοστὸν Πραξαγόρας, ὡς αὐτός φησιν, ὅτε ταῦτα συνέγραφε. Συνεγράψατο δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἕτερα βιβλία δύο περὶ τῶν Ἀθήνησι βασιλευσάντων, ἔτος ἀνύων ἐννεακαιδέκατον. Συνέταξε δὲ καὶ ἕτερα βιβλία ἓξ εἰς τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα Ἀλέξανδρον, τριακοστὸν πρῶτον ἐλαύνων ἐνιαυτόν. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφὴς καὶ ἡδύς, ὀλίγον δὲ τοῦ δέοντος ἀτονώτερος. Κέχρηται δὲ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ.

Nihil superstes.

ANTIDAMAS HERACLEOPOLITES.

Historia Alexandri.

Fulgentius Exp. serm. ant. p. 168 ed. Munk. : *Vispillones dicti sunt bajuli; quamvis Antidamas Heracleopolites vispillones dixerit cadaverum nudatores, sicut in historia Alexandri Macedonis scripsit : « Plus quam trecentos cadaverum vispillones reperiens crucibus affixit. Mnaseas* (fr. 16.) *tamen* etc.

Antidamas] cod. Leid. vulgo *Antidamus*. Qui sit auctor et quid spectet res narrata, parum liquet. (De canibus ἐνταφιασταῖς Bactrianorum cf. fr. 6 Onesicriti Astypalæensis)

Moralia.

Idem ibidem : *Antidamas in Moralibus libris ait : « Fabre compactum animal hominem quis ferat sic ire pecuatum? et averruncassit igitur tam Aricinas* (*Aretinas?*) *hominum mentes ». Porro averruncare dixit pro eradicare; Aricinas vero testeas vel argillaceas; et pecuatum, stultum.*

Aricinas] sic codd.; *Eretinas* vett. edd. *Aretinas* conj. Munk.

FINIS.

ЛИВЕРСИТЕТСКА БИБЛИОТЕКА